NAZIONALE
13
17
I
36

AUGUSTINI BARBOSÆ,

I. V. D. LUSITANI,

PROTONOTARII APOSTOLICI,
Olim Sacræ Congr. Indicis Consultoris, & insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarii majoris;
NVNC VERO EPISCOPI UGENTINI,
& à Consiliis D. PHILIPPI IV. Hispaniarum Regis Catholici,

JURIS CANONICI

INTERPRETATIONES SELECTÆ,

SIVE PRÆTERMISSA, ET ADDITAMENTA
ad Collectanea Doctorum, tam veterum quàm recentiorum,
in Pontificium Jus universum.

TOMUS SEXTUS.

Cum INDICIBVS Titulorum, & Capitulorum, Iurium item, & Rerum copiosis.

EDITIO ULTIMA A MENDIS EXPURGATA.

LUGDUNI,
Sumpt. PETRI BORDE, JOAN. & PETRI ARNAUD.

M. DC. LXXXVIII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

INDEX I.
TITULORUM,
ET CAPITULORUM
Quinque Librorum Decretalium.

TITULI.

CAPITULA

CAPITULA.

Index Titulorum,

Si

INDEX II.

TITULORUM, ET CAPITULORUM

Libri Sexti Decretalium.

TITULI.

Index Titulorum,

CAPITULA.



INDEX III.

Titulorum, & Capitulorum Clementinarum.

TITULI.



CAPITVLA.

INDEX

INDEX IV.

TITULORUM, ET CAPITULORUM Extravagantium.

TITULI.

CAPITULA.

INDEX V.

CANONUM Decreti Gratiani.

F.t9

Index Canonum.

INDEX

INDEX VI.

Jurium quæ explicantur, vel conciliantur.

Ex quinque libris Decretalium.

Ex VI. Decretalium.

Ex Clementinis.

Ex Extravagantibus.

Ex Decreto Gratiani.

Ex Conciliis.

Ex Constitutionibus.

Ex Digestis.

Is

APPROBATIONES THEOLOGORUM.

NOs infrà signati Doctores in Theologia Facultatis Parisiensis, vidimus, & approbavimus *Additamenta ad Decretalium libros*, &c. edita à D. Augustino Barbosa utriusque Juris Doctore. In quorum testimonium nostra signa manualia die 15. Januarii hîc apposuimus, Lugduni anno 1648.

Fr. STEPHANUS MOLIN, Carmelita.

FRANCISCUS LORNET, Prior Prædicat. Lugd.

LICENTIA ORDINARII.

VIsa per Nos authentica Approbatione RR. Patrum in sacræ Theologiæ Parisiensi Facultate Doctorum super doctrina Libri, cui titulus est, *Additamenta ad quinque Decretalium Libros*, &c. qua asserunt omnia in illis Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ documentis, & fidei conformia contineri, prælo subjicienda, & publico danda meritò quoque censemus. Lugd. prid. Calend. Janvar. 1648.

DEVILLE, Provicar. Generalis.

Summa Privilegij Regis Christianissimi.

LUDOVICUS XIV. Dei gratiâ Galliarum, & Navarræ Rex Christianissimus, singulari Privilegio sanxit, ne quis per universos Regnorum suorum fines, intra decem annos à die finitæ impressionis computandos imprimat, seu typis excudendos curet, & venales habeat Libros, tam editos, quàm edendos, *D. D. Augustini Barbosæ Lusitani, I.V. D. Episcopi Ugentini,* &c. præter PETRUM BORDE Bibliopolam Lugdunensem, aut illos quibus ipsemet concesserit: Prohibuit insuper eadem auctoritate Regia omnibus suis subditis eosdem libros extra Regni sui limites imprimendos curare, vel quempiam ubicumque fuerit, ad id agendum impellere ac instigare, sine consensu dicti PETRI BORDE. Idque omne sub confiscatione librorum, aliisque pœnis contra delinquentes expressis, uti latiùs patet in literis datis Parisiis die 17. Septembris 1685.

Ex mandato Regis, Signatum LEPETIT.

Hæc ultima editio desiit excudi die 27. Aprilis 1688.

PRÆTER

PRÆTERMISSA, ET ADDITAMENTA AD COLLECTANEA DOCTORUM in quinque Decretalium libros.

IN LIBRUM PRIMUM DE CONSTITVTIONIBVS.

TITVLVS II.

SVMMARIVM.

1 *Statuti nomen jure Civili non usitatum.*
2 *Statuti nomen in Iure Pontificio generale.*
3 *Ius municipale, jus peculiare.*
3 *Ius commune, & municipale an, & in quo differant?*
5 *Constitutionis nomen latiùs diffusum.*

CAP. Canonum statuta I.

1 POST *num.*1. adde. Statuti nomen nullibi legi in toto Iuris Civilis corpore, non defuerunt qui affirmarent: credit equidem Lælius Mancin. Politianus *disquisitionum genialium, & anniversariarum Iuris disputationum cent.* 3. *cap.*224. sic nuspiam legi, ut municipalem legem strictè significet; obviumque affirmat sibi fuisse Diocletianum *in l.*1. *C. quibus ex*
2 *caus. serv. pro præm. liber. accip.* ibi, *Senatusconsultis, & statutis Principum*, &c. In Pontificio verò Iure statuti nomen generale est, ut *in hoc text. & in cap. regula*, §. *porrò*, 3. *dist. & in cap.*11. *de rescript. lib.*6. *& in cap.* 15. *& ult. de hæret. eod. lib. & in cap.*22. *de elect. eod. lib. & in cap.*1. §. *ult. de appell. eod. lib.* Vbi 3
uspiam peculiare jus notat municipii, continuò aliquid adjicitur, quo ratio nominis explicatur, ut *in cap.*1. *hoc tit. lib.*6. ibi, *locorum specialium, & personarum singularium*, &c. *& in cap.*9. *de hæret. in* 6. ibi, *civitatis, castri, villæ*, &c. Et hinc idem Læl. Mancin. *citato loco*, existimat in eam sententiam rectissimè descensum, ut possit generali statuti appellatione comprehendi jus generale, & commune ex proprietate sermonis: subditque non obstare quod objiciunt Andr. ab Exea *num.*44. & August. Bero. *num.* 39. *in præsenti*, statutum nihil aliud esse quàm jus municipale, quod specie & forma differat à Iure communi, adeóque ut altero posito, alterum non ponatur, sicut (inquiunt) posita plebe non ponitur populus, §. *plebs autem, Instit. de Iure natur.* quia si ita arguerint, esset triplex error. Vnus, quia Ius munici- 4
pale & commune, non tam formâ differunt, quàm latitudine jurisdictionis: nam & Ius Romanum, quod nunc generale est omnibus, fuit olim proprium, peculiaréque Vrbis Romæ, atque adeò proprium, ut peregrinis, extraneísque hominibus non communicaretur, *princip. Instit. de patria potest.* Alter, quia populus est quasi totum, aut genus morale quoddam; plebs

autem quasi species, aut pars, si itaque arguere velint à dicto §. *plebs autem*, fateri utique debebunt Ius municipale esse veluti speciem, aut partem Iuris communis, proptereaque positione Iuris communis videri positum Ius municipale, quod absurdum. Tertius, quia non disputamus nunc de nomine, aut forma Iuris municipalis, sed de appellatione statuti, quam contendimus generalem esse.

5 Constitutionis nomen latiùs diffusum, de quo vide posita *in addit. ad cap. Constitutio* 4. *dist.*2.

SVMMARIVM.

1 *Lex quomodo dicatur respicere futura, & non præterita.*
2 Clem.2. de ætate & qual. *expenditur.*
3 Cap. ult. de elect. in 6. *expenditur.*
4 Gloss. verb. utetur, in Clem.2. de vita & honest. cleric. *notatur.*

Cap. Cognoscentes II.

1 AD *num.* 2. Pro declaratione eorum, quæ *in collect. super hunc text.* remissivè dicta sunt ad explicationem principalis hujus text. conclusionis, quod scilicet lex respicit futura, & non præterita, adverto illam secundùm unam sententiam non procedere in legibus, seu constitutionibus Principum, disponentibus circa executionem, seu perfectionem alicujus actus, ut videlicet leges illæ cum præjudicio etiam actuum præteritorum futuras executiones, seu perfectiones respiciant. Ita gloss. recepta *verb. in posterum*, *in Clem.* 2. *de ætate & qualit.* Ioan. Crot. *in l. omnes populi, num.*14. *de Iustit. & jure*, Anton. & Abb. *num.*11.*in*
2 *cap. ult. hoc tit.* in id expendentes *d. Clem.*2. ubi dispositum fuit de executione Iuris Canonicalis, putà de voce in Capitulo habenda, & statutum ut nullus de cætero vocem in Capitulo haberet, etiamsi hoc sibi ab aliis liberè concedatur, nisi saltem in Subdiaconatus ordine fuerit constitutus: & sanè Constitutio illa dubium non est quin respiciat futura cum præjudicio actuum præteritorum, id est, comprehendat etiam vocem præstandam, & electionem faciendam à Canonicis, qui ante illam
3 Constitutionem præbendam obtinuerant. Expendunt etiam *cap. ultim. de elect. in* 6. ubi agitur de confirmatione electionis, & statuitur celeres confirmationes electionum non in concordia celebratarum viribus omninò carere, irritasque & inanes esse, ubi manifestum etiam est decisionem illam futura respicere cum præjudicio præteritorum, id est, ut in posterum non sortiantur effectum priùs factæ electiones, & confirmationes.

Verùm si rigorem Iuris spectemus, hæc declaratio vera non est, eamque meritò refellunt Ioan. de Imola, & Philipp. Dec. *in d. cap. ultim. hoc tit. n.* 17. & manifestè convincitur ex *d. capit. ult.* ubi expresse habetur ejus decisionem agentem de executione Canonicatus, putà de stallo in choro, & in Capitulo, nequaquam attingere præterita, nec futura cum præjudicio præteritorum; siquidem illa Constitutio antiquos Canonicos, nisi de illis nominatim caveatur, nullo modo comprehendet. Non obstat *d. Clement.*2. *de ætate & qual.* extendens prohibitionem, de qua *ibi*, ad Canonicos antea receptos, quia extensio illa facta fuit auctoritate Principis Legislatoris, ut apertè denotant illa verba, *sunt mancipati, vel mancipabuntur in posterum.* Nec refragatur sententia glos. *verb. utetur*, juncto text. in alia *Clement.*2. *de vita & honest. Cleric.* resolventis Clement. illam interdicentem quibuscumque Clericis virgatis, vel partitis vestibus publicè uti, extendi etiam ad vestes priùs factas, quibus inquit gloss. ipsos Clericos uti publicè minimè posse sine pœna illius Constitutionis. Etenim si cum adverventia perpendatur illa gloss. sibi ipsi in effectu respondet, dicens non ob id Constitutionem illam respicere præterita, cùm solummodò futurum usum damnaverit. Ita Anguian. *in tract. de legib. lib.* 5. *controv.*2. *à numero* 11. ubi *numero* 14. advertit text. *in dict. Clem.*2. *de vita & honest. Cleric.* prohibentem Clericis usum vestium partitarum, obtinere etiam quoad vestes antiquas absque illarum præiudicio, cùm constitutio interdicat futurum usum hujusmodi vestium partitarum: & *controv.* 5. latè agit de lege declaratoria, & an ad omnes actus præteritos de tempore legis declaratæ habitos extendatur? de quo etiam Morla *in emporio Iuris, part.*1. *tit.*1. *q.*6.

SVMMARIVM.

1 *Casus hujus textus proponitur.*
2 *Textus hujus verba referuntur.*
3 *Appellari non potest à lege.*
4 *Adversùs leges de dolo excipi non potest.*
5 Text. in præsenti *intelligitur.*
6 L. 1. in fin. ff. de doli except. *intelligitur.*
7 *Lex, aut indultum Principis an stare possit si tertio præjudicet.*

CAP.

CAP. Cùm omnes VI.

1 AD *num.* 1. Canonici Trecensis Ecclesiæ sibimet consulere volentes, & non his, qui ad Canonicatus, & Præbendas venturi postea essent, constitutionem fecerunt inter sese, in qua duo firmata erant. Alterum ut ipsi, vel præsentes, vel absentes ex integro redditus percipere beneficiorum suorum possent; at qui post eos venirent ad Canonias, non aliter eos perciperent, quàm si residerent. Alterum ut cùm vineæ quædam Præbendis singulis junctæ essent, ipsi eas quoad viverent, possiderent, nec tamen ad successores eodem modo transirent, sed earum proventus in singulos distribuerentur. Verisimile autem videtur successores Canonicos, quibus ex hac Constitutione præjudicabatur, appellasse ad Pontificem, qui ita
2 rescribit: *Cùm igitur quod quisque Iuris in alterum statuit, ipse debeat uti eo, & sapientis dicat auctoritas, Patere legem quam tu ipse tuleris: mandamus quatenus antiquos Canonicos junioribus, & juniores in perceptione fructuum tam præbendarum, quàm vinearum coæquetis antiquis secundùm priorem consuetudinem usque ad tempus prædictæ Constitutionis servatam, vel secundùm rationabilem institutionem in posterum observandam.*

3 Verùm obstat quod à lege provocari non potest, *l. 2. §. ex actis, ff. de origine Iuris, l. 1. ff. à quibus appel. non liceat, l. si qua pœna, ff. de verb. sign. l. fin. ff. de appel. recip.* cùm non sit appellatio nisi à sententia, *l. 1. § 1. ff. de appellat.* Tum
4 etiam, quia adversùs leges de dolo excipi non potest, ad not. *in l. 1. §. solent, ff. quando appel. sit, & in l. si constet, ff. de appellat. & in l. si privatus, ff. qui & à quib. & in l. qui gravatos, C. de censib. lib. 11.* Ergo appellatio dictorum
5 Canonicorum stare non potuit. Sed nihil verosimilius fortè est, quàm successores Canonicos adversùs legem appellasse; nam quo pacto id fecerint, si quo tempore lata Constitutio fuit, nondum Canonici erant? At neque de vera quidem lege intelligi id posse Canonicos statuere, affirmat Læl. Mancin. *disquisitionum genialium & anniversariarum Iuris disput. cent. 3. c. 222. n. 2.* Non enim veram condere legem potuerunt, cùm neque jurisdictionem haberent, neque imperium, aut omninò legislativam aliquam potestatem. Valuit itaque Constitutio ista Canonicalis in vim pacti, & conventionis, non legis, ut ex se notum satis. Quod si vera fuisset lex, inutilis tamen fuisset, uti non habens veræ legis conditiones, de quibus per Isidor. *in c. erit autem lex, 4. dist.* requirentem ut sit justa, secundùm consuetudinem, necessaria, utilis, & nullo privato commodo, sed pro communi civium utilitate conscripta. Hæc autem injusta erat, cùm absentes percipere fructus deberent, non secundùm consuetudinem, ut ibi; non necessaria, vel utilis, nisi per avaritiam; non communi utilitate, sed privatis legum latorum commodis promulgata.

Non obstat Paul. *in l. 1. in fine, ff. de doli except.* dum ait dolo fieri, tam in contractibus, quàm in testamentis, quàm in legibus, quasi adversùs leges doli exceptioni locus sit, quia respondetur sententiam Pauli *in d. l. 1.* diversam esse; non enim voluit adversùs leges excipi de dolo posse (quod absurdum,) sed adversùs eum, qui dolosè versetur circa leges, scilicet si scriptus hæres in fraudem legis Iuliæ & Papiæ tacitam accommodaverit restituendæ hæreditatis, legatíve præstandi ei, qui capere non possit, voluntatem: aut si interpretationem legum cõtemnat quis, *l. ita fidei, ff. de jure fisci*, legésve calumnietur, & verba earum captare studeat, *l. pen. ff. ad exhib.* Neque explicari aliter res potest, ut quod de legibus dicitur, conveniat ei, quod de contractibus, & de testamentis præmittitur, & quidem in eum sensum, ut excipi de dolo adversùs eum possit, qui dolosè in contractibus, testamentis, legibúsque versetur. 6

Illud verò quod de provocatione à lege non facienda suprà dixi, (si diligentiùs explicanda res est) contingere multifariam potest, ut privati hominis læsionem velit lex, nec dubitari de veriori sententia valet, si percurramus singula. Est itaque primus modus, si cui privilegium aliquod conceditur cum læsione aliqua & præjudicio alterius: & constat, si sit dubia Principis mens, ita præsumendum, ne voluerit tertio præjudicare. At si certa sit lædendi voluntas, nullius tunc roboris privilegium esse, cùm non possit facto Principis cuiquã hominum jus suum detrahi, præterquam ex publica aliqua necessitate, vel causa. Denique si invalidum privilegium est, frustrà est de appellatione quæstio. Alter modus est, si privato homini legislator nocuisse dicatur ob publicam aliquam necessitatem, aut commune bonum civitatis, & tunc nulla provocatio est, cùm nihil non justum habeat dispositio Principis, & valeat quod vulgò dicitur, Salus populi suprema lex. Tertius, si lata fuerit specialis aliqua lex in detrimentum privatæ alicujus personæ nominatim, tunc enim si ejusmodi illa sit, ut virtute obliget plurimos, valebit utique quasi generalis Constitutio, si justa erit, adeóque non appellabitur ab ea. At si injusta, non valebit: quare nec appellatione opus quidem erit. Quartus, & ultimus, si generaliter scribatur quidem lex, sed legislatoris animus 7

animus privati alicujus hominis offensionem velit; nam nec tunc provocabitur, si alioqui lex sua habuerit requisita *d.c. erit autem lex, dist.*4. intentio enim legislatoris extra rem est, neque afficit legem, sicut prava intentio Iudicis sententiam non inficit, quæ alioquin justa est. Ita accepi à Læl. Mancin. *d. cent.* 2.*c.*121.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas non prodest ei qui propria culpa in illam se conjecit.*

2 *Intellige ubi culpa ad casum praeordinata non est.*

3 *Culpa quæ ad casum præordinata non est, nocere non solet.*

CAP. Quæ in Ecclesiarum VII.

1 AD *num.*7. Conclusionem, quod paupertas non prodest ei, qui propria culpa in illam se conjecit, de qua sub hoc
2 *numer.* intelligendam adverto ubi culpa ad casum præordinata non est, quasi secus si ad casum culpa præordinata fuerit. Ita Covarr. *lib.*2. *cap.*16. *num.*9. *vers. secundò illud adnotandum, & pract. cap.*8. *n.*3. Marchesan. *de commissionib. part.* 2. *de commiss. avocat. causar.* §.2. *numer.* 52. Cornel. Benincas. *de paupert. quæst.*4. *princ. n.*48. Ari. Pinel. *in Auth. nisi tricennale, num.*46. *C. de bonis mat.* Marc. Mantua *sing.* 31. Gam. *decis.* 25. *n.*2. Menoch. *de arbitr. casu* 182. *num.* 39. *cum seqq.* Sfort. Odd. *de restit. in integ. part.*1. *quæst.* 11. *art.*10. Ludov. Mexia *in tract. taxa panis, conclus.*1. *num.*9.
3 Culpa enim quæ ad casum præordinata non est, nocere non solet, *l. is qui ex stipulatu* 44. *ff. de action. l. non omne* 38. *ff. de statulib. cap. quia diversitatem* 5. *de concess. præb.* ubi gloss. *verb. suspensus*, Franc. Becc. *cons.* 214. *num.*15. Mar. Giurb. *cons.* 51. *num.* 19. *in fine*, D. Barbos. *in l. si Prætor,* §. *Marcellus, n.*45. *ff. de judic.*

SVMMARIVM.

1 *Statuta & leges laicorum Ecclesias, & earum bona nullatenus ligant.*

2 *Nemo tenetur directè legibus ejus, qui in ipsum non habet potestatem.*

3 *Clerici civilibus Principum legibus non obligantur directè, sed indirectè, quatenus naturalis æquitas postulat.*

4 *Statuta laicorum pœnarum condemnationem, & exactionem imponentia non ligant ecclesiasticas personas.*

5 *Praxim recurrendi ad Iudices sæculares, qui defendant.*

6 *Recursus ad Regia Tribunalia in Ecclesiasticis causis qui detestentur.*

7 Cap. filiis, vel nepotibus, 16. q. 7. *intellectus, & n.*8. *&* 9.

10 Cap. filiis, vel nepotibus, 16. q. 7 *abrogatum, & sublatum ab Innocentio III.* in cap. qualiter & quando, de judic.

11 Cap. Regum 23. q. 3. *declaratur.*

12 *Immunitas Ecclesiastica, seu exceptio clericorum à sæcularium Principum iurisdictione, tam quoad personas, quàm quoad bona est de jure divino.*

13 *Reg.* Acquisibilia privilegio, sunt etiam acquisibilia consuetudine, aut præscriptione, *quomodo intelligenda.*

14 *Consuetudo, quamvis immemorialis, si sola sit, & nullo titulo Pontificio iuvetur, non potest ecclesiasticæ jurisdictioni quicquam derogare.*

15 *Papa quatenus toleret consuetudinem recurrendi ad Iudices laicos.*

16 *Lex Civilis prohibens alienari bona immobilia in Ecclesias, an sit valida?*

17 *Bona patrimonialia clericorum an gaudeant eodem privilegio, quibus gaudent bona Ecclesiarum, ostenditur, & n.*18.

CAP. Ecclesia S. Mariæ X.

AD *num.*2. Quod statuta & leges laicorum Ecclesias, & eorum bona nullatenus ligent, ultra citatos in collect. docent Boët. Epo *lib.*1. *de Iure sacro, cap.*2. *num.*178. Franc. Ferrer. *de soluto matr. secundo evident. n.*6. Camill. Borrell. *de Magistr. lib.*2. *cap.*11. Ioan. Bapt. Ciarlin. *var. controvers. cap.*45. *num.*2. *& cap.*107. *num.* 32. Carleval. *de judic. q.*6. *sect.*1. *num.* 394. Florid. Mauson. *de contract. quæst.* 8. *n.* 4. Baldel. *in Theologia mor. lib.*5. *disp.*33. *num.* 20. Lotter. *de re benef. lib.*3. *q.*18. *n.*86. Martinez *in* 1. 2. *S. Thomæ, tom.*3. *quæst.*96. *art.*5. *dub.*6. *n.*86. novissimè Thom. Delbene *de Comit. seu Parlamentis dub.* 4. *sect.*16. *pag.*24. *cum seqq. & sect.*18. *num.*1. ubi 2
reddit rationem, quia nemo tenetur directè legibus ejus, qui in ipsum non habet potestatem, nec jurisdictionem, ibique probabilius dicit, quod Ecclesiastici civilibus Principum secularium legibus non obli- 3
gantur directè, id est, præcisè ex vi ipsarum legum, aut potestatis legislatricis civilis, sed quod obligantur solùm indirectè, quia scilicet id naturalis æquitas postulare videtur, cùm alioquin communis pax inter cives difficilè observari posset, & citat meipsum *in hoc loco*, & Villalob. *in sum. tom.*1. *tract.*2. *diff.*31.

*diff.*31. *num.*1. Faust. *in speculo Confess. disp.*9. *q.*44. Filliuc. *in quæst. moral. tom.*2. *tract.*35. *cap.*4. *n.*94. ac alios. Et iterum idem Thom. Delbene *dub.*39. *sect.* 1. *num.* 2. *pag.*346. post Molin. *de Iustit. tract.*2. *disp.*31. *n.* 15. Squillante *de privil. cleric. cap.*7. *dub.* 3. *num.*94. & *cap.*8. *num.*89. à Ponte *in resp. de censur. Pauli V. fol.*75. id intelligit si hæ civiles leges non pugnant cum libertate Ecclesiastica, id est, neque directè, neque indirectè lædunt Ecclesiasticam libertatem, gravando scilicet Ecclesiasticos, aut jura libera, & privilegia eorum diminuendo.

4 Ad *num.*6. Quod statuta laicorum pœnarum condemnationem, & exactionem imponentia adversùs eos, quorum pecora damnum dederint, aut in fructibus, vel in pascibus vetitis fuerint inventa, non ligant Ecclesiasticas personas, ultra in collect. citatos, tenent Sanch. *in opusc. moral. tom.*2. *lib.*3. *cap. unic. dub.*31. *num.*2. me citato *in hoc loco*, Thom. Delbene *d. dub.*4. *subsect.*14. *num.*1. *pag.*57.

5 Ad *num.*7. De praxi recurrendi ad Iudices sæculares, ultra citatos agunt, eamque probant, & multis defendere conantur Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.*1. *num.*25. Bobadill. *in sua politica, tom.*1. *lib.*2. *cap.*18. *n.*139. Ioan. de Hevia *in Curia Philip. part.* 1. §.5. *num.*34. Segura Davalos *in direct. Iudic. Eccles. part.*2. *cap.*13. *num.*51. & 53. Salgad. *de protect. Regia, tom.*1. *part.* 1. *cap.* 1. *cum seq.* Ioseph. Sesse *de inhibit. cap.*8. §.3. & *p.*2. *decis. in epist. ad Regem*; Carol. de Grass. *de effect. cleric. effectu* 1. *n.*300. Castil. *tom.*7. *de tertiis, cap.*41. ubi latè agit de hac materia, & fundamentis à me in præsenti adductis sigillatim respondere nititur.

6 Ad *num.*14. ultra DD. in hoc numero citatos, qui recursus ad Regia Tribunalia in Ecclesiasticis causis detestantur, vide pro hac parte Baldell. *in Theologia morali, tom.*1. *lib.*5. *disp.*40. *num.*13. Filliuc. *in quæst. moral. tom.* 1. *tract.*16. *cap.*8. & 18. Ioan. de Madariaga *in tract. de Senatu, cap.*39. Palao *in opere morali, tom.*2. *disp. unic. punct.*12. *num.*5. Malder. *in p.*2. *q.*96. *art.*4. Franc. de Araujo *in* 1. 2. *S. Thomæ, q.*97. *disp.*3. *sect.*5. *diffic.*4. *n.*10. me citato *in hoc loco*, Thom. Delbene *dicto dub.*4. *subsect.*4. *num.*15. *pag.*36. meipsum *de jure Eccles. lib.*1. *cap.*39. §.2. *n.*180. *cum seqq.* & *in votis decisivis, lib.*2. *voto* 48. novissimè R. Fr. Hieron. Garcia *in sum. morali, tract.*1. *diffic.*3. *duda* 2. *puncto* 7. *n.*63.

7 Ad *num.* 15. Quatenus hic agitur de intellectu *cap. filiis vel nepotibus*, 16. *quæst.* 1 dum per eum aliqui putant quod negligentia Episcopi, vel alterius Ecclesiastici Prælati suppleri possit per Iudicem sæcularem; addo plures alios intellectus adducere Thom. Delbene *ubi suprà, num.*20. *cum seqq. pag.*38. & 39. Et refert nostrum intellectum, quod scilicet in eo textu non probatur in defectu Iudicis Ecclesiastici Principem sæcularem posse causas Ecclesiasticas ad se advocare, sed quod hic moneat Superiorem Ecclesiasticum de neglecta, aut iniquè administrata justitia, vel quod faciat instantiam Superiori pro illius correctione, & hunc eundem intellectum præstant Mar. Alter. *de censur. tom.*1. *disput.*16. *lib.*5. *cap.*2. Pesant. *tract. de immun. Eccles. disp.*2. *num.*1. Anguian. *de legib. tom.*1. *lib.* 2. *controvers.* 17. *num.*93.

Secundo loco Mart. *de Iurisdict. p.*4. *casu* 43. *num.*4. Duard. *in Bullam Cœnæ, lib.*4. *can.*14. *q.*8. *num.*8. respondent *d. text. in cap. filiis vel nepotibus*, intelligendum in casibus, in quibus jurispatronatus collatio, atque institutio ex privilegio Summi Pontif. spectat ad Regem, & secundùm istum intellectum primò adeundus est Episcopus, secundò in subsidium adeundus est Rex. 8

Tertio loco P. Suar. *de defensione Fidei contra Anglicanæ sectæ errores, lib.*4. *cap.*38. asserit solùm in eo textu dici quod patronus Ecclesiæ, si viderit bona Ecclesiæ ab inferioribus clericis defraudari, moneat Episcopum: si videat defraudari ab Episcopo, moneat Metropolitanum: si à Metropolitano, Regiis auribus intimet, non quasi ut Rex jurisdictione utatur in Metropolitanum, sed ut auctoritate sua illum moneat, vel si id satis non est, implorato Pontifice, ejus auctoritate illum cohibeat, interim facto, & potentia impediat ne Ecclesia in bonis suis damnum patiatur. 9

Quarto loco alii non pauciores affirmant prædictum text. *in d. cap. filiis*, fuisse abrogatum, & sublatum ab Innocentio III. *in cap. qualiter & quando, de judic.* ex quorum numero sunt Sahag. de Villasante *in cap. decernimus, num.*159. *de judic.* Azor. *institut. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 14. *quæst.*2. *ad fin.* Coriolan. *in Bull. Cœnæ, excom.*14. *fol.* 926. Salas *de legib. quæst.*96. *tract.* 14. *disp.* 14. Bonacin. *eod. tract.*10. *q.*2. *punct.*1. §.1. *num.*12. Pesant. *de immunit. Eccles. disput.*16. Filliuc. *in quæst. moral. tom.*1. *tract.*16. *cap.*10. *n.*263. Duard. *in Bulla Cœnæ, lib.*2. *can.*14. *quæst.*8. *num.*8. quos refert Thom. Delbene, *ubi suprà, n.*24. *pag.*39. 10

Ad *num.*16. De intellectu *cap. Regum*, 23. *q.*2. agit Thom. Delbene *d. dub.*4. *subsect.*3. *num.*3. *pag.*34. dicens illud procedere quoad laicos subditos, & *subsect.*4. *num.*16. *pag.*38. addit quod tunc competit Regibus per vim oppressos à manibus calumniantium libe- 11

rare, & tunc licet vim vi repellere de jure naturali, quando vis est clara; & manifesta.

12 Ad *num.*19. Quod immunitas Ecclesiastica, seu exemptio Ecclesiasticorum à sæcularium Principum & Magistratuum jurisdictione, tam quoad personas, quàm quoad bona, est de Iure divino, quanvis Iure positivo, tam Canonico, quàm Civili declarata, & confirmata, ultra citatos *in collect.* docent Valenzuel. *in defens. censur. Pauli V. p.*4. *n.*37. Ioan. Beltran. *in propugn. libert. Ecclesiast. assert.*1. §.7. *num.*13. & 31. Sosa *in tract. censur. Pauli V. fol. mihi* 25. & *seqq.* Vgolin. *in resp. ad Iurisconf. gymnasii Patavini, c.*2. Colleg. Bononiense *in resp. pro libertate Eccles. contra Venetos, num.*40. Bonacin. *de censur. in Bulla Cœnæ, disp.*2. *quæst.*16. *sect.*1. *puncto* 2. *num.*5. Boët. Epo *de jurisdict. Eccles. tempor. q.*2. *n.*3. *pag.*18. Ludov. Correa *in repet. cap. inter alia, de imm. Eccles. part.*2. *num.*40. Alzed. *in praxi Episcop. part.*2. *cap.*3. *num.*36. Octav. Glorit. *resp.*13. *num.*4. Antonin. Dian. *resol. moral. p.*5. *tract.*1. *resol.*21. Thom. Delbene *d. tract. de Parlam. dub.*27. *sect.*4. *cum seqq. à pag.*307. Ego ipse *de Iure Eccles. universo, lib.*1. *cap.*39. §.2. *à n.*5.

13 Ad *num.*17. Eleganter hac de re Thom. Delbene *d. tract. dubit.*4. *subsect.*4. *num.*5. *pag.*41. ubi ait regulam illam, acquisibilia privilegio, sunt etiam acquisibilia consuetudine, aut præscriptione, limitandam esse, nisi lex consuetudinem tanquam abusum, vel corruptelam improbet: & *num.*7. tunc sufficere consuetudinem ait, si præsumpto aliquo titulo juvetur, v. g. constanre fama privilegii concessi, quod temporis diuturnitate amissum sit; nam fama dat justam causam credendi, ut ait Abb. *in cap. de quarta, num.*10. *de præscript.* tunc enim præscribens non fundatur in mera possessione, aut consuetudine, sed in titulo, ex quo capax fiat possessionis, consuetudinis, ac denique præscriptionis cum bona fide, sicut rectè notavit Mascard. *de probat. concl.*1371. *n.*32. ubi ait quod data incapacitate præscribentis solus cursus temporis nihil potest operari, ut reddat capacem eum qui incapax est: quare tunc opus est, ut allegetur titulus privilegii, aut exemptionis, & ad probationem talis tituli sufficiet probare lapsum temporis, cujus initii memoria non extet.

14 Vnde sequitur consuetudinem quanvis immemorialem, si sola sit, & nullo titulo, seu privilegio Summi Pontif. adjuvetur, non posse Ecclesiasticæ jurisdictioni quidquam derogare, ut per Abb. *in cap. clerici, n.*5. & 6. *de judic.* Lup. *de libert. Eccles. part.*1. *quæst.*6. Anton. Gabr. *comment. lib.*5. *tit. de præscript. conclus.*1. *num.*9. Azor. *instit. moral. part.*1. *lib.*5. *cap.*13. *quæst.*8. Mart. *de jurisd. p.*4. *casu* 63. & 64. Tanner. *lib.*2. *defens. Eccles. libert. cap.*16. Thom. Delbene *dict. subsect.*4. *n.*10. *pag.*42.

Ad *num.*25. Ad illud quod Summus Pontifex scit, & tolerat istas, & similes consuetudines, ac proinde tacitè in illas consentire videtur, respondet Thom. Delbene *d. tract. dubit.*27. *sect.*9. *pag.*325. me citato *in hoc loco*, illas tolerare non tolerantia approbativa, sed tolerantia permissiva, ad evitanda scilicet majora incommoda; maximè quia quotannis in Bulla Cœnæ Domini cum amplissimis clausulis revocantur omnes consuetudines, quæ sunt contra immunitatem Ecclesiasticam, & citat Fagnan. *in resp. pro censur. Pauli V. part.*4. *fol.*116. Ant. Bov. *in simili assumpto, part.*4. *ad arg.*11. & 12. Colleg. Bononiense *in resp. pro libert. Eccles. num.*57. Franc. Sosa *contra Venetos, fol. mihi* 72. Comitol. *in apologia contra Venetos, c.*3. *num.*8. Vigian. *in tract. de libert. Eccles. disp.*2. *concl.*3. *disput.*3. *conclus.*1. Vgolin. *in resp. ad Iurisconf. gymnasii Patavini, cap.*7. *fol.*193. Ponte *in resp. pro censur. Pauli V. fol.*11. Ioan. Beltr. de Guevara *in propugn. Eccles. libert.* §.7. *n.*43. Theologi Religionis Servorum *in defens. censur. Pauli V. cap.*8. *n.*19. *in fine*, Cochier. *de libert. Eccles. part.*2. *cap.*3. *num.*8. Surd. *consil.*301. *num.*58. Peregr. *de immun. cap.*2. *n.*34. Castro Palao *in opere morali, tom.*2. *disp. unic. de immun. Eccles. puncto* 12. *num.*3. Suar. *de defensione Fidei contra Anglicanæ sectæ errores, lib.*4. *cap.*32. *num.*11. Duard. *d. lib.*2. *can.*19. *q.*8. *n.*25. Lotter. *de re benef. lib.*3. *q.*33. *n.*19. Filliuc. *tom.*1. *tract.*16. *cap.*16. *n.*256. Acosta *in Bullam Cruciatæ, q.*79. Beller. *disquisit. cleric. p.*1. *tit.*3. §.3. Baldel. *in disp. Theolog. tom.*1. *lib.*5. *disp.*39. *num.*11. Si revera extant privilegia (prout illud habere Hispaniæ Reges asserunt Bañez 2.2. *q.*67. *art.*1. *dub.*2. *concl.*1. Ioan. de la Cruz *p.*1. *præc.*8. *q.*3. *art.*1. *dub.*1.) poterit defendi opinio opposita, quod scilicet per Bullam Cœnæ, quæ quotannis feria quinta Hebdomadæ sanctæ publicari solet, non revocetur illud, nec omne aliud privilegium à Summis Pontif. concessum, quia lex universalis posterior non derogat privilegio speciali anteriori, secundùm Filliuc. *tom.*1. *tract.*16. *cap.*10. *num.*258. & alios, quos refert Thom. Delbene *dub.*27. *sect.*11. *num.*3. *pag.*329. 15

Ad *num.*29. Quod lex, sive Constitutio civilis prohibens alienari bona immobilia in Ecclesias, sive personas Ecclesiasticas, invalida & illicita sit, ultra *in collect.* citatos *sub hoc num.* docent Azeved. *l.*8. *n.*3. *tit.*18. *lib.*9. *Recop.* ubi ex Ias. hanc partem dicit 16

in

in judicando & consulendo sequendam, Schrader. post *quæst. ad Iustinian. tract. de rebus*, §.16. *à num*.87. Mench. *de success. creat. lib*.1. §.10. *num*.648. *vers. denique*, Petra *de potest. Princip. cap*.29.*n*.42. Fulv. Pacian. *consil*.164. *num*.5. *cum seqq*. Narbona *l*.35.*gloss*.2. *num*.34. *tit*.1. *lib*.3. *Recop*. Adam. Contzen. *lib*.6. *politicor. cap* 62.*cum seq*. Domin. Tasson *in pragm. de antefato*, *vers*.8. *observ*.1. Ioan. à Cochier. *in vind. libert. Eccles. part*.1. *cap*.11. Marta *de success. legali*, *part*.3. *q*.13.*art*.1. *à n*.1. Ciarlin. *controv. cap*.23. *n*.40. Ciriac. *controv. tom*.2.*cap*.205.*n*.157. Baldel. *in Theolog. moral. lib*.5. *disp*.36. *n*.20. Bonac. *de censur. extra Bullam*, *disp*.2. *q*.10. *puncto* 4. Araujo *in* 1.2. *S. Thomæ*,*q*.91. *disp*.3. *sect*.5.*diffic*.14.*vers. hinc colligo*, Anton. Diana *moral. resol. p*.1. *tract*.2. *resol*.53.57.58.63. *&* 74. *& p*.3.*tract*.1. *resol*.13. *& p*.4. *tract*.1. *resol*. 13.14.15. *&* 57. *& p*.5. *tract*.1. *resol*.3. *&* 8. Ego ipse *de Iure Eccles. univ. lib*.2. *cap*.3. *à num*.216. latè *in votis decisivis Canonic. lib*.1. *voto* 26. *per tot*. ubi pro hac parte plura adduco fundamenta, & contrariis respondeo.

17 Ad *num*. 34. Quod bona patrimonialia clericorum gaudent eodem privilegio, quo gaudent bona Ecclesiarum, & non possunt collectari à Principe sæculari, ultra citatos sub hoc numero, tenent etiam Bald. *in l. placet*, *C. de sacros. Eccles*. Medina *in C. de restit. q*.15. Prosp. de Augustino *ad Quarant. in sum. Bullarii*, *verbo Vectigal*. Less. *de Iustitia*, *lib*.2. *c*.33. *dubit*.3. *num*.19. Suar. *de defens. Fidei contra Anglicanæ sectæ errores*, *lib*.4. *cap*.24.*&* 25. Azor. *instit. moral. p*.3. *lib*.5. *c*.19.*quæst*.7. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tomo* 1. *lib*.9.*cap*.25.*n*.377.*&* 379. Duard. *in Bull. Cœnæ*, *lib*.2. *can*.18. *q*.5. *n*.4. *& q*.6. *n*.1. Filliuc. *in qq. moral. tom*.1. *tract*.16. *cap*.11. *num*.298. Molin. *de Iustit. tom*.3. *tract*.3. *disp*.671.*n*.2. Mar. Alter. *de censur. tom*.2. *disp*.15. *lib*.5. *cap*.6. *dub*.2. Homobon. *de examine Eccles. p*.1. *tract*.11. *cap*.6. *q*.9. Molfes. *in summa*, *tom*.2. *tract*.12. *cap*.22.*n*.166. Castro Palao *in opere mor. tom*.2.*tract*.12. *disp. unic. puncto* 9.*num*.2. Squillan. *de privil. Clericor. cap*.8.*n*.34. Marta *de Iurisd. part*.4. *casu* 49. *n*.9. Pasqualig. *in suis decis. moral. decis*.128. *num*.4. Grilenzon. *cons*.53. Anton. de Marinis *quotid. resol. c*.37. *num*.9. Mar. Antonin. *var. resol. lib*.1.*resol*.88. *num*. 1. Sanch. *in opusc. moral. lib*.7. *cap*.1. *dub*.36. *in princ*. Ciarlin. *controv. forens. c*.31. *num*.7. Baldel. *in Theologia morali*, *lib*. 5. *disp*.34. *n*.2. Aloys. Ricc. *p*.2. *decis*.299. *n*.3. *& in praxi*, *tom*.4.*resol*.93. *num*.2. Tamburin. *de jure Abbatum*, *tom*.1. *disp*.15. *q*.20.*num*.3. Castil. *tom*.7. *de tert. cap*.9. *num*.18. Probatur hæc pars ex *Auth. item nulla communitas*, *C. de Episcop. & cler. & ex cap. ult. de vita*, *& honest. cleric. & cap. non minùs*, *de immun. Eccles. & cap. quanquam*, *de censib. lib*.6. *& Clem. ult. eod. tit*. Ratio est, quia bona in accessionem veniunt personæ clericalis, si ejus sunt; vel in accessionem Ecclesiæ, si Ecclesiæ sunt: accessorium verò ex principali suo dijudicandum est, *reg. accessorium*, *de regul. jur. lib*.6. cum plenè per me adductis *Axiom*.4. *num*.1. Tum etiam, quia bona Ecclesiæ sui natura temporalia sunt, & tamen ob id solum quod Ecclesiæ accedunt, privilegium sortiuntur, ne veluti temporalia haberi debeant: ergo & bona clerici, quia clerico accedunt, atque hîc bona illatio: nam cùm personæ clericorum ab omni jurisdictione sæculari immunes fiant, eorundem quoque res eximi ab eadem jurisdictone debent. Tum etiam, quia ex Panorm. *hîc*, *num*.3. bona clericorum patrimonialia obligantur Ecclesiæ, si ea quæ beneficiaria sunt, clericus malè tractet, dissipet, deperdat, non secus ac bona mariti tacitè obligantur pro dote uxori suæ, *l. ult. C. de pact. convent*. Tum denique, quia clericus non sortitur forum laici Principis in patrimonialibus, *cap. si clericus*, *de foro compet*. ergo nec statutis ligari potest, cùm idem valeant, seu à pari procedant (ut loquuntur,) statutis ligari & forum sortiri, Gloss. *in l*. 2. *ff. de eo quod certo loco*, *& in cap. quod clericis*, *de foro comp*. plures per me citati *Axiom*.174.*n*.26. Contrarium verò, immò patrimonialia clericorum bona eodem jure non censeri, quo & bona Ecclesiastica, nec ad eas patrimoniales clericorum res pertinere Ecclesiasticorum bonorum privilegia, nisi in casibus à jure expressis, sustinent *gloss. margin. verb. res ipsarum*, *in cap. quanquam*, *de censib. in* 6. Butr. *in cap. si diligenti*, *num*.18. *de præscript*. Abb. *in præsenti*, *num*.3. *& in cap. ult. n*.11. *de vita*, *& honest. cleric*. Felin. etiam ibi, *n*.7. *&* 8. & Dec. *n*.18. Balb. *de præscript. part*.3. *q*.5. *num*.2. Vivian. *commun. opin. lib*.3. *verb. clericus in bonis*, Cov. *var. lib*.1. *cap*.4. *num*.2. Guttier. *de gabell. q*.88. *num*.10. latè, & nervosè Læl. Mancin. *disquisit. genialium*., *& anniversariarum Iuris disput. cent*.3. *cap*.241. *cum duobus seqq*. Ioan. Driedon. *de libert. Christ. lib*.2. *cap*.3. Et moventur, quia hujusmodi patrimonialia clericorum bona sunt purè temporalia, nec respectum habent ad clericum ut clericum, sed ad clericum ut civem, seu finem spectes, seu modum; nam hæc omnia temporalia sunt: cùm enim bona Ecclesiæ decimas non solvant, *cap. novum genus*, *de decim*. creditu tamen est bona patrimonii hujusmodi decimis subjacere, ut dixi *de officio Episcopi*, *p*.2. *alleg*.19.*n*.92. Cumque alienari bona Ecclesiæ non possint, attamen bona pa-

trimoni

monii etiam titularis, alienabilia olim erant, *gloſſ. ult. in cap. tuis, de prabend.* donec prohibita omnis alienatio fuit per Concil. Trid. *ſeſſ.21. de reformat. cap.2.* Item prætextu læſionis non petit clericus in bonis patrimonialibus ſe reſtitui, ut in bonis Eccleſiæ, & de eiſdem compromittit in laicum, quod non poteſt de Eccleſiaſticis bonis, *cap. contingit, de arbitr.*

18 Sed hæ contrariæ opiniones fœdere diſtinctionis componi poſſunt, ut ſcilicet prima quæ habet, bona patrimonialia clericorum gaudere eodem privilegio exemptionis, quo gaudent bona Eccleſiarum, procedat in bonis patrimonialibus, ad quorum titulum clerici ordinati ſunt, & interim quod non extinguitur titulus per adeptionem beneficii Eccleſiaſtici. Secunda verò contraria, ut locum habeat in aliis bonis patrimonialibus, quæ titulo aliquo temporali, v. g. hæreditate, legato, donatione, emptione, arte, vel alio ſimili ab Eccleſiaſticis acquiſita ſunt. Ita Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.18. num.73.* Azeved. *l.1. n.9. tit.4. lib.1. Recop.* Bobadil. *in ſua politica, lib.2. cap.18. n.60. lit.F*, Cened. *pract. lib.1. q.11. n.10.* Ciarlin. *controverſ. forenſ. cap.22. n.48.* Marcel. Vulpe *in ſua praxi judic. Eccleſ. cap.17. n.24.* Ego ipſe *d. p.1. alleg.19. n.91.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis ſententia ferenda ob contumaciam.*

2 *Contumaciæ pœnam evitat qui ob paupertatem comparere abſque dedecore in judicio nequit.*

3 *Contumax non dicitur quis, niſi contumacia accuſetur.*

4 *Contumacia lato modo per ſe delictum dicitur.*

Cap. Ex literis XI.

1 Ad *num.*8. Notatur hic text. ad hoc, quod ob contumaciam excommunicationis ſententia ferri poteſt, ut per Gloſſ. & text. *ibi, in cap. ex parte 23. de verbor. ſignif. & in cap.2. de procurat. & in c.1. de dolo & contum. lib.6.* Simanch. *de Cathol. inſtitut. cap.14. de de contumac.* Cornel. Benincaſ. *de paupert. ſpec.10. in judic. n.11. cum ſeqq.* Marant. *de ordine judic. p.6. memb.2. n.29.* Ludov. Montalv. *de reprobat. ſentent. Pilati, art.3. num.25.* Suar. de Paz *in pract. tom.2. p.1. cap.3. num.5. verſ. alia pœna eſt*, Farin. *in praxi crimin. q.18. n.39. verſ. ſi Iudex Eccleſiaſticus.*

2 Ad *n.11.* Vnde ad judicium venire juſſus, ſi abſque dedecore ob paupertatem comparere nequeat, nec compareat, contumaciæ pœnam evitat, *Auth. de hered. & falcid. §. hic nobis*, Cornel. Benincaſ. *d. ſpec.10. in judic. numero 23. cum ſeqq.* Marant. *d. part.6. verb. contumacia, num.5.* Sebaſt. Medices *de caſibus fortuitis part.2. q.4. n.12.* Surd. *de aliment. tit.1. q.48. n.6.* Maurit. Apicella *alleg.6. n.18.* Bernard. Græv. *ad pract. Cameræ Imper. lib.1. concl.142. n.2.*

Ad *num.12.* ibi, quia contumax non dicitur quis niſi contumacia accuſetur. Præter citatos *in collect.* adde hanc concluſionem probantes Octavian. Cacheran. *Pedem. deciſ.3. num.2. & 4.* Cornel. Benincaſ. *d. ſpec.10. in judic. num.22.* Anton. Gravat. *ad Veſtr. in pract. Romanæ Curiæ, lib.4. cap.4. num.17.* Suar. de Paz *d. p.1. tom.2. cap.3. num.6. cum ſeqq.* Franc. Milanen. *deciſ.21. numero 23. lib.1.* Azeved. *l.1. num.52. & 53. tit.4. lib.4. Recop.* Camill. Borrel. *in ſumma deciſ. p.1. tit.46. num.170.* Petr. Pechi. *de jure ſiſtendi, cap.38. num.5.* 3

Ad *num.13. in fine.* Quod contumacia lato modo ſumpta per ſe delictum dicatur, ultra citatos vide Roland. à Valle *conſ.45. n.165. cum ſeqq. lib.1. & conſ.47. num.2. cum ſeqq. lib.2.* Andr. Gail. *de pace publica, lib.2. c.5. n.8.* Menoch. *de arbitrar. caſu 153. lib.2.* Marc. Anton. Eugen. *conſ.31. n.1. cum ſeqq. tom.2.* Farin. *in praxi crimin. p.1 q.18. n.26. & ſeqq.* Camill. Borrel. *d. tit.46. n.44. cum ſeqq.* 4

De Reſcriptis.

Tit. III.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum commiſſionis, in quo juſta de cauſa appellatio removetur per illam clauſ.* Appellatione remota, *validum eſt.*

2 *Per clauſ.* Appellatione remota, *non omninò ad ſuperiorem aditus intercluditur, cùm poſſit ad eum recurri per viam querelæ, aut reſtitutionis.*

3 *Non obſtante clauſ.* appellatione remota, *poterit victus uti remediò appellationis quoad effectum dumtaxat devolutivum.*

4 Text. in præſenti *intelligitur.*

5 *Appellandi facultas Iure communi conceſſa eſt unicuique, dum offenditur.*

6 *Intellectus varii referuntur ad hunc text.* & n.7. *verior proponitur.*

8 *Mandatum ſpeciale poſterius derogat priori reſcripto generali ſecundùm Ius commune obtento.*

9 Cap. ex parte 18. de officio deleg. & c. ex

ex sua 9. de filiis presbyt. *interpretantur.*

10 *Dispositiones opposita & repugnantes per modum possibilem ad concordiam sunt reducenda.*

11 *Rescriptum speciale derogat generali, quando speciale non fecit mentionem de generali antecedente.*

12 Cap. cæterùm 3. hoc tit. *interpretatur.*

Cap. Sicut I.

1 POst *num.*2. Probat hic text. valere rescriptum commissionis, in quo justa de causa appellatio removetur per illam clausᶠ. *Appellatione remota*: in eo autem consistit justa causa rescripti appellatione remota concessi, quod per illud Pontifex ante latam sententiam committit litem prima, & unica sententia duntaxat terminandam, per quam commissionem nec tollitur defensio, nec læduntur litigantes: nam cùm hoc rescriptum sit litigantibus commune, *c.*2. *de mutuis petit.* potest remotio appellationis tam reo, quàm actori utilis esse, cùm possibile sit quod tam pro uno, quàm pro altero feratur sententia, & licèt victus amittat beneficium appellandi, hoc detrimentum non est considerabile, arg. *l. de fideicommisso, C. de transact.* maximè cùm potuerit in litis progressu suam defensionem proponere, quam illi Pontifex, vel Princeps non magis aufert hoc rescripto, quàm si lege generali sanciret, nec essent plures instantiæ, vel unius causæ multiplices & geminatæ sententiæ, quod utique facere potest. Ita
2 subtiliter observant Hieron. Gig. *in addit. ad Dec. in rub. de appell. n.*30. *lit. A*, Menchac. *lib.*4. *usufreq. c.*1. *n.*5. Accedit quod per clausulam *Appellatione remota*, non omninò ad superiorem aditus intercluditur, potest enim ad eum recurrere per viã querelæ, *c.*1. *de offic. legati, c. concertationi, de appell. lib.6.* Vel per viam supplicationis, ut *in l.*1. *C. de sentent. Præf. Prat. l.*1. *&* 2. *tit.*19. *lib.*4. *Recopil.* vel per
3 viam restitutionis, ut docet gloss. *verb. retractari, in c. Apostolicæ* 35. *q.*9. Cov. *pract. c.*23. *n.*7. vel per alia remedia, quæ tradit Suar. de Paz *in pract. tom.*2. *c.*1. *quinta p. à n.*1. Imò non obstante prædicta clausula poterit victus uti remedio appellationis, scilicet quoad effectum duntaxat devolutivum, text. ita intelligendus *in c. pastoralis* 53. *in fine princip. de appellat.* ibi, per superiorem poterit emendari; scilicet interposita appellatione, ut interpre-
4 tatur ibi Imola, Franch. & Præpos. *in c. pastoralis* 28. §. *præterea, de offic. deleg.* Nec contrarium probat tex. *in præsenti*, in illis verbis ibi; *ejus appellatio non debet admitti*, quia respondetur; intelligenda esse respectu effectus suspensivi, quasi dicat quod non debet admitti appellatio per Iudicem à quo, quoniam appellatio non habet effectum suspensivum quando committitur causa appellatione remota, & sic tex. in præsenti nõ negat quin appellatio admittẽda sit per superiorem quoad effectum devolutivum. Ita Lancel. *de attent. c.*12. *limit.*8. *n.*2. Scacc. *de appell. q.*16. *lim.*1. *n.*22.

In tex. ibi, *Et litteris Apost. altera pars munita, quibus ei generaliter est indultum, ut liberè sibi liceat appellare.* Ex his verbis constat alterum ex litigantibus indultum generale à Romano Pont. impetrasse, ut liberè sibi appellare liceret, quod ex eo summè difficile videtur, quia appellandi facultas jure communi concessa est uniquique dum offenditur, & opprimitur, *l. Imperator* 25. *ff. de appell. l. minimè* 12. *l. litigatoribus* 14. *l. & in minoribus* 20. *l. si quis* 30. *C. eod. tit. c. quoties ad Romanam, c. non ita,* 2. *q.*6. *c.*11. *&* 12. *de appell.* Sed quod Iure communi cõpetit, frustrà precibus impetratur, *l. un. C. de thesaur. lib.*10. *l. verba* 12. *ff. de cond. inst. c. in his, de privil.* ergo frustrà hic privilegium liberè appellandi fuit impetratũ. 5

Cui difficultati tripliciter respondet gloss. hic, *verb. liberè*: & primò quod privilegium de quo in præsenti, operatur ut pars cui conceditur, posset interponere appellationem in casibus à Iure prohibitis, de quibus *in l.*1. *&* 2. *& per tot. C. quorum appellat.* Secundò, quod hæc indulgentia hujus textus procedit in persona, quæ propter suum delictum prohibita fuerat appellare, ideo altera pars hoc privilegium liberè appellandi impetravit, ut restitueretur ad Ius commune: sequuntur hic Bald. *n.*5. Bellam. *ex n.*1. Mantua *n.*13. & Ripa *n.*33. Tertiò quod indultum hic fuit impetratũ, ut faciliùs appellare liceret; solet enim plus teneri, & diligentiùs attendi quod in specie mandatur, *c. quanquam,* 23. *dist. c. etsi Christus, de Iurejur.* & cum hoc intellectu videtur remanere. Alii existimarunt in specie hujus text. præcessisse rescriptum speciale cum clausᶠ. *Appellatione remota*, & postea ab altera parte impetratum fuisse indultum generale liberè appellãdi, quo se defenderet adversùs clausulam prioris rescripti, quo credebat se conveniendum, & ita non fuisset elusoria secunda impetratio, si de prima mentionem fecisset: quæ interpretatio fuit Beroi *hic*, *n.*38. quem sequitur Cened. *ad Decr. coll.*128. *n.*3. 6

His & aliis intelligendi modis rejectis, pro tantæ difficultatis enodatione dicendum arbitror, generale rescriptum liberè appellandi, de quo hic, prius emanasse, & per illud parti impetranti duntaxat indulgere jus appellandi in casibus à Iure permissis, & hoc quidem non frustrà; nam illa pars timebat futura Iudicis gravamina, à quo plures mole- 7

ſtias reportaverat, & ideo ut ſe ab imminentibus illis periculis defenderet, & adversùs Iudicem ſe muniret, prædictum reſcriptum imperravit, cujus litteris Pontifex eundem impetrantem ſub protectione Sedis Apoſt. recipiebat, & eidem liberam & generalem appellandi facultatem indulgebat, & ſimul præcipiebat, ut Iudex tales à Iure permiſſas appellationes admitteret ſine aliquo gravamine, vel contradictione, quæ interpretatio non eſt aliena à dicto tertio gloſſæ intellectu, quem ſequuntur Innoc. & Card. *n.* 1. Anch. *n.* 3. Abb. *n.* 7. Sicul. *n.* 23. & Rip. *n.* 35.

8 Ad *n.* 3. Ex hoc textu deſumitur concluſio quod priori reſcripto generali ſecundùm Ius commune obtento derogat poſterius ſpeciale mandatum, ſeu reſcriptum, quam etiam firmant text. *in cap. paſtoralis* 14. §. *quoniam*, *verſ. nos igitur*, *& in cap. Abbatem* 40. juncta gloſſ. *verb. per litteras, inf. hoc eod tit. c.* 2. *de officio legati, c. dudum* 14. *verſ. nos igitur, c. quamvis* 38. *in utroque reſponſo*, *de præbend. lib.* 6. & facit *reg. generi* 38. *de regul. Iuris, eod. lib.* cum concord.
9 Sed valde obſtat quod in materia reſcriptorum, & concurſu litterarum Apoſt. illud reperitur ſtatutum, ut prioribus generalibus non derogent poſteriores ſpeciales litteræ, text. *in c. ex parte* 12. *de officio deleg.* ubi prius generale reſcriptum ad beneficia obtinenda, derogat poſteriori ſpeciali de quodam obtinendo, text. *in c. ex tua* 9. *de filiis presbyt.* ubi prioribus generalibus litteris de diſpenſando, & conferendis beneficiis non derogat poſterius reſcriptum, & contrarium priori. Pro quorum Iurium, & aliorum conciliatione oportet animadvertere genus, & ſpeciem interdum convenire, quando ſcilicet utrumque obſervari & ſtare poteſt, prout contingit quando ſpecies ineſt generi, ſub quo continetur, *l. ſemper, ff. de regul. Iuris*, vel quando ad unum & eundem effectum exprimuntur, ut *in l. quæſitum* 12. §. *ult. ff. de fundo inſtr. & in l. legata, in princ. ff. de ſuppell. leg.* interdum verò pugnare & opponi, veluti quando genus & ſpecies obſervari & verificari ſimul nequeunt, ut in ſpecie noſtri text. *& d. c. paſtoralis* 14. §. *quoniam*, *hoc tit. & c. dudum* 14. *& c. quamvis* 30. *de præb. in* 6. Everard. *in locis legalib. loco* 7. *n.* 3. Ratio autem colligitur ex hoc tex. nempe quoniam generi per ſpeciem derogatur; ideſt, quoniam ſpecies à genere detrahitur, manente reliquo; id enim ſignificat verbum *derogari*, *l. derogatur* 120. *ff. de regul. Iur.* ſi enim duæ reperiantur ſimul contrariæ diſpoſitiones, quarum una generalis ſit, altera ſpecialis, tunc ad vitandam animi mutationem, & ne inveniatur contrarietas, utramque ſimul valere ju noſtrum ſtatuit, ſpecialem ſcilicet in illa dumtaxat cauſa, generalem verò in cæteris omnibus, illa excepta : nam diſpoſitiones 10
oppoſitas & repugnantes per modum poſſibilem ad concordiam reducere debemus, ſalva, quatenus fieri poſſit, utriuſque natura, & proprietate, & cum minima utriuſque læſione, *c. cùm tu* 16. *de teſtib. c. periculosè, de Pænit. diſt.* 1. *cap. cùm expediat* 29. *de elect. lib.* 6. cum aliis, quæ in hanc rem refert Maſcard. *de probat. concl.* 1367. *n.* 10. Farin. *in praxi crim. p.* 2. *q.* 56. *per tot.* Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 20. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 23. *n.* 9. Et ſic dicendum ex prædicta ratione hunc text. intelligendum, ita ut ſpeciale reſcriptum in illa dumtaxat ſpeciali cauſa appellationem removeat, in cæteris verò cauſis generale reſcriptum ſuam obtineat firmitatem, tribuatque facultatem liberè appellandi. Et procedit ac locum habet hic tex. non ſolùm in caſu quo loquitur, nempe quando diſpoſitio ſpecialis poſt generalem ſequitur, ſed etiam quando præcedit; nam in hoc caſu etiam viget ratio decidendi proximè adducta, & generalia verba hujus textus in fine, *& d. reg. generi, & l. in toto, ff. de regul. Iuris*, cum ſimilibus, quæ non diſtinguunt inter generalem diſpoſitionem præcedentem, & ſubſequentem, & probat text. *in l. ſervo* 15. *ff. de pecul. legato, l. uxorem* 41. §. *felicissimo, ff. de legat.* 3. *l. ſanctio legum, ff. de pæn.* docent *gloſſ. fin. in princ. in hoc text.* Panorm. *n.* 14. plures per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 5. §. 3. *n.* 66.

Ex qua dicidendi ratione infertur reſcriptum ſpeciale derogare generali, quamvis ſpecialem fecerit mentionem de generali antecedenti: quia cùm hæc derogatio ſit inducta ex Iuris cenſura pro concordandis generali & ſpeciali diſpoſitionibus, & pro interpretanda diſponentis voluntare, ideo etiamſi ſpecialis non faciat mentionem de generali diſpoſitione, nihilominus procedit reg. generi per ſpeciem, ad quod probandum eſt tex. hic notabilis, in quo generale reſcriptum liberè appellandi prius fuit impetratum, ut ex veriori interpretatione evidenter conſtat, & tamen illi fuit derogatum per ſpeciale, nullam de illa mentionem faciens, tex. expreſſus *in cap. quamvis* 13. *de præbend. lib.* 6. in illis verbis: *Nam prima generali gratiæ ſibi facta derogat poſterior ſpecialis, licèt de illa non fecerit mentionem, cap. dudum*, §. *nos igitur, eod. tit. & lib.* ibi, *quamquam de gratia in derogante ſpecialis mentio non fiat*. Probat etiã text. *in d. c. paſtoralis*, §. *quoniam*. Ita gloſ. *fin. in princ. in præſenti*, Abb. *n.* 16. Felin. *n.* 11. & Butr. *n.* 26. *&* 27. Non obſtat text. *in c. ceterùm* 3. *hoc tit.* ubi Pontifex ſtatuit quod reſcriptum 12
poſterius de priori non faciens mentionem, cenſetur

censetur subreptitium, & firmitatis robur non obtinet, quia procedit quando utrumque rescriptum aut generale est, aut speciale, quo casu primum præfertur secundo, nisi in eo de primo fiat mentio, vel nisi ille, qui primum impetravit rescriptum, eo dolose & fraudulenter usus fuerit. Ita intelligendi sunt text. *in cap. si autem 9. & in capit. plerumque 23. inf. hoc tit.* At verò textus in præsenti procedit quando unum rescriptum generale est, & alterum speciale, quo casu generali derogat speciale, & natura sua & Iuris interpretatione, & ideo necesse non est, quod generalis mentionem faciat. Ita Abb. *num.*14. Bellam. *num.*5. & Mantu. *n.*16. *in præsenti.*

SVMMARIVM.

1 *Subditi in executione mandatorum possunt ex causa supersedere, si dubitent de voluntate Principis.*

2 *Scandalum & malum quod timetur eventurum, si exequatur Superioris mandatum, debet esse probabile & notabile.*

Cap. Si quando V.

1 AD *n.*2. Quod poterunt subditi, & vasalli ex causa supersedere in excutione mandatorum, & interim Principi rescribere, ut re maturiùs considerata videat utrùm non obstante scandalo, aut aliis malis imminentibus, adhuc litteræ exequendæ sint, necne, præter *in collect.* citatos resolvunt Greg. Lop. *l.*20. *cum seq. tit.*18. *part.*3. Palac. Rub. *de benef. in Curia vacant.* §.4. *cum seqq.* Rebuff. *ad leges Galliæ, tom.*1. *tract. de rescript. art.*1. *gloss.*1. *cum seqq.* latè & eleganter Anguian. *de legib. lib.*1. *controv.* 5. *per tot.* ubi *num.*15. ex eo probari insinuat, quia in tali casu certum est dubios esse subditos, & dubitare debere de Superioris voluntade, etiamsi sit supremus Princeps: unde fit, ut debeant interim in mandati executione supersedere, ne contingat quod imprudenter, & non ita maturo consilio faciant contra ipsiusmet Principis voluntatem: quod verò dubitent, vel dubitare debeant de vo-
2 luntate Principis, constat ex eo, quia in hypothesi proposita timebatur scandalum, vel malum aliquod notabile, & ex consequenti fieri non potest moraliter quod subditi dubii & ancipites non sint, vel esse debeant de mente legislatoris; potuerunt ergo & debebant ita dubitantes rem omnem narrare & exponere Superiori, ne indiscretè, & sine prudentia contra ipsiusmet Principis voluntatem aliquid faciant, & *n.*16. declarat scandalum, sive malum quod timetur, debere esse notabile simul, & probabile, & quod primo aspectu sic appareat, & *n.*18. id non solùm procedere ait, quando timetur scandalum, sed etiam si aliud quodcunque malum notabilis præjudicii possit probabiliter timeri.

SVMMARIVM.

1 *Casus hujus text. narratur.*

2 *Rescriptum præsumitur verum donec falsitas ostendatur.*

3 *Notorium indiget declaratione Iudicis.*

Cap. Ex parte XII.

POst *n.*1. Præsentaverat Clericus rescriptum à Pontifice obtentum, quo continebatur, ut absque ulla causæ cognitione beneficium quoddam sibi redderetur: rescriptum hoc Pontifex falsum credidit, nec tamen abstulit jurisdictionem scripto Iudici, quin ei jussit litteras ut inspiceret, beneficium non restitueret, sed pro adversario causam diceret, atque imposterum clericum ad se mitteret puniendum: quæ decisio videtur dubia, & primò contra illam obstat quod resolvunt Ioan. Andr. Compostel. & Butr. quos refert & sequitur Abb. *in cap. super litteris, n.*11. *inf. hoc tit.* videlicet, si vera falsitas objiciatur offerenti rescriptum, videlicet non emanasse litteras è Curia Principis, non censeri datum per eas litteras Iudicem de sua jurisdictione rectè æstimaturum. Secundò similiter obstat quod dato quod rescriptum esset falsum, fabricator illius non potuit dare jurisdictionem tam in principali ipsa re, quàm etiam in incidenti, arg. *l. Privatorum, C. de jurisd. omn. Iudic.*

Sed hæc non obstant: nam ad primum respondetur ex doctrina Barr. *in l.*2. *num.* 3. *C. si contra jus*, procedere si falsitas notoria sit; nam si latens, vel dubia, inquit, poterit tunc scriptus Iudex de falsitate judicare, arg. *l. Barbarius, ff. de offic. Prætor. & l. si arbiter, C. de sentent.* Ad secundum respondetur jurisdictionem non obvenire Iudici ab impostura ista, sed à lege, quæ rescriptum præsumit verum, donec falsitas ostendatur, idque puto esse quod voluit Bart. *citato loco*, Iudicem in possessione esse suæ jurisdictionis quousque dubia, aut latens impostura est. Ita Læl. Mancin. *disquisit. genial. & anniversariarum Iuris disput. cent.*3. *cap.*271. addens idem esse, licèt impostura manifesta sit, posse tamen scriptum Iudicem in ea procedere cum notoria causæ saltem declaratione 2

ratione indigeat judicantis, postquam verò emanaverit declaratio à Iudice, tunc si quid actum fuerit ante objectum crimen falsitatis, irritum fieri, *cap. sua, de officio vicar.* juncta *l. litet, C. de procurat.*

SVMMARIVM.

1 *Dolosæ obreptionis cognitio penes quem sit.*
2 *Subreptio est opponenda, probandaque coram illo, qui literis datus est Iudex.*
3 *Obreptio nocet ipso jure in rescriptis ad beneficia, & in rescriptis ad lites ope exceptionis.*
4 *Rescriptum integrum vitiatur ex fraudulenta subreptione, sive obreptione.*
5 L. 2. C. si contra Ius, *intelligitur, & concordatur cum hoc text.*
6 *Subreptio ex simplicitate, vel ignorantia, an totum irritet rescriptum?*
7 L. magis puto, §. pen. ff. de rebus eorum, *intelligitur.*

CAP. Super litteris XX.

1 AD *num. 6. cum seqq.* Innocentius in præsenti statuit ex rescripto dolosè obtento, cum cui mandata jurisdictio sit, cognoscere de precibus posse, veræne illæ fuerint: qui si recipere probationes debet obreptionis dolosæ, utique Iudex est, *cap. ex litteris, de probat. l. quingenta, ff. eod.* quod est contra ipsius Pontificis decisionem, quæ habet, dolosum precatorem in suæ perversitatis pœnam nullum ex obtentis commodum consequi posse; penitusque impetratis carere debet ille, qui mendax precator accesserit, *l. si quis obrepserit,* ibi, *nihil agit, ff. ad leg. Cornel. de fals. l. etsi legibus, C. si contra jus.* Sed pro concordia & vera resolutione illud pro certo habendum, subreptionem
2 esse opponendam, probandamque coram illo, qui litteris datus est Judex, tex. *in præsenti, & in l. 2. C. si contra jus, & in l. magis puto, §. pen. ff. de reb. eorum.* hucusque igitur Iudicem esse eum, cui mandata jurisdictio fuerit, postquam verò allegata fuit, & probata litterarum fraus, & Iudex pro subreptione sententiam dixit, tunc dubitari potest, an ope exceptionis illius elisum rescriptum fuerit, vel potiùs reddatur retrò nullum? Communis penes Abb. *in c. cæterùm,*
3 *num. 3. hoc tit.* & Bero. *hic, in 1. lect. num. 25. & in 2. lect. num. 6.* Sanch. *de Matrim. lib. 8. disput. 21. num. 75.* distinguit inter rescripta quæ sunt ad beneficia, & quæ ad lites, ut illis obreptio noceat ipso jure, his ope exceptionis. Sed cum Bero. novissimè Læl. Mancin. *disquisit. genial. & anniversar. Iuris disput. cent. 3. cap. 262.* existimat nulla habita distinctione rescriptum fieri retrò nullum.

Innocentius item *in hoc cap.* distinctionem 4
inter eos habet, qui dolosè & malitiosè literas extorquent Pontificias, & eos, qui per ignorantiam, vel simplicitatem, ut primi nullum omninò commodum ex obtentis litteris valeant reportare; secundi verò emolumentum aliquid ex litteris consequantur, nisi ejusmodi sit expressa per eos falsitas, aut suppressa veritas, ut si scivisset eam Pontifex, non rescripsisset: est itaque conclusio, Ex fraudulenta subreptione, sive obreptione integrum rescriptum vitiari. Sed obstat maximè *d. l. 2. C. si contra jus,* quæ loquitur de eo, qui falsum exprimit, ibi: *sive in Iuris narratione mendacium reperiatur, sive in facti,* aut qui verum supprimit, ut ibi, *sive in tacendi fraude;* & utrobique per dolum & fraudem, cùm qui falsum exprimit, mendax appelletur, & qui verum tacet, fraudulosus: & tamen probat rescriptum impetratum expressa falsitate, vel suppressa veritate, per fraudem valere ad effectum ut Iudex in eo delegatus, secundùm Iuris ordinem, licèt non secundùm formam specialem ipsius, procedere possit: ut patet ibi, *Iudex datus debet pro tenore veritatis ferre sententiam de causa, & non pro affirmatione supplicantis,* hoc est, cognita veritate subreptionis sententiam ferre ut juris est, debet, rejecta fraude supplicantis: sic Iudex datus remanet Iudex meritorum, adeóque subreptio, quantumvis dolosa, nequaquam impedit ne possit Iudex in causa procedere.

De quorum Iurium conciliatione egi latè *in collect. ad d. l. 2.* & *ibi* citatis addo novissimè Læli. Mancin. *disquisit. genial. & anniversariarum Iuris disput. cent. 3. capit. 254.* qui novè textum in præsenti concordat cum *d. l. 2.* dicens in ea haberi, si exceptio dolosæ subreptionis, vel obreptionis fuerit opposita, Iudicem datum cognoscere debere pro tenore veritatis, non de precantis affimatione, debere videlicet non in causa procedere secundùm id, quod affirmatum à supplicante est, sed ita procedere ut requirat, an subreptio vera sit, vel non, quo facto, inquit lex, secundùm hoc de causa convenit ferre sententiam. Quam verò sententiam? fortè de causa principali? certè non, quia dum *in d. l. 2.* dicitur sententiam ferri non debere secundùm id, quod precator attulerit, satis excluditur causa principalis: quis enim dubitare usquam potuit in meritis causæ non esse judicandum pro eo quod fuerit in precibus affirmatum

affirmatum? debet itaque Iudex de subreptione cognoscere, eaque demùm cognita ac reperta, per suam sententiam rejicere supplicantem.

6 Idem Innocentius III. *in hoc text.* exposuit ex parte excusaturam simplicitatem, vel ignorantiam, nisi subreptio talis sit, ut retrahere omninò potuerit mentem Principis, aut valde remorari, quod tunc æstimant posse contingere cùm finalem causam respicit totius rescripti. Non obstat generalis illa regula, quod mendax precator impetratis carere debet, *capit. sedes, hoc titul. l. etsi legibus, C. si contra jus*, qui non solùm talis dicitur in Iure qui proposito talis est, sed & qui re ipsa, utpote ex simplicitate, vel ignorantia, sicut datur dolus ex proposito, & dolus in re, *l. si quis cùm aliter, ff. de verb. obligat.* quia respondetur ad eos pertinere Iuris regulam, qui proposito, & destinatione mendaces sunt, non qui re ipsa dolum faciunt, neque aliud volunt, *d. c. sedes*, ibi, *quia fraus & dolus*, &c. nec *d. l. etsi legibus*, ibi, *Etsi nimia mentientis inveniatur improbitas*, &c.

7 Nec obstat *l. magis puto, §. pen. ff. de rebus eorum*, in qua decisum est ne distrahantur pupilli bona, nisi æs alienum urgeat prægrave, & Prætor causa cognita decretum suum interponat: quo præmisso sic habet Iureconsf. *Manet actio pupillo, si postea poterit probari obreptum esse Prætori.* Cùm ergo non distinguat obreptum, nec dolo fecerit, vel simplicitate, nemo sic distinguere ausus est: respondetur enim rejecta illorum solutione qui singularitatem aliquam in pupillari causa quæritant, qua difficultati occurrant; & illorum, qui decretum Prætoris plus litteris iis comparandum putant, quæ gratiæ dicuntur, quàm quæ Iustitiæ; & cæterorum, qui majoris præjudicii decretum istiusmodi volunt esse, quàm rescriptum, verius esse fuisse illic obreptum in causa finali totius decreti, quod ubi fit, jam prorsus deficit mens concedentis, uti voluit & Pontifex in præsenti sic Ius Civile interpretatus, & rei veritatem: nec dubium cùm narratum ibi Prætori fuerit urgere æs alienum, quod ex integro causa extitit præteritæ concessionis. Ita Læl. Mancin. *d. cent. 3. c. 265.*

8 Vtrum subreptio in causis beneficialibus, quæ partem aliquam gratiæ renuit, vitiare totam possit, si purè ab ignorantia processerit, aut simplicitate supplicantis? vide eundem Læl. Mancin. *d. cent. 3. c. 268.*

9 An si impetraverit quis Thesaurariam, & per ignorantiam, vel simplicitatem dixerit esse dignitatem, & deinceps compertum fuerit non dignitatem quidem esse, sed officium, talis esse videatur expressio falsi, ut rescriptum corruat quasi vitiosum? Vide eundem Læli. Mancin. *d. cent. 3. c. 269.*

An obreptio à subreptione differat, con- 10
troversum est, confunduntur quandoque hæ voces *in l. 1. C. si nupt. ex rescr. pet.* Nec juvat evasio Petri Greg. *in enarrat. ad hunc text. lib. 1. c. 49. n. 1.* qui ingeniosè mixtum quoddam facit obreptionis & subreptionis in eo, qui malitiosè id, quod verum est celat occasione mentiendi, ut velit videri se verum dixisse. Penes Grammaticos autem subreptionis, & obreptionis discrimen nullum est: invaluit tamen ea opinio, ut qui falsum exprimit, subrepere dicatur; obrepere autem, qui verum supprimit, ut tenent citati per me in collect. Sed contra eos insurgit Læli. Mancin. *disquisit. genial. cent. 1. c. 79. n. 3. pag. 215.* dicens quod unde id probent neque referunt, neque habent fortasse, & quod legitur *in l. 1.* magis contrarium est, & tam subrepere eum dici, quàm obrepere, qui Principem adierit fallaciter, seu veritatem minimè adjecerit, seu falsum aliquid sibi confinxerit, quo rescriptum extorqueret.

De Consuetudine.

Tit. IV.

Cap. Ex litteris II.

POst *num. 6.* Collige ex text. Ecclesiam nullum habere privilegium, quo absque apprehensione actuali acquiratur illi dominium rerum emptarum, aut donatarum, ut per Abb. *in cap. pastoralis, num. 4. notab. 4. de privil.* Aloys. Ricc. *in addit. ad Tiraq. de privil. piæ causæ, privil. 101. vers. hoc tamen privilegium declaratur primò, pag. 125. & privil. 107. vers. tamen hoc privilegium declaratur primò, pag. 132.* Marant. *in tract. de multiplici alienat. n. 267.* qui invenitur post ejus consilia, Marc. Ant. Genuens. *in practic. eccles. q. 141. n. 2. vers. hoc tamen privilegium*, quos refert & sequitur Noguerol *allegat. Iuris tom. 1. alleg. 14. n. 61. & alleg. 26. n. 376.* ubi respondet *ad l. fin. C. de sacros. Eccles.* loqui in acquisitione dominii, & non possessionis, circa quam Ecclesia aliquo privilegio non fruitur, quicquid teneant Innoc. *in cap. cùm in officiis, de testam. n. 6. & in c. cùm super, de causa possess. num. 3. & 4.* quem sequitur Menoch. *lib. 3. controv. illustr. c. 105. n. 21.* Redoan. *de spol. cleric. q. 12. n. 9. vers. per quæ meo judicio, & n. 10. & 11. & q. 17. n. 14. vers. quintum privilegium est*, dum tenet quod Camera nanciscitur possessionem rei, quæ acquiritur sine aliqua apprehensione: quod repetit *n. 48. vers. 85. privilegium est.*

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo assignat locum sedendi & standi.*

2 *Consuetudo attenditur in materia praecedentiarum, etiamsi Iuri repugnet.*

3 *Consuetudo sive sit contra Ius, sive præter Ius, decennio inducitur.*

4 *Possessio in jure sedendi quæritur per septennium.*

CAP. Cùm olim VI.

1 AD *num.*2. *in fine.* Quatenus hîc dicitur consuetudinem assignare locum sedendi & standi, ex Bald. *in præsenti, notab.*1. modò addo eundem Bald. per text. *ibi, in l. observare, §. antequam, in fine, ff. de offic. Procons.*
2 quem refert Mastrill. *de Magistrat. lib.*5. *c.*4. *n.*30. Attenditur enim consuetudo in materia præcedentiarum, ut per glos. *verb. auscultetur, in fine, in c.*2. *de offic. Archid. & verb. electio, in fine, in cap. pen. de officio Legati, lib.*6. Boër. *decis.*155. *& de auctoritate magni Consil. n.*68. latè Paul. Paris. *cons.*149. *à n.*1. *lib.*4. Aretin. *cons.*23. Marzar. *cons.*26. *n.*34. Menoch. *cons.*51. *à n.*49. *& cons.*126. *n.*3. Fab. de Anna *cons.*40. *à n.*1. Seraph. *decis.*964. Cord. de Lara *in l. si quis à liberis, in princ. à n.*21. *ff. de liber. agnosc.* Ioan. Garc. *de nobilit. glos.*18. *à n.*44. *& de expens. c.*8. *à n.*39. *& c.*9. *n.*43. Nav. *cons.*2. *de major. & obed.* Surg. de Neapoli *illustr. c.*27. *n.*22. Bobadil. *in sua politica, lib.*3. *c.*2. *n.*13. *lit. F.* Medices *Marchiæ decis.*21. Molfes. *in consuet. Neapol. p.*1. *c.*5. *n.*18. *cum seq.* Stephan. Grat. *discept. forens. c.*298. *n.*8. *& c.*492. *n.*9. *& c.*897. *n.*27. Latata *cons.*1. *n.*27. Aloys. Ricc. *in praxi var. resolut. p.*1. *resol.*554. *n.*1. *& in collect. decis. p.*4. *collect.*1069. Besold. *in dissert. Iurid. polit. de præcedent. & sessionis prærog. cap.*3. *num.*8. Ferr. *in tract. de præced. q.*18. *à num.*2. Valenz. *tom.*2. *cons.*201. *à num.*42. D. Contelor. *de præced. num.*6. Ascan. Tambur. *de jure Abbatum, tom.*3. *disput.*5. *q.*11. *num.*18. Campan. *in divers. Iuris Can. rub.*12. *c.*12. *sub n.*22. Salgad. *de protect. Regia, tom.*1. *part.*2. *c.*6. *n.*18. Rota *apud eundem Tambur. in fine dict. tractat. decis.*1. *n.*3. Quod procedit etiamsi consuetudo Iuri repugnet. Menoch. *cons.*51.
3 *num.*51. Seraph. *d. decis.*964. *n.*1. Greg. XV. *decis.*124. *n.*2. *&* 4. Et ex Surdo *cons.*18. *n.*8. tenet Fab. de Anna *d. cons.*40. *num.*4. quod hæc consuetudo sive sit contra Ius, sive præter Ius, decennio inducitur: *& num.*7. ex Rocho de Curte *in repet. cap. fin. hoc tit. in rub. q.*4. *n.*4. & Marco Salone de Pace *in l.*1. *Tauri, n.*101. 184. *&* 215. dicit hanc consuetudinem non requirere longum tempus, sed tantùm sic aliquando fuisse observatum, Apicella *allegat.*13. *num.*16. ubi quod binus actus sufficit: & *num.*18. quod ex illa con- 4
suetudine sedendi per septennium quæritur quasi possessio in Iure sedendi, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.*210. *num.*41. ubi quod unico actu acquiritur jus sedendi in Ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo vincere legem non potest.*

2 L. 2. C. quæ sit longa consuetudo, *declaratur, & concordatur cum* text. in præsenti.

3 *Consuetudo irrationabilis quæ dicatur?*

4 *Ratio an sit de essentia consuetudinis, aut legis?*

5 *Consuetudo præscripta quæ dicatur?*

6 *Consuetudo an propriè præscribi dicatur?*

7 *Consuetudo consideratur, vel ut præscribit ipsa aliquid, vel ut præscribitur ab aliquo.*

8 *Consuetudo dicitur jus non scriptum.*

9 *Consuetudinis tempus qui dixerint esse arbitrarium Iudici.*

10 *Tempus certum consuetudine præfiniri qui teneant.*

11 *Consuetudo longa, longæva, inveterata, diuturna, vetus, vetustissima.*

12 *Decennium sufficit ad inducendam consuetudinem longam, vel diuturnam.*

CAP. Cùm tanto XI. & ult.

AD *num.*10. Constantinus Imp. *in l.*2. 1
C. quæ sit longa consuet. negat eam esse vim consuetudinis, ut vincere legem queat, quod tamen negare nequaquam potuit, *l. de quibus, ff. de legib.* si subtilitas non valet Græcorum Interpretum, hoc est, verbalis quædam consuetudinis à desuetudine differentia, quam recepit Connan. *commentar. lib.*1. *c.*10. *num.*9. *&* 10. sed rejecit Cujac. *in d. l.*2. Sed ex Iure Pontificio temperandam rem esse advertit Læli. Mancin. *fac. Iur. contr. differt.*1. *cap.*5. *n.*7. *& disquisit. genial. ac anniversar. Iuris disput. cent.*3. *c.*292. quod ait Constantinus consuetudinis, usûsque longævi non vilem esse auctoritatem, licèt non adeò tantam ut rationem vincere possit, aut legem, sic intelligi oportere, nisi rationabilis consuetudo sit, & legitimè præscripta; & sic temperasse Gregorium IX, in *hoc text.* eisdem Constantini verbis loquutum, & antinomiam istam conciliare voluisse, refert Læli. Mancin. *citatis locis.*
Addit præterea subtiliter quidem idem 2
Mancin.

Mancin. hunc explicandi modum colligi ex verbis Constantini *in d. l. 2.* ut videre est ibi, *Consuetudinis, usúsque longævi non vilis auctoritas est, verùm non usque adeò sui valitura momento, ut rationem possit vincere, aut legem.* Hic itaque unico contextu dicuntur duo, videlicet, Consuetudo non vincit rationem, Consuetudo non vincit legem. Sic consuetudinem sibi proponit Constantinus, quæ sine ratione est, non enim cum ratione pugnaret, si rationem haberet, & hæc ipsa est, quæ nec vincere legem valet.

Existimat deinde Mancin. consuetudinem nihil aliud Constantino esse, quàm inveteratum quendam usum, qui ex duobus necessariis alterum habeat, altero deficiat; qui requisitum habeat temporis, & quidem longævi, sed non rationis, seu rationabilitatis, cùm tamen & rationabilis consuetudo esse debeat, & legitimè præscripta, ut *in hoc text.* Certè enim Proculus, qui Principi quæstionem proposuit, sola temporis vetustate nitebatur, cui iste non eam esse solius temporis vim respondet, quantumcunque illud sit, ut rationem vincere possit, aut legem, cùm nec lex quidem valeat, si rationem non habeat, *cap. erit autem lex*, 4. *distinct.* Hinc cùm dixisset Imper. *consuetudinis*, statim adjunxit, *usúsque longævi.* Nam, quia consuetudo & nomen facti est & juris, facti prout idem est cum usu, qui itidem facti est, neque aliud significat quàm actuum frequentiam, *c. 4. distinct.* 1. Iuris prout ex facto jus elicit quasi legis, *cap. 5. eod.* propterea ut intelligeremus de quanam consuetudine tractatio esset, benè apposuit *usúsque longævi*, (nam usum facti esse dubitandum non est) interjecitque copulam *que*, de cujus natura est, ut non tam conjungat, quàm declaret, quando inter genus ponitur & speciem: est enim consuetudo genus, usus autem species consuetudinis. Concludit itaque Gregorium Pontif. in præsenti cùm agnosceret de ea consuetudine Constantinum loqui, quæ solo tempore commendaretur, non ratione, (quæ, inquam, facti esset, non juris, adeoque neque Iuris vim habere posset, vel si ævo quidem constaret) iisdem Constantini verbis propemodum utentem ambiguam Principis Constitutionem, quasi paraphrasi explicasse, ut videre est ibi, *Licet etiam longævæ consuetudinis non vilis sit auctoritas, non tamen est usque adeò valitura, ut vel Iuri positivo,* (nedum rationi scilicet) *debeat præjudicium generare, nisi fuerit rationalibis, & legitimè præscripta.*

3 Ad *num.* 11. Quæ autem dicatur consuetudo irrationabilis, ex pluribus dixi *in collect.* æstimat Salas *de legib. disp.* 19. *sect.* 5. *num.* 50. ex Sylvest. Soto, Sanch. & aliis rationabilitatem consuetudinis ex rationabilitate legis judicari oportere, scilicet ut tunc possit consuetudo quasi rationabilis contractus aliquid inducere, aut præter jus, cùm talis consuetudo est, ut de ea lex scribi possit, cujus sententiam admittit Læl. Mancin. *d. cent.* 3. *cap.* 273. *pag.* 661. nam si scimus, quæ sint legis conditiones, *d. c. erit autem lex*, 4. *dist.* intelligimus sanè qualis debeat consuetudo esse, ut legem justè valeat æmulari, §. *ex non scripto, Instit. de Iure natur.* Respondebat ille ex aliis stare oppositum si una ratio concipiatur, non si plures, quæ diversos habeant fines, ut in hoc exemplo. Præcipiunt Canones, ut Episcopus Ecclesiæ suæ negotia gerat cum suo Capitulo, *cap. novit, cap. quanto, de his quæ fiunt à Prel.* optima quidem ratione; nam unum corpus Capituli est, atque Episcopi, firmiusque judicium illud, quod plurimorum sententiis confirmatur, *cap. prudentiam, de offic. deleg.* & tamen consuetudo invaluit sæpiùs contra legem, ut Episcopus possit sine Capitulo, & à se ipso omnia, quæ ardua dicuntur, explicare, *cap. 3. de consuet. in 6.* idque rationem quoque habet, scilicet ut citiùs, promptiùs, faciliusque sublatis clericorum jurgiis, negotia expediantur. Sic (ait Abb.) duo contraria simul vera sunt, si diversi fines, ut nubere, & non nubere, *cap. nuptiarum*, 27. *q.* 1.

Vtrùm autem ratio sit de essentia consuetudinis, aut legis? vide Læl. Mancin. *dict. cent.* 3. *cap.* 274. *pag.* 662. *cum seqq. ad l. non omnium, ff. de legib.* & *ad l. prospexit, ff. qui & à quib.* 4

Ad *num.* 13. Nullibi legitur præscripta consuetudo, quàm in hoc textu: omnes autem cum hoc concordantes veræ præscriptionis, non præscriptæ consuetudinis causam continent, *ut in cap. Cumana, de elect. cap. cùm Ecclesia, de causa possess. c. cùm esses, de test. cap. ult. de officio ordin. lib. 6. cap. non est, de consuet. eod. lib.* Et licèt confundantur hæc aliquoties, & consuetudinis nomine appelletur, quæ vera præscriptio est, *cap. super quibusdam, de verbor. signif.* aliud tamen præscriptionem esse, aliud consuetudinem, per plures differentias præclarè docent Connan. *comment. Iuris Civil. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 8. Zaz. *in l. de quibus, num.* 4. *ff. de legib.* Suar. *de legib. lib.* 7. *cap.* 1. *in fine.* 5

Hinc factum est, ut Gregorio Pont. *in hoc textu* adversantes quidam negaverint absolutè aut præscribi consuetudinem posse, aut præscriptam benè appellari, eo potissimùm argumento utentes, quod consuetudo non est jus dispositum, sed disponens, præscriptio autem vicissim non disponens, sed disposi- 6

tum: cumque non poſſit conſuetudo præſcribi niſi per uſum, (ſiquidem omne id, quod præſcribitur, uſu aliquo præſcribi intelligitur,) videretur utique conſuetudo per ſe ipſam præſcribi, eſt enim facti & juris; & quatenus facti eſt, hoc eſt, quatenus actuum frequentia quædam eſt, unum & idem cum uſu eſt. Reſpondent omnes præſcriptionem hanc conſuetudinis non eſſe præſcriptionem verè & propriè, ſed per analogiam quandam, vel ſimilitudinem, quam cum præſcriptione conſuetudo habet, ſcilicet ut compleatur utraque acceſſione temporis.

7 Verùm Læl. Manc. *d. centur.* 3. *cap.* 275. *pag.* 665. *num.* 6. conſuetudinem ſub duplici aſpectu conſiderat, vel ut præſcribit ipſa aliquid, vel ut præcribitur ipſa ab aliquo. Conſuetudo præſcribens eſt illa actuum frequentia, quæ moris, vel uſus nomine appellatur, & in facto conſiſtit; conſuetudo præſcripta eſt jus quod pro lege habetur, & ex conſuetudine illa provenit, quæ facti eſt. Dicitur autem hoc jus præſcriptum, & quaſi per conſuetudinem illam, quæ facti eſt, cum acceſſu temporis acquiſitum, quia vel conſuetudo contra jus eſt, vel præter jus: ſi contra jus, acquirit ipſa ſibi jus contra legem, quam vincit, *l.* 2. *Cod. quæ ſit longa conſ.* text. *in præſenti*; ſibi enim adversùs legem poteſtatem arrogat veteris licentiæ, eandemque inutilem facit, & ſuo quaſi jure viduatam: ſi præter jus, ipſa ſibi legis inducendæ occupat facultatem.

8 Hinc patent contrariorum ſolutiones; nam ſi conſuetudinem reſpicimus, prout legem primò licentia quadam, deinceps actuum frequentia, & longi temporis acceſſione vincit, abrogat, & ſua quaſi poteſtate denudat, tunc quaſi jus diſpoſitum quoddam eſt, & quaſi permiſſu legiſlatoris acquiſitum, ſi contra legem eſt; ſi verò præter legem, ipſa tunc ſibi facultatem quaſi vindicat ſtatuendæ legis, quæ ſolum Principem decet: hucuſque igitur quaſi diſpoſitum jus quoddam eſt, nec tam præſcribitur, quàm præſcribit. At ſi eandem conſideremus, non quidem cum reſpectu aliquo ad legem, ſed quoad ea, quæ ejus poteſtati ſubjiciuntur, poſtquam longo tempore obtenta eſt, tunc diſponens jus dicitur, neque ultra præſcribens aliquid, ſed præſcriptum, quo ſenſu Gregorius loquitur *in præſenti*. Sic non tam negamus (concludit Læl. Mancin. *d. cap.* 275. *n.* 10.) quàm omnino contendimus conſuetudinem, quæ jus dicitur non ſcriptum, præſcribi per uſum, hoc eſt, per conſuetudinem illam, quæ uſus propriè dicitur, & facti eſt.

Tempus conſuetudinis eſſe quod exiſtimaverit pro arbitrio Iudex, videntur tenere Corraſ. *in d. l. de quibus, num.* 8. *ff. de legib.* Sot. *de Iuſtit. lib.* 1. *q.* 7. *art.* 2. Menoch. *de arbitr. caſu* 83. *n.* 6. Leſſ. *de Iuſtit. lib.* 2. *cap.* 6. *dub.* 14. *num.* 45. Siquidem in unaquaque re (aiunt) certi temporis præfinitio, vel à natura eſſe debet, vel à lege: hic autem de re diſputamus, cui nullum tempus præfinire natura potuit, nullum voluit lex. Verùm contrarium, immò certum aliquod tempus conſuetudini præfinitum docent Gloſ. Abb. Roch. & alii *in hoc textu*, Sylveſt. *in ſum. verb. Conſuetudo, q.* 2. Molin. *de Iuſt. tract.* 2. *diſp.* 77. Suar. *de legib. lib.* 7. *cap.* 8. *n.* 7. Salas *eod. tract. diſp.* 29. *ſect.* 4. Nam ſi legitimè præſcriptam volumus, ut *in hoc textu*; ſi juſtè probatam, ut *in cap. cùm dilectus, de conſuetud. & in l.* 1. *C. quæ ſit longa conſuet. & in l.* 3. *C. de ædific. privat.* vix intelligi hæc poſſunt ſi præſcriptionis, ſi temporis arbiter eſſe Iudex debet. Nam longam eſſe volunt Caliſtr. *in l. non tantùm, in fine, ff. de Decurion.* Hermog. *in l. ſed & ea, ff. de legib.* Alexand. *in d. l.* 1. longævam Conſtant. *in l.* 2. *C. quæ ſit longa conſ.* Gregor. *in hoc textu*: inveteratam Iulian. *in l. quibus, ff. de legib.* diuturnam Vlpian. *ibid. & l. ſeq.* & Iuſtinian. *in* §. *Ex non ſcripto, Inſtit. de Iure natur.* veterem Papin. *in l. Imperatores, ff. de pollicit.* antiquam Honor. & Theodoſ. *in l. pen. Cod. de Iure fiſci, lib.* 10. vetuſtiſſimam & jugiter obſervatam, Anaſtaſ. *in l. ult. Cod. de privileg. ſchol. lib.* 12.

Vbi conſuetudo longa eſſe debet, vel diuturna, ut *in l. non tantùm, ff. de Decurion. l. ſed & ea, ff. de legib. l.* 1. *cum rub. C. quæ ſit longa conſ.* decennium ſufficit, *l. ſi cùm fideicommiſſa*, §. *Ariſto, qui & à quibus, princip. Inſt. de uſucap.* nam nec diſtingui inter præſentes, & abſentes poteſt, cùm populus ſit ſemper præſens, & ſemper idem, argum. *l. cùm proponebatur, ff. de judic.* Addit Concin. *comment. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 6. inveteratam conſuetudinem dici immemorialem, nam vetus illud eſt quod à noſtra memoria longè remotum eſt, vel quod tantum durat, quantum vita eſt hominis, *l. ſi uſusfructus, ff. quib. mod. uſusfr. amit.* & longævam etiam dici immemorialem concludit, ævum utique Latinis longum tempus uſque eò, ut ferè ſempiternum eſſe videatur, refert Mancin. *d. cent.* 3. *cap.* 277. *pag.* 670.

De

De Electione.

Tit. VI.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus creari nemo potest, nisi post trigesimum ætatis annum perfectum.*
2 Cap. quorundam 1. distinct. 34. *intelligitur.*
3 *Cardinalis debet esse annorum triginta, nisi quod Diaconus Cardinalis esse potest qui in vigesimo suæ ætatis anno fuerit constitutus.*
4 *Beneficia promoti ad Episcopatum in terris infidelium existentem non vacant.*
5 *Episcopo non titulari facta collatio beneficii, vel dignitatis, non valet, nisi præcedente Apost. dispensatione.*

Cap. Cùm in cunctis VII.

1 Ad *num.16.* Quod nemo nisi post trigesimum ætatis annum perfectum Episcopus creari potest, ultra citatos *in collect.* docent Petr. Burg. *de myster. numerorum, n.30. pag.477.* Filliuc. *de statu cleric. p.3. tract.41. cap.5. num.32.* Monet. *de conservator. cap.5. n.155. & de commutat. ult. volunt. c.10. n.113.* Vincent. Turturet. *in parallelis ethicis & jurid. differt.15. fol. mihi 155.* Alzed. *de præstantia Episcop. dignit. part.1. c.3. n.22.* D. Acuña *in c. Episcopus, n.17. 77. dist. & c. nullus Episcopus 1. n.6. dist.60.* Ant. Diana *mor. resol. p.5. tract.2. resol.19. in princ.* Marchin. *de Sacram. Ordinis, tract.1. part.5. c.3.* Machado *en su perfetto Confessor, y Cura de Almas, tom.2. lib.4. part.6. tract.1. docum.3. num.2.* novissimè Didac. de Narbona *de ætate ad omnes humanos actus requisita, anno 30. q.5. per totam,*
2 ubi *n.7.* idem tenet in Coadjutore Episcopi. Non obstat *cap. quorundam 2. dist.34.* dum habet Lanfredum Episcopum juvenem fuisse, quia respondetur non rectè inferri ex eo quod ibi juvenis dicitur, illum 30. anno majorem non fuisse, cùm juvenis appelletur nedum qui 30. annum egit, verùm & qui 54. explevit, siquidem intra hoc temporis spatium à 25. anno juventus incipit.

3 Ad *num.17.* Quod ad Cardinalatus dignitatem triginta annorum ætas necessaria sit, nisi quod Diaconus Cardinalis esse potest, qui in vigesimo suæ ætatis anno fuerit constitutus, ultra citatos tenent Monet. *de commut. ult. volunt. c.10. num.112.* Squillante *de privileg. clericor. cap.4. num.77.* Massobr. *in praxi habendi concursum ad Parochiales Ecclesias vacantes, reg.10. dub.11. num.15. cum seqq.* Antonin. Diana *d. p.4. tract.2. resol.1.* Perez de Lara *in compendio vitæ hominis, cap.29. num.18.* Machado *d. lib.4. part.7. tract.3. docum.6. n.3.* Didac. de Narbona, me citato, *d. anno 30. q.4.*

Ad *num.29. in fine.* Quod beneficia promoti ad Episcopatum in terris infidelium existentem, seu titularem, non vacant, cùm non possit, nec per eum stet, possessionem assequi, ultra citatos docent Mandos. *reg.26. quæst.4. num.5.* Quintanad. *lib.4. Ecclesiast. num.115.* Flamin. Paris. *de resignat. lib.3. q.1. num.9. & 89. & quæst.6. num.49.* Vnde valere beneficii, præsertim simplicis, collationem factam Episcopo titulari, resolvunt Navar. *cons.14. & 15. de elect.* Perez de Lara *de capellan. lib.2. cap.7. num.16.* Balboa *ad c.3. de probat. num.15.* Quicquid aliter sentiat Bursat. *cons.351. per tot.* præcipuè *num.23.* Episcopo tamen non titulari facta collatio beneficii, vel dignitatis non valebit, nisi 5 præcedente Apostol. dispensatione, aut ex causa necessaria, v. g. si Episcopus non haberet fructus sufficientes ad sustentationem, ut *in c. cùm in nostris, de concess. præbend.* ubi Panorm. *num.47. & in cap. Ecclesia vestra, el 2. de elect. n.3. & cons.101. n.6. part.2.* Fr. Emman. *in sum. tom.2. c.10. n.7.* Less. *de justit. lib.2. c.34. n.139.*

4 (margin, beside "Ad num.29.")

SVMMARIVM.

1 *Papa super translatione Imperii ad Germanos, electione, confirmatione, coronatione, & juramento Imperatoris potestatem exercet.*
2 *Papa in temporalibus exercendis procedit indirectè, & minùs principaliter.*
3 *Imperium attenta sua origine non à Sede Apost. sed à Deo est.*
4 *Papa in translatione, electione, & confirmatione Imperii non politicam, aut secularem, sed Ecclesiasticam potestatem exercet.*

Cap. Venerabilem XXXIV.

Ad *num.3. in fine.* Dum hic text. & similes *in Clem.1. de jurejur. & in Clem. Pastoralis, ad fin. de rejudic.* agunt de translatione Imperii ad Germanos, electione, confirmatione, coronatione, & juramento Imperatoris, super quibus omnibus Summus, & Romanus Pontifex potestatem exercet, ex his quæ tradunt Gloss. & DD. *in præsenti, & locis præcitatis, gloss. pen. & ult. in c.2. de* 1

de re judic. lib.6. Mantu. *Dial.23.* Nav. *in cap. novit, de re judic. not.3. num.3. & 124. & 137.* Cardin. Bellarm. *contróv.3. lib.5. de potestate Pontificis temporali, cap.8. vers.7. cum seq.* post alios Molin. *de Iust. tract.2. disput.24. & 29.*
2 *col. antepen. vers. ad* 1. Histor. Pontif. *lib.4. cap.28. & 74.* sunt intelligendi procedere Pontificem in his temporalibus exercendis indirectè & minus principaliter, quatenus id exigit finis supernaturalis, & in ordine ad bonum spirituale, ad tradita per me *de officio & potest. Episcopi, part.1. tit.3. c.2. à n.31.* quia scilicet justis de causis, & attentis omnibus circunstantiis in finem supernaturalem, & ad conservationem, ac defensionem Ecclesiæ & rectam illius gubernationem in spiritualibus oportuit Imperium transferri à Græcis in Germanos, & consequenter electionem, confirmationem, coronationem, & juramentum Imperatoris, servatis quibusdam justis conditionibus fieri eo modo, quo oportebat, secundùm prædicta jura, ne aliter, vel aliquando ad Græcos iterum rediret Imperium, vel antiqua sequerentur incommoda, & aliquis hæreticus, vel schismaticus, vel pessimus Fidei Ecclesiæ, & bono spirituali maximè adversarius fieret Imperator.

3 His consequens est quod licèt absolutè attenta origine, & natura rei Imperium sit à Deo, non verò à Sede Apost. vel Pontifice Max. juxta *cap. solitæ, de major. Auth. quomodo oporteat Episcop. l.2. in princ. C. de veteri jure enucl.* ibi, *Imperium quod nobis à cælesti majestate,* &c. nihilominus post ejusmodi translationem factam à Leone III. in personam Caroli Magni, juxta hunc text. dici potest in aliquo sensu Germanicum Imperium haberi ab Ecclesia, & Romano Pont. quatenus habetur mediante translatione illa per electionem, & cæteras conditiones ab Ecclesia & Romanis Pontificibus institutas: & sic concordari possunt Glossæ, & Doctores, qui negant Imperium esse, aut haberi ab Ecclesia, & Romano Pont. Et qui per contrarium affirmant, cum quibus est communis, & magis communis sententia, ita ut priores intelligantur absolutè juxta naturam, & originem rei, prout erat ante translationem ejusmodi: posteriores verò non sic, sed post illam, & ea supposita, & quoad Imperium Germanicum, & ita cessat controversia Gloss. & Doctorum *in cap. causam quæ 7. qui filii sint legit. gloss.4. in cap. Quoniam, 10. dist. gloss.3. in cap. Cùm ad verum, & in cap. duo sunt, & in cap. seq. 96. distinct.* Abb. *à num.11.* Dec. & aliorum *in d. cap. novit,* latè Castald. *de Imper. d. quæst.50. à princ.* & Cov. *in reg. peccatum, p.2. §.9. num.7.* Pelag. *de planctu Eccles. lib.1. cap.13.* post alios Mench. *illustr. c.20. num.4. & cap.21. à num.22. & 27.* Mantu. *ubi suprà,* & alii per eosdem citati; idque in specie advertit optimè Card. Bellarm. *d. lib.5. cap.8. num.7.* Et ita fit, ut attenta ejusmodi translatione cum cæteris illam sequentibus, Germanicum Imperium magis pendeat à Summo Pont. quàm quodvis aliud Regnum Catholicum, ex Nav. *d. notab.3. n.127.* & Molin. 4
d. tract.2. disp.29. vers. Ex dictis infero. Addo in confirmationem prædictorum, ibi omnino videndum Cardin. Bellarmin. per tres libros *de translatione Imperii à Græcis in Germanos*, adversùs Illyricum hæreticum, præsertim *lib.1. ex c.4. & 12. & lib.2. c.3. & lib. ult. ex cap.1.* ubi multis rationibus, exemplis, historiis, & authoritatibus supradicta confirmat, rectè advertens *d. c.12. col.7.* Romanum Pontif. in ejusmodi translatione, electione, & cæteris supradictis exercuisse & exercere non politicam, aut sæcularem, sed Ecclesiasticam potestatem, quatenus universalis Ecclesiæ Pastor est, & suis ovibus in finem supernaturalem, & animarum salutem providet.

De Translatione Episcopi.

Tit. VII.

Cap. Inter corporalia II.

De materia hujus textus vide novissimè per me tradita *in votis decisivis & consultivis, tom.2. voto 123.*

Ad *num.* 11. Quod mulier nupta, quæ habet virum inutilem, viduarum privilegiis gaudeat, ultra citatos *in collect.* adde Franc. Vivian. *decis.65.* Thom. Acti. *de ludo schaccorum quæst.8. princ. n.43.* Menoch. *de arbitr. casu 66. num.9.* Camil. Borrel. *in sum. decis. part.1. tit.56. num.35.* Philip. Paschal. *de viribus patriæ potestatis, part.2. c.2. n.93.* Marches. *de commission. part 2. §.2. tit. de avocat. causar. num.36.* D. Barbos. *in l.1. part.1. num.47. ff. soluto matrim.* Iacob. Cancer. *variar. resol. p.2. cap.2. num.8.* Alex. Trentacinq. etiam *var. resolut. lib.2. tit. de cit. resol.2. n.16.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.4. c.666. num.9.* Ioan. Mar. Novar. *in pract. elect. & variat. fori, sect.1. q.7. num.10.* Osuald. *ad Donel. enucleatum lib.17. c.20. lit. B.* latè Gabr. Alvarez *de privileg. pauperum & miserabilium personarum, q.7. per tot.*

DE

De Renunciatione.

Tit. IX.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata omnia præsumuntur ritè & rectè facta circa ea, quæ necessariò desiderantur, ut sententia proferri possit.*

2 *Sententia ex sola exhibitione non potest affirmari, an Iure vel injuria lata sit.*

3 *Sententia per se solam sufficit, nec est necessarius processus, si in ea de processu fiat mentio.*

Cap. In præsentia VI.

1 AD *num.*3. Quod lata sententia omnia præsumantur ritè, & rectè facta, resolvunt Valenzuel. *consil.* 68. *num.*63. *& cons.*79. *num.*138. *& cons.*92. *n.*53. Pareja *de universa instrumentorum editione, tit.*5. *resol.*14. *num.*14. in his omnibus, scilicet quæ necessariò desiderantur, ut sententia proferri potuerit, veluti Procuratoris mandatum, Cassad. *decis.*3. *de Procurator.* Boër. *decis.*281. *num.*15. *&* 17. partium legitima citatio ad omnes actus judiciales adhibita, Alexand. *cons.* 105. *num.* 3. *lib.* 5. Gregor. XV. *decis.*535. *num.*6. Rot.*decis.*684. *num.* 3. *&* 4. *part.*2. *recent.* & alia de quibus citati per Parejam *d. tit.*5. *resol.*14. *num.*25.
2 ubi tamen *num.*26. post Guzman. *de evict. quæst.*15. *num.*53. subdit quod ex sola senten-
3 tiæ exhibitione non potest affirmari, an Iure, vel injuria lata sit, an verò lis fuerit rectè, necne prosequuta; nihilominus *num.*31. subdit sententiam per se solam sufficere, nec esse necessarium processum, si in ea de processu fiat mentio, prout contingit in litteris executorialibus, quæ quotidie expediuntur in omnibus Tribunalibus, in quibus magna cum diligentia recensentur partium allegationes, instrumenta, & causæ, propter quas sententia fuit lata, ut modò video in executorialibus litteris copiosè expeditis pro devota mea Congregatione servorum sanctissimi Sacramenti, in oppido Matriti per venerabilem Equitem Iacobum de Gratiis fundata, contra Abbatissam, & Moniales monasterii, quod ab eodem Equite denominatur.

De Ætate, & qualitate.

Tit. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas impetrantis justa ad beneficia plura obtinenda dispensationis causa est.*

2 *Ecclesia pauper alteri Ecclesiæ non Curatæ, vel Curatæ per Episcopum poterit uniri.*

3 *Episcopus ob redituum tenuitatem, paupertatemque beneficiorum uniones facere tenetur.*

Cap. Eam te IV.

AD *num.*7. Hinc paupertas impetrantis, qui unde decenter, & congruè vivere possit, non habet, justa ad beneficia plura obtinenda dispensationis causa est, ex textu *in cap. etsi illa* 23. 1. *q.*7. Alphons. Hojeda *de incompatibilit. beneficior. part.* 2. *cap.* 12. *num.* 55. Alvarez *de privileg. pauper. part.*1. *q.*12. *num.*33. de quo, & qualiter intelligendum, cum pluribus S. Congr. declarationibus egi *de Iure Eccles. univ. lib.*3. *cap.*13. *n.*180. *cum seqq.* 1

In text. ibi, *nisi ita fuerint tenues*, &c. 2
Notatur ad hoc, quod Ecclesia pauper, tenuisque redditus, alteri Ecclesiæ non Curatæ vel Curatæ per Episcopum uniri poterit, concordant *cap. exposuisti* 33. *de præbend. c.*3. *de rebus Eccles. non alien. lib.*6. *Clem.*1. §. *ad hæc*, *de statu Monach. gloss. verbo Necessitatem*, *in cap. Clericus* 21. *q.*1. *& verb. Iusta, in cap. cùm nostris* 6. *de concess. præbend. l. Castel.*13. *tit.*5. *p.*1. ibi, *E puede facer de dos Iglesias una vendo que es menester, porque sien pobres*, ubi Gregor. Lop. *gloss.*7. *verb. una, in princ.* Petr. de Perusio *de unionib. cap.*3. *n.*1. *vers. tertia, & vers. quarta*, Caccialup. *in simili tract. art.*5. *num.* 1. *vers. tertia causa paupertas*, Mandos. *reg.*12. *de unionib. q.*5. *n.*3. *ad fin.* Alvarez *d. q.*12. *n.*3. ubi *num.*4. id hodie laxiores recipere habenas affirmat ex dispositione Conc. Trident. *sess.* 21. *de reform. cap.*5. *& num.*10. post Paul. Fusc. Stephan. Gratian. & alios, subdit non solùm posse, sed etiam teneri 3
Episcopum ob reddituum tenuitatem, paupertatemque beneficiorum uniones facere.

De

De sacra Vnctione.

Tit. XV.

SVMMARIVM.

1 *Reges non omnes, sed aliqui quodam singulari privilegio duntaxat inungi possunt.*
2 *Francorum Rex oleo miraculoso inungitur.*
3 *Reges Hispaniæ Gothorum temporibus inungebantur.*
4 *Vnctio Regum affert illis politicam duntaxat administrationem Regni.*
5 *Francorum Rex est Canonicus Ecclesiæ S. Hilarii Pictaviensis, & Ecclesiæ Cenomanensis, & Andegavensis.*
6 *Hispaniarum Reges habent Canonicatus in Ecclesia Burgensi, Toletana, & Legionensi.*

Cap. Vnic. §. Vnde in veteri.

1 AD *num.* 8. De Vnctione Regum hîc agitur, non quod omnes inungi possint, sed ex privilegio quodam singulari Reges quidam duntaxat, ut refert Boër. Epo *de Regalib. vel jure Principum, in princ. num.*44. ubi *num.*47. ait quod Francorum Rex oleo planè miraculoso, seu divinitus, ac cœlitus olim dimisso jam inde à primi Regis Francorum Christiani, nempe Clodovæi à S. Remigio baptizati temporibus inungitur,
2 oleo illo sponte sua scaturiente quandocumque Rex Francorum novus est inungendus, ac coronandus, ampulla nimirum cæteris temporibus oleo destituta, defectum verisimiliter, si quando Rex Francorum, vel hæreticus, vel schismaticus, vel alioquin Catholicæ Fidei persecutor, & hostis inungen-
3 dus esset, offerret. Olim Gothorum temporibus Hispaniæ Reges similiter inungebantur, ut per Gregor. Lopez Madera *en las excelencias del Reyno de España, c.*12. *pag.*83.
4 Quæ quidem unctio quantumvis excellens clericatum Regibus illis non affert, sed politicam duntaxat administrationem Regni; unde error est manifestus dicere eos non esse prorsus laicos, licèt beneficia conferant Ecclesiastica, vel ipsimet ea quoque sibi possideant, atque nonnullis in Ecclesiis Regni sui, vel Canonicorum, vel Abbatum tum titulo, tum jure fruantur: ita
5 Rex Francorum Canonicus esse dicitur Ecclesiæ S. Hilarii Pictaviensis, & Ecclesiæ Cenomanensis, & Ecclesiæ Andegavensis, adeò ut si quando præsens interfuerit Officiis divinis, distributiones etiam recipiat quotidianas more cæterorum Canonicorum, prout referunt Ioan. Ferrald. *in suo tract. de viginti juribus & privileg. Regni Franciæ, seu liliorum, privil.*7. Carol. de Grassal. *lib.*2. *Regal. Franciæ, cap.*1. Bapt. Fulgos. *dictorum, & factorum memorabil. sub tit. de Religionis cultu, in fine*, Boër. Epo *ubi suprà, num.*42. Et de Regibus Hispaniarum 6
quod habeant Canonicatus in Ecclesia Burgensi, Toletana, & Legionensi, asserunt Navar. *consil.*2. *num.*17. *ad medium, de jurepatronat.* Solorzan. *de gubernat. Indiarum, tom.*2. *lib.*3. *cap.* 2. *num.* 45. & ante dixerant Athanas. de Lobera *de Ecclesia, & civitate Legionensi, fol.* 212. Palat. Rub. *in repetit. capit. per vestras, de donat. inter virum & uxorem, num.*28. *fol.*4. Petr. Henriq. *cons.*9. *num.*11.

De officio Archidiaconi.

Tit. XXIII.

Cap. Dilecto, fin.

AD *num.*2. *in princ.* De familia Episcopi quod gaudeat fori privilegio, ultra citatos in collectan. resolvunt Cur. Philip. *tom.*1 *part.*3. §.1. *num.*13. Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. cap.*8. *num.* 3. Montealegre *in praxi civili, lib.*1. *cap.*9. *num.*249. Donat. Anton. de Marinis *quotidian. resolut. cap.*117. *num.*1. Thom. de Carnaval. *de judic. & foro compet. disp.*2. *quæst.*6. *sect.*3. *num.*427. *& seq. & num.*509. Ciarlin. *controvers. c.*20. *n.*14. & 28. Torreblanc. *de jure spirit. lib.*15. *c.*1. *num.*56. Ego ipse *de Iure Ecclesi. univ. lib.*1. *c.*39. §.2. *à n.*55. *& §.*4. *num.*95. Et secundùm hanc opinionem in Regno Aragoniæ practicatum fuisse refert Cened. *Canon. qq. quæst.*4. *num.*26. Et in Regno Portugalliæ observatum asserit Gabr. Pereira *de manu Regia, tom.*1. *c.*10. *num.* 13. Et à sacra Congregatione Eminentissimorum Cardinalium ita non semel declaratum fuisse attestantur Gavan. *in Enchirid. Episcoporum, verb. familiares Episcopi, n.*2. & Antonin. Diana *moral. resol. p.*4. *tract.*1. *resolut.*30. qui dicunt communiter id probari ex text. *in c. Ecclesiarum servos*, 12. *q.*2. *& ex cap.*1. *de pœnis, lib.*6. *& ex hoc textu.*

Quicquid contrarium defendere conentur Cevall. *de cognit. per viam violentiæ, p.*2. *quæst.*58. *à n.*9. Gabr. Pereira *d. c.*10. *num.*13. Felician. de Vega *in repet. c.*2. *de foro compet.* Gasp. Anton. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 3. *q.*78. D. Mar. Cutell. *p.*2. *controvers. n.*194.

Et

Et quanvis hanc resolutionem in hoc textu non probari rectè advertant Cevall. *dicto loco, num.* 14. Gaspar Anton. Thesaur. *dict. quæst.* 78. *num.* 5. Bobadill. *in sua politica, lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 97. Mar. Cutell. *d. part.* 2. *num.* 193. *fol.* 183. Parlador. *lib.* 2. *differ.* 9. §. 1. *num.* 8. Bonacin. *de censur. in Bulla Cœnæ contentis, lib.* 3. *disput.* 1. *quæst.* 16. *sect.* 1. *puncto* 3. *num.* 7. *vers. agunt*, Ego *d. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 6. nihilominus tamen bene probatur ex aliis juribus, & plurimarum Provinciarum usu recipitur, ac sacræ Congregationis decisionibus innititur, & ideo in judicando, & consulendo semper sequenda. De famulis conductitiis clericorum, & aliis Religioni inservientibus egi *dicto lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 56.

De officio, & potestate Judicis delegati.

Tit. XXIX.

SUMMARIUM.

1 *Solemnitas alia substantialis, alia accidentalis.*

2 *Solemnitatis substantialis omissio vitiat actum, non sic accidentalis.*

3 *Contractus irritus in foro externo ex defectu solemnitatis substantialis, erit etiam irritus in foro conscientiæ.*

Cap. De causis IV.

1 Ad *num.* 8. Quod de consensu partium solemnitates Iuris possunt remitti. Pro totius solemnitatum materiæ declaratione præsupponendum est, solemnitatem, seu formam aliam esse substantialem, aliam non substantialem, seu accidentalem. Substantialis est, quæ dat esse rei, & sine qua ut talis consistere non valet, ex *l. Iulianus* 9. §. *si qui rem, ff. ad exhib. l. Divus* 7. *ff. de in integr. restit. l. cùm hi* 8. §. *si Prætor addictus* 17. *ff. de transact. l. qui hæredi* 44. *l. Mævius* 55. *ff. de condit. & demonstr.* Tiraq. *de retractu lign.* §. 2. *gloss.* 21. *à num.* 11. *&* §. 36. *gloss.* 2. *n.* 28. *& de retractu convent.* §. 4. *gloss.* 6. *num.* 21. Escob. *de ratiocin. cap.* 6. *num.* 39. *& cap.* 11. *num.* 18. *& cap.* 31. *num.* 16. Castilleon. *cons.* 17. *n.* 9. Guttier. *lib.* 3. *pract. q.* 15. *num.* 28. Card. Tusch. *pract. conclus. lit. F, conclus.* 413. *num.* 3. Accidentalis, seu non substantialis illa dicitur, quæ licèt à lege requiratur, ejus omissio non vitiat actum: & sic in hoc differunt hæ solemnitates, quia accidentalis solemnitatis omissio actum non vitiat, bene tamen substantialis, quia ea deficiente talis dici non potest: sicut enim in physicis forma rei sublata tollitur compositum, ita in moralibus deficiente forma deficit actus. Ita Pelaez *lib.* 4. *de major. q.* 4. *n.* 178. *& q.* 20. *num.* 179. Castr. Palao *tom.* 1. *tract.* 3. *disp.* 2. *puncto* 9. *num.* 9. Farin. *fragm. crimin. part.* 2. *lit. F, num.* 220. Cevall. *commun. contra commun. tom.* 3. *q.* 749. *num.* 14. Mexia *de taxa panis, conclus.* 6. *n.* 88. Suar. *de legib. lib.* 5. *cap.* 31. *num.* 3. Salas *eod. tract. q.* 69. *tract.* 14. *disput.* 16. *sect.* 9. *num.* 36. *cum seqq.*

2

3 In hoc quoque versatur differentia inter hujusmodi solemnitates, quod contractus irritus in foro externo ex defectu solemnitatis substantialis, erit etiam irritus in foro conscientiæ, ut per Tiraq. *ad leg. connub. gloss.* 4. *à num.* 15. *ad* 26. *& in l. si unquam, verb. revertatur, num.* 293. *C. de revoc. donat.* Covar. *in cap. quanvis pactum, part.* 2. §. 4. *num.* 6. *cum seqq. & in reg. peccatum, part.* 2. §. 3. *num.* 11. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *præsumpt.* 80. *ex num.* 37. Steph. Lanbetteng. *de contract. eorum, gloss.* 16. *num.* 2. *&* 3. Felician. *de censib. lib.* 1. *cap.* 2. *sub num.* 12. Ioan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verbo contractus, differ.* 10. Suar. *de legib. lib.* 5. *cap.* 24. *num.* 4. Salas *eod. tract. disp.* 16. *sect.* 4. Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 6. *c.* 9. Bonacina *de contract. disputat.* 3. *quæst.* 1. *puncto* 3. *ex num.* 2. *& de legib. disput.* 1. *quæst.* 1. *puncto* 7. §. 5. *num.* 16. Less. *de Iustit. lib.* 2. *cap.* 19. *dub.* 3. *num.* 35. Antonin. Diana *moral. resol. part.* 1. *tract.* 8. *de contractib. resolut.* 75. *in fine*, Trullench *in exposit. Decal. lib.* 7. *cap.* 16. *dub.* 8. *num.* 3. Non sic in omissione solemnitatis accidentalis; quæ si in contractu omittatur, non ideo illum irritat, sed valebit in utroque foro, v. g. contrahere in Ecclesia non licet; si verò de facto contrahatur, valebit contractus. Gloss. *verb. processus, in cap.* 2. *de immunit. Eccles. lib.* 6. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 14. *tit.* 39. *part.* 30. Et simpliciter licèt in die festo contrahere non expediat, factus tamen contractus in utroque foro tenet, Bonacin. *in Decalog. disp.* 5. *q. unic. puncto* 2. *num.* 11. Castr. Palao *d. tract.* 3. *de legib. disp.* 2. *puncto* 9. *num.* 8. Trullench *lib.* 7. *cap.* 16. *dub.* 8. *num.* 7.

Ex quibus infertur, hæredem institutum in testamento nullo, & ultima voluntate prolata absque legitimis solemnitatibus substantialibus, hereditatem, & fideicommissarium fideicommissum, 4

commissum, & legatarium legatum capere in conscientia non posse, quia jus resistit testamento minus solemni, & sic nec obligatio naturalis ex eo oritur, *l.* 1. §. *si quis ita interroget*, *ff. de verb. oblig.* Mexia *d. concl.6. num.*85. *&* 88. Fontan. *de pactis nupt.clauf.*4. *gloss.*7. *part.*1. *num.*8. *&* 10. Accac. Anton. de Ripol. *lib.*1. *variar. resol.*13. *ex num.*719. *cum seqq.* tum quia leges irritantes testamentum minus solemne, habent pro fine bonum commune, & sic quanvis earum ratio cesset in particulari, ut si nulla adsit fraus, semper earum obligatio firma manet. Quare hanc illationem tenent Padil. *in l. cùm quis*, *ex num.*10. *ad* 16. *C. de juris & facti ignorant.* Gregor. Lop. *l.*31. *tit.*14. *part.*5. Burg. de Paz *l.*3. *Tauri, ex num.*430. *cum seqq.* Anton. Gom. *ead. l.*3. *num.* 123. Mench. *de success. creat.* §.1. *num.*21. Cov. *in cap. cùm esses*, *num.*12. *de testam. & in reg. peccatum*, *p.*2. §.3. *num.*9. Less. *de Iustit. lib.*2. *cap.*19. *dub.*3. *num.*30. Mathienz. *l.*1. *gloss.*10. *ex num.*2. *tit.*4. *lib.*5. *Recopilat.* Ioan. Guttier. *canon. lib.*2. *cap.*25. *n.*11. Ceval. *commun. q.*71. *& q.*137. Ioan. Valer. *de differ. inter utrumque forum, verb. legatum, differ.*6. *num.*2. Nald. *in sum. verb. testamentum, num.*8. Villalob. *etiam in sum. tom.*2. *tract.*30. *diff.*8. Fontanel. *d. clauf.*4. *gloss.*7. *part.*1. *n.*8. Parlad. *lib.*3. *quotid. differ.* 12. §.1. *n.*2. *cum seqq.* Ripol. *d. resol.*13. *ex n.*716. Becan. *tom.*2. *sum. Theolog. tract.*3. *cap.*6. *num.*5. *concl.*4. *& num.*6. *in fine, reg.*5. Mexia *d. concl.*6. *num.*75. *&* 76. 98. *&* 100. Bonacin. *de contractib. disp.*3. *q.*1. *puncto* 3. *n.*5 *cum seqq.* Antonin. Diana *moral. resolut. p.*1. *tract.*8. *de contract. resol.*75. *per tot.* Salas *de legib. disp.*16. *sect.*12. *num.*52.

Cap. Significasti VII.

POst *num.* 1. In text. ibi, *aut non vult, aut non potest*, &c. Ergo judex ordinarius, si nolit, sententiam delegati exequi non tenetur, cujus contrarium respondit Pontifex *in cap. pastoralis* 28. §. *quia verò*, *hoc eod. tit.* ibi, *Respondemus quod cùm Ordinarius teneatur obsequi delegato, etsi sciat sententiam illius injustam, nisi apud eum efficere posit, ut ab hoc onere ipsum absolvat*: cur ergo in hoc text. dicitur ut nolle possit, cùm obsequi teneatur, secundùm *d.* §. *quia verò.* Quare Læl. Mancin. *disquisit. genial. & anniversariarum juris disputat. cent.*1. *cap.*90. *pag.*217. sic ait: *Quantum de hac re conjicio, est hoc: mandaverat delegatus Pontificis Ordinario, nec palàm recusaverat Ordinarius sententiam exequi, sed aiebat se ab aliis impediri: sic compelli Ordinarius remedio aliquo non poterat, & dubium simul erat, an obtentui sumerentur impedimenta illa, quæ Ordinarius allegaret; dubium, inquam, an nolit Ordinarius, an non posset. Hic ergo novum à Pontifice remedium, ut à se ipso delegatus exequatur, & si quos videat resistentes, eos coërceat. Percipis (quod hucusque satis animadversum non est) si Ordinarius apertè nolit, compellit eum; sin dubitetur velitne, an nolit, si prætextu forè aliquo parere detrectet, si impotentem se faciat, tunc exequi delegatum posse: hoc itaque discrimine agi rem oportere.* Hactenus Mancin.

Cap. Gratum XX.

1 AD *num.* 2. De materia & intellectu hujus textus ultra citatos *in collect.* agunt Anton. Gabr. *commun. lib.*2. *tit. de procuratoribus, concl.*2. Christoph. de Paz *ad leges styli, l.*1. *schol.*1. *n.*5. Felician. de Vega *in relect. rub. de judic. dub.*4. *n.*29. *cum seqq.*

2 Ad *num.*3. in fine. Quod judicium incipiat à citatione, ultra citatos docent Valasc. *cons.* 81. Stephan. Gratianus *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 156. *num.* 11. Ioseph. Ramon *cons.*26. *num.*4. Quanvis judicium non incipere nisi à litis contestatione existimaverint Abb. *num.*4. Rip. *num.*45. Mantu. *n.*18. Bero. *n.*85. & Peregr. *n.*54. *sub rubr. de judic.* Gail. *lib.*1. *observat.*74. *in princ.* Donell. *comment. Iuris Civil. lib.*17. *cap.*18. Parlad. *rerum quotid. lib.*1. *cap.*14. *num. fin.* D. Barbos. *in l. si quis* 7. *ff. de judic. à num.*24. Hieron. Buccaron *de different. inter judicia civilia & crimin. differ.*21. *à num.*1.

Cap. Consuluit XXIV.

AD *num.* 9. Nota ex actu clandestinè facto præsumi dolum, *cap.*1. *ut Eccles. benef.* ubi Doctores citavi, & ultra relatos hîc & illic, tenent Tiraquel. *de retractu convent. in præf. num.*13. *& seq. & de pœnis temper. cap.* 11. Mascard. *de probat. conclusione* 532. *num.* 43. *&* 44. *& conclus.* 815. *num.*13. Farin. *in praxi crimin. quæst.*86. *n.*130. ubi *num.* 131. ampliat præsumi in minore, rustico, & muliere, & *num.*134. subdit quod clam dicitur tribus modis fieri, ex natura temporis, & *num.*136. tenet clam fieri illud, quod fit ignorante eo, ad quem res pertinebat, & *num.* 137. addit actum esse clandestinum quod fit sine testibus, & sine debita solemnitate, Hieronym. Leo *decis.*9. *n.*17.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *In injungendis, seu imponendis pœnis diversimodè judicandi homines majoris notæ, quàm minoris.*

2 *Leges Regiæ minores pœnas pro delictis imponunt Nobilibus, quàm plebeiis.*

3 *Pœna remittenda, vel mitiganda ob artificii, vel magni roboris qualitatem, & excellentiam.*

CAP. Pastoralis XXVIII.

1 AD *num.*4. Non solùm in injungendis pœnis, sed etiam in modo imponendi illas diversimodè judicandos homines majoris notæ & excellentiæ in honore, & dignitate constitutos, quàm illos, qui minores sunt, neque aliqua dignitate, sive excellentia roboris, vel artificii fulgent, ut colligitur ex hoc textu, & ex *cap.*2. *eod. tit. in* 6. *& ex cap. de multa, de præbend. & ex l. Divo Marco, C. de quæst. & ex l. ult. C. ut nemo privatus*, quas citat Anguian. *de legib. lib.*2.
2 *controvers.*8. *num.*7. ubi *n.*9. ex Cov. refert leges Regias aliter se habere cum Nobilibus & plebeiis, illis longè minores, his verò propter unum & idem delictum majores
3 pœnas imponentes. Vnde emanavit solemne responsum Pauli Iurisconsulti *in l. ad bestias* 31. *ff. de pœn.* ibi, *Sed si ejus roboris, vel artificii sint*, &c. ex quo textu vulgò deduxerunt Interpretes, quod si delinquens quantumvis mortis pœna dignus, excellens fuerit in aliqua arte, non sit illi pœna mortis injungenda, sed remittenda vel mitiganda ob artificii, vel magni roboris qualitatem & excellentiam: quam legem satis celebrem & famosam induxerunt Ludovic. Roman. *singul.*717. Tiraq. *de pœnis temper. c.*50. Cov. *lib.*2. *var. cap.*9. *num.*6. Plaz. *de delict. cap.*33. *in princ.* quos refert Anguian. *d. controvers.*8. *num.*2. licèt ipse à *num.*11. id ex dicta lege non probari multis contendat rationibus, & auctoritatibus.

SVMMARIVM.

1 *Exequutores meri nullam habere possunt causæ cognitionem.*

2 *Exceptionem aliquam admittere non debent meri exequutores.*

3 *Exequutor merus quando supersedere debeat in exequutione sententiæ nullæ, & injustæ.*

§. Quia verò.

SUb *num.*21. Quod meri exequutores nullam habere possunt causæ cognitionem, 1
ultra citatos *in collect.* docent Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 551. *num.* 10. Ego ipse *in praxi exigendi pensiones*, *p.*2. *q.*12. *num.*17. & ideo aliquam exceptionem admittere non debent. Camill. Borrel. *in sum.* 2
*decis. tom.*2. *tit.*32. *n.*262. Sigism. Scacc. *de appellat. q.*12. *limit.*10. *num.*37. & rationem reddit, quia in hoc præcessit omnis cognitio tam respectu sententiæ, quàm respectu cognitionis, quod ego *citato loco*, *n.*18. intelligo de exceptionibus, quæ principaliter causæ merita respiciunt, vel quæ directò ipsam impugnant sententiam: & *num.*19. limito in exceptionibus, quæ directò non infringunt sententiam, nec principaliter eam labefactant, sed potiùs respiciunt ipsius exequutionem, & opponuntur ad consequendum id, quod expressè in sententia denegatum non est, quo casu possunt tales exceptiones objici, & debent admitti, & de illis exequutor cognoscere valet.

Ad *num.*14. Quod merus exequutor potest supersedere, & debeat in exequutione 3
sententiæ nullæ, & injustæ, quando nullitas, & injustitia ita evidenter ex actis apparent, ut nullam requirant probationem, aut excusationem admittant, ultra citatos *in collect.* tenent Gabr. Pereira *de manu Regia*, *p.*2. *c.*63. *num.*54. Rota *decis.*85. *p.*1. *divers.* quos adduco, & eorum verba refero *d. quæst.*12. *n.*10. *&* 11.

Pro concordia hujus text. cum *cap. significasti* 7. *hoc eod. tit.* vide posita *in addit. ad d. cap. significasti.*

SVMMARIVM.

1 *Iudices delegati litteras suæ commissionis quando edere teneantur, ostenditur.*

2 *Conservatores Iudices litteras sibi jurisdictionem tribuentes ad ipsam fundandam edere tenentur.*

3 *Inquisitores contra hæreticam pravitatem hodie magis pro ordinariis, quàm pro delegatis sunt existimandi.*

4 *Inquisitores litteras sibi jurisdictionem tribuentes edere tenentur.*

CAP. Cùm in jure XXXI.

AD *n.*1. Quod Iudices delegati litteras illis jurisdictionem, notionem, aut exe- 1
quutionem tribuentes, antequam ad exerci-

tium delegationis accedat, edere tenentur, ultra citatos *in collect.* docent Vant. *de nullit. tit. de nullit. sentent. ex defectu jurisd. ordin. n.16.& 28.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 15. ex n. 2. & de arbitr. lib. 2. q. 76. n. 8. & lib. 2. casu 112. num. 8. & cons. 100. num. 77. cum seqq.* Decian. *cons.* 18. *n.* 157. *vol.* 1. Villadieg. *in politica, cap.* 5. §. 40. *n.* 7. & 8. Bobadill. etiam *in politica, lib. 2. c. 20. num. 21. cum seqq.* Nicol. Garcia *de benef. part. 6. cap. 2. n. 16. cum seqq.* Sigism. Scacc. *de appellat. q. 19. remed. 10. conclus. 4. n. 36.* Mar. Giurba *cons. 89. n. 19. cum seqq.* Garot. *de remed. contra præjud. sentent. except. 4. à num. 8.* Camill. Borrell. *de Magistratuum edictis, lib. 1. cap. 1. à num. 46.* Gabr. Pereira *de manu Regia, part. 1. cap. 7. à num. 3.* Salgado *de Regia protect. part. 4. cap. 6. à n. 42. & de supplicat. ad Sanctissimum, part. 2. c. 26. §. 4. ex num. 11. cum seqq.* Mastrill. *de Magistrat. lib. 6. cap. 3. per tot.* Christoph. Besold. *de fœderum jure, cap. 7. n. 5.* Franc. de Amaya *in l. prohibitum, ex num. 4. C. de jure fisci, lib. 10.* Alphons. de Narbona *l. 60. gloss. unica, à n. 1.*
2 *tit. 4. lib. 2. Recopilat.* Et in Iudice Conservatore, quod litteras sibi jurisdictionem tribuentes ad ipsam fundandam edere teneatur, admittunt Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 23. num. 8.* Mar. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resol. 16. num. 1. cum seqq.* Narbona *d. gloss. unic. n. 71. cum seqq.* Rot. *decis. 214. num. 1. & 2. part. 2. recent.* Et in Inquisitoribus (licèt hodie magis pro ordinariis, quàm pro delegatis sint existimandi, secundùm Ludovic. à Paramo *in defensor. jurisdict. Inquisitor. Sicil. cap. 1. num. 11. & de origine Inquisitor. tit. 3. quæst. 2. per tot.* Molin. *de Iustit. tract. 5. disput. 58.* Salgado *de supplicat. ad Sanctissim. part. 2. cap. 33. num. 80. cum seqq.* Escobar *de purit. & nobilit. probanda, part. 1. quæst. 6. §. 2. num. 25.*) agnoscunt Nicol. Eymeric. *in direct. Inquisit. part. 4. cap. 1.* & ibi Peña *commento 1. vers. poterit & meritò,* Mart. *de jurisd. part. 2. cap. 35. num. 1.* Alphons. de Narbona *in d. l. 60. num. 91. vers. idemque juris erit, tit. 4. lib. 2. Recop.*

SUMMARIUM.

1 *Delegata jurisdictio odiosa est, ac proinde restringenda.*
2 *Ordinariorum jurisdictio ut naturalis & favorabilis est amplianda.*
3 *Legatorum potestas restringenda.*

CAP. P. & G. XL.

AD *num.* 4. Quod delegata jurisdictio 1
odiosa sit, ac proinde restringenda, ultra citatos in collect. docent Gloss. *in cap. 1. de rescript. lib. 6.* Becc. *cons. 21. n. 14. & 33.* Navarr. *in cap. cùm contingat, in 7. causa nullit. in princ. de rescript.* Menchaq. *controvers. usufreq. cap. 14. num. 16.* Menoch. *cons. 340. num. 54. & de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 15. num. 2.* Cur. Philipp. *part. 1. §. 4. num. 8.* Morl. *in emporio juris, part. 1. tit. 2. quæst. 21. n. 2.* Molina *de Iustit. tom. 6. disp. 25. num. 2.* Erasm. à Cochier *de jurisd. Ordin. in exemptos, part. 2. quæst. 11. num. 2.* Amat. *var. resolut. resol. 8. num. 4. & resol. 39. n. 11.* Ordi- 2
nariorum verò jurisdictio ut naturalis & favorabilis amplianda, non sic Legatorum 3
potestas, quæ ut superinducta, & extraordinaria, ac Ordinariis præjudicans, restringenda est, secundùm Cassad. *in decis. super regul. Cancel. titulo de decretis in reservat. decis. 1. num. 3. & decis. 3. num. 11.* Simonet. *de reservat. q. 89. num. 3.* ubi Gravat. *in addit. lit. A,* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 21. num. 28.* Nicol. Garc. *de benef. part. 5. cap. 3. num. 9.* Rot. *decis. 206. num. 3. part. 1. diversor.*

SUMMARIUM.

1 *Delegatus debet dari major viginti annorum.*
2 *Ætas minor 20. annorum sufficit in delegato Pontificis, si Pontifex habuerit de ea notitiam.*
3 *Infans, vel pupillus si scienter à Principe delegatus nominetur, tunc habitu jurisdictionem illi delegasse videtur.*
4 *Ætas quæ requiratur secundùm leges Castellæ ad judiciale munus.*

CAP. Cùm vigesimum XLI.

POst *num.* 1. Quod delegatus debet dari 1
major viginti annorum, ultra citatos in collect. docent Ludov. Gom. *in cap. statutum, n. 26. de rescript. in 6.* Anton. Blanc. *de compromiss. quæst. 22. num. 22.* Rojas *in singular. Fidei 106. in princip.* Zaz. *lib. 2. singul. intellect. cap. 22.* Vivian. *lib. 2. commun. opin. 179.* Quintilian. Mandos. *de minore ætate, cap. 5. num. 88.* Monet. *de Conservator. cap. 5. n. 159. ad fin.* D. Barbos. *in l. cùm prætor, §. fin. n. 90. ff. de judic.* qui duo ultimo loco citati id intelligunt in Pontificis delegato, adduntque minorem ætatem sufficere si Princeps

ceps habita scientia, & notitia minoris ætatis alicujus, nihilominus eam elegit, quia ex
3 tunc in defectu minoritatis cum ipso dispensasse creditur. Si verò adeò fuerit minor electus à Principe, quod naturaliter sit incapax jurisdictionis, ut infans, vel pupillus, tunc etiam habitu, & non actu jurisdictionem ipsi delegasse videtur, & ideo assessorem assumere debebit, ut in simili deputato à Principe conservatore tradit Monet. *de conservat. cap.5. n.161.* & latiùs *cap.8. quæst.8. & cap.9. q.2.*

4 Quid autem de Iure Regni Castellæ sit tenendum, poterit ab aliquibus in dubium revocari: nam *in l.2. tit.9. lib.3. Recopilat.* ad judiciale munus requiritur ætas viginti sex annorum, ibi, *y que aya edad de veinte y seis años, & in l. seq.* videtur solùm requiri quod sit major viginti annorum, ibi: *Major de veinte años deue ser aquel aquien se otorgare poder para juzgar, aquien llaman Iuez ordinario: y es de presumir que hombre de tal edad aya entendimiento complido para juzgar los hombres que ante el venieren*; quia scripta *in hac l.3.* interpretanda sunt ita ut illius sensus, quod ad Iudicis Officium eligatur major vigesimi anni, id est, qui vigesimum sextum impleverit, ut non ineleganter interpretatus est Azeved. *in d. l.2. verbo veinte y seis años*, Suar. de Paz *in pract. tom.1. part.1. temp.1. num.61.*

De Officio Iudicis ordinarii.

Tit. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi in suis diœcesibus possunt crimina inquirere & punire.*
2 *Crimina de quibus Episcopi in suis diœcesibus cognoscere possunt, quæ sint?*
3 *Subditos à peccatis arcere, peccatoresque punire & corrigere ad jurisdictionem Ecclesiasticam spectat.*
4 *Iurisdictio Ecclesiastica instituta est ad gubernandos Fideles secundùm legem Evangelicam.*
5 *Episcopi ad punitionem criminum in suis diœcesibus commissorum possunt, cùm opus fuerit, brachium sæculare invocare.*
6 *Iudices Ecclesiastici possunt censuris, & aliis pœnis arbitrariis sæculares compellere ad auxilii brachii sæcularis exhibitionem.*
7 *Auxilium brachii sæcularis conceditur etiam delegatis.*
8 *Auxilium brachii sæcularis quanvis implorandum non sit, nisi pro ultimo remedio, secundùm aliquos, veriùs tamen est implorari posse quotiescumque opportunum Ecclesiastico Iudici videbitur,* & num.9.
10 *Auxilium brachii sæcularis Ecclesiastico Iudici tenetur impartiri sæcularis absque ulla examinatione processus ab eo facti.*
11 *Intellige in omnibus Ecclesiasticis criminibus, in his scilicet, quæ ratione materiæ prohibitæ talia sunt.*
12 *Auxilium brachii sæcularis concedendum in civilibus causis, quæ ad Ecclesiasticorum Iudicum cognitionem quomodocumque pertinent.*
13 *Iudex laicus quando possit cogi auxilium brachii sæcularis impartiri in delictis non Ecclesiasticis, sed mixti fori à sæculari commissis.*
14 *Iudex sæcularis non tenetur impartiri Ecclesiastico auxilium suum ubi aliàs constaret de injustitia, vel nullitate sententiæ.*
15 *Vel ubi fuerit à sententia Iudicis Ecclesiastici auxilium requirentis appellatum, vel supplicatum, aut de nullitate dictum.*
16 *Iudex judicare debet secundùm allegata, & probata.*
17 *Iudices fori omninò diversi sibi adinvicem auxiliari debent.*
18 *Iudex Ecclesiasticus, utpote excellentiore utens jurisdictione, cogere censuris poterit sæcularem ad præstandum auxilium, non ita sæcularis Ecclesiasticum.*

Cap. Perniciosa I.

PRo exornatione principalis conclusionis hujus textus, quod scilicet Episcopi in suis diœcesibus possunt crimina inquirere, & punire, ultra citatos hic *numero 2.* adde similes textus *in cap. scitote 2. 6. quæst. 3. cap. per singulas 2. versic. unumquemque enim oportet Episcopum habere suæ diœcesis potestatem*, &c. *quæst. 3. cap. irrefragabili 13. in princip. & §. ultim. cap. conquerente 16. vers. nos autem*, ibi, *correctionem, & reformationem, inf. hoc tit. cap. qualiter & quando 24. de accusat. cap. cùm Episcopus 7. hoc tit. lib.6. Clem.1. eod. tit.* & Navarr. *in rubr. de judic. num. 65. versf. 2. & à n.66. & num.92. & in cap. novit, notab.6. eod. tit.* Lancellot. Conrad. *in templo omnium judic. lib. 2. tit.5. §.3.* Marc. Anton. Cucch. *major. instit. lib.2. tit.6. num.75.* Læl. Zech. *de munere Episcopor. cap. 3. à num.3.* 1

Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immunit. lib.3. cap.8. à n.58.* Suarez de Paz *in praxi, part.4. tom.1. c.10. n.4. & tom.2. præl.1. per tot.* Petr. Gregor. *in d. cap. conquerente 9. cum duobus ſeqq.* Cened. *ad Decretal. collect.101. num.3.* Ioan. Fileſac. *de ſacra Epiſcoporum auctoritate, cap.1. §.8. fol. mihi 19. cum ſeqq.* Gabr. Pereira *de manu Regia, p.1. cap.10. ex n.15.* Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſiaſt. Hierarchia, part.1. diſp.6. de Epiſcopis, §.4. per tot. maximè numero 22. & 23.*

2 Intellige non ſolùm de criminibus merè Eccleſiaſticis, à quocumque fuerint admiſſa (ut ſunt hæreſis, apoſtaſia, & ſimilia, tam ratione materiæ, quàm ratione prohibitionis ſupernaturalis, aut merè Eccleſiaſticæ ad ſolam Eccleſiaſticam juriſdictionem ſpectantia,) ſed etiam de aliis, quæ merè Eccleſiaſtica non ſunt, à laicis quoque perpetrata, dummodo mixti fori ſint, ut adulteria, quorum nominatim meminit text. *in præſenti.*

3 Ratio decidendi ex eo apertè colligitur, quia cùm ſubditos à peccatis arcere, peccatoreſque punire, & corrigere ad juriſdictionem Eccleſiaſticam D. Petro, & ejus ſucceſ-
4 ſoribus immediatè, reliquiſque Prælatis Eccleſiaſticis mediatè conceſſam ſpectet; eſt enim ſupernaturaliter inſtituta ad gubernandos fideles ſecundùm legem Evangelicam, & quatenus ad eam opus eſt etiam in naturalibus, *d. cap. novit 13. verſ. non enim,* cum relatis à Nav. *notab.3. n.81. & not.6. per tot.* conſequens eſt, ut Epiſcopi pro Paſtorali officio omnia crimina in ſuis diœceſibus à quibuſcumque commiſſa, ex quibus Deus Optim. Max. juraque ſpiritualia maximè offendantur, ac lædantur, & ſcandalum, ac prompta peccandi occaſio in Chriſtiana Republ. paretur, inquirere & punire poſſint, ac debeant.

5 Ibid. *num.7.* Ad exornationem alterius notabilis ex hoc textu deſumpti, quod ſcilicet Epiſcopi ad punitionem criminum in ſuis diœceſibus commiſſorum poſſunt, cùm opus fuerit, brachium ſæculare invocare, vide ſimiles textus Canonicos *in cap. ſi quis pecunia 9. 79. diſt. & in cap. petimus 19. n.11. q.1. & in cap. quoniam 14. hoc tit. & in cap. poſtulaſti 21. de homicid. & in cap.2. verſ. per temporalem, de maledict. & in cap. ult. in fine, de exceſſ. Præl. & in cap. unico, §. ult. circa fin. de ſtatu Regul. in 6. & in cap. ut officium 11. §. compeſcendi, verſ. denique, de hæret. eodem lib. & in cap. dilecto 6. de ſent. excom. in 6. l. Hiſpan. 58. & 59. tit.6. part.1. & l.14. in fine, & l.15. verſ. ſalvo, tit... lib.4. Recop.* Concil. Trid. *ſeſſ.14. de reform. matr. cap.8. ad fin.* ibi: *invocato, ſi opus fuerit, brachio ſæculari ejiciantur, & ſeſſ.25. de Regular. cap.25. poſt princ. & ad fin.* ibi, *invocato etiam auxilio, ſi opus fuerit, brachii ſæcularis, & de reform. cap.3. verſ. in cauſis verò,* Cov. *pract. cap.10. n.1.* Navarr. *in cap. cùm contingat, remed.1. de reſcript.* Gail. *lib.1. obſervat.113.* Quintil. Mandoſ. *in praxi commiſſionum, forma 2. verb. auxiliumque,* Roland. à Valle *conſ.37. per tot. vol.1.* Petr. Belluga *in ſpeculo Principum, rub.11. §. tractandum,* ubi Camil. Borrel. *gloſſ.1.* Ioan. Rendina *de majeſtate Principum, verb. non ſolùm armis decoratam, part.2. ex num.141.* Franc. Aviles *ad cap.2. Prætorum, verb. Iuntaran, ex num.10. & c.20. verb. uſurpan, ex num.5.* Segura Davalos *in Direct. Iudicum, part.2. c.13.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap. 153. aliàs cap.160. Et ſi opus fuerit,* Parlad. *rerum quotid. lib.2. cap. fin. part.2. §.2. per tot.* Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.1. q.8. art.15.* Marcheſan. *de commiſſionib. p.1. cap.5. à num.203.* Cened. *ad Decretal. collect.101. num.12. & 13.* Didac. Sahag. *in c.2. num.176. de judic.* Farin. *in praxi crimin. part.3. q.97. à num.81. & de hæreſi quæſt.186. à num.159.* Bobadill. *in ſua politica, lib.2. cap.17. num.80. & à num.167. ante med. lit. F.* Vgolin. *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p.1. cap.4. §.12. num.4.* Marta *de juriſdict. part.1. cap.49. cum tribus ſeqq.* Bernard. Græv. *ad pract. Cameræ Imper. lib.1. concl.115.* Fr. Mich. Agia *de exhibendis auxil. fundam. 27. concl.2.* Iacob. Cancer. *variar. reſol. lib.2. cap.15. à n.2. & lib.3. cap.19. per tot.* Hortenſ. Cavalcan. *de brachio Regio, p.4. n.255. cum ſeqq.* Franc. Molin. *in ſimili tract. de brachio ſæculari, lib.1. per tot.* Morla *in emporio Iuris, tit.2. q.20. ex num.9.* Ioan. à Montealegre *in praxi civili, lib.1. cap.9. à num.157.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. ſub tit. de praxi invocationis brachii ſæcularis, deciſ.319. num.11. cum ſeqq. & in collect. deciſ. p.3. collect.573. & p.5. col.1990.* Amat. Roderic. *in tractat. de exequut. cap.2. ex n.11.* Anguian. *de legibus, lib.2. controv.17. num.88. & controverſ.19. num.23. & 24.* ubi obiter interpretatur textum *in d. cap. petimus 11. q.1. & lib.3. controv.31. per tot.* Moneta *de conſervat. cap.8. à num.287.* Campan. *in diverſ. Iuris Canon. rub.12. cap.13. à n.84.* Gabr. Pereyra *de manu Regia, part.2. cap.52.* Accac. Anton. de Ripol. *var. Iuris reſol. c.1. à num.36. uſque ad 41.* Larrea *deciſ.1. Granatenſi,* Thom. Carleval. *de judic. diſput.2. num.75. cum ſeqq.* Hieron. Bucaron. *de differ. inter judicia civ. & crimin. differ.209.* Ioſeph. Vela *in relect. ad hunc text. à n.1. p.2.* noviſſimè Pareja *de univerſa inſtrument. edit. tit.2. reſol.8. à num.1.* Rot. *deciſ.10. n.28. p.4. recent.* Ioan. Bapt. Ciarlin. *controverſ. forenſ. cap.60. à num.2.*

Eccleſiaſticis cenſuris, & aliis pœnis ar- 6
bitrariis

bitrariis possunt Ecclesiastici Iudices compellere sæculares ad ejusmodi auxilli exhibitionem, ut ex *c. administratores, in fine*, 23. *q*.5. *&* *ex d. capit*.2. *de maledic*. probat gloss. *verb. publicum, in fine, & verb. præjudicandum, vers. & posset compelli*, recepta ab Innoc. *n*.1. & Abb. *ex num*. 10. ac Alciat. *num*.73. *in præsenti*, Menoch. *remed*.3. *retin. num*. 360. *& de arbitr. casu* 452. *num*.3. Fr. Emman. *d. art*.15. *post princ*. Farinac. *d. quæst*.97. *num*.81. *& de hæresi d. q*.186. *num*.261. Bernard. Grevæ. *d. concl*.115. *num*. 3. *&* 4. Marta *d. cap*. 49. *à n*.6. Molin. *d. tract. de brachio sæculari, lib*.1. *cap*.1. *&* 14. Monet. *d cap*.8. *num*.261. *& seq.* Gabr. Pereira *d. cap*.52. *num*.9. *&* 32. Campan. *rub*.12. *cap*.13. *num*.84. *vers. quinimò*, Thom. Carleval. *de judic. lib*.1. *tit*.1. *disp*.2. *num*. 40. qui id rectè explicat procedere stante sæcularis urbanè priùs requisiti urbanitate.

7 Facultas hæc invocandi auxilium brachii sæcularis conceditur non solùm Episcopis, & aliis ordinariis judicibus ecclesiasticis, sed etiam delegatis, ut colligitur *ex d. c. administratores* 26. ibi, *Quoties ab Episcopis, & ecclesiasticis viris conventi fuerint*, &c. 23. *quæst*.5. *& ex cap. qualit*. 44. *ead. causa & quæst.* & per ista Iura & alias rationes ita resolvunt Federic. de Senis *cons*.163. *à num*.3. *vers. in contrarium*, Ordin. *in cap. significasti* 7. *de offic. deleg.* Ægid. Bossi. *in praxi crim. tit. de foro compet. num*.92. Roland. à Valle *cons*.37. *n*.1. *cum seqq. vol*.1. Cov. *pract. c*.10. *n*.1. *in princ. vers. hac verò Archidiaconi opinio*, Navarr. *in cap. cùm contingat, remed*.1. *num*.1. *de rescript.* Rendina *d. verb. non solùm armis, part*.2. *n*.159. Avil. *ad c*.20. *Prætor. verb. usurpan*, *num*.27. Brunor. à Sole *in locis communib. verb. brachium sæculare*, Menoch. *remed*.3. *retin. n*.360. *in princ* Gail. *d. lib*.1. *observ*.115. *n. ult*. Salzed. *ad Bernard. d. cap*.151. *aliàs* 160. *num*.8. Franc. Peña *ad Eymeric. in direct. Inquisitor. part*.3. *commento* 106. *in fine*, Azeved. *l*.15. *num*.3. *tit*.1. *lib*.4. *Recop*. Farinac. *d. quæst*.97. *num*.86. Bernard. Grevæ. *d. concl*.115. *consid*.1. Morla *d. tit*.2. *quæst*.20. *n*.9. *vers. quia verius est*, Marta *d. part*.1 *c*.50. *à num*.25. *& cap*.51. *n*.6. *&* 7. Mich. Agia *de exhibend. auxil. fundam*. 27. *concl*.1. *pag*.120. Bobadil. *in sua politica, lib*.2. *cap*.17. *num*.170. *&* 180. Montealegre *d. lib*.2. *cap*.9. *n*.158. *vers. quod procedit*, Iacob. Cancer. *d. lib*.2. *cap*.15. *num*.3. *& lib*.3. *c*.19. *quæst*.5. *à num*. 37. Marchesan. *d. c*.5. *num*.227. *vers. istudque brachium*, *& n*.228. Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. Neapol. c*.36. *n*.1. Ioan. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori ecclef. decis*.320. *aliàs resol*.178. *à num*.2. *& in collect. decis. part*.5. *collect*. 1990. *vers. advertendum* 4. Franc. Molin. *d. lib*.1. *c*.6. *à num*.4. Moneta *de conservat. c*.8. *n*.260. Gabr. Pereira *d. c*.42. *à num*.12. Ioseph. Vela *hìc, part*.2. *ex num*.10. Pareja *d. tit*.2. *resol*.8. *num*.2. Ego *de officio, & potest. Episcopi, p*.2. *alleg*.16. *num*.36.

Quamvis contrarium, imò quod Ordinariis tantùm, & non delegatis ea facultas competat, resolvant Feder. de Senis sibi contrarius *cons*.251. *n*.4. Cavalcan. *cons*.119. *num*.2. *circa fin.* Nicol. Eymeric. *in direct. Inquisit. part*.3. *q*.57. Marchesan. sibi contrarius *d. part*.1. *cap*.5. *num*.249. Farin. etiam sibi contrarius *de hæresi, q*. 186. *num*. 159. *vers. quod & idem*, Camill. Borrel. *in sum. decis. p*.1. *tit*.41. *num*.247.

Ibid. *num*.8. Et licèt dixerim auxilium brachii sæcularis implorandum non esse, nisi pro ultimo remedio, ita ut non possit judex ecclesiasticus quandocumque voluerit illud acclamare, nihilominus id ita strictè accipiendum non est, ut brachii sæcularis auxilium in subsidium tantùm aliorum remediorum implorari possit, sed etiam quotiescumque opportunum ecclesiastico Iudici videbitur, id enim insinuant verba hujus textus, ibi, *cùm opus fuerit*, *& cap. quoniam* 14. *in fine*, ibi, *si necesse fuerit*, *infrà hoc tit.* cum similibus: illis namque propriè magis significatur tunc demùm hujusmodi auxilii invocationi locum esse, cùm res ita exigat in quacumque litis parte, sive cùm magis expedire ecclesiasticis judicibus videbitur. Ita Salzed. *ad Bernard. d. c*.53. *aliàs* 160. *à num*.4. *vers. sed media quidem sententia*, Segura Davalos *in direct. Iudicum, part*. 2. *c*.13. *num*.36. *cum duobus seqq.* Farinac. *d. q*.97. *n*.98. *vers. verùm ad declarationem*, Ioan. Bapt. Costa *de remed. subsidiar. remed*.21. *num*.6. Bobadil. *d. lib*.2. *c*.17. *num*. 160. Anguian. *de legib. lib*.3. *controv*.31. *num*. 30. *&* 31. Moneta *d. cap*.8. *n*.267. *& seq*. Gabr. Pereira *de manu Regia, part*.2. *cap*.52. *num*.14. *vers. respondetur.* Ego *de Iure Eccles. univ. lib*.1. *c*.39. §.4. *num*.73. *cum seqq.* 8

Quamvis in subsidium tantùm hoc auxilium concedendum, ita ut priùs Iudices ecclesiastici excommunicare, deinde anathematizare, & interdicere debeant, ac demum cùm Ecclesia non habeat amplius quid faciat, ad brachii sæcularis auxilium confugiat, existimaverint Feder. de Senis *cons*.251. *num*.4. *vers. item dato*, Palat. Rub. *in repet. cap. per vestras, notab*.2. §. *sed est pulchra dubitatio, num*.17. Cov. *pract. cap*.10. *n*.1. Ioan. Rendin. *de majest. Princip. d. verb. non solùm armis, p*.2. *num*.142. *cum duobus seqq. & n*.160. Mandos. *d. verb. auxilium, fol*.24. *pag*.1. Aviles *ad cap. Prætor. cap*.20. *verb. usurpan, num*.16. Menoch. *remed*.3. *retin. num*.360. *vers. deinde* 9

advertat, Parlad. *lib. 2. rerum quotidian. c. ult. part. 2. §. 2. n. 9.* Gail. *lib. 1. observ. 115. num. 2. vers. procedit autem, & n. 3. & de pace publica lib. 2. c. 17. num. 34. vers. ubique*, Marchesi. *de commission. part. 1. c. 5. num. 211. 215. & 227. vers. istudque brachium, & num. 234. & 235. vers. quod in subsidium, & n. 237.* Avendan. *de censib. c. 98. n. 5.* Bernard. Grevæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 115. n. 13.* Cancer. *var. resol. lib. 3. c. 16. num. 1.* Ioan. à Montealegre *in praxi civili, lib. 1. c. 9. n. 160. & 161.* Marta *de jurisdict. part. 1. c. 50. à num. 1. usque ad 24.* Anguian. *d. lib. 3. controv. 30. num. ult. & controv. 31. n. 2.* Franc. Molin. *de brachio sæculari, lib. 1. c. 3. num. 2. cum quatuor seqq. & c. 15. num. 3.*

10 Quod quidem auxilium ecclesiastico Iudici tenetur impartiri sæcularis absque ulla examinatione processus ab eo facti, ex *c. ut Inquisitionis 18. §. prohibemus, de hæret. in 6.* tum quia sæcularis eo casu executor est Iudicis ecclesiastici, & ideo ejus sententiam licèt injustam exequi tenetur, *cap. pastoralis 28. §. quia verò, de sentent. & re judic.* & resolvunt Ægid. Bossi. *in praxi, tit. de foro compet. num. 87. & num. 90. in fine*, Petr. Belluga *in speculo Principum, rub. 11. §. tractandum, à num. 2. vers. & in tantum*, maximè *num. 4. vers. & ut pleniùs*, Rendina *de majest. Principum, d. verb. non solùm armis, part. 2. num. 149. 150.* Clar. *lib. 5. §. hæresis, num. 4. & §. fin. quæst. 96. num. 7. vers. scias tamen*, Salzed. *ad Bernard. d. cap. 153. aliàs 160. num. 13. vers. undecimò*, Suar. de Paz. *in pract. tom. 1. in proœm. num. 7. & 10.* Azeved. *l. 15. tit. 1. lib. 4. novæ Recop. à num. 5.* Ioan. Vela *de pœnis delict. c. 14. de hæreticorum pœn. n. 35.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 8. art. 15. vers. crederem tamen*, Farinac. *d. quæst. 97. num. 103.* Marta *d. part. 1. c. 51. à num. 1.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori ecclesi. decis. 330. n. 1. & 2.* Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neap. c. 36. num. 2.* Cavalcan. *de brachio Regio, part. 4. num. 160. & seq.* Molin. *in simili tract. c. 8. sive inspect. 1. num. 18. & c. 9. inspect. 2. num. 24. & 25.* Agia *de exhibend. auxil. post princ. à pag. 3. & fund. 27. concl. 3. 4. & 6.* Segura Davalos *in direct. Iudicum ecclesi. part. 2. cap. 13. n. 33.* Moneta *de conservat. c. 8. num. 262.* Anguian. *d. lib. 3. controv. 31. num. 7.* Accac. Anton. de Ripol. *var. resolut. c. 1. num. 526. & seq.* Pichard. *in manuduct. ad praxim, part. 2. § 4. num. 41.* Antonin. Diana *moral. resol. part. 1. tract. 2. de immun. ecclesi. resol. 108. in fine*; quamvis non pauci teneant posse sæcularem Iudicem antequam suum ecclesiastico auxilium præstet, ab eodem sibi processum exhiberi petere, ut examinet utrùm ritè & rectè processerit, atque ita de injustitia, vel nullitate sententiæ cognoscere, id probantes ex hoc text. in illis verbis ibi, *non ad præjudicandum, sed ad ea quæ Deo sunt placita, prosequendum*, &c. dum aiunt hæc verba significare publici, sive sæcularis auxilii implorandi eum finem esse, ut justum ac Deo placens Ecclesiastici Iudicis præceptum exequatur, non verò ut sæculari judici per eum requisito præjudicetur quominus ipse examinare valeat, utrùm illud tale sit, necne; ex quorum numero sunt Ioan. Andr. quem refert & sequitur Oldrad. *cons. 89. num. 4.* Feder. de Senis *cons. 251. num. 3. vers. quid plus*, Anchar. *cons. 382. n. 11. & 12.* Calcan. *cons. 119. num. 3. vers. secundò facit*, Roland. *d. cons. 37. num. 7. lib. 1.* Perez *l. 4. tit. 1. lib. 3. Ordin. glos. 3. vers. quando autem*, Camill. Borrel. *ad Bellug. in speculo Princip. rub. 11. §. videndum, schol. 1. in princ.* Parlad. *rer. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 2. §. 2. n. 4. cum duobus seqq.* Surd. *cons. 358. num. 13. & 14.* Bernard. Grevæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 115. n. 5.* Jacob. Cancer. *var. resol. lib. 3. c. 19. num. 3. usque ad 17.* Ioan. à Montealegre *in praxi, lib. 1. c. 9. n. 162.* Et licèt alii crediderint in solo crimine hæresis sæcularem Iudicem stare teneri processui Iudicis Ecclesiastici ejus auxilium implorantis, in aliis verò casibus minimè, sed eundem processum, ejusque justitiam examinare posse, ut minùs bene docuerunt Aviles *ad cap. Prætor. c. 20. verb. usurpan, n. 20. vers. sed tu intellige*, Salzed. *ad Bernard. d. c. 160. num. 11. vers. sed communis hæc sententia*, Bobad. *in sua politica, lib. 2. c. 17. n. 171. & 174.* Ioan. Aloys. Ricc. parum sibi constans *in collect. decis. part. 3. collect. 573. limit. 4.* Gabr. Pereira *de manu Regia, part. 2. c. 52. à n. 21.*

Quam nostram sententiam generaliter veram intelligo in omnibus Ecclesiasticis criminibus, hoc est, non his tantùm quæ ratione materiæ prohibitæ talia sunt, & propriè merè Ecclesiastica dicuntur; sed etiam quæ ratione subjecti Ecclesiastici, à quo illa admissa fuerint, Ecclesiastica etiam appellantur, licèt aliàs hæc ab illis discerni soleant, ut non propriè merè Ecclesiastica dicantur, sed Ecclesiastica simpliciter, aut non merè, quia in omnibus sæcularis Iudicis examinatio excluditur ob illius incapacitatem, ex his quæ adducunt Abb. *hic, n. 12. vers. idem putarem dicendum*, Cened. *Canon. q. 36. n. 12.* Montealegre *d. c. 9. n. 164.* Iacob. Cancer. *d. p. 2. c. 15. n. 12.* 11

Ex qua ratione in civilibus etiam causis, quæ ad Ecclesiasticorum judicum cognitionem quomodocumque pertinent, verissimam judico eandem nostram sententiam, quæ sæculari Iudici ab Ecclesiastico requisito, ut suum ei auxilium pro sententiæ, vel mandati 12

mandati executione impartiatur, obediendi necessitatem imponit, absque prævia processus ab illo facti examinatione; hæc enim seculari, velut incapaci interdicitur, nisi talis sit, quæ mero quoque executori permitteretur, juxta notata *in c. de cætero* 5. *de sent. & re judic.* Gail. *lib.*1. *observ.*113. *n.*8. *& obser.* 115. *n.*6. Cancer. *d. c.*15. *n.*13. Miranda *conf.* 22. *n.*1. *cum seqq.* Fragoso *de regimine Reip. lib.*7. *disp.*23. §.4. *num.*88. *circa fin.* Pareja *d. tit.*2. *resol.*8. *n.*23.

13 At in delictis non ecclesiasticis, sed mixti fori à seculari commissis, non poterit cogi laicus Iudex auxilii sui copiam ecclesiastico impartiri, nisi eorum acta priùs summariè examinaverit, ex illisque cognoverit utrum justè, vel injustè, aut nulliter ecclesiasticus judex processerit, quia hac in specie laicus non ut merus executor illius, nec ut jurisdictione inferior, sed ut æqualis cognoscit, ut per Panorm. *hic, num.*11 *ad fin.* Imol. *n.*16. & Alciat. *num.*70. Petr. Bellug. *d. rub.*11. §. *tractandum*, *n.*2. *circa fin. vers. in aliis verò causis*, Rendina *d. verb. non solùm armis, part.*2. *num.*154. *& seq.* Clar. *d. q.*96. *num.*7. *ad fin. vers. si verò esset crimen*, Suar. de Paz *d. tom.*2. *in proœm. n.*8. Salzed. *ad Bernard. d. cap.*160. *num.*11. *vers. ult.* Bobadil. *d. lib.*2. *c.*17. *n.*175. *& seq.* Farin. *d. q.*97. *num.*102. Morla *d. p.*1. *cap.*51. *à n.*20. Montealeg. *d. lib.*1. *c.*9. *n.*165. Cened. *d. q.*36. *num.*13. Cavalcan. *d. part.*4. *n.*261. *vers. at in aliis*, Aloys. Ric. *in collect. decis. p.*3. *collect.* 573. *limit.*5. Franc. Molin. *d. lib.*1. *c.*10. *inspect.*3. *num.*30. *&* 31. Pareja *d. tit.*2. *resolut.*8. *num.*24.

14 Limitatur tamen principalis nostra resolutio, quæ habet secularem Iudicem auxilium suum ecclesiastico in relatis causis absque ulla processus examinatione exhibere teneri, ut non procedat ubi alias constaret de manifesta injustitia, vel nullitate sententiæ, vel processus Iudicis ecclesiastici, ob notoriam forsan absentiam ejus, adversùs quem ecclesiasticus procedit, vel nimiam Iudicis festinationem, aut Iuris errorem contentum in sententia, quæ sibi ostensa fuerit, aut quid simile: quo casu secularis etiamsi delictum esset merè ecclesiasticum, posset saltem auxilium suum justè denegare. Sic Innoc. *hic*, *n.*2. & Panor. *n.*12. *vers. sed si Iudex secularis*, Petr. Belluga. *d. rub.*11. §. *tractandum, n.*4. *vers. hoc limita*, Rendina *d. verb. non solùm armis, p.*2. *num.*147. 152. *&* 153. Salzed. *ad Bernard. d. capit.*160. *n.*12. *&* 14. Parlad. *d. lib.*2. *cap. fin p.*2. §.2. *num.*7. *vers. proinde facit*, Bobadil. *d. c.*17. *num.*172. *vers. Pero esto entiendo io*, Gail. *d. lib.*1. *observ.* 115. *n.*5. Cavalcan. *d. p.*2. *num.*160. *vers. sed si notoriè*, Marchesan. *d. p.*1. *c.*5. *num.*24. *vers. subdens*, Mich. Agia *d. tract. conclus.* 8. *in* 1. 2. *&* 7. *casu*, Bernard. Grevæ *d. conclus.* 115. *in princ. n.*6. 7. *&* 8. Cancer. *d. c.*15. *à n.*33. Montealegre *d. c.*9. *n.*169. *cum seq.* Molin. *d. lib.*1. *c.*11. *n.*38. *&* 39. *& lib.*2. *c.*38. *n.*25. *&* 26. Ioan. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.*3. *collect.*573. *limit.*1.

Limita etiam ubi à sententia Iudicis Ecclesiastici auxilium requirentis fuerit appellatum, vel supplicatum, aut de nullitate dictum, aliove quocunque modo ejus processus per partem legitimè impugnatus, juxta text. *in cap. concertationi* 8. *vers. ult. de appellat. in* 6. nam & tunc sæcularis saltem denegare auxilium poterit: ita Oldrad. *d. cons.*89. *n.*3. *&* 4. Petr. Belluga *d. rub.*11. §. *tractandum, n.*4. *circa med. vers. si verò is contra quem*, Rendina *d. loco*, *n.*161. Navar. *in cap. cùm contingat, de rescript. remed.*1. *num.*7. *aliàs* 8. *vers. quartò respondeo*, Roland. à Valle *d. cons.*37. *num.*10. *cum seqq. lib.*1. Gail. *d. observ.*115. *n.*4. Marchesan. *d. c.*5. *num.*233. Salzed. *cap.*160. *num.*18. Agia *d. concl.*8. *in* 3. 4. *&* 8. *casu*, Bernard. Grevæ. *d. conclus.*115. *num.*11. Cancer. *d. cap.*15. *num.*14. *& d. lib.*3. *cap.*19. *à num.*45. *ad* 54. Montealegre *dicto cap.*9. *num.*171. *&* 173. Modern. *de Regia protect. part.*1. *cap.*1. *prælud.*3. *n.*93. *&* 94. Intellige limitationem procedere eo casu quo apertè constaret causam esse appellabilem, vel alio modo retractabilem, secus aliàs, ex Bobadill. *d. c.*17. *n.*176. Bernard. Grevæ. *d. concl.*115. *n.*12. Modern. *d. præl.*3. *n.*172. 15

Ibidem *num.*9. Pro exoneratione conclusionis desumptæ ex Gloss. *in præsenti*, *verb. secundùm quod Canones*, quod scilicet Iudex judicare debet secundùm allegata, & probata, & non secundùm conscientiam, præter citatos *verb. similem, gloss.*1. *vers. in eo verò*, *in l. illicitas* 6. *vers. veritas*, per text. *ibi*, *ff. de officio Præsid. gloss. ult. vers. sed secundum*, *in l.*2. *ff. de feriis*, *& verb. audit*, *in cap. judicet* 4. *vers. bonus Iudex* 3. *q.*7. *& verb. secundùm legem*, *in cap. paratus* 2. §. *Nam Paulus*, 23. *q.*1. *& verb. tenetur*, *in cap. pastoralis* 28. §. *quia verò*, *de officio deleg. & verb. contra justitiam*, *in cap.*1. *vers. si quis autem*, *de re judic. in* 6. Bernard. Salzed. *reg.*377. Bened. Capra *regul.*18. *&* 32. Mench. *controv. illustr. lib.*1. *c.*14. Morl. *in emporio Iuris tit.*2. *de Iurisdict. omn. Iudicum*, *q.*1. *per tot.* Everard. Bronch. *enantioph. cent.*1. *assert.*14. 16

In gloss. text. *verb. publicum.* Collige ex gloss. Iudices fori omnino diversi sibi adinvicem auxiliari debere, hoc est, non tantùm sæcularem Ecclesiastico, ex hoc textu & similibus, sed & vice versa Ecclesiasticum sæculari: recipitur ab Innocentio *n.*1. Hostiens. *à num.*5. Ioan. Andr. *num.*16. Abb. 17

*num.*10.

*num.*10. *&* 11. Imol. *num.*14. & Guid. Papæ *n.*6. *vers. in gloss. publicum*, Alciat. *n.*21. Marian. Socin. *in c. cùm sit generale, n.* 24 *de foro compet.* Cov. *pract. cap.* 10. *num.*1. *vers. eadem ratione*, Aviles *d. cap.*20. *prætor. verb. usurpan, n.*17. Gail. *d. observ.*115. *num.*2. *vers. proinde*, *& num.*8. Villalob. *in ærario communium opin. lit. I, num.*165. Suar. de Paz *d. tom.* 2. *in prælud. n.* 4. Menoch. *remed.* 3. *retin. n.*359. Salzed. *ad Bernard. d. cap.*160. *n.*10. Villadiego *in politica*, *c.*5. §. 20. *n.*54. Morla *d. tit.* 2. *q.*20. *n.*9. *ad fin. in vers. & idem etiam*, Farin. *d. q.*97. *n.*83. Amat. Roderic. *de execut. c.* 2. *ex num.*11. Marta *d. p.* 1. *c.*50. *à num.* 33. Rutger. Ruland. *inter tractat. Iuris executivi, tractat. de invocat. brachii secularis, cap.*4. *ex n.*2. Cancer. *d. part.*2. *cap.*15. *n.*2. *&* 4. *cum duobus seqq. & p.* 3. *cap.* 19. *n.* 2. Bobadil. *d. libr.*2. *cap.*18. *num.* 343. Montealegre *d. lib.*1. *cap.*9. *num.*158. *&* 175. Campan. *in divers. Iuris Canon. rub.*12. *cap.*13. *n.*86. Anguian. *de legib. lib.*2. *controv.*17. *num.*89. Molin. *de brachio seculari, lib.*1. *cap.*19. *n.*1. *cum seqq.* Ramirez *de lege Regia*, §. 2. *num.*2. *lit. D*, Pichard. *p.* 2. *manuductionum, præcepto* 4. *num.* 39. Gabr. Pereira *de manu Regia, p.* 2. *c.*52. *n.*7. Carleval. *de judic. lib.*1. *tit.*1. *disp.*2. *num.*40. *circa med.*
18 *vers. cùm autem Iudex*, Ego ipse *de jure ecclesi. universo, lib.*1. *c.*39. §.4. *num.*71. Fragoso *de regimine Reip. disp.*23. *n.*86. *vers. quid si Iudex*, me citato Pareja *d. tit.*2. *resol.*8. *n.*5. Ex quibus Farin. Bobadil. Gabr. Pereira & alii discrimen constituunt, quod ecclesiasticus, utpote excellentiore utens jurisdictione, cogere censuris poterit secularem ad præstandum auxilium, at verò secularis cùm potestate inferior sit, cogere ecclesiasticum nullo modo valet.

SVMMARIVM.

1 *Officio concesso omnia illius emolumenta & salaria concessa videntur, quamvis in titulo non exprimantur.*
2 *Substitutus & subrogatus in locum proprietarii absentis, vel suspensi ab officio, debet habere illius emolumenta.*
3 *Quamvis absentia proprietarii de licentia Regis, & ex justa causa facta fuisset.*
4 *Suspensus qui fuit, & postea restitutus, non recuperat officii emolumenta à substituto habita.*

Cap. Cùm ab Ecclesiarum III.

1 AD *num.*3. *in fine.* In tex. ibi, *eam sine congrua satisfactione*, &c. Notari solet hic tex. ad hoc quod officio concesso omnia illius emolumenta & salaria concessa videntur, quamvis in titulo non exprimantur, ut per Natt. *cons.*636. *num.*7. Peregr. *lib.*1. *var. tit. de officio deleg. num.*43. Giurba *cons.*96. *num.*9.

Et procedit etiamsi qui petit emolumenta sit substitutus, & subrogatus in locum proprietarii absentis, vel suspensi ab officio, Angel. *in Auth. ut clerici qui recedunt*, Ponte *decis.*25. *num.* 20. *& cons.* 133. *num.* 6. *lib.*2. Et in officiis commendatis Capic. Galeot. *in tr. de alienat. & success. offic. & Regal. n.*325. *cum seqq. pag.*109. 2

Locumque habet quamvis absentia proprietarii de licentia Regis, & ex justa causa facta fuisset, ex Surd. *cons.*42. quem refert & sequitur Paschal. *de patria potest. p.*4. *c.*6. *n.*41. *vers. sed limitatur hæc conclusio.* 3

Et denique licèt qui suspensus fuerat, postea absolutus esset, nam adhuc substitutus lucraretur officii emolumenta, nec ea proprietarius restitutus recuperare poterit. Ita Vincent. de Anna *in repet. cap.* 1. *de vassallo decrepitæ ætatis, num.* 222. *cum tribus seqq.* Rovit. *cons.* 4. *num.* 13. *&* 14. *vol.* 2. Montan. *de Regalib. rub. de regal. officior. n.*54. *col.*5. *vers. sed adverte, pag. mihi* 222. Carol. Tapia *in rub. de constit. Principum, capit.*3. *pag. mihi* 47. Paschal. *d. p.*4. *capit.*6. *num.*41. Ponte *d. decis.*25. *n.*13. *cum seq. & d. cons.*133. *num.*8. *lib.*2. Aloys. Ricc. *in collect. decis. collectan.* 477. Mastrill. *super indulto generali, c.*22. *n.*7. Thoro *in compendio decis. p.*1. *lit. F. vers. fructus officii an sint restituendi, p. mihi* 245. 4



De Pactis.

Tit. XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Pactum nudum quale sit, & cur ita dicatur.*
2 *Pactum aliquod an sit vestitum, quod nudo respondeat?*
3 *Pactum nudum à Iure Civili nullam producit obligationem, & quare?*
4 *Pactum nudum cur obliget de Iure Canonico?*
5 *Casus hujus text. refertur.*

Cap. Antigonus I.

AD *num.*6. De pacto nudo, & quale sit, & cur ita dicatur, latè Læli. Mancin. *disquisit. genealium, & anniv. Iuris disputat. cent.*1. *cap.*54. *ad l. jurisgentium,* §. *sed*

tium, §. *sed cùm nulla*, *ff. de pact.* ubi rectè dicit pactum nudum sine causa esse, quia negotium non habet, sed causam necessariò habet, hoc est, occasionem, quæ deficere nullatenus potest. Et an sit vestitum aliquod pactum quod nudo respondeat, idem Læli. Mancin. *d. cent. 1. cap. 55. pag. 136. ad d. l. jurisgentium*, & refert in jure dici nuda voluntas, *l. 1. ff. de rerum permut. l. 3. in fine*, *ff. de adimen. leg.* nuda proprietas, *l. 2. ff. quib. modis ususf. amittatur*, nudum præceptum, *l. filiusfam. §. Divi*, *ff. de legat. 1.* nuda ratio, *l. nuda*, *ff. de donat.* Et de vi pacti nudi coram Iudice, vel Magistratu, vide eundem Læli. Mancin. *d. cent. 3. c. 56.*

3 Pactum nudum à Iure Civili nullam producit obgligationem, *l. jurisgentium*, §. *sed cùm nulla*, *ff. de pact.* nam illi obligationem lex adimit, & vulgò dicitur, quia pactum esse non potest quod serium non sit, Læli. Mancin. *d. cent. 1. c. 54. num. 7.* Addit idem Mancin. *ead. cent. 1. c. 57. num. 3.* rationem, videlicet quia si pacto nudo vis tribueretur, jam vexationibus, & calumnis latissimus aperiretur campus, quibus occurrere voluit æquissima lex, ne publica salus detrimentum pateretur, multa enim jocosè promittuntur quotidie, multa etiam ab iis, qui splendidi & liberales haberi volunt, quæ si tenerent cuncta, non difficulter testes existerent, qui deponerent promisisse aliquem, & sic vera judicia subverterentur; nam nec qui promitterent, nec promissorum hæredes usquam ab iniquis exactoribus tuti essent.

4 Iure verò Pontificio obligat nudum pactum, quod factum credit Læli. Mancin. *d. cent. 1. c. 57.* ex Pontificia pietate, ne fides rumpatur obtentu juris, & existimat servandum, *eadem cent. 1. cap. 58. n. 1.* denunciatione Evangelica, ut *in cap. novit, de judic.* & non jure actionis; & pro majore declaratione

5 speciem, & casum hujus cap. sic refert: *Antigonus, & Optantius Episcopi pacti erant invicem ne alter alterius plebem subtractum iret. Defecit Optantius, adversùs quem agere nequibat Antigonus, quasi ex pacto nudo: egit itaque denunciatione Evangelica, petiitque adversarium suum Episcopum uti pacis turbatorem à peccato frenari. Exiit itaque à Concilio vox, Pax servetur, pacta custodiantur, maximè cùm ageretur inter duos Episcopos, quibus minus quàm aliis licet in peccato esse. Exiit & comminatio pœna, quæ peccatum sequeretur: Si se non cohibuerit, ecclesiasticam sentiat disciplinam.* Et hoc supposito idem Læli. Mancin. *d. cap. 58. n. 1.* ait quod fortè etiam Antigonus impleverat ex parte sua, & sic pacto agebat, hoc est, synallagmate, juxta *l. jurisgentium*, *in princip. vers. sed etsi*, *ff. de pact.* Aut certè duo hi Episcopi transegerant de plebe, & servanda transactio erat ex implicita confessione; ex *l. tale pactum*, §. *qui provocavit*, *ff. de pact.* & demùm sic concludit. Sed quid opus conjecturis, iubet Concilium pacta servari, *d. c. 1.* iubet Gregorius ea, quæ promissa fuerant, opere compleri, *cap. 3. hoc tit.* Quid rursus? Prætor quoque pollicetur pacta servaturum se *in d. l. jurisgentium*, §. *ait Prætor*; nec tamen nudis conventionibus actionem tribuit, *d. l. jurisgentium*, §. *sed cùm nulla*, *l. si tibi*, *C. locati*; servat enim Prætor quoad per leges liceat, arg. *l. 1. ff. ex quib. caus. major. l. cùm sponsus*, §. *si res*, *ff. de publican.*

Cap. Qualiter III.

Post *num. 1.* De intellectu huius text. agit novissimè Læl. Mancin. *disquisitionum genialium, & anniversariarum juris disp. cent. 1. cap. 60. n. 2.* in hæc verba: *Hinc Gregorius anxius, ut Pontificem decet, ne eo prætextu insignis aliqua perfidia committatur, quod pacta nuda fuerint omni legum præsidio destituta, monet Iudicem (reperta scilicet peccati causa,) ut studiosè agat ne eum, qui nimium credidit, facilè promissor eludat. Studiosè agendum est, inquit, ut ea quæ promittuntur, opere compleantur,* d. cap. 3. de pact. *Reperta, inquam, peccati causa: nam quod seriò promissum non fuerit, negligi omninò oportet, non servari,* &c.

Ad *num. 4.* De vi pollicitationis ex Pontificio iure, vide eundem Læl. Mancin. *dict. cent. 1. c. 59.*

De Postulando.

Tit. XXXVII.

Summarium.

1 *Clerici Procuratoris, Advocative officium exercere prohibentur.*

2 *Clerici pauperes in utroque foro ex qualibet causa in civilibus postulare possunt.*

3 *Clericus reum criminaliter accusatum defendere potest, sed tutius erit se à rei defensione abstinere.*

Cap. Clericis I.

Ad *num. 1.* Quod clerici Procuratoris, Advocative officium exercere prohibentur, ultra citatos *in collect.* probant Iura concordantia, ut *in capite 2. ne clerici, vel mon.* 1

&

& in l. placet 17. & in l. repetita, prope fin. 41. *C. de Epiſcop. & cleric.* Rebuff. *tom.* 1. *ad leges Galliæ, titul. de ſentent. proviſ. art.* 3. *gloſ. ult. n.* 32. Carol. de Graff. *de effectib. clerical. effectu* 11. *à princ.* Ioan. Maria Novar. *in collect. ſuper pragm. Regni Neapol. collect.* 158. *num.* 1. Alvarez *de privileg. pauper. & miſerab. perſonar. q.* 9. *à princ.* Machado *en ſu perfetto Confeſſor, y Cura de Almas, p.* 2. *lib.* 4. *p.* 1. *tract.* 13. *docum.* 4. Ego ipſe *de jure eccleſ. univ. lib.* 1. *c.* 40. *n.* 83. *cum ſeqq.*

Ad *num.* 4. Quod in paupertatis favorem liceat clericis etiam in ſacris conſtitutis, qui nullum, aut incongruum beneficium habent, aut quo vivere poſſint, ſufficienti patrimonio carent, in utroque indiſtinctè foro pro qualibet cauſa poſtulare in civilibus, ultra citatos docent Nav. *de ſpol. clericor.* §. 7. *num.* 5. *verſ. eademque ratione*, Alphonſ. de Villadiego *in praxi Canon. lib.* 9. *titul. de Advocat. concl.* 6. *poſt med. uſque ad finem*, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 3. *à num.* 2. Ioan. Mader. *de virtutib. Theolog. tract.* 6. *cap.* 3. *dub.* 8. *verſ. ſecus dicendum*, Carol. de Graſſis *de effectib. clerical. effectu* 21. *num.* 6. *cum ſeqq.* Bellet. *diſquiſit. clerical. p.* 1. *tit. de diſcipl. cleric.* §. 27. *num.* 3. *verſ.* 1. Alvarez *d. p.* 1. *q.* 9. *num.* 5. Ego ipſe *d. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 90. limitat Alvarez *ubi ſuprà*, *n.* 26. in criminalibus, in quibus ſaltem pœna ſanguinis imponenda venit, à quibus clericus omnino abſtinere debet, niſi reum criminaliter accuſatum defendat: advertit tamen *ibidem, num.* 27. quod cùm vel propter defendentis imperitiam, adverſariíve cavillationes poſſet reus condemnari, vel etiam propter malitiam, & aſtutiam ipſius rei, poſſet idem ipſe reus injuſtè abſolvi, actorque ad talionis pœnam condemnari, tutius eſſe ait etiam à rei defenſione clericum abſtinere, & citat gloſ. *in cap. aliquantos,* 51. *diſt.* Læli. Zanch. *de privileg. eccleſ. privil.* 53. *n.* 26. Cened. *p.* 1. *collect.* 39. *n.* 2. Carol. de Graſſis *ubi ſuprà, num.* 36. *cum ſeqq.*

Cap. Ex parte II.

1 Ad *num.* 2. Quod Monacho pro ſui monaſterii neceſſitate in cauſa monaſterii, jubente ſuperiore, etiam coram Iudicibus laicis liceat poſtulare, ultra citatos *in collect.* reſolvunt Redoan. *de ſpol. eccleſ. quæſt.* 2. *num.* 27. Nav. *in cap. non dicatis,* 12. *q.* 1. *n.* 99. Carol. de Graſſis *de effectib. clerical. effectu* 11. *num.* 7. *& effectu* 21. *num.* 42. Alvarez *de privileg. pauperum, & miſerabil. perſonar. p.* 1. *q.* 9. *num.* 9.

Cap. Cùm Sacerdotis III. & ult.

Ad *num.* 4. *in princ.* De etymologia hujus verbi *Miſerabilis*, latè Alvarez *de privileg. miſerabil. perſonar. p.* 2. *q.* 2. Et ad hoc quod miſerabilis quis dicatur, ad judicantis arbitrium recurrendum eſt, qui negotii, perſonæque attenta qualitate miſerabilem dicat, aut neget, ultra *in collect.* relatos, docent Nevizan. *in ſylua nupt. lib.* 5. *n.* 36. *ad fin.* Ioan. Mat. Novar. *in praxi elect. & variat. fori, ſect.* 1. *q.* 4. *n.* 2. *& ſect.* 3. *q.* 4. *n.* 7. Nicol. Intrigl. *lib.* 1. *ſing.* 16. Alvarez *de privil. miſerabil. perſonar. p.* 2. *q.* 2. *num.* 7. *& de privil. pauperum p.* 1. *q.* 4. *in princ. n.* 77. Niſi in caſibus ubi lex vel ſtatutum miſerabilem perſonam deſignat, quia tunc arbitrari non licet Iudici: idem Alvarez *d. q.* 4. *n.* 78. ubi *numeris ſeqq.* multipliciter exemplificat.

De Procuratoribus.

Tit. XXXVIII.

Summarium.

1 *Procurator comparens in judicio, aut extra illud ad agendum, ſive ad defendendum, aut ad contrahendum, tenetur oſtendere mandatum.*

2 *Procurator etiam poſt litem conteſtatam mandatum edere tenetur, ſecundùm aliquos; ſed contrarium verius.*

3 *Legitimatio perſonarum neceſſaria eſt etiam in cauſis ſummariis, & executivis.*

4 *Tanquam Procurator alterius nemo audiri debet, niſi mandatum oſtendat.*

5 *Acta abſque editione mandati à Procuratore fabricata erunt nulla.*

6 *Mandatum procuratorium non præſumitur.*

7 *Mandatum per Procuratorem debet præſentari, ut ipſe nullo temporis curſu ab hujuſmodi præſentatione poſſit excuſari.*

8 *Procurator adeò mandatum edere tenetur, ut nec ſufficiat tabellionem in proceſſu fidem facere, qua aſſerat procuratorem mandatum habere.*

9 *Inſtrumentum procuratorium ex longinqua regione allatum, quando præſumatur à Notario confectum.*

10 *Comprobatio, & recognitio inſtrumenti ex longinqua regione allati an ſit neceſſaria.*

11 *Inſtrumentum quando ſit legale, ut illi fides adhiberi poſſit?*

12 *Tabel*

12 *Tabellionis persona quando est nota, alia comprobatione, seu recognitione non indiget instrumentum ab eo levatum.*

13 *Instrumentum præsumitur & habetur pro legali quando pars adversa tempore citationis non opponit contra illud.*

14 *Mandatum procuratorium probari potest per testes sicut per instrumentum.*

15 *Conjunctus pro conjuncto usque ad quartum gradum in profanis admittitur cum cautione de rato.*

16 *Conjunctus pro conjuncto in beneficialibus non admittitur, secus paupertatis favore.*

Cap. Alia I.

1 AD *n.* 2. Quod procurator comparens in judicio, aut extra illud ad agendum, sive ad defendēdum, aut ad contrahendum, tenetur ostendere & edere mandatum, quo ejus persona legitima fiat, ultra citatos probat *l. si quis inficiatus* 13. *ff. depositi*, *glos. recepta verb. habeat, in l. licèt, C. hoc tit. l. Castel.* 2. *tit.* 24. *lib.* 2. *& l.* 55. *tit.* 1. *lib.* 3. *& l.* 3. *tit.* 2. *lib.* 4. *Recopil.* ubi Azeved. *n.* 3. Suar. de Paz *in pract. tom.* 1. *in init. annot.* 4. *ex n.* 7. Vestr. *in pract. Romanæ Cur. lib.* 4. *c.* 5. ubi Gravat. *in addit. n.* 24. *cum seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 1007. *ex n.* 60. Osuald. *ad Donel. comment. Iuris Civilis lib.* 18. *cap.* 13. *sub lit. X*, Mangil. *de evict. quæst.* 187. *num.* 22. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 5. *cap.* 985. *n.* 22. Noguerol. *allegat. Iuris tom.* 1. *alleg.* 10. *n.* 138. novissimè Pareja *de universa instrum. edit. titul.* 5. *resolut.* 10. *num.* 4. ubi *num.* 14. ampliat, etiamsi litem minoris 25. annorum suscepisse dicatur:
2 & *num.* 17. similiter ampliat, ut Procurator etiam post litem contestatam mandatum edere teneatur, secundùm aliquos; at *in num.* 18. videtur permanere in contraria sententia, quod Procurater post litem ab eo contestatam non tenetur docere de mandato, sed qui opponit, probare debet eum non esse legitimum Procuratorem, quia cùm Procurator fuerit admissus ad contestandam litem, videtur ad adversario approbatus, & positus in quasi possessione officii, quæ in dictum adversarium transfert onus
3 probandi contrarium: & *num.* 20. ampliat quoque, principalem conclusionem procedere non solùm in via & judicio ordinario, sed etiam in causis summariis & executivis, in quibus etiam necessaria est legitimatio personarum.

4 Vnde quem audiri non debere tanquam alterius Procuratorem, nisi mandatum ostendat, me citato in hoc loco tenet Pareja *d. titul.* 5. *resol.* 10. *num.* 23. Adeò quod
5 acta absque editione mandati à Procuratore fabricata erunt nulla, & domino præjudicium inferre non poterunt, ut post *l.* 10. *tit.* 5 *part.* 3. & Suar. de Paz *d. annot.* 4. *n.* 7. tenent Pareja *ubi suprà*, *n.* 14.

Ibid. ibi, *quia mandatum procuratorium non præsumitur*, ultra Mantic. citatum, adde Cephal. *cons.* 65. *n.* 16. Menoch. *cons.* 1. *n.* 79. *& cons.* 181. *n.* 22. Anton. Fab. *in suo Cod. lib.* 4. *tit.* 14. *defin.* 30. *num.* 3. *& defin.* 63. *n.* 4. Giurba *cons.* 91. *n.* 17. quos refert & sequitur Pareja *d. resol.* 10. *n.* 3. 6

Ibid. ibi, *etiam ex diuturnitate temporis per mille annos.* Adeò verum est mandatum per Procuratorem debere præsentari, ut ipse nullo temporis cursu ab huiusmodi præsentatione excusari possit, cùm etiam mille annis mandatum non præsumatur, ita præter citatos *in collect.* resolvunt Hieron. Gabr. *cons.* 39. *n.* 39. *lib.* 1. Vant. *de nullit. tit. de nullit. ex inhabil. seu defectu mandati, ex n.* 58. Suar. de Paz *d. annot.* 4. *n.* 12 Pareja *d. resol.* 10. *n.* 12. ubi *n.* 13. rationem reddit. 7

Ibid. ibi, *etiamsi Notarius dicat se vidisse.* Nam adeò certum est Procuratorem mandatum edere teneri, ut nec sufficiat tabellionem fidem in processu facere, qua asserat Procutorem mandatum habere, ultra citatos *in collect.* sic docent Suar. de Paz *d. annot.* 4. *n.* 3. Amat. Rodrig. *de forma examinandi processum, cap.* 3. *n.* 21. Pareja *d. resolut.* 10. *num.* 9. ubi *num.* 10. post Aviles *ad c.* 15. *Prætor. n.* 23. & Suar. de Paz *d. annot.* 4. *num* 13. & Card. Mantic. *de tacit. lib.* 7. *tit.* 4. *num.* 7. ac alios tenet minimè etiam sufficere, etiamsi Notarius, aut Tabellio dicat, prout apparet in mandato procuratorio coram me antea confecto, de quo fidem facio, reprobans Covar. *pract. cap.* 2. *num.* 2. *vers. quod si fiat.* 8

Ad *num.* 4. Dictum est in præsenti instrumentum procuratorium ex longinqua regione allatum habens debitam & publicam formam, præsumi a Notario confectum, stante recognitione aliorum Tabellionum, si dubitetur. Sed DD. in hac resolutione firmanda non bene conveniunt. Quidam affirmant fidem adhibendam instrumentis de longinqua regione allatis absque comprobatione, & recognitione, ex quorum numero sunt Specul. Paul. de Castro, Angel. Alciat. Aufrer. & Hippol. de Marsil. quos refert, licèt non sequatur, Pareja *d. tract. de novissima instrum. edit. tit.* 1. *resol.* 3. §. 2. *n.* 47. Sed multò verius est dictam recognitionem, seu comprobationem de duobus necessariam esse, primò de legalitate & possessione Notarii in notariatu: secundò de recognitione manus & signi, quando Notarius non cognoscitur. Ita in præsenti Butr. *num.* 5. & Felin. *sub* 9 10

*ſub num.*18. *ante fin. verſ. & adde quod ſi opponeretur*, & Deci. *num.*19. Capell. Tholoſ. *deciſ.*330. Maſcard. *de probat. concl.*1097.*n.*13. & 14. Veſtr. *in praxi, lib.*6. *cap.*1. *n.*8. Fulvi. Pacian. *de probat. lib.*2. *cap.*21. *n.* 59. Parlad. *rerum quotid. lib.*2. *cap. fin.* §.11.*num.*16. latè Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſ.*64. *num.*11.*cum ſeqq.* Rota coram Achil. de Graff. *deciſ.*5.*de fide inſtr.* & coram Caputaquen. *deciſ.*4. *n.*2. *p.*3. & coram Puteo *deciſ.*359.*lib.*2.

11 Et in ſequentibus caſibus abſque dubio procedit, primò quando ipſum inſtrumentum portat ſecum poſt ſignum Tabellionis litteras teſtimoniales legalitatis Notarii à quo eſt confectum, & ſignatum, ab Ordinario loci domicilii Notarii conceſſas, ac ſua ſubſcriptione & ſigillo munitas. Ita poſt antiquiores Fulvi. Pacian. *d. lib.*2. *cap.*21.*n.*61. & 62. Gonzal. *d. gloſſ.*64. *n.*15. Salgad. *de ſupplicat. ad Sanctiſſ. p.*2. *cap.*30. §.3. *num.*31. Pareja *d. tit.*1. *reſol.*3. §.2. *num.*51. Secundò, quando tale inſtrumentum haberet fidem & teſtimonium aliorum duorum, aut trium Notariorum, aſſerentium illum Notarium, ſeu Tabellionem, à quo eſt ſignatum, eſſe talem, fidelem etiam & legalem, ſuiſque ſcripturis ac ſignis plenam ſemper adhibitam fuiſſe fidem, gloſ. *verb. ipſis, in fine, in Auth. de Tabellionibus*, §. *nos autem*, Azeved. *l.*1. *num.*138. *tit.*21. *lib.* 4. *Recop.* Parlad. *ubi ſuprà, num.*17. *in princ.* Pareja *d. loco, num.*52.

12 Tertiò, quando perſona Tabellionis eſſet nota, qua via tunc alia comprobatione, ſeu recognitione non indiget inſtrumentum ab ipſo levatum, & in longinquis partibus productum, ita Roder. Xuar. *in l. poſt rem judicatam, in* §. *pro evidentia, ſuper declaratione ll. Regni, num.*34. *in fine, verſ. idem ſi perſona Tabellionis.* Gonzal. *d gloſ.*64. *num.*19. Pareja *d.*

13 *tit.*1. *reſol.*3 §.2. *num.*53. Quartò, quando agitur de modico præjudicio, & ipſius Iudicis motus cum inſtrumento concurrit, Gregor. Lop. *l.*115. *in verb. probando, titul.*18. *part.*3. Gonzal. *d. gloſſ.*64. *num.*21. Pareja *d. tit.*1. *reſol.*3. §.2. *num.* 54. Quintò, quando pars adverſa tempore citationis non opponit hujuſmodi inſtrumentum non eſſe legale, nec probat, nec negat eſſe à publico Notario ſignatum. Caputaq. *deciſ.*238. *n.*4. *p.*1. & *deciſ.*117. *num.* 4. *p.*3. Pute. *deciſ.*159. *n.*2. *lib.*1. & *deciſ.*99. *num.*2. & *deciſ.*486. *n.*1. *in princ. lib.*2. Gonzal. *d. gloſ.*64. *n.*22. Pareja *d. loco, num.*55.

14 Ad *num.*6 Quod mandatum procuratorium ita poſſit probari per teſtes ſicut per inſtrumentum, ultra citatos *in collect.* vide Vant. *de nullit. tit. de inhabilit. ex defectu mandati, ex num.*70. Parlad. *rerum quotid. lib.*2. *c. fin. p.*3. §.2. *n.*3. me citato *in hoc loco*, Pareja *d. tract. de univerſa inſtrumentor. edit. tit.* 5. *reſol.*10. *num.*6.

Ad *n.*7. *in fine.* Adde quod licèt in profanis conjunctus abſque mandato pro conjuncto uſque ad quartum gradum admittatur, 15 *l. ſed & hæ perſonæ* 35. *ff. de procuratorib. c. nonnulli*, 28. §. *ſunt & alii, in fine, de reſcript.* & tex. *in præſenti, l. Caſtel.*10. *tit.*5. *p.*3. D Barboſ. *in l. cùm Prætor* 12. *n.*46. *ff. de jud.* Alvarez *de privil. pauperum, p.*1. *q.*13. *in princ* cum cautione tamen de rato, ne judicium reddatur illuſorium, *l.*1. *C. quibus res jud. non noc.* nihilominus in beneficialibus conjunctus pro conjuncto non admittitur, Franc. Vivi. *deciſ.* 249.*n.*5. Rot. *deciſ.*6. & 35.*n.*1. *de procur.* Camill. Borrel. *in ſum. deciſ. tit.*22. *de benef. grat. n* 55. Card. Tuſch. *pract. concluſ. lit. C, concl.*713.*n.*33. Secus paupertatis favore, Camill. Borrel. *d. tit.*22.*n.*93. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. collect.* 2474. *verſ. & acceptatio*, Alvarez *d. q.*13.*n.*9.

SVMMARIVM.

1 *Mixtum judicium quod dicatur.*
2 *Text. in præſenti declaratur.*
3 *Accuſatio quaſi mixta quæ dicatur.*

CAP. Tuæ V.

AD *num.*5. Agit Innocentius hujus text. auctor de viro arguente uxorem adulteram; monetque, ſi legitima adulterii pœna infligi debeat, criminale judicium intentatum videri, ſin autem fuerit ut à mulieris cohabitatione diſcedere liceat, accuſationem tunc, licèt de crimine ſit, criminalem tamen non eſſe, ſed mixtam. Suar. de Paz *in pract. tom.*1. *annot.* 1. *num.* 16. poſt Bero. *num.*33. & Rip. *n.*99. *in rub. de judic.* agens de intellectu hujus text. dicit ſecundùm illum, mixtum judicium eſſe quando nec merè civiliter, nec merè criminaliter agitur, ſed inter civile, & criminale. Alii mixturæ cauſam eam volunt eſſe, qua partim fiſco, & vindictæ publicæ pœna datur; etenim ſeparatio thori eſt accuſatæ adulteræ mera pœna, in eodem quippe conjugio permanendum ei eſt, nec nubere iteratò poteſt, *c.*2. *de divort.* ſuo itaque conjugio ſpoliata luget, qui publicæ diſciplinæ vigor eſt. Agenti etiam marito ex parte ſolvi non dubitatur, quippe qui dum ab uxore læſus agit ad ſeparationem thori, propriam utilitatem privatim quoque intendit, ne ſcilicet cum adultera muliere cohabitare, eique debitum carnis reddere compellatur, *capite ſignificaſti, de divort.* Ita Læli. Mancin. *diſquiſit. genialium, & anniverſariar. iuris diſputat.*

putat. cent. 1. *cap.* 39. *pag.* 101. & 102. advertens hanc ipsam mixturæ causam videri in amotione illa esse, de qua *in cap. per tuas* 32. *de simon.* quæ ab officio est; nam vindictæ aliquid tribuitur, dum quod ait Pontifex *in d. cap. per tuas*, non tam dejicitur, quia *damnosus*, & sic Monasterio consulitur, verùm etiam, quia *immeritus*. Denique ipsa ex suo genere amotio aliquid habet publicæ ultio-
3 nis. Sed ulteriùs curiosus interrogare poterit, cur in hoc text. dicitur illa accusatio quasi mixta, ex qua denominatione videbatur fundamentum aliquod habuisse eorum perplexitatem, qui dubitant, an detur judicium merè mixtum è criminali & civili: sed sua dubitatione non obstante potest responderi ideo hic non verè, sed quasi mixtam dici accusationem, quia in ea prævalet id, quod privatim interest accusatoris, civile utique judicium plus facit, quàm criminale. Amotio quoque ab administratione *in d. cap. per tuas*, etiam judicium facit quasi mixtum: quasi, inquam; nam civile ipsum quoque est ab eo, quod prævalet, prævalet autem ratio privatæ utilitatis: sed quia minus aliquid fisco tribuit, quàm separatio thori, propterea non quasi mixta, sed, purè civilis dicitur persecutio ejus esse.

De iis quæ vi, metúsve causa fiunt.

Tit. LX.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio multum adjuvat ad probationem metus.*

2 *Metum non probat protestatio, nisi & alia concurrant.*

3 *Metum allegans necessariò illum probare tenetur.*

4 *Contractus meticulosus non est rescindendus si per aliquem actum voluntarium cessaverit causa illationis metus.*

Cap. Perlatum I.

1 AD *n.* 4. Quamvis protestatio multum adiuvet ad probationem metus, Cov. *de sponsal. p.* 2. *c.* 3. §. 5. *n.* 12. Megal. *de metu*, *c.* 10. §. 3. *n.* 16. Honded *cons.* 29. *n.* 55. Surd. *decis.* 395. *num.* 36. Mascard. *de probat. concl.* 1055. *n.* 11. Gasp. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 1. *q.* 51. *à n.* 14. Ioan. Bapt. Ciarlin. *controv. forens. c.* 108. *n.* 49. *cum seqq.* Gabr. Pereira *Lusit. decis.* 30. *n.* 8. Rota *decis.* 260. *n.* 6. *post lib.* 2.
2 *consil.* *Farinacii*: nihilominus metum non probat, nisi & alia concurrant, velut minæ, verbera, & læsio, ut per Brunor. à Sole *in locis communib. verb. metus*, *n.* 9. Mascard. *d. concl.* 1055. *num.* 9. Honded. *d. cons.* 29. *n.* 54. Surd. *d. decis.* 395. *num.* 26. Megal. *n.* 16. *vers. resoluto*, Rot. *decis.* 295. *n.* 6. *post d. lib. consil. Farin. & fragm. crimin. p.* 2. *verb. Metus*, *n.* 190. Card. Tusch. *verb. Metus*, *concl.* 224. *n.* 18. Benenc. *in addit. ad Seraph. privil.* 110. *n.* 20.
Ad *n.* 7. Quod metum allegans necessariò 3
illum probare teneatur, ultra citatos tenent Cov. *de sponsal. p.* 2. *c.* 3. §. 4. *n.* 1. Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 14. *n.* 17. *prope fin.* Honded. *cons.* 29. *n.* 9. Surd. *cons.* 513. *n.* 9. & *cons.* 429. *n.* 47. & *decis.* 194. *n.* 22. Megal. *de metu*, *c.* 10. §. 1. *n.* 7. Cacheran. *decis.* 142. *num.* 7. Sebast. Medic. *de casib. fort. p.* 1. *q.* 7. *num.* 5. Card. Mantic. *decis.* 142. *n.* 1. Gasp. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 1. *q.* 51. *num.* 2. *in fine*, Card. Tusch. *lit. M*, *concl.* 215. *n.* 35. & *concl.* 223. *num.* 1. & 17. & *concl.* 214. *n.* 1. *cum seqq.* Carol. de Grassis *de except. except.* 11. Farin. *d. verb. metus*, *n.* 167. & *cons.* 188. *n.* 11. *lib.* 2.

Ad *num.* 10. Meticulosus contractus non 4
est rescindendus, nec retractandus, si cessante causa illationis metus, fuerit postea voluntario aliquo actu corroboratus, ac ratificatus, *l. cùm te*, *l. si per vim*, *C. hoc tit.* Afflict. *decis.* 336. *num.* 7. Boër. *decis.* 100. *num.* 15. Gail. *lib.* 2. *observ. q.* 3. *num.* 27. & 29. Rebuff. *de leg. Galliæ*, *tom.* 2. *tract. de rescis. contract. gloss.* 22. *num.* 8. Megal. *de metu*, *cap.* 12. *num.* 14. *cum seqq.* Honded. *cons.* 23. *n.* 5. Ioseph. Ludov. *Lucensi decis.* 18. *n.* 2. & 11. ubi limitat quando ratificatio fieret tempore inhabili, Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 126. *à num.* 33. & *cons.* 1. *n.* 297. & 301. Salzed. *ad Bernard. reg.* 462. Mascard. *de probat. concl.* 1055. *n.* 55. Thesaur. *d. lib.* 1. *q.* 51. *num.* 21. Montaner. *in addit. ad Oliban. p.* 2. *lib.* 1. *tit. de action. cap.* 9. *num.* 14. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 17. *n.* 42. Pichard. *in §. item actio*, *num.* 26. *Instit. de action.* Card. Tusch. *d. lit. M*, *concl.* 214. *n.* 17. & *concl.* 217. *num.* 26. & *concl.* 220. *num.* 21. 25. 29. & 37. Camill. Borrel. *in sum. decis. par.* 3. *tit.* 1. *num.* 617. & 618. Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect.* 92. & 878. Cardos. *in praxi judicum*, *verb. metus*, *n.* 13. Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.* 1. *sub hoc tit. resol.* 1. *n.* 42. Farin. *d. verb. metus*, *n.* 41. & *à n.* 136.

Cap. Abbas II.

AD *n.* 5. Quod contractus meticulosus 1
mero iure tenet, sed per metus causa actionem rescindendus, invalidandus, ac retractandus venit, ut ultra citatos probant Menoch. *de arbitr. casu* 135. *cum seqq.* & *casu* 391. *num.* 41. & *remed.* 1. *recup. n.* 105. Corn-

de absolut.juram.p.4.casu 3. *n.*46. Petr. Greg. *syntag.juris lib.* 20.*cap.*2.*n.*3. *& lib.* 36. *cap.*25. *n.*10. Surd. *cons.*37.*n.*19. D.Barbos. *in rub.ff. soluto matr.p.*4. *n.*28. Gam. *decis.*250. *n.*3. Ioseph. Ludov. *Lucensi decis.*18.*n.*11.*vers.si autem*, Card.Tusch.*lit. M, concl.*221. *num.*1. *cum seqq.& concl.*222.*n.*2. Valasc. *concl.*142. *n.*7. Lessi.*de Iustit.lib.*2. *c.*17. *dub.*6. Richard. *in §. item actio,n.*15.27.*&* 32.*Instit.de actionib.* Aloys. Ricc. *in collect.decis. collect.*1170.*p.*4. Cevall. *commun.q.*604.*n.*3.*&* 4. Gasp.Thesaur.*forens.*
13 *qq. lib.*1. *q.*51. Gabr. Pereira *decis.*30.*n.*10. Alex.Trentacinq. *var.resol.lib.*1. *sub hoc tit. resol.*1.*n.*1.Fontanel.*de pactis nupt.claus.*7.*gloss.*2.*p.*5.*n.*53.Montaner.*ad Oliban.tit.de action. p.*2.*lib.*1. *cap.*9. *num.*2. *vers. hac autem rescissio*, Castill. *controv. lib.*3.*c.*1. *n.*141. *&* 147.

Cap. Ad audientiam IV.

AD *num.*4. Hæc est verior opinio, quæ tenet metum reverentialem per se solum non esse sufficientem ad rescindendos contractus simili metu initos, ut ultra citatos docent Megal. *de metu,cap.*4. §.1.Anton. Gom. *tom.*2. *var.cap.*14.*n.*27. Burg. de Paz *cons.*3. *num.*53.*& cons.*5. *n.*11.Bernard.*reg.*532. Gratian. *in reg. metus*, Gutier. *de juram. confirm.p.*1.*cap.*1. *num.*15. *& in auth. Sacramenta puberum,num.*46.*& in cons.*16.*num.*16. Petr. Greg. *syntag. juris lib.* 1. *cap.* 3. *num.*4. Menoch. *de arbit. casu* 136. *& de præsumpt. lib.*3. *præs.*126. *num.*12. *& præs.*127. *num.*2. *&* 7. *cum seqq.* Matien. *in dialog. Relatoris, par.*3.*cap.*20. *num.*2. *&* 4. *& in l* 11.*gloss.*3.*n.*2.
14 *tit.*1. *lib.*5. *Recop.*ubi Azeved. *& in l.*6. *n.*28. Molin.*de primog.lib.*1.*cap.*3. *num.*9. Mascard. *de prob. concl.*1055. *num.*17. Fachin. *controv. lib.* 2. *cap.* 96. Cavall. *commun. quæst.* 727. *num.*21. Morla *in emporio juris,tit.*23.*quæst.*8. Gam. *decis.*250. *num.*4.*& decis.* 262. *num.*1. Ioseph. Ludov. *Lucensi decis.*18. Monter. à Cueva *decis.*32. *& in resp. pro Amita,p.*1.*n.*56. *&* 62. Ioseph. Sesse *decis.*60. *num.*11. Steph. Gratian. *decis.*234. *num.*5. Trentacinq. *var. resol.sub hoc tit. resol.*1.*num.* 5. Fontanel. *de pactis nupt. claus.* 7. *gloss.* 2. *p.*5. *num.*34. Montaner. *ad Olib. tit. de action.p.*2. *libr.*1. *cap.*9. *num.*13.me citato Machado *en su perfetto Confessor,lib.*2. *p.*1. *tract.*3. *docum.*7. Ego *in votis decis.Canon.lib.*2.*voto* 17. *à num.*125. Requiritur enim quod cum metu reverentiali concurrant minæ, vel verbera, ex Cov. *de sponsal. p.* 2. *cap.*3. §.6. *num.*4. Mascard. *concl.*1055. *num.*17. Menoch. *lib.*3.*præs.*127. *num.*24.*&* 25. Megallon. *de metu,cap.*2. §.6. *num.* 39. *& cap.* 8. §. 3. *num.* 11. Matiens. *in dialog Relator.c.*20.*p.*3. *n.*2. *&* 3. Ioan.Garc. *de nobilit. gloss.*17. *n.*11.18.*&* 19.Marta *de successi legali,tom.*2.*p.*4.*art.*6.*n.*29. *&* 31. Gabr. Pereira *decis.*30.*n.*7. Gasp. Anton. Thesaur. *quæst. forens. lib.*1.*q.*51.*num.*7. Castill. *controvers. lib.*3. *c.*1. *n.*153. Ciarlin. *controvers. usufreq. cap.*108.*n.*37. Alex.Trentacinq.*d.resol.*1. *n.*7. seu preces immodicæ, nimiæ, instantissimæ,& sæpiùs inculcatæ,& repetitæ,Salzed. *ad Bernar. reg.*532. *limit.*3. Gutier. *canon.lib.*1. *q.*37.*n.*17.*cum seqq.*Ioan. Garc.*d.gloss.*17.*n.*15. Marta *d. art.*6.*num.*32. Alex. Trentacinq. *d. resol.* 1.*num.*7.*vers. idem est, & vers. sublimita*, Sanch. *de matrim.lib* 4. *disp.*7.

SVMMARIVM.

1 *Metus qualis justus & sufficiens ad rescissionem actuum seu contractuum, relinquitur judicis arbitrio.*

2 *Iudex ut possit arbitrari qualis sit sufficiens metus, debet considerare personæ metum passæ qualitatem.*

3 *Personam incutientis metum debet Iudex prospicere, ut judicare possit, an sit sufficiens.*

Cap. Cùm dilectus VI.

AD *num.*6. Quod Iudicis arbitrio relinquatur quis sit justus, & sufficiens 1
metus ad rescissionem actuum, seu contractuum, ultra citatos *in collect.* resolvunt Salzed. *ad Bernard. reg.*532.*vers.quartò limita*, Ioannes Garc. *de nobilit. gloss.*17. *n.* 4. *&* 20. Mascard.*de prob.concl.*1055.*n.*21.*& concl.*1056. *n.*10.*&* 12. Seraph. *de privileg. juram. privil.* 110 *n.*13. Sebast. Medices *de casibus fort.p.*1. *quæst.*7. *n.*7. *vers.*26. Gasp. Anton. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.*51. *n.*22. Monet. *de distribut. quotid.part.*2.*quæst.*5.*n.*58. *cum seqq.* Montaner. *ad Oliban. tit. de action.* §.2. *lib.*1. *c.*9.*n.*11.Gabr.Pereira *decis.*30.*n.*8.Fontanel. *de pactis nupt.claus.*7.*gloss.*2.*p.*5.*n.*42.45.*&* 46. Cancer. *var. resol.p.*3.*c.*1.*n.*87. Alex.Trentac. *eod. tract. sub hoc tit. resol.*1.*n.*3.*&* 7. *in fine, & n.*10,*&* 13. Franc. de Sousa *in repet.l. fœminæ, ff.de regul. juris,p.*2.*num.*35. Sigism. Scacc.*de commerc.* §.1.*q.*7.*p.*2. *ampl.*19. *n.*67. *resolut.*2. Castill.*controv.lib.*3.*c.*1.*n.*143.Farin. *fragment. criminal. p.*2. *verb. metus,n.*68. Sanch.*de matrim.lib.*4.*disp.*4. *per tot.* Machado *en su perfetto Confessor, lib.*2.*part.*1. *tract.*3. *docum.*5.*n.*7.

Pro cujus arbitrio justa interpositione ju- 2
dex prospicere & considerare debet personæ metum passæ qualitatem, an scilicet senex,fragilis,pusillanimis, puer, mulier, multum obediens, & valde obtemperans mandatis metũ incutientis, aut si cum eo habitet, vel ab eo gubernetur, vel sit sagax, astutus, simplex,

simplex, parum, aut multum minas, vel verbera timens. Item & debet prospicere personam incutientis metum, veluti si pater, avus, vel aliquis ex ascendentibus, socer, patruus, avunculus, frater, soror, maritus, patronus, dominus, Abbas respectu Monachorum, & Rex respectu subditorum, Episcopus respectu clericorum, aut sibi subjectorum, & tandem an sit superior, Salzed. *ad Bernard. reg.* 532. *vers. fin.* Gutier. *cons.* 16. *n.* 17. Megal. *de metu, c.* 4. *&* 5. Petr. Greg. *de sponsalib. c.* 6. *n.* 8. *vers. denique*, Ioan. Garc. *d. gloss.* 17. *n.* 11. *&* 12. *ad fin.* Gasp. Anton. Thesaur. *d. lib.* 1. *q.* 51. *n.* 23. Matiens. *in dial. Relatoris, p.* 2. *c.* 20. *n.* 6. Mart. *de success. legali, tom.* 1. *part.* 1. *q.* 26. *art.* 5. *n.* 38. *& tom.* 2. *p.* 4. *art.* 6. *à n.* 23. Sanch. *lib* 4. *disp.* 6. *n.* 24. *cum seqq.* Castill. *d. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 168. Farin. *d. verb. metus, à n.* 115. Cancer. *d. p.* 3. *c.* 1. *n.* 87. Trentacinq. *d. resol.* 1. *n.* 4. *&* 5. Item & attẽdere debet, an metum incutiens sit rigorosus, crudelis, austerus, rigidus, furibundus, atrox, potẽnsve ad inferendum malum, quod minatur, maléque tractare sibi non obtemperantes, ut per Ioan. Garc. *d. gloss.* 17. *n.* 12. *&* 13. Megalon. *d. c.* 2. §. 7. *n.* 21. Sanch. *d. lib.* 4. *disp.* 7. *à n.* 1. Marta *de success. legali, tom.* 2. *p.* 4. *q.* 1. *art.* 6. *n.* 32. Thesaur. *d. lib.* 1. *q.* 31. *n.* 9. *&* 23. Castill. *d. c.* 1. *n.* 157. *&* 159. Fontanel. *d. claus.* 7. *glos.* 2. *p.* 5. *n.* 45. Farin. *d. verb. metus, n.* 132. de quibus omnibus Machado *d. lib.* 2. *p.* 1. *tract.* 3. *docum.* 5.

De in integrum restitutione.

Tit. XLI.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia pupillis, & minoribus aquiparatur.*

2 *Ecclesia etiam data scientia enormiter læsa post quadriennium restitutionem consequitur.*

Cap. Requisivit I.

1 AD *n.* 4. Quod Ecclesia pupillis, & minoribus æquiparetur, tenent *glos. ult. in fine, in l. procurator* 5. *ff. de jure fisci, & verb. negotio publico, in l. Imperatores* 35. *ff. de re judic. & in l. ult. in fine, in l. liberto, C. de excus. tutor. & verb. solet, in l. Respubl.* 4. *C. quibus ex caus. major.* Mathesil. *sing.* 44. Cov. *var. lib.* 3. *c.* 17. *n.* 4. Iodoc. Damhouder. *in enchirid. parium, seu simil. verb. Ecclesia* 2. Marc. Anton. Genuens. *in practicabilib. Eccles. q.* 252. *num.* 5. Andr. Fachinæ, *controvers. lib.* 1. *cap.* 53. *vers. secundo moveor*, Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 5. *c.* 955. *num.* 10.

Ad *num.* 16. Quod Ecclesia etiam data scientia enormiter læsa post quadriennium restitutionem consequitur, ultra citatos *in collect.* docent Sfort. Odd. *de in integ. restit. quæst.* 19. *art.* 7. *num.* 66. *vers. in contrarium est communis*, Mynsing. *cent.* 1. *observat.* 51. *n.* 7. Gutier. *pract. lib.* 2. *quæst.* 115. *num.* 13. Parlad. *rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. part.* 5. *n.* 14. Ioan. Garc. *de expens. cap.* 18. *num.* 36. Surd. *cons.* 520. *n.* 10. Marc. Anton. Genuens. *in practicab. ecclesiast. quæst.* 324. Giurb. *decis.* 106. *num.* 12. Rot. *decis.* 446. *p.* 1. *divers.* 2

Cap. Auditis III.

AD *num.* 9. Quod Ecclesia jure imperii gaudet, ultra Perez & Cevall. *in collectaneis* citatos, resolvunt Greg. Lop. *l.* 19. *gloss.* 5. *tit.* 18. *part.* 5. Franc. Balb. *de praescript. p.* 5. *q.* 5. *pag. mihi* 412. Iulian. Vivian. *in praxi jurispatron. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 25. *vers. septimò*, Marc. Anton. Genuens. *in practicabil. ecclesiast. q.* 252. *num.* 7. Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.* 375. *num.* 2.

De Arbitris.

Tit. XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Laici super spiritualibus, & ecclesiasticis negotiis arbitri esse non possunt.*

2 *Laici per viam jurisdictionis, & potestatis publicæ Ecclesiastica negotia tractare non possunt.*

3 *Episcopi auctoritas non sufficit ut laicus in causa spirituali Iudex existat.*

4 *Arbitri dum in causis spiritualibus litem decidunt, non faciunt actum aliquem spiritualem, sed temporalem.*

5 *Indecentia an sit ut laici possint esse arbitri in causis spiritualibus.*

6 *Causæ aliæ merè spirituales, aliæ quæ spirituales non sunt.*

7 *Text.* in præsenti, & cap. 2. de judic. *interpretantur.*

8 L. 1. ff. de recept. arbitr. *declaratur.*

9 *Laici circa res ecclesiasticas, & negotia super spiritualibus emergentia possunt consilium suum præstare.*

10 *Assessores, & Consiliarii etiam Iudicum ecclesiasticorum super spiritualia laici esse possunt.*

11 *Quid si Iudices Ecclesiastici laicorum judicium sequi teneantur, ostenditur.*

12 *Consultores S. Officii laici esse possunt.*

13 *Arbitrator super spiritualibus laicus perinde ac clericus esse potest.*

14 *Arbitramentum, & amicabilis compositio magis importat transactionem, quàm Iudicis, aut judicii similitudinem.*

15 Cap. exposita, & cap. dilecti, hoc tit. *intelliguntur.*

Cap. Contingit VIII.

1 POst *num.* 1. Difficile sanè reputatur novum & celebre Innocentii III. in Concilio Lateranen. interdictum, à quo desumptus fuit hic text. dum generaliter prohibere videtur laicos super spiritualibus, & ecclesiasticis negotiis arbitros posse constitui, subjungens argutam atque difficilem rationem, quia non decet ut laicus in talibus arbitretur.

2 Sed in contrarium obstat text. *in cap.* 2. *de judic.* juncta illius interpretatione, quam notavi *in addit.* ubi dixi illum tantùm agere de judicibus, & de tractatu per viam jurisdictionis, & potestatis publicæ, non verò per viam ministerii: at arbitri nec Iudices sunt, nec jurisdictionem, ac potestatem publicam habent, quam partes compromittentes tribuere nequeunt, sed notionem quandam ab eisdem concessam, quæ magis importat tractatum ministerialem, itaut compromittentes non ratione imperii, seu potestatis, sed metu pœnæ appositæ in compromisso arbitris obtemperent, *l. ait Prætor*, §.1. *ff. de re judic.* juncta *l. privatorum, C. de jurisd. omn. judic. & cap. dilecti, in fine*, ibi, *per pœnam in compromisso statutam*, &c. *hoc tit.*

3 Secundò obstat quod *in d. cap. dilecti*, & *in cap. exposita, hoc eod. tit.* admittitur compromissum in laicos, qui super ecclesiasticis negotiis arbitri constituuntur, & *in cap. per tuas, eod. tit.* super causa hospitalis, & ita spirituali, ex auctoritate Episcopi potuit compromitti in laicum, quæ tamen auctoritas non sufficit ut laicus in causa spirituali judex existat, *gloss.* 2. & omnes *in d. cap.* 2.

4 Tertiò obstat, quia si propter aliquam rationem laicis interdictum esset admittere compromissa rerum spiritualium, maximè fuisset ob id, quod generaliter prohibiti sunt ecclesiastica tractare negotia, sed arbitri dum in causis spiritualibus lites decidunt, non faciunt actum aliquem spiritualem, sed temporalem, ut docent Ioan. Andr. *in d. cap. per tuas*, quem *ibi* sequuntur Abb. & alii, & Felin. *in præsenti, n.* 8. *in fine*, ac Blanc. *de compromis. q.* 2. *n.* 64. *vers. non obstat.* Igitur, &c.

Quartò obstat contra decidendi rationem, quam consideravit Pontifex in illis verbis, ibi, *quia non decet ut laicus in talibus arbitretur*, quia indecentia hæc per se sufficiens non videtur ad inducendam compromissi nullitatem, neque ad inhibendum ne super rebus ecclesiasticis in laicos compromittatur, cùm nulla legitima causa excogitari poterit, ob quam tempore illorum jurium indecens non fuerit super spiritualibus in laicum compromittere: de tempore verò hujus text. tanta indecentia suboriri cœperit ex talibus compromissis: unde videtur opus non esse recurrere ad causam indecentiæ, quæ magis ad congruitatem, quàm ad juris rigorem pertinet; sed potiùs ad incapacitatem, vel inhabilitatem laicorum ad tractanda spiritualia, seu ecclesiastica negotia, juxta text. *in d. cap.* 2. *de judic.* 5

Propter quæ nonnulli existimant, debere constitui discrimen inter causas ecclesiasticas, quæ spirituales non sunt, & inter merè spirituales, quia non sine mysterio in hoc text. prohibitum fuit compromissum in spiritualibus tantùm, & non promiscuè super ecclesiasticis. Et similiter asserunt debere constitui differentiam inter interdictum de non tractandis negotiis ecclesiasticis per laicos, & prohibitionem de non compromittendo in laicos super spiritualibus, ut priùs interdictum prohibens jurisdictionem exerceri à laicis in ecclesiasticis negotiis, omnia & singula simul comprehendat, id est, ecclesiastica, quæ spiritualia non sunt, & illa etiam quæ spiritualia esse noscuntur, juxta text. *in c. decernimus, de judic.* Ita ut jura *in d. c. exposita, & in d. c. cùm dilecti, & seq.* procedant in causis ecclesiasticis, quæ spiritales non sunt, text. verò in præsenti locum habeat dumtaxat in spiritualibus, de quibus loquitur, ut apparet ibi, *spiritualibus*: & iterum ibi, *in talibus*, quibus expressè Pontifex se restrinxit solùm ad spiritualia negotia, & meritò, quia si attentè consideretur illa indecentia, quã expendebat Pontifex in præsenti, maximè relucet in rebus spiritualibus, non ita in ecclesiasticis, quæ spirituales non sunt, & denotat particula, *in talibus*, si illa referatur ad verba, quæ præcesserant, quasi sensus fuerit quod in laicos non compromitteretur super spiritualibus; quia indecens est, ut in talibus, scilicet in spiritualibus, laici se intromittant, eaque indecentia minimè versatur in ecclesiasticis quæ spiritualia non sunt, & sic prohibitio Concilii Lateranensis, de qua *in hoc text.* circa compromissa in laicos non facienda, tantùm locum habet in spiritualibus, & extendi non debet ad causas ecclesiasticas non spirituales, super quibus, etsi laici judices 6

constitui

constitui non valeant, arbitri tamen designari poterunt, ut super talibus, idest Ecclesiasticis negotiis, non tamen spiritualibus, servatis servandis arbitrentur.

7 Alii verò tenent per *d. cap.* 2. & similia jura, quibus laici in negotiis spiritualibus, seu Ecclesiasticis jurisdictionem, potestatem, seu imperium exercere, aut jus dicere prohibentur, nullatenus esse prohibitum quominus illi arbitri constituantur, & in eos super eisdem rebus compromittatur, quia nec verba, nec mens, nec ratio illorum jurium in ejusmodi arbitris compromissariis locum habent. Sic licèt clerici prohibeantur in laicum Iudicem consentire, *cap. si diligenti, de foro compet.* possunt tamen absque licentia compromittere etiam in laicum, *d. cap. dilectis, cum seq. d. cap. exposita, gloss.* 1. *ad fin.* ubi communis *in d. cap. si diligenti*, gloss. *verb. Iudicem, in cap.* 1. *in princ. illo tit. lib.* 6. & sic stante decisione *d. cap.* 2. & similium, poterat super spiritualibus, & Ecclesiasticis compromitti in laicum. Sed postea prohibitum fuit ejusmodi compromissum per Innoc. III. in Lateran. Concilio, à quo desumptus fuit hic text. ubi nova constituitur prohibitio, ut satis colligitur ex *verb. prohibemus*, & ex ratione, quam text. reddit; nec etiam dixit in laicos super spiritualibus compromitti non posse, quia non possunt ea tractare, ut *in dicto capite* 2. aut quia non habent super his potestatem, seu imperium, ut *in capite ult. in princ. de rebus Eccles.* cum aliis; sed prohibemus, inquit, ne in laicos super spiritualibus compromittatur, quia non decet ut laicus in talibus arbitretur; planè significans, & supponens compromissum ejusmodi secundùm rigorem, & regulas juris communis fieri potuisse, veruntamen prohiberi à Concilio propter indecentiam, quæ in eo maximè consistit quod arbitri in multis ad instar Iudicum, & in figura judicii procedunt, & ordinem judiciarium observare tenentur, *l. idem Pomponius*, aliàs incip. *Si de meis* 14. §. *recepisse*, juncta *d. l.* 1. *ff. hoc tit.* §. *omnium*, ibi, *arbitros, Instit. de action.* indecens visum est laicos arbitros in spiritualibus sic procedere, ne super eisdem Iudices, aut jurisdictionem exercere videantur, quæ indecentia licèt per se non sufficeret ad prohibitionem, & nullitatem compromissi, sufficit tamen ut in ea justè fundari possit nova illa prohibitio Lateranensis Concilii, quod hac in re non respondet illi dubio, aut quæstioni propositæ, sed jus
8 decernit & constituit. Nec adversatur regula & æquiparatio, de qua *in d. l.* 1. licèt enim procedat regulariter quoad modum, & ordinem cognoscendi effectum, & auctoritatem, quæ compromissis jure tribuitur, ut per Gloss. & DD. *ibi*, non tamen locum habet quoad jurisdictionem, & ea quæ à jurisdictione pendent, in quibus compromissa longè differunt à judiciis, ut patet ex multis traditis per *gloss.* 2. *vers. circa, in cap. cùm dilectus, hoc tit.* & Gloss. *in d. l.* 1. ubi DD. Menoch. *de arbitr. casu* 8. *num.* 5. *&* 6. & consequenter non habet locum quoad prohibitionem, de qua *in d. cap.* 2. qui agit de Iudicibus, & de tractatu per viam jurisdictionis, & publicæ potestatis, quæ omninò cessat in arbitris, quemadmodum in eisdem cessat prohibitio *d. c. si diligenti, & d. c. significasti*, nam regula *d. c.* 2. & similium procedit eo casu quo causæ in vim Iurisdictionis à laicis tractantur, non verò quando negotia Ecclesiastica etiam spiritualia ministerialiter expediuntur, cùm laici tanquam ministri rectè possint de rebus Ecclesiasticis, & spiritualibus agere, ut per August. Beroi. *in præsenti*, *n.* 4. & Rip. *in d. cap.* 2. *n.* 49. *&* 50. & *ibi* Dec. *n.* 1. *&* 2. Ministerium enim longè distat à jurisdictione, nullàque injuria ipsis rebus Ecclesiasticis irrogatur, nec se intromittere dici possunt in rebus spiritualibus, quandoquidem non per viam jurisdictionis & potestatis, ut dicebam, sed per modum ministerii se illis immiscent.

Ex quibus omnibus primò infero rectè 9
posse laicos circa res Ecclesiasticas, & negotia super spiritualibus emergentia suum præstare consilium, quod probandum sit à Iudice Ecclesiastico, cùm eo casu laici superiores non existant, nec negotia tractent per Imperium, & auctoritativè, sed per viam ministerii, non ipsis, sed alio judicante, qui totam jurisdictionem, auctoritatem, & imperium habet. Etenim laici nec judicant, nec delegatam, aut ordinariam potestatem exercent erga causas Ecclesiasticas, nec illas tractare dicendi sunt, quia duntaxat consilium præstant circa negotia Ecclesiastica, nec disponunt de illis, nec definiunt, aut imperant, aut jurisdictionem exercent, quæ laicis prohibita sunt.

Secundò infertur laicos etiam super spi- 10
ritualia Assessores, & Consiliarios etiam Iudicum Ecclesiasticorum esse posse, ut probat *cap. statutum*, §. *assessorem, de rescript. in* 6. *l. Consiliarios, C. de offic. assessor.* docent Dec. *in d. cap.* 2. *n.* 27. *de judic.* Rip. *n.* 51. Abb. *num.* 13. ubi additio 1. 2. & 4. quia in tali casu Assessores, & Consiliarii laici & conjugati ministerialiter solùm, non auctoritativè, seu per imperium Ecclesiastica etiam spiritualia tractant. Nec contradicunt jura prohibentia ne Ecclesiastici de rebus spiritualibus judicio laicorum disponant, in quibus no-

mine *judicii*, intelligere debemus, quod laici non possint definire judicialiter per modum potestatis, seu jurisdictionis, itaut voluerint ejicere atque damnare determinationem judicialem laicorum circa res spirituales, vel Ecclesiasticas, non verò illorum consilium, opinionem, sive sententiam animi.

11 Tertiò infertur dubiam semper fuisse apud me sententiam Innoc. Abb. Butr. & Philippi Decii, quos refert & sequitur Albertin. *de agnosc. assert. Cathol. quæst.* 26. *à num.*2. *& in cap.*1. *quæst.*10. *num.*2. *de hæret. lib.*6. limitantium doctrinam numero præcedenti relatam, ut minimè locum habeat in casibus, in quibus Judices Ecclesiastici laicorum judicium sequi teneantur, quia tunc inquiunt, laici in Ecclesiasticis Consiliarii, vel Assessores esse non poterunt, tanquam in affectu judicantes & definientes Ecclesiastica negotia. Etenim, ut ex dictis liquido constat, cùm in dicta specie penes Ecclesiasticum, etiamsi laici consilium omnino sequi debeat, existat revera tota jurisdictio, auctoritas, & imperium, & laici Assessores, seu Consiliarii solùm ministerialiter se habeant, nequaquam erit verum dicere quod Prælati Ecclesiastici judicio laicorum, definitione, vel imperio sæculari de rebus

12 Ecclesiasticis disponant. Et sic videmus, quod in sacrosanctæ Inquisitionis Tribunalibus laici, & aliquando Regii Senatores etiam conjugati adhibentur in consilium, juxta text. *in cap. ult. d. hæret. in* 6. qui vulgò Consultores S. Inquisitionis nuncupantur, & nulla prorsus jurisdictione gaudent, neque alio utuntur imperio, quippe qui Iudices non sunt, neque ordinarii, neque delegati, sed meri quidam Consiliarii, quorum mentem, aut opinionem Domini Inquisitores sequi minimè tenentur.

13 Quartò infertur, textum in præsenti procedere tantùm in arbitro compromissario, non verò in arbitratore, seu amicabili compositore, qui etiam super spiritualibus laicus perinde ac clericus esse potest, secundùm Roman. quem sequuntur Alex. & Ias. *n.*9. *in l. quoties, C. de judic.* communem ex Dec. *post princ.* Rip. *num.*13. *in d. cap.*2. Bero. *in præsenti*, Cov. *de sponsal. p.*2. *cap.*8. §.12.

14 *num.*2. Quæ sententia suadetur, tum quia arbitramentum ejusmodi in amicabilem compositorem magis importat transactionem quam Iudicis, aut judicii similitudinem. Gloss. *in Auth: ut differentes Iudices, in princ.* communis ex Cov. *d. n.*2. & Molin. *de primogen. lib.*4. *c.*9. *num.*1. itaut arbitrator magis sit proxeneta, & mediator transactionis & compositionis; nullo autem jure prohibetur laicum in spiritualibus proxenetam, & mediatorem constitui, & ministerialiter de illis agere, ut notavi *in addit. ad d. cap.* 2. *de judic.* Tum etiam, quia arbitrator non judicialiter, sed extra judicium, non in his quæ juris, sed in his, quæ facti sunt, tantummodo procedit, nec jurisdictionem servat, *dicto* §. *recepisse*, & consequenter cessat in eo indecentia, quam expendit text. *in præsenti*, & pari ratione cessare debet prohibitio ejusdem textus, cujus verba ibi, *compromittatur*, & ibi, *arbitretur*, juncta rubrica, intelligenda sunt de arbitro compromissario, non verò de arbitratore, licèt Abb. *hic*, *in princ.* & Roman. sibi contrarius, & Sicul. *in d. cap.*2. *n.*4. contradicant, quibus non favent verba ejusdem capitis 2. ibi, Ecclesiastica negotia tractare, quia intelliguntur tantùm de tractatu jurisdictionali, non verò de ministeriali, ut ibi notavi.

Quintò infertur intellectus ad text. *in d. cap. exposita*, *& in d. c. dilecti*, cum aliis, in quibus laici constituuntur arbitri super causis Ecclesiasticis, ut procedant etiam hodie in iis, & circa ea, quæ spiritualia non sunt, ut insinuat *d. cap.*2. ibi, *maximè de illis*, *quæ spiritualia*, &c. cùm nova hujus text. prohibitio quoad arbitros in spiritualibus tantùm locum habeat, ut patet ex littera, ibi, *spiritualibus*, & ibi, *in talibus*: & quia in his viget maximè indecentia, quam text. considerat, ut denotat dicta particula, *in talibus*, relata ad præcedentia. Ad *cap. plures* 16. *q.*1. ac alia jura Decreti, quorum meminit Gloss. *in præsenti*, quæ videntur loqui de laicis arbitris super causis spiritualibus, respondetur procedere ante decisionem, & prohibitionem hujus textus. Ad *cap. per tuas*, *hoc eod. tit.* respondebitur ut infrà. 15

SVMMARIVM.

1 *Laicus insimul cum clerico potest esse arbiter in causa spirituali.*

2 *Inhabilitas non tollitur, nec suppletur ex mixtura alterius habilis & capacis.*

3 *Verus hujus text. intellectus refertur.*

CAP. Per tuas IX.

Post *num.* 1. Dum text. *in præsenti* laicos arbitros admittit super hospitali, & ita super causa spirituali, ex sententia communi intelligitur provenire, ex eo quod insimul cum clerico admixtus fuerat laicus arbiter, & sic ratione mixturæ clerici hoc licuisse, cùm per eam suppleatur, & tollatur indecentia laicorum. Ita Gloss. & DD. *hic*, *& in* 1

cape

cap. contingit, sup. hoc eod. tit. post alios Felin. *in c.2. de judic. n.8.* ubi Rip. *n.12.* Cott. *in memorab. verb. compromissum*, Blanc. *de compromiss. q.2. n.64.* & alii per Cov. *pract. c.34.*
2 *n.1. col.2.* juxta quos licèt ubi arbiter constitui prohibetur, eo quòd incapax, vel inhabilis existit, ejusmodi incapacitas, vel inhabilitas non tollatur, nec suppleatur ex mixtura alterius capacis, & habilis, *l. Pedius 7. §.5. ff. hoc tit. cap. Messana 56. de elect.* longè aliter dicendum ubi prohibetur propter indecentiam, quæ suppletur per decentiam alterius adjuncti, velut clerici, cui tanquam digniori actus ille compromissi tribuitur.
3 Sed huic intellectui obstat quod Pontifex in præsenti textu, ut constat ex *vers. præterea*, ibi, *licèt ipse*, &c. & ex fine, *in vers. quod autem*, expendit in ea specie auctoritatem Archiepiscopi, cui negotium fuerat delegatum, significans absque illa valere non potuisse id, quod ab arbitris laicis cum clerico factum fuerat. Vnde si teneamus cum communi textum hunc agere de causa spirituali, & hospitali in titulum beneficii, planius est dicere prohibitionem, & indecentiam; de qua *in d. c. contingit*, tolli & cessare in hoc textu ex eo quod in compromisso intervenit auctoritas legitimi superioris, ut apertè innuit text. *in præsenti*, ubi Pontifex fundatur in mixtura clerici, nec illam, sed solùm Archiepiscopi auctoritatem expendit, itaut attentis verbis textus, id omnino dicendum videretur, si in laicos sine clerico compromissum extitisset.

LIBER SECUNDUS

DE IUDICIIS.

TITULUS I.

SUMMARIUM.

1 *Quodvultdeus est nomen proprium Episcopi.*
2 *Conclusio principalis à quibus DD. probetur, remissivè.*
3 *Vocatus mandante Iudice censetur in ambigua quæstione vocatus instante parte.*
4 *Litigans cum alio censetur ejus adversarius.*
5 *Litigans cum alio veluti inimicus recusari potest.*
6 *Concilium Africanum Provinciale, non universale fuit*, & n.7.
8 *Universale cur vocetur Concilium Africanum, cùm fuerit Provinciale, ostenditur.*
9 Cap. primæ Sedis, 99. dist. *intelligitur.*
10 *Concilia Provincialia licèt non omnino certam, & infallibilem; probabilem tamen & magnam in materia Fidei auctoritatem faciunt.*
11 Cap. de libellis, 20. dist. *declaratur.*
12 *Excommunicandi forma qua antiquitus fuerit, declaratur.*
13 *Excommunicatio non habet certa & determinata aliqua verba, quibus proferri debeat?*
14 *Excommunicatus donec satisfecerit, per satisfactionem non absolvitur.*
15 *Contumax qui non vult comparere apud Iudicem, vel superiorem à quo vocatus est, potest excommunicari.*
16 *Excommunicatio ferri non potest pro peccato præterito etiam gravi, absque contumacia.*
17 *Contumacia in excommunicatione quatenus contrahatur.*
18 *Concilium Oecumenicum recusari non potest.*
19 *Concilium Provinciale, seu Nationale potest tanquam suspectum recusari.*
20 *Appellari potest à Concilio Provinciali, quemadmodum à Collegio.*
21 *Auctoritas Lalii Mancini refertur.*
22 *Episcopus an & quando accusari possit in Concilio Provinciali?*
23 *Episcoporum minores causæ possunt in Conciliis Provincialibus agitari.*
24 *Declaratur* text. in præsenti.
25 *Concilium Provinciale connivente Pontifice, & silente, ac consentiente Episcopo, potest cum depositionis pœna corrigere.*

CAP.

CAP. De Quovultdeo I.

1 AD *num.4. in fine*, licèt nonnulli aliter arbitrentur de Quovultdeo, non est una & eadem dictio, sed potiùs sunt duæ dictiones, scilicet præpositio *de*, & Quovultdeo, seu, ut alii legunt, *Quodvultdeus*, per omnes casus, & est nomen proprium Episcopi, *gloss.*1. & omnes hic; & ita regitur à *verb. placuit*, quasi sit sensus *de Quovultdeo*, idest, super Quovultdeo placuit Concilio (vel ut est in originali) *omnibus Episcopis, ut nullus eidem communicet*, &c. advertunt post Abb. Imol. & alios Ripa, Bero. & omnes *hic in princ.* tradit Anton. August. *in notis ad* 1. *collect. sub hoc textu.*

2 Ad *num.*2. in exornatione principalis conclusionis ultra citatos *in collect.* adde Cov. *in cap. alma mater, part.*1. §.7. *n.*10. *& p.*3. §.9. Salzed. *in pract. cap.*116. *n.*4. Guttier. *de juram. confirm. p.*1. *c.*28. Enriq. *in sum. lib.*13. *de excommunic. c.*7. *n.*5. Suar. *de censur. disp.*4. *sect.*5. Sayr. *eod. tract. lib.*2. *c.*10. *n.*3. Nicol. Garc. *de benefic. p.*7. *c.*13. §.1. *n.*90.

3 In text. ibi, *quem cùm adversarius ipsius eum petiisset ad Concilium deduci.* Ergo vocatus mandante Iudice censetur in ambigua quæstione vocatus instante parte, & sic petitio partis in dubio præsumenda, ut per Aretin. *n.*11. Rip. *n.*20. Alciat. *num.*8. *in præsenti*, Menoch. *de præsump. lib.*2. *præsumpt.*23. *num.*1. Sed eleganter Læl. Mancin. *disquisit. genial. cent.*2. *cap.*120. *pag.*281. *à n.*4. hac de re sic ait: *Citationem dicimus constare sola judicis vocatione, petitionem partis causam esse extrinsecam motivam judicis, exequutionem nuncii extrinsecam pariter, sed instrumentalem, relationem verò ejus ad fidem citationis jam constitutæ, ac factæ volumus pertinere. Ex his novum colliges pro Iudice argumentum. Nam si petitio causa motiva est Iudicis: ergo & supponitur ad motum Iudicis, cùm non sit motus sine movente: idque eo magis, quia Iudex non movetur, nisi instante parte; est enim omnibus in confesso nec præsumi, nec debere Iudicem officium suum interponere pro eo quod privatim interest, præterquam requirente eo, cujus interest, cujus rei prima illa ratio est, quia Iudicis est servire causæ, nec servire intelligitur, aut potest nisi supposito jussu dominantis. Ergo præsumitur petitio partis, quia præsumitur pro Iudice, nec deesse possunt alia verisimilitudines, est enim citatio actus, qui sumptum aliquem requirat, istum verò neque à Iudice factum censere possemus, neque ab alio temerè, qui perdere suum velit, arg. l. cùm de indebito. ff. de probat. Et propterea ejus voluntate & petitione in dubio factum crederemus, cujus utilitatem præcipuè respicit circa c. constitutis* 45. *de testib.*

In text. ibi, *adversarius*: ergo qui cum alio litigat, dicitur & censetur adversarius, & sic inimicus, ut notant Abb. *num.*2. post alios, Dec. 1. *lect. n.*5. *& in* 2. *notab.*2. Bero. *n.*19. Alciat. *n.*4. & omnes hic id probant *ex cap. pen. de foro comp. l.*1. *C. de edendo, l. si adversarius, C. de fide instrum.* ita ut possit litigans, velut inimicus recusari, ne contra illum cum quo litem habet judex, vel testis existat in alia causa, *cap. cùm super* 23. *juncta gloss. in casus positione*, ubi Abb. *d. num.*5. & DD. *de offic. deleg.* tradit Bart. *in l.* 3. *in princ.* ubi Iacobin. & alii, *ff de testib.* communis, ut per Menoch. *de arbitr. casu* 121. Rebuff. *de reprob. testium, n.*240. Vide posita *in addit. cap. item cùm quis* 6. *de restit. spoliat.* 4 5

In text. ibi, *Concilium.* Non satis constat inter DD. an Concilium hoc Africanum Provinciale, vel universale extiterit. Etenim Dec. *lect.*1. *n.*4. *in* 2. *notab.*1. & cum eo noviores, ut refert Alciat. *n.*4. *in præsenti*, & Menoch. *de arbitr. casu* 458. *n.*52. credunt fuisse universale; idque inter alia quæ Dec. expendit, suadetur ex fine textus, quatenus secundùm illum supponit Concilium hoc potuisse privare Quovultdeum Episcopatu, si causæ exitus ita postularet; id quod nullatenus posset Provinciale Concilium, *cap. accusatus, cap. quanvis*, 3. *quæst.*6. Præterea ultra Dec. suaderi videtur primò, quia in originali relato *tom.*2. *Conciliorum, pag.*509. post *cap.*52. & post *cap.*57. *& in pag.*515. *c.*76. appellatur hujusmodi Concilium universale, & Patres in eo congregati dicuntur in Concilio universali sedere, & in illo, ut patet *pag.*518. *cap.*100. *in fine, & seq. in princ.* interfuerunt Episcopi 217. Secundò, quia *in c.*6. ejusdem Concilii, à quo desumitur text. *in cap. primæ sedis*, 99. *dist.* agitur de primæ Sedis Episcopo, cui interdicitur ne summus Sacerdos, aut universalis Pontifex appelletur, ut patet *in d. cap. primæ Sedis*, id quod nullatenus convenit Concilio Provinciali, sed soli generali, seu universali totius orbis, in quo per se, vel per alios est Romanus Pontifex, qui primæ omnium Sedis Episcopus existit. Tertiò facit, quia in eodem Concilio *ex cap.*76. per multos Canones & decreta circa materiam Fidei Catholicæ condemnantur multæ hæreses, & dogmata eidem Fidei contraria, id quod nullatenus pertinet ad Provinciale Concilium, sed tantummodo ad Pontificem Max. & ad Apostol. Sedem, vel ad Generale Concilium illius auctoritate congregatum, & confirmatum, *cap. majores, in princ. de Baptismo, cap. quoties, cap. hæc est fides*, 24. *q.*1. Et tandem quod *in cap. de libellis*, 20. *dist.* inter generalia, & sanctissima Concilia, quibus Ecclesia utitur, & Episcopi in judiciis 6

judiciis uti debent, refertur hoc Africanum.

7 Alii verò probabiliùs sustinent Concilium hoc Africanum tantùm fuisse Provinciale, idest, provinciæ, vel provinciarum Africæ, & non universale, & Oecumenicum, ex quorum numero sunt Felin. *num.*2. Rip. *num.*10. Bero. *num.*7. Bursat. *cons.*107. *num.*10. *vers. in Africano*, Card. Bellarm. *controvers. tom.*1. *lib.* 1. *de Concil. cap.*5. Azor. *instit. moral. part.*2. *lib.*5. *cap.*16. Balboa *etiam in præsenti*, *n.*9. & Felician. de Vega *num.*16. & constat: tum quia non apparet ad hoc Concilium vocatos fuisse Episcopos totius Orbis per Romanum Pontificem Concilium indicentem: ipsum, vel aliquem ejus nomine, & auctoritate Concilio præfuisse, prout requiritur in Conciliis universalibus, *cap.*1. ibi, *de omni Orbe terrarum*, 15. *dist. cap.*1. *cap. multis*, 17. *dist.* tradit post multos Bursat. *ubi sup. in princ.* Quinimò ex eodem Concilio Africano patet Episcopos vocatos fuisse per Aurelium quendam Primatem, & Episcopum Carthaginensem, qui tanquam superior Provinciale Concilium congregare poterat, *cap. propter, vers. semel, & cap. si Episcopus*, *cum seqq.* 18. *dist.* & idem Aurelius speciatim nominatus fuit in decretis, & ante omnes scripsit Concilio, ut patet *in d. tom.*1. *Concilior. pag.*501. *col.*1. *&* 2. *pag.*509. *col.*2. *& pag.*518. Tum etiam, quia ex eodem originali *d. tom.*1. *pag.*502. *col.* 1. *&* 2. *& pag.*507. *cap.*32. *& in cap.*61. constat congregatum fuisse hujusmodi Concilium ex omnibus Africæ provinciis propter communem causam totius Africæ, & necessitates Ecclesiarum, quæ per Africam constitutæ erant, ad vitanda mala & insidias, quibus Africana Ecclesia ab improbis, & hæreticis vexabatur. Et denique id ipsum patet ex *cap.*76. ibi, *In Synodo Carthaginensis Ecclesiæ constituti*, & ex multis aliis ejusdem Concilii capitulis.

8 Nec refragantur in contrarium adducta: nam ad ea omnia, quæ Dec. expendit, responderi potest, ut per Bero. *d. num.*7. & Alciat. *d. num.*4. Ad primum verò ex suprà adductis respondetur, Concilium hoc appellari universale, non in eo sensu in quo universale dicitur illud, quod est Oecumenicum Episcoporum totius Orbis cum suo capite Romano Pontifice. Sed dicitur universale, quia erat totius Africæ, & universarum provinciarum illius, quæ tertiam mundi partem constituit, & in eo convenerunt universi Episcopi omnium provinciarum illius regionis, & quoad illas appellatur universale, ad differentiam eorum, quæ per singulas Provincias cum Metropolitano fieri solent. Ad secundum respondetur primæ 9
sedis Episcopum, de quo *in d. cap.*6. *& in d. cap. primæ sedis*, non esse Papam, sed Primatem, qui ex eo Primas dicitur quòd jam sedem habeat, & sic primæ sedis Episcopus sit, *cap.*2. 99. *dist.* qualis erat prædictus Aurelius Carthaginensis. Nec obstat text. *in d. cap. primæ sedis*, *vers. universalis autem, nec etiam Romanus Pontif. appelletur*, &c. quæ verba necessariò agunt de Romano Pontif. respondetur enim vers. illum non haberi *in d. cap.*6. à quo text. ille desumitur, & ita verba illa non esse Concilii Africani, sed Gratiani compilatoris, qui ea apposuit propter duo capita sequentia, in quibus non prohibetur quod Papa appelletur Romanus Pontif. licèt in ultimo Sanctissimus Gregorius primus prohibeat se Papam universalem appellari, idque ex ea ratione, quam reddit in eodem text. *in vers. quia nobis, & in vers. si enim*, quam ultra DD. & Ruffensem *contra Luther. veritate* 8. meliùs explicat S. Thom. *opusc.*19. *c.*4. *col.*2. *ad med.* sequitur Felin. *in c.*1. *col.*2. *vers. adde, de Constit.* & optimè Bellarm. *controv.*3. *lib.*2. *c. ult. col. pen.* ubi declarans verba Gregorii contra Lutherum & sequaces, ostendit Romanum Pontif. in recto sensu appellari posse universalem, & sic appellatum in Chalcedonensi Concilio, licèt Gregorius justis de causis nomen illud recusaverit.

Ad tertium responderi potest ex sententia Cani *de locis Theolog. lib.*5. *c.*4. *vers. sexta, & vers. postrema*, quod Concilia Provincialia, sicut & Episcopalia, licèt non omninò certam, & infallibilem, probabilem tamen & magnam in materia Fidei Catholicæ auctoritatem faciunt, itaut temerarium sit eis non acquiescere, & hanc esse communem Catholicorum sententiam resolvit, & probat Card. Bellarm. *d. controv.*4. *lib.*2. *cap.*10. & in hoc sensu ejusmodi Concilia per decreta & Canones potuerunt damnare hæreses, ut intendere videtur text. *in cap. ad abolendam* 9. *post princ.* ibi, *vel singuli Episcopi*, *de hæret. & in cap. ult.* 10. *dist. vers. quod si hominibus*, ibi: *Seniores provinciæ congregatæ.* Sed quia plerique contradicunt, & per *d. c. majores, & d. c. quoties*, cum similibus, negant ejusmodi potestatem Conciliis Provincialibus, sicut & Episcopalibus, ut resolvunt DD. *in d. cap. ad abolendam*, Castr. *lib.*1. *de justa hæret. punit. c.*5. *& in sum. contra hæreses, lib.*1. *c.*8. Albert. *de agnosc. q.*8. *à princ. & præcipuè num.*5. *cum seqq.* & fuit sententia *gloss.*2. *in d. c. quoties*, qui omnes respondent textui *in d. c. ad abolendam*, licèt responsionem & intellectum non sine fundamento confutet Can. *d. vers. postrema*, & multipliciter intelligat Card. Bellarm. *ubi suprà*, dici potest Africanum Concilium

cilium per ejusmodi Canones, & decreta in materia Fidei damnasse hæreses, quæ jam antea per Summos Pontifices, vel universalia Concilia damnatæ fuerant; vel id fecisse ex speciali admonitione & jussu Romani Pontif. per litteras, & Legatos qui in eodem Concilio fuerunt, quanvis præsidentes non extiterint, ut colligitur ex *d. tom.* 1. *Concil. pag.* 507. *col.* 2. Vel tandem ad effectum ut Canones, & decreta ejusmodi ab eodem Romano Pontif. specialiter approbarentur & confirmarentur, & sic confirmata certam in materia Fidei haberent auctoritatem, ex traditis per Can. *citato loco, vers. septima*, & per Card. Bellarm. *d. lib.* 2. *c.* 5 *cum seqq.* ubi advertit juxta hunc sensum, & ad hunc effectum varias hæreses damnatas fuisse in Conciliis particularibus.

11 Ad ultimum respondetur *in d. c. de libellis*, non referri Africanum Concilium tanquam universale & œcumenicum, sed tanquam legitimum, & saltem tacitè, & virtualiter approbatum ab Ecclesia & Fidelibus, ac subinde receptum inter alia, quibus Romani Pontif. utuntur in judiciis, & consequenter Episcopi eodem uti debent.

12 In text. ibi, *Nullus eidem communicet*. Per Canones antiquos, & prope tempora Ecclesiæ primitivæ, hæc erat frequentior excommunicandi forma, per quam Fideles prohibebantur communicare cum eo, quem sic evitantes omni Ecclesiastica communione privabant, idque satis probat locus ille *Matth.* 18. de quo *in cap. novit, inf. hoc tit. sit tibi tanquam ethnicus, & publicanus*: quæ verba ex interpretatione Ecclesiæ, & Patrum ad excommunicationem referuntur, & deducitur ex Paulo 2. *ad Thessalon.* 3. ibi, *si quis non obedierit*, &c. *& ex cap. placuit* 6. *q.* 2. ibi, *tandiu eidem Episcopo ab aliis non communicetur, & cap. Episcopi* 2. *q.* 3. ibi, *communio illis*, &c. licèt postea, & jam hodie frequentior fit forma, per quam excommunicationis verba diriguntur in ipsum excommunicatum, qui dum extra omnium Fidelium communionem ponitur, cæteri omnes cum eo communicare prohibentur, ut *in cap. pen. de sent. excom. & in cap. præterea* 40. *de appellat.*

13 & passim videmus in excommunicatione, quæ promulgatur per Bullam in Cœna Domini, & in aliis, quæ quotidie proferuntur. Et hinc est quod excommunicatio non habet certa, aut determinata aliqua verba, quibus proferri debeat, sed sufficiunt quæcunque, dummodo alias apta sint ad significandam intentionem excommunicantis, à qua excommunicatio pendet, juxta *d. c. pen.* ibi, *vel simili*, & post Host. tradit Nav. *in man. c.* 27. *n.* 12. *&* 37. docet Gloss. *verb. potest, in cap. pen. de clerico excom. minist.* recepta ut per Guttier. *canon. lib.* 1. *q.* 2. *n.* 7.

In text. ibi, *donec satisfactione præmissa fuerit absolutus*, &c. Ergo excommunicatus donec satisfecerit per satisfactionem, non absolvitur, aut liberatur ab excommunicatione, sed adhuc indiget nova absolutione, de quo vide addita ad *Clem.* 1. *de decim.* Advertas quod in originali apud Africanum Concilium, de quo suprà, sic habetur: *Donec causa ejus qualem potuerit terminum sumat*: & ita in effectu ex veteribus, & Græcis exemplaribus post Concilium & alios notat Anton. Augustin. *in notis ad* 1. *collect. Decretal. sub hoc textu*, & advertit Gloss. *ult. hic, in princ.* 14

In text. ibi, *ut nullus ei*, scilicet Quodvultdeo, sicut habet originale, *communicet*, idest, ut Quodvultdeus excommunicetur, vel excommunicatus sit, juxta omnium explicationem: & ita probat textus contumacem, qui non vult comparere apud Iudicem, vel superiorem, à quo vocatus est, posse excommunicari, ut notant omnes hìc, & passim alibi. Duen. *reg.* 135. idem probat *cap. certum, in princip.* 11. *q.* 3. *cap.* 1. *in fine, cap. tua, cap. quoniam, §. ult. ad fin. ut lite non contest.* præsertim, quia cùm in hoc textu ageretur de accusatione, & ita causa criminali, propter quam in exitu causæ Episcopus privari potuit Episcopatu, ut innuit text. *in fine*, & supponunt DD. hìc, & ex Græco exemplari tradit Anton. August. *in prædictis notis, col.* 2. non potuit hic contra contumacem fieri missio in possessionem, ac subinde necessaria fuit excommunicatio contra illum, juxta *d. c. tua*, ubi DD. cum similibus, tradit Gloss. *verb. contumaciam, in cap. ex parte* 23. *de verb. signif.* Sed obstat maximè quod licèt in specie hujus text. proponatur, & appareat peccatum Episcopi facientis contra id quod permiserat, & jure tenebatur, juxta *cap.* 1. *& cap. qualiter, de pact.* & nolens adversario respondere temerè à Concilio recesserit, nulla tamen proponitur, aut apparet contumacia illius, contra quem nedum trina, verùm etiam nec unica monitio præcessit, quæ attento Iure divino, & humano requiritur ad contumaciam, ac subinde ad excommunicationem, juxta illud *Matth.* 18. *si peccaverit*, &c. relatum *in cap. novit, inf. hoc eod. tit.* juncto *cap. omnes decimæ*, 16. *q.* 7. *c. de presbyterorum*, 17. *q.* 4. ibi, *Domini præceptum, cap. reprehensibilis* 26. *in princ. de appellat. cap. sacro*, ubi omnes, *de sent. excom.* resolvit post alios Cov. *in cap. alma mater, p.* 1. *§.* 9. *à num.* 4. & Bernard. ubi addit. *reg.* 265. unde necessariò debuit hic Episcopus priùs moneri sub excommunicationis interminatione, ut intra certum aliquem terminum rediret, & 15

adversario

adversario apud Concilium responderet; & ni faceret, excommunicationem incurreret; aliter dum absque aliqua monitione excommunicatur, eo quòd dixit sibi non placere quod antea placuerat, & discessit, non propter contumaciam, sed immediatè, & directè propter peccatum mortale excommunicatus videtur, & ita observant DD. communiter, ut per Covar. *& addition. ad Bernard. citatis locis*, Bot. *in 4. dist.* 22. *art.* 2. *col.* 3. *&* 5. Martin. Ledesma 2. 4. *quæst.* 23. *art.* 3. *concl.* 1. post alios Henriquez *in summa, part.* 2. *lib.* 13. *de excommun. cap.* 18. *num.* 13.
16 *lit.G*, secundùm quos pro peccato præterito etiam gravi absque contumacia excommunicatio ferri non potest, nec lata valet, contra Caiet. 2. 2. *quæst.* 69. *art...* cui non favet text. *in cap. quidam maligni* 5. *quæst.* 1. dum probare videtur infamantem occultum, qui se prodere non tenebatur, juxta *cap. quis aliquando, vers. non tibi dico, de Pœnit. distinctione* 1. ac proinde se non prodens, non erat inobediens, ut contumax potuisset excommunicari à D. Gregorio, non pro contumacia, quæ illic non dabatur, sed pro peccato præterito infamandi alium: respondetur enim, ut per Sot. *ubi suprà, & de ratione tegendi, memb.* 2. *q.* 6. *ante fin.* Navar. *num.* 28. *in d. vers. non tibi dico*, & post alios Henriq. *citato loco.*

17 Quare pro vero hujus textus intellectu capiendo, dico quod licèt excommunicatio attenta sua natura, & institutione, sicut & Ecclesiæ intentione ferri, non possit pro peccato etiam mortali & gravi, nisi concurrat inobedientia, & contumacia respectu Ecclesiæ, quippe quæ sola est causa proxima, & immediata excommunicationis majoris, tum ex illo *Matth.* 18. *suprà citato*, tum etiam quia aliter ejusmodi excommunicatio in vindictam criminis ad instar pœnarum corporalium potius quàm ad medicinam infligeretur, contra *cap.* 1. *de sentent. excommun. lib.* 6. & insuper quia si inobedientia, vel contumacia non esset necessaria, utique sequeretur peccatorem etiam emendatum, & paratum corrigi, posse excommunicari, & sic traderetur Sathanæ non corripiendus, sed possidendus, contra illud Paul. 2. *ad Corinth.* 5. *ut spiritus ejus salvus fiat*: quæ quidem contumacia regulariter & utplurimùm habetur per canonicas monitiones, & colligitur ex eo quod aliquis canonicè monitus ab Ecclesia sub comminatione excommunicationis, Ecclesiam non audit, & sic eidem non obtemperat. Nihilominus tamen si notoriè constat de contumacia, seu inobedientia subditi obdurati & nolentis obedire Ecclesiæ justum aliquod & notabile præcipienti, potest in illum excommunicatio proferri absque alia monitione, in qua specie procedit, & intelligitur is text. secundùm Antonin. *num.* 25. & post Abb. & alios Dec. 1. *lect. num.* 52. Rip. *num.* 81. & communem ex Alciat. *num.* 39. *cum seqq.* Dec. *in c. cùm sit Romana, in fine, de appellat.* Cov. *d.* §. 9. *n.* 3. & add. *ad Bernard. d. reg.* 265. *in fine*, qui intellectus suadetur, tum quia Episcopus, de quo hic, cùm antea interrogatus publicè in judicio dixisset se velle apud Concilium respondere, & sequenti die publicè in eodem dixerit, id sibi non placere, & insuper publicè discesserit, ut habet littera, jam ex his notoria insurgit contumacia, pro qua excommunicatio proferri potest, ut probat tex. optimus *in c. venerabilibus, §. porrò, vers. secus*, ibi, *quia fortè*, &c. *de sentent. excom. lib.* 6. tum etiam ex text. *in c. illud, de clerico excom.* quem Cov. & alii sic intelligunt, *& ex d. cap. certum, in princip. & ex cap. reprehensibilis, verb. nisi fortè*, qui vers. licèt aliter à multis intelligatur, ut per glos. *verb. ipso*, Abb. *n.* 8. Dec. *n.* 1. *&* 2. & omnes ibi, Cov. §. 9. *num.* 5. Hippol. *in l. de unoquoque, n.* 88. post alios Tiraq. *in tract. res inter alios, limit.* 24. potest etiam intelligi, ut procedat in illis casibus, in quibus culpa genere suo notoriam inducit contumaciam, quia eo ipso quod talis est genere suo, excommunicationem, & suspensionem absque alia monitione inducit. Et tandem, quia monitio canonica requiritur, ut per eam appareat inobedientia, & contumacia peccatoris, qui Ecclesiam monentem non exaudit: unde si aliter de ejusmodi obduratione & inobedientia notoriè constet, non erit necessaria, quin potiùs otiosa & superflua, & consequenter omittenda monitio, arg. *l.* 2. *in fine, ff. de dote prælegata.*

Ad *num.* 10. adde: Quamvis sententia 18
hujus *gloss.* 3. & quæ ibi diximus *in collectan.* defendi possit, & procedat in Concilio universali & œcumenio, quod nullatenus recusari potest, quia Concilium hujusmodi si legitimum sit, & in eo interveniant omnia necessaria, non potest errare, nec ab eo admittitur appellatio, ex adductis per Menoch. *de arbitrar. casu* 458. *num.* 26. *&* 36.
Nihilominus Concilium provinciale, seu 19
nationale (quale erat hoc Africanum) bene potuit tanquam suspectum recusari, ut probant Abb. & DD. communiter *in præsenti*, ut per Dec. *lect.* 1. *numero* 16. *& in* 2. *lect. colum.* 6. *vers. in fine glos.* Rip. *numer.* 40. Alciat. *numer.* 17. post alios

alios Boër. *decis.* 269. Roland. *cons.* 19. *à n.* 10. *lib.* 3. Menoch. *cons.* 94. *à num.* 5. *& d. casu* 458. *à num.* 3. qui omnes post multos, quos citant, testantur glossam hanc communiter reprobari, & tam Synodum, de qua hîc, quàm quodcumque aliud Collegium, aut Congregationem similem recusari posse, tum ex text. *in cap. ult. vers. veniamus, & vers. veniat*, & clariùs *in vers. ult.* 3. *q.* 5. *Clem. pastoralis, vers. Pisana, de re jud. cap. licet* 10. *vers. si verò consules, de foro competenti*: tum etiam, quia cùm nullo jure cautum sit ne Synodus hujusmodi, Collegium, aut similis congregatio recusetur, standum est regulæ generali, secundùm quam omnes Iudices suspecti recusari possunt, *d. cap. ult. in princ.*
20 *& in vers. nam quoad*, cum vulgaribus: accedit, quia à Concilio Provinciali potest appellari, quemadmodum à Collegio, & similibus Congregationibus, *cap. multis*, 17. *dist. cap. ultra, cum seq.* 3. *q.* 6. igitur & recusatio admittenda est, juxta *cap. super eo* 12.
21 *vers. in causis, de appell.* Faciunt quæ post hæc scripta legi apud Læl. Mancin. *disquisit. genial. cent.* 1. *cap.* 29. *num.* 1. *&* 2. ibi: *Quid enim si collegæ omnes ex una eademque communi causa suspecti fiant? Pone rem in qua totum Collegium, vel Concilium semel, aut pluries judicaverit, & sic votum suum propalaverit, quo exemplo omnes uti solent. Quid si singulos collegas singulæ causæ suspectos faciant? Pone Collegium è tribus esse, numquid impossibile factu est, ut mihi tres illi variis ex causis suspecti sint? Nam etsi decem sunt, aut viginti, nulla est impossibilitas.* Adde rationem, quia nihil refert, an suspecti plures Collegium faciant, vel non, dummodo justa suspicandi causa sit; nam in causa recusationis non abstrahitur universitas à singulis, sed in iis est, & qui potest plures Canonicos segregatim habere suspectos, *cap. cùm R. de offic. delegat.* potest ex pari causa recusare eosdem, licèt Collegium faciant, vel Capitulum.

22 Hæc eadem gloss. 3. nostri text. ibi, *ex superabundanti*, respondens tacitæ objectioni, fateri videtur, Quodvultdeum Episcopum in proposito invitum & renitentem potuisse de crimine accusari, & teneri se defendere apud Concilium Africanum Provinciale, seu veriùs Nationale; quia in ejusmodi Conciliis poterant agitari causæ Episcoporum criminales, servata forma *c. quamvis, &*
23 *c. accusatus, cum aliis*, 3. *q.* 6. Id quod etiam hodie locum habet in minoribus Episcoporum causis criminalibus, quæ in Provincialibus Conciliis cognoscuntur & terminantur, ex Trid. *sess.* 24. *de reform. c.* 5. *in fine*, licèt majores, & graviores nonnisi à Pontifice Rom. cognosci & terminari valeant, ex *eod. c.* 5. *in princ. & sess.* 13. *de reform. c. ult.* tradit latè Iordan. *de majoribus Episcop. causis, c.* 3. *cum seqq.* 24 Hoc ergo supposito, ex sententia Glos. Episcopus hic ex superabundanti fuit interrogatus, an vellet apud Concilium respondere; licèt enim contradiceret, invitus cogi poterat, juxta *l. inter stipulantem*, §. 1. in Gloss. citatam. Probant hunc intellectum Abb. & Sicul. & est de mente aliorum. Sed non satisfacit, tum ex his, quæ notant Rip. *n.* 49. & Bero. *n.* 115. & alii *in præsenti*: tum etiam, quia non est par credere Patres 217. in hoc Concilio congregatos, & tot gravissimis negotiis implicitos ex superabundanti absque necessitate, vel utilitate Episcopum interrogasse, & per circuitum inutilem in alterius partis præjudicium rem distulisse. Vnde Gloss. in sequentibus verbis intelligit interrogationem factam fuisse ad effectum ne posteaquam Episcopus responderet, & vellet sic apud Concilium se defendere, ex aliqua causa jurisdictionem Concilii declinare, aut illum tanquam suspectum recusare posset, juxta *cap. super quæstionum*, §. *verùm*, cum aliis in Gloss. citatis, licèt eadem Gloss. *in fine* absque fundamento quoad recusationem contradicat: hunc tamen intellectum sequuntur Abb. & DD. communiter ex Dec. *lect.* 2. *col.* 5. *vers. in eadem*, Bero. *n.* 116. tradit Cæpol. *cautel.* 120. & Mil. quos citat Rebuff. *in declarat. arboris exceptionum*, *n.* 10. *incip. Aliæ sunt declinatoriæ.* Novissimè Læl. Mancin. *disquisit. genial. cent.* 1. *c.* 28. existimat silente Episcopo & connivente Pontifice potuisse Concilium depositionis pœna illum corrigere, ut talis depositio non retractaretur, uti factum legimus *in c. Episcopus*, 11. *q.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Laici non possunt ecclesiastica negotia tractare, sed solùm Prælatorum judicio disponi debent.*

2 *Laicus tractare ecclesiastica negotia prohibetur, quando velut Iudex & superior in vim jurisdictionis ea tractat, secus si ministerialiter.*

3 *Laicus etiam in spiritualibus Procurator constituitur ad unum, vel etiam ad plura negotia, sive in judicio, sive extra judicium.*

4 *Text. iste agit de tractatu, qui fit nomine proprio laici, non verò alieno, seu procuratorio.*

5 Cap. in nova, 16. q. 7. *intelligitur.*

6 *Notarii & tabelliones esse possunt laici apud ecclesiasticum forum in spiritualibus, & ecclesiasticis causis.*

7 *Consiliarii & Assessores Iudicum ecclesiasticorũ an & quando possint esse laici, ostenditur.*

Periti

8 *Periti de quorum consilio Inquisitores in causa Fidei sententiam proferre debent, an possint esse laici, ostenditur.*

9 *Laicus jure, & auctoritate legitimi superioris Ecclesiastici potest Ecclesiastica negotia tractare.*

10 *Episcopi quas causas laicis delegare valent?*

11 Cap. significasti, in fine, de foro competenti, *intelligitur.*

12 *Papa potest laicis committere jurisdictionem spiritualem.*

Cap. Decernimus II.

1 POst *num.* 1. Pro exornatione principalis hujus text. conclusionis, quod scilicet laici non possunt Ecclesiastica negotia tractare, sed solùm Prælatorum judicio disponi debent, præter citatos *in collectan.* adde Cov. *pract. c.* 31. Sot. *in* 4. *dist.* 25. *q.* 2. *art.* 2. Bernard. *reg.* 362. Franc. Marc. *decis.* 42. *p.* 2. Duaren. *de sacris Eccles. minist. lib.* 1. *c.* 2. Aufrer. *de potest. sæcul. reg.* 2. *à num.* 24. Nav. *in c. novit, hoc tit. notab.* 3. *n.* 52. Burg. de Paz *l.* 3. *Tauri, concl.* 3. *à n.* 398. Guttier. *canon. lib.* 1. *c.* 34. *n.* 25. Gratian. *reg.* 253. Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 55. Card. Bellarm. *tom.* I. *controvers. Fidei, cap.* 28. *controv.* 5. Morl. *in emporio Iuris, p.* 1. *tit.* 2. *q.* 12. Seraphin. *de privil. juram. priv.* 67. *n.* 12. Petr. Magdalen. *de numero testium in testam. req. p.* 1. *c.* 10. *n.* 8. Suar. *contra Regem Angliæ, lib.* 4. *per tot.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 9. Farin. *in praxi crimin. part.* 1. *q.* 8. Salas *de legib. disp.* 14. *sect.* 11. *n.* 118. Bonacin. *de legib. disp.* 10. *q.* 2. *puncto* 1. §. 1. *cum seqq.*

2 Post *n.* 4. In text. ibi, *Ecclesiastica negotia tractare,* &c. intellige tantùm procedere in laico judicante, & qui velut judex, & superior in vim jurisdictionis tractat Ecclesiastica negotia, non verò in eo, qui tanquam minister, & ministerialiter de illis agit, quia sic potest, nisi aliud obstet, & observant Dec. *n.* 1. *&* 2. Rip. *n.* 49. *&* 50. post alios *in præsenti,* Bero. *in cap. contingit, de arbitr. n.* 4. licèt contrarium
3 intendere videatur Abb. *hîc, notab.* 1. quem alii sequuntur, ut per Dec. *in princ.* Sic laicus etiam in spiritualibus Procurator constituitur ad unum, vel etiam ad plura negotia, sive in judicio, *c.* 1. *de procurat. in* 6. ubi Gloss. *c.* 1. *de syndico,* sive extra judicium, velut ad resignandum, acceptandum, seu permutandum beneficium, Glos. *vers. procuratorem, in Clem.* 1. *de renunciat.* Rot. *decis.* 8. *n.* 3. *de procurat.* aliàs 104. *in antiq. & decis.* 2. *de rerum permut.* aliàs 418. *in eisdem,* Ioan. Andr. Abb. & alii *in cap. accedens, de præbend.* post alios Tiraq. *de jure mariti, gloss.* 5. *n.* 178. Felin. *in c. Apostolicæ, n.* 5.
4 *&* 6. *de except.* Nec adversatur quod laicus in spiritualibus Procurator existens verè ea tractat, & illo agente, resignante, acceptante, seu permutante, beneficium, utique verum est dicere quod Prælati disponunt de spiritualibus judicio laicorum, quæ duo prohibet hic text. nam ultra responsum Gloss. *in d. c.* 1. quam omnes sequuntur *ibi,* fatetur communem Abb. *n.* 9. *hic,* & Tiraq. *citato loco,* intelligentes hunc text. agere de tractatu, qui fit nomine proprio laici, non verò alieno, seu procuratorio, cui intellectui obstant ea, quæ expendit Rip. *d. n.* 49. planiùs satisfit si dicamus ex mente Doctorum textum hunc procedere in tractatu, & judicio laicorum per viam jurisdictionis, juxta rubricam hujus tituli, ut advertunt Dec. *n.* 17. *vers. tertiò,* & Rip. *d. n.* 49. Nec item obstat *c. in nova,* 16. *q.* 7. *ad fin.* ibi, *per laicalem procurationem,* qui juxta communem non agit de Procuratore, sed de œconomo, seu generali gubernatore rerum Ecclesiasticarum, qui velut superior eisdem potestatem exercet.

Vnde licèt laici apud Ecclesiasticum forum in spiritualibus, & Ecclesiasticis Notarii 5
& Tabelliones esse possint, Gloss. *in fine,* & 6
DD. *in c. sicut, ne clerici, vel mon.* communis, ut per Cov. *pract. cap.* 19. *n.* 8. possunt absque dubio etiam laici in eisdem causis Notarii existere, quia sic ministerialiter tantùm negotia Ecclesiastica tractant, secundùm communem *in c. quia propter, de elect.* Abb. & alios *in d. c. sicut,* idem Abb. *n.* 14. *& add. ad eum,* Dec. *n.* 18. & Rip. *n.* 60. *cum seq. in præsenti,* post alios Cov. *ubi suprà,* qui communem dicunt, & praxis observat.

Sic similiter possunt laici in causis etiam 7
spiritualibus Consiliarii, & Assessores Iudicum Ecclesiasticorum existere, juxta *c. statutum,* §. *Assessorem, de rescript. in* 6. *& l. consiliarios, C. de offic. assess.* Aufrer. *de potest. sæculari, reg.* 4. *fallent.* 34. & passim alii. Pro quibus ultra textus per Rip. citatos, maximè urget quod ejusmodi Consiliarii & Assessores ministerialiter tantùm, non verò in vim jurisdictionis spiritualia seu Ecclesiastica tractant: & licèt Iudices Ecclesiastici sequantur laicorum consilium, quod tamen sequi non tenentur, ex *reg. cap. cùm olim, de arbitr.* cum similibus, adhuc non dicuntur disponere de Ecclesiasticis laicorum judicio, de quo agit is textus, quia juxta prædicta non intelligit per judicium, animi sententiam, opinionem, seu consilium, vulgò *parecer,* sed definitionem, seu determinationem judicialem per viam jurisdictionis & potestatis: facit pro hac parte Concil. IV. Bracharen. *act.* 2. *tit. de procurat.* 7. *vers. quod si,* ubi postquam in principio injunxit Episcopis, ut in suis

suis Tribunalibus non laicos, sed clericos adhibeant cognitioni, & decisioni causarum ad Ecclesiasticum forum pertinentium, *in d. vers. quod si*, admittit laicos, & clericos conjugatos Assessores & Consiliarios in eisdem causis, itaut consultivum habeant suffragium. Limita tamen ne procedat ubi consilium Assessoris vel Consiliarii necessariò probandum est, & observandum à Iudice, quia tunc laicus in Ecclesiasticis Assessor, vel Consiliarius esse non potest, quippe qui in ea specie in effectu judicat, & tanquam Iudex tractat Ecclesiastica, vel saltem Prælatus, & judex Ecclesiasticus judicio illius disponit de Ecclesiasticis, quod text. hic prohibet, & ita limitant Innoc. Anton. *n.*13. Abb. & alii, ut per Dec. *hic, d. n.*17. & *in c. si pro debilitate, n.*10.
8 *de offic. deleg.* Albert. *in c.*1. *q.*10. *n.*2. *de hæret. in* 6. & *de agnosc. q.*26. *à n.*2. inde colligens peritos, de quorum consilio Inquisitores in causa Fidei sententiam proferre debent, *cap. ultim. de hæret. lib.*6. non posse vocari laicos, eo quòd Inquisitores tenentur sequi ejusmodi peritorum consilium, ex doctrina Bart. per text. *ibi, in l. impuberibus, ff. de suspect. tutor.* ubi docet eum, cui à lege imponitur necessitas petendi consilium, necessariò teneri illud sequi. Sed hæc Albertini sententia attento Iure non procedit, ut advertunt Simanch. *de Cathol. c.*41. *num.*14. Roch. *de hæret. part.* 1. *num.* 422. & *part.*2. *num.* 166. per multa fundamenta, quæ adducunt, & Peña *ad direct. Inquisit. part.* 3. *q.*78. secundùm quos, & noviores passim Inquisitores, inspecto jure, de honestate, non verò de necessitate peritorum consilium sequuntur, & ita servatur juxta instructiones Inquisitorum, quibus id expresè cautum est, & suadetur, quia à regula *d. c. cùm olim*, & *cap. cùm in veteri, de elect.* & *l.*2. *in fine, ff. mandati*, non receditur in hoc casu, sicut nec in aliis, in quibus per legem consilium peti jubetur. Vnde cùm Inquisitores attento Iure non teneantur sequi peritorum consilium, potuerunt ii esse laici: præsertim quia contra communem, & præcitatos tentari posset, quod licèt laici consilium necessariò probandum sit ab Ecclesiastico judice, non procedit in illo decisio hujus textus, quia adhuc eo casu laicus non judicat, nec ordinariam, aut delegatam exercet jurisdictionem in negotia Ecclesiastica, nec ea tractat, tanquam superior auctoritativè, & per imperium, sed ministerialiter, judicante alio penes quem existit tota jurisdictio, auctoritas, & imperium, itaut non sit verum dicere quod Prælatus Ecclesiasticus disponit de Ecclesiasticis laici judicio, idest diffinitiva jurisdictione, aut imperio, de quo agit hic text.

Intellige etiam textum in præsenti in 9
præcitatis verbis, ut tantùm procedat ubi laicus, quatenus talis, etiam nomine, seu jure proprio, vel ut alii dicunt, auctoritate tantùm laicali negotia tractat Ecclesiastica, secus verò ubi non sic, sed tanquam Ecclesiasticus, idest, jure & auctoritate legitimi superioris Ecclesiastici tractet & judicet, *gloss.*2. & omnes *hîc*, quia tunc cessat decisio hujus text. & similium, in quibus agitur de laico qua talis est, & ex vi laicæ potestatis, ut manifestè probat hic text. in verb. *præsumant*, quod in malam partem accipitur, & denotat præsumptionem, & auctoritatem propriam tenere, & per se aliquid facientis, *cap. Iudæi* 21. ubi Gloss. *de testib. cap. statutum, §. insuper*, ubi Gloss. *verb. præsumat, de rescript. in* 6. cum aliis citatis *in collect. n.*5.

Ad *n.*7. Intendit hæc *gloss.*2. in illis verbis, 10
causæ pecuniariæ, sive hujusmodi merè civiles, &c. junctis seqq. quod licèt summus Pontif. indistinctè omnes causas etiam spirituales laicis committere possit, Episcopi tamen, & similes Prælati inferiores summo Pont. tantùm delegare valent laicis causas pecuniarias, & merè civiles ad Ecclesiasticam jurisdictionem pertinentes, non autem criminales, aut spirituales, similis Gloss. *verb. præter, in c. bene*, 96. *dist.* & *in c. pervenit, ad fin.*95. & *in c. præter, vers. verum, verb. ducibus*, 32. *dist.* & *ibidem* Alex. & DD. Gloss. *in c. contingit, de arbitr.* sequuntur omnes *ibid.* & *in c. per tuas, eod. tit.* & alibi, ut per Abb. & Dec. *n.*5. Rip. *n.*34. *hîc*, Roland. *consl.*4. *n.*14. *lib.*1. DD. post Glos. *ibi, in cap. cùm te*, 18. *de offic. deleg.* Contra Andr. Sicul. *hîc*, & *consl.*95. *col.*3. *lib.*2. qui per hunc text. ibi, judicio laicorum non disponãr, & alia fundamenta verius credit Episcopos, & similes etiam civiles causas ad Ecclesiasticum forum pertinentes laicis committere non posse: sed retenta communi ad hunc text. & ad alia quæ adducit, responderi potest ut per Dec. *d. n.*5. & Rip. *ex d. n.*34. Non obstat *cap. significasti, in fine, de foro comp.* dum probat non sufficere consensum, & licentiam Episcopi ad effectum, ut laicus de causa etiã civili, & pecuniaria clerici, eodem consentiente cognoscere & judicare possit: ergo non sufficiet ejusdem Episcopi commissio facta laico, quippe quæ nihil aliud importare videtur quàm consensum, & licentiam Episcopi. Respondetur enim negando consequentiam, siquidem longa cernitur differentia inter consensum, seu licentiam, de qua *in d. c. significasti*, & inter commissionem, seu delegationẽ, de qua hîc agitur: nam simplex ille

consensus

consensus & licentia solùm efficit, ut laicus Iudex, in quem clericus similiter consensit, contra eundem absolutè competens sit, & cognoscat jure suo & auctoritate propria per solam quam habet jurisdictionem secularem, nec ulla Ecclesiastica per Episcopum sic consentientem committitur illi, ita quod laicus in ea specie non sit delegatus Episcopi, nec ab eodem si appellaretur, ad Ecclesiasticum, sed ad sæcularem appellatio foret interponenda: quæ omnia longè aliter, & ex diametro se habent, facta delegatione, de qua agimus, ut bene considerat Abb. *hic*, *num.* 51. intendunt Archid. *in d. c. bene*, & Felin. quos sequitur Ripa *hîc*, *num.* 36. *vers.* 4. secundùm quos licèt Episcopi possint laicis delegare causas civiles clericorum, & Ecclesiarum, non tamen possunt simpliciter consentire, aut per suum simplicem consensum efficere, ut laici de illis cognoscant.

12 Vult eadem *gloss.* 1. *in vers. Papæ verò*, &c. Summum Pontif. posse laicis committere jurisdictionem spiritualem, itaut ipsi non tantùm civiles & criminales, verùm etiam spirituales causas ex Papæ commissione tractare, & definire possint: similis Gloss. *in cap. præter, vers. verum, verb. ducibus*, 32. *dist.* & *in cap. bene quidem, verb. laico*, & *verb. præter*, 96. *dist. gloss. in cap. Mennam* 2. *q.* 5. quas cum similibus sequuntur DD. communiter, ut per Abb. & Dec. *n.* 6. Rip. *n.* 40. & 73. & omnes *hîc*, Aufrer. *de potest. sæculari, reg.* 4. *fallent.* 30. post alios Cov. *in cap. alma mater, p.* 1. §. 2. *n.* 3. Nav. *in princ. de pœnit. dist.* 6. *n.* 83. & *in man. c.* 27. *n.* 6. Henriq. *in sum. p.* 2. *tract. de excommunic. cap.* 24. *in princ.* Gloss. notabilis *verb. personis, in Extravag.* 3. *Ioannis XXII. tit. de elect.* & passim alii, secundùm quos licèt ea, quæ sunt annexa Ordinibus Ecclesiasticis lege divina non possint per Summum Pontificem laicis committi, secundùm communem *in cap. quanto*, ubi Abb. *de consuet.* ea tamen quæ sunt jurisdictionis fori exterioris, cujusmodi est potestas judicandi & absolvendi ab excommunicatione, seu beneficia conferendi, per eundem Summum Pontificem laicis committuntur. Ratio hujus resolutionis ea potest esse, quia licèt laici, quatenus tales, propria auctoritate & jure suo per legem divinam prohibiti sint, vel ut communiter dicunt DD. incapaces existant potestatis & jurisdictionis Ecclesiasticæ, quam Christus Dominus Petro, & successoribus concessit, ut ab eisdem in alios inferiores Ecclesiæ Prælatos dimanaret, & propterea text. *hîc in verb. decernimus*, quoad causas spirituales & merè Ecclesiasticas antiquum Ius divinum explicare, non verò novum humanum constituere dicatur, nulla tamen reperitur lex divina, aut naturalis, quæ prohibeat ejusmodi potestatem delegatis laicis, aut per eos ex delegatione exerceri, siquidem dum ex commissione Summi Pontif. laici illam exercent, non tanquam laici, nec jure suo præsumentes, nec nomine proprio, quod text. hic prohibet, sed tanquam Ecclesiastici auctoritate, nomine & jure Pontificis delegantis faciunt, juxta *l.* 1. §. *qui mandatam, ff. de offic. ejus*, itaut Pontifex committens sicut per se, ita per laicum Ecclesiasticam jurisdictionem exercere dicatur, nulla divina lege prohibente, quantumcunque regulæ juris humani refragari videantur, super quibus Summus Pontifex jure dispensat, arg. *cap. proposuit, de concess. preb.*

SVMMARIVM.

1 *Iurispatronatus causa coram Iudice Ecclesiastico agitanda.*
2 *Causæ Ecclesiasticæ ad Iudicium tantummodo Ecclesiasticum spectant, nec in sæculari tractantur.*
3 *Iuspatronatus auctoritate Ecclesiæ velut præparatorium, & antecedens ordinatur ad spiritualia.*
4 *Annexa spiritualibus in Iure exæquantur eisdem spiritualibus in plerisque articulis.*
5 *Annexa spiritualibus spiritualia dicuntur, & sub spiritualium nomine continentur.*
6 *Iuspatronatus ex natura sua, & per se temporale est.*
7 *Iuspatronatus annexum, & conjunctum spiritualibus cur dicatur, ostenditur.*

Cap. Quanto III.

AD *num.* 3. Pro exornatione principalis conclusionis, quod scilicet causa jurispatronatus coram Iudice Ecclesiastico agitanda est, ultra citatos docent Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. cap.* 12. Renat. Choppin. *de sacra politia*, *lib.* 1. *cap.* 4. Spin. *in speculo testam. gloss.* 5. *in princ.* D. Barbos. *in l. divortio*, §. *si vir*, *à n.* 55. *ff. soluto matrim.* Ratio est quod sicut causæ spirituales ad Ecclesiasticum tantummodo judicium spectant, nec in sæculari tractantur, ut *in cap. præcedenti*, ita similiter causa jurispatronatus Ecclesiastici, quippe quæ maximè conjuncta & annexa est causis spiritualibus, vel Ecclesiasticis, ut est in originali, ex eo quod juspatronatus auctoritate Ecclesiæ velut præ- 1

paratorium, & antecedens ordinatur ad spiritualia, ac subinde sequitur naturam spiritualium, secundùm quæ judicari, & regulari debet, ut satis intendit is textus, ex quo notant Gloss. Abb. & DD. communiter *hic*, Abb. Dec. Bero. & Ripa *in rub.* Roch. *de jurepatron. verb. jus, in princ.* Mantua *cons.5. à n.18.* Silvan. *cons.32. n.5.* Emman. Costa *in cap. si pater, part.2. verb. Trebellianicæ, n.7. vers.4.* & alii, ut per Molin. *de pri-*
4 *mogen. lib.1. cap.24. à n.26.* Consonat quod annexa spiritualibus in jure, non solùm exæquantur eisdem spiritualibus in plerisque
5 articulis, *cap. de jure, de jurepatr. cap. quæsitum, de rerum permut.* Sed etiam spiritualia dicuntur, & sub spiritualium nomine continentur, ut patet in beneficio Ecclesiastico, quod est spiritualibus consequenter annexum, ex S. Thom. *2.2. q.100. art 4.* recepto communiter secundùm Navarr. *in rub. hujus tit. n.10.* & tamen *in cap. dilecto, de præbend.* & passim alibi, & secundùm communem ex eodem Navarr. spirituale dicitur, & ita fit, ut dispositio agens de spiritualibus, nisi ex materia subjecta, intentione loquentis, aut aliunde oppositum colligatur, comprehendat etiam ea, quæ ex auctoritate Ecclesiæ spiritualibus sunt annexa, ut probat *cap. literas,* juncta *gloss.1. in princ. de juram. cal.* ubi DD. Abb. & Dec. *in præsenti, n.3. cap. tua 25. in princ.* ibi, *spiritualibus,* & ibi, *solutione decimarum, de decim.* Cùm ergo jus patronatus maximè spiritualibus conjunctum sit, & annexum, causa ejusdem in eo tantùm judicio definiri debet, in quo spirituales causæ jure definiri possunt, & sic in Ecclesiastico.

6 Ad *num.5.* Quanvis Goffred. quem sequuntur Anton. & communis antiquorum, ex Rip. *num.60.* & Bero. *num.46. in princ.* ac Navar. *num.29. vers.3. in rub. hujus tit.* existimaverit juspatronatus attenta sua natura, & origine esse spirituale, licèt (ut inquit idem Anton.) ex accidenti, & quia laicis conceditur, spiritualibus annexum dicatur; nihilominus, propriè loquendo, per se, & attenta natura sua non est simpliciter spirituale, quia nec per essentiam, nec per causam, nec per effectum inter spiritualia numeratur, imò potiùs natura sua & per se temporale quid est, etiam quando adest cum præsentandi facultate, spiritualibus tamen annexum, & conjunctum; quia labor ille quærendi & præsentandi ministrum Ecclesiæ res natura sua temporalis existit, licèt per Ecclesiam ad usum spiritualium ordinetur, & propterea eisdem spiritualibus annexum dicatur, juxta hunc text. *in cap. de jure, de jurepatr.* resolvunt Gloss. *in effectu,* & Abb. & alii *hic,* ut per Felin. *n.2.* S. Thom. *2.2. quæst.100. art.4.* Rip. Bero. Dec. *n.8.* & omnes *in d. rub.* Lambert. Roch. & Perez *ubi sup.* Dicitur autem annexum, & conjunctum spiritualibus, non quia est onus Ecclesiis impositum, ut existimat Bero. *in dicta rub. à num.48.* nec quia secundùm Abb. *in præsenti, num.6.* annexum est institutioni, per 7
quam Episcopus præsentatum à patrono, si idoneus sit, confirmare tenetur, nec aliter providere potest, *cap. decernimus, de judic.* Nec item ex eo quod auctoritate Ecclesiæ per potestatem à Deo concessam institutum sit, ex Navarr. *in d. rub. num.29.* Sed magis quia ex sententia S. Thom. *d. art.4.* recepta à Soto, Victor. & aliis, & Turrecr. *num.6. in sum.1. quæst.1.* & passim alibi, ex auctoritate Ecclesiæ antecedenter annectitur spiritualibus, ad quæ dirigitur, & per illud præsentantur ministri spiritualis officii, qui ad Sacramenta ministranda, & divina Officia celebranda in Ecclesiis patronatis, & non aliter per Episcopos ordinandi sunt, *dicto cap. decernimus,* sicut ex eodem S. Thoma, & aliis, vasa sacra, & ornamenta quædam antecedenter spiritualibus annexa dicuntur, ex eo quod velut præparatoria, antecedunt spiritualia, ad quæ necessaria ordinantur, *cap. vasa, cap. vestimenta, de consecr. distinct.1.* & ex diverso secundùm eundem S. Thom. receptum beneficia Ecclesiastica dicuntur spiritualibus annexa consequenter, vel dependenter, quia ex auctoritate Ecclesiæ consequuntur, & dependent ab administratione Sacramentorum, & officio clericali, propter quod beneficium confertur, *c. ult. de rescript. in 6. c. secundum, de præbend.* Et licèt hic respectus, & ordo antecedens ex sententia S. Thomæ satis sufficiat, ut juspatronatus spiritualibus annexum dicatur, quia tamen is text. in illo non qualemqualem, imò nec magnam, sed maximam & peculiarem quandam, seu multiplicem annexionem denotat, dum inquit, ita conjuncta est & connexa, si expendas geminata illa verba, & particulas, itaut juxta text. & *ibi* tradita *in cap. si pro debilitate, vers. nisi, de offic. deleg. §.1. Instit. per quas personas nobis acquir.* ibi, *& hoc ita*, &c. notat Dec. *hic, n.3.* dici potest ad hujusmodi annexionem, de qua textus agit, ultra rationem S. Thomæ quæ principalior est, attendi etiam institutionem, quam Abb. & alia quæ Navarr. & alii in proposito considerant, itaut ex omnibus insurgat & resultet maxima illa conjunctio quam Pontifex hic attendit.

SVMMA

SUMMARIUM.

1 *Clericus apud secularem Iudicem crimen confessus, non est ob talem confessionem ab ecclesiastico puniendus.*
2 *Confessio delicti coram incompetenti judice facta non valet.*
3 *Iudicum distinctio refertur.*
4 *Iudices omnino competentes sunt illi qui attento jure absque ulla prorogatione, vel consensu litigantium adiri possunt.*
5 *Iudices omnino incompetentes sunt illi, qui attento jure, nec etiam de consensu litigantium competentes sunt, aut prorogari possunt.*
6 *Iudices incompetentes, sed non simpliciter, sunt omnes illi, qui ex partium consensu competentes effici possunt.*
7 *Confessiones judiciales facta coram judice quando valeant?*
8 *Intelligitur* tex. in præsenti.
9 *Confessio in processu, & judicio invalido quando valeat?*
10 *Confessio facta ab eo, qui legitimam personam standi in judicio non habet, invalida est.*
11 *Iudex aliàs incompetetens quando fiat competens per confessionem partis.*
12 *Confessionis extrajudicialis effectum an & quando habeat confessio coram incompetenti judice facta.*
13 *Clericus apud secularem judicem confessus delictum, an ex tali confessione possit torqueri apud ecclesiasticum Iudicem.*
14 *Clericus ab ecclesiastico Iudice interrogatus, non potest negare illud, quod apud secularem confessus est.*
15 *Confessio ut paratam habeat executionem necesse est ut fiat in judicio coram competenti Iudice.*
16 Cap. si diligenti, de foro comp. *concordatur cum tex.* in præsenti.
17 *Confessus crimen sponte in judicio punitur eadem pœna, qua is, qui de eodem ex probationibus convictus condemnatur.*
18 *Confessus sponte mitiùs punitur, quàm si negans convinceretur, nisi certa pœna in jure præscripta sit.*
19 *Confessio in judicio legitimè facta sufficit, ut quis de crimine, quod constat esse commissum, à Iudice competenti condemnari valeat, nisi sit confessio spontanea, qua fit absque tormentis.*
20 *Reus confitens non est statim condemnandus post confessionem.*
21 *Episcopi circa potestatem dispensandi in affirmativa, vel negativa regula, qua constituenda sit? ostenditur, & n.22.*
23 *Dispensandi potestas aliquando conceditur Episcopis expressè, aliquando tacitè, & implicitè.*
24 *Pœna duplici non debet quis puniri pro eodem delicto.*

CAP. At si clerici IV.

POst *num.* 1. Refertur is text. originaliter *in* 2. *tomo Conciliorum, pag.* 896. *inter acta Alexandri III. sub tit. de deposit. cleric. cap.* 4. & apertè probat clericum, qui apud secularem Iudicem crimen confessus est, vel de eo convictus, non esse propterea ullatenus puniendum, vel condemnandum per suum Episcopum, ut notant omnes hîc, *gloss.* 2. *in c.*1.23. *quæst.*5. Innoc. & communis *in cap. per inquisitionem* 26. *de elect.* Bart. & Ias. *à n.*4. ubi Dec. & noviores *in l. magistratus, ff. de jurisd. omn. Iudic.* Rip. *num.*16. *in cap.*2. *sup. hoc eod. tit.* Xuar. *in l. post rem, notab.*3. *n.*10. & passim alii. Iuvat *l. Divus Adrianus* 6. *ff. de custod. reorum,* ubi Bart. & alii notant confessionem delicti coram Iudice non competenti nullatenus probare, aut nocere postea coram competenti: in idem expenditur *cap. olim* 25. ibi, *confessus,* & ibi, *si ita est,* &c. *de rescript.* juxta intellectum Abb. *num.* 12. & aliorum ex Hippol. *sing.*309. dum probat confessionem delicti factam coram duobus ex tribus, qui fuerant delegati Iudices, & sic coram incompetentibus, non valere, ut confessus ex illa postea per Iudices competentes condemnari, & puniri valeat. Verùm, quia contra hanc conclusionem objici solet quod confessio etiam in judicio & processu incompetenti & nullo valet, itaut ex ea condemnatio possit sequi per Iudicem competentem, juxta *cap. ult.* ubi DD. *de restit. spoliat. & cap.*1. *de accusat. in* 6. cum traditis per Dec. *hic, num.* 3. *à princ.* & per Bernard. *reg.*123. & Mascard. *de probat. concl.*357. & in contrarium alia jura allegantur, ut in discursu. Ideo pro vera totius materiæ cognitione, & hujus textus intellectu. 1 2

Præmittendum duxi quosdam esse Iudices simpliciter, sive omninò competentes, nonnullos per contrarium simpliciter, & omninè incompetentes, & tandem alios incompetentes, sed non simpliciter, & omnino. Primi dicuntur omnes illi, qui attento jure absque ulla prorogatione, vel consensu litigantium, vel alterius etiam contra invitos sunt Iudices, & necessariò juxta juris regulas adiri possunt, & debent, itaut illorum forum simpliciter competens dicatur, *l. pen. ff. de jurisd. l.* 2. *ff. si quis in jus vocat. l. pen. ff. judic. solvi,* & passim *in foro comp.* Secundi verò dicuntur qui attento jure 3

jure nec etiam de consensu litigantium competentes sunt, aut prorogari possunt, unde & prohibiti appellari solent, & illorum forum, seu examen prohibitum, seu vetitum dicitur, *cap. si diligenti, de foro comp. l. in criminali, C. de jurisdict.* ibi, *vetito*, &c. quales sunt Iudices seculares in causis merè ecclesiasticis, quæ spirituales dicuntur, sicut & in annexis, & his quæ ecclesiasticæ sunt, non merè, quales censentur omnes causæ
6 Ecclesiarum & clericorum, præsertim criminales, ut patet ex *cap. 2. & 3. hoc tit. & c. tuam, de ordine cognit.* cum similibus. Vltimi sunt omnes illi, qui licèt per se & attento jure absque partium consensu competentes non sint, prorogati tamen, & ex prorogantium voluntate cognoscere, & competentes effici possunt, *d. l. 1. & 2. d. c. significasti, in princ.* cum aliis. Sic ergo quoad primos non requiritur, quoad secundos non valet, quoad ultimos verò & requiritur & valet partium consensus, & prorogatio: & juxta hanc divisionem in jure suus judex dicitur etiam ille, qui per consensum & prorogationem suus, id est, proprius, & competens efficitur, cùm antea non esset, *d. cap. significasti, in princ.* ibi, *suum possit Iudicem constituere*: & per contrarium non suus appellatur, qui nec per se est, nec per consensum aut prorogationem suus efficitur, juxta *d. cap. significasti*, ibi, *in judicem non suum*, & text. *in præsenti*, ibi, *à non suo judice*, &c.

7 Deinde præmitti oportet, confessiones judiciales, sicut & quæcunque alia facta judicialia, in quantum talia sunt, eatenus valere, quatenus fiunt apud Iudicem omnino competentem, vel apud incompetentem, non tamen omninò, sed partium consensu prorogatum: quæ verò fiunt apud incompetentem omnino, & prohibitum, non valent, ut satis probat is text. *in vers. sicut*: & suadetur, quia ad validitatem confessionis, vel cujusvis alterius actus judicialis, in quantum talis est, necessariò existere debet judex sicut forum competens, & sufficiens in causa, de quà agitur; siquidem ab illo suam vim habet, & denominatur confessio, & actus judicialis, ex hoc eod. text. *& cap. forus, de verb. signific. & tit. C. si à non compet.* juncta reg. *l. 4. §. condemnatum, ff. de re judic.* Planè ejusmodi Iudex & judicium non aliter existit competens, & sufficiens, quàm si vel omninò competens fuerit, vel incompetens non omnino partium consensu prorogetur: quod si omnino sit incompetens, & prohibitus, perinde habetur ac si non esset, & perinde totum corruit, & desinit esse judiciale, ac si absque judice, & judicio in privato, & à privato fieret, ex *reg. ea quæ fiunt à Iudice, lib. 6. l. 3. ff. de officio Præsid.* ibi, *nam si excesserit, privatus est*, juncta *l. non dubium*, ibi, *nullum*, &c. *C. de legib.*

His ergo prænotatis patet ratio, & intellectus huius text. ut scilicet propterea 8
convictio, & confessio clerici habita in seculari judicio non valeat, ut propter eam clericus à suo Episcopo ullatenus condemnetur, quia talis convictio, seu confessio fit apud Iudicem omninò incompetentem & prohibitum, iuxta primum præmissum, ac subinde nec judicialis est, nec valet ad aliquam condemnationem iuxta alterum præludium. Quam rationem, & intellectum satis probant omnes hic, & in locis præcitatis, dum intelligunt textum procedere ex eo, quod clericus in proposito sit convictus, vel confessus apud Iudicem improrogabilem, idque satis intendit ratio, quam text. reddit *in vers. quia sicut*, quæ necessariò referenda est ad sententiam, & confessionem apud Iudicem non suum omninò, & absolutè, qui nec per confessionem, nec per convictionem, nec denique per sententiam suus fieri potuit, sed post isthæc omnia adhuc manet non suus; aliter enim confessio, & sententia valeret, iuxta *d. l. 1. & 2. ff. eod. d. cap. significasti, in princip. & d. cap. olim.*

Ad obiectionem ante præludium factam 9
respondetur, illam vulgarem sententiam, quæ habet valere confessionem etiam in processu & judicio invalido, inter multas alias declarationes & limitationes, de quibus per Dec. *hic, num. 3.* Felin. *in cap. qualiter 2. §. licèt, de accusat.* Mascard. *d. concl. 357.* & citatos per Garciam *reg. 86.* & per Salzed. *ad Bernard. reg. 142.* notabiliter declarari, ut procedat tantùm in illis casibus, in quibus iudicium & processus corruit ex aliquo defectu qui non respicit, nec annullat ipsam confessionem, ut *in d. cap. 1. de accusat. lib. 6. & d. c. ult. de restit. spoliat.* & similibus, velut si ex defectu libelli, contestationis, seu alterius solemnitatis, vel propter Iuris ordinem non servatum processus corruit: sed tamen iudex omnino competens est, vel saltem incompetens, non tamen omnino, sed prorogabilis; tunc enim valet confessio, ad cuius validitatem non requiritur processus validus, imò nec aliquis: ubi verò processus, & iudicium corruit ex defectu iurisdictionis, seu Iudicis, qui omnino incompetens & prohibitus existit, ut in proposito, non valet etiam confessio iudicialis, quia defectus huiusmodi æquè respicit & annullat processum, ac confessionem, quæ apud Iudicem sic incompetentem nec judicialis

judicialis existit, nec ut talis valere potest, juxta hunc text. *& d. l. divus*, *& c. olim:* & ita ex Innoc. Bart. & aliis resolvunt Abb. *n.*5. Dec. *n.*3. *vers.*2. *cum seq.* Beroi. *à n.*22. *& à n.* 37. & alii *in præsenti*, Felin. *ubi sup. num.*9. *vers. septimò*, post alios Mascard. *d. loco*, *n.*9. Anton. Gom. sic intelligens hunc text. *tom.*3. *de delict. c.*12. *num.*8. Clar. *in pract.* §. *fin. q.*55. *num.*13. & alii citati per Gratian. & Salzed. *citatis locis.*

10 Sic pari ratione vulgaris illa sententia locum non habet ubi litigans, qui confessus est, non habet legitimam personam standi in judicio, velut quia minor absque curatore saltem in litem, juxta *reg. l. in universis*, *C. qui dare tutores*, *l.*2. *&* 3. *C. qui legitimi*; quia sicut processus, ita & confessio non valebit tunc ex defectu personæ, per eadem jura resolvunt DD. communiter *in l. certum*, §. *ult. ff. de confess.* post alios Felin. *ibi*, *sublimit.*9. Mascard. *d. concl.*357. *num.* 8. post multos Roland. *cons.*31. *à num.* 8. *lib.*1. & Menoch. *de arbitr. casu* 268. *à n.*2. Iuvat *reg. l. si filius* 2. *ff. de interrog. action.* quæ sic intelligi debet.

11 Nec refragatur quod dici solet, per confessionem partis fieri competentem judicem illum, qui alias non erat, siquidem procedit ubi judex non proponitur omninò incompetens, & prohibitus, quin talis quem confessus, & ei se subjiciens, suum potuit Iudicem constituere, juxta *d. l.*1. *&* 2. *& d. c. significasti*; tunc enim sufficit confessio, per quam confessus consentit & prorogat, ex Angel. *in l.*1 *ff. de confess.* & aliis, ut per Dec. *d. num.*3. *vers. sed advertendum*, & Bero. *n.*39. *hic*, id quod longè se habet in specie huius text. Ad *cap. multi* 2. *q.*1. *& ad cap.*1.3. *q.*5. respondebis prout suo loco *in addit.* ad ea diceretur.

12 Intellige tamen quod licèt confessio, de qua in præsenti textu, non valeat ut judicialis, valebit tamen ut extraiudicialis, ac vim & effectus extrajudicialis confessionis habebit, ut per Card. & Aretin. ac alios, quos refert & sequitur Dec. *num.* 17. *in præsenti*, *vers. alia*, Bossi. *in pract. tit. de confess. num.*55. *& seq.* & post Boër. Aufrer. & alios communem, & in praxi receptam testatur Clar. *ubi suprà*, agnoscit Gratian. *reg.*382. *num.*15. Viv. *lib.*1. *commun. in verb. confessio facta*; quia non minorem vim habere debet confessio clerici apud seculares iudices, & in iudicio seculari, quàm facta apud quoscunque alios seculares non iudices, & in foro vel domo aliqua absque iudicio, cùm apud priores magis deliberata præsumatur, & magis aliena ab omni metu, fraude, & similibus, quæ apud Iudicem cessare præsumuntur, arg. *l.*1. *C. de præd. decurion. lib.*10. ibi, *ita enim fiet*, &c. deinde si ad extraiudicialem clerici confessionem iudex aliquis non requiritur, si is interveniat vitiosus, incompetens, & qualis esse non debuit, ita & secularis confessio eiusmodi vitiari non debet, ex vulgari regula *l.*1. *in princ. C. de rei uxor.* cum similibus. Nec obstat text. *in præsenti*, quia respondetur illum tantùm agere de confessione clerici, quatenus facta apud secularem iudicem, & sic quoad vim & effectus iudiciales: siquidem hanc vim, & hos omnes effectus tollit, & denegat Pontifex *in præsenti*, ut significant verba illa, *propter hoc*, &c. iunctis præcedentibus, quasi dicat quod propter hoc, scilicet, *quod coram seculari iudice confessi sunt*, &c. & consequenter non negat text. huic confessioni vim, & effectus illos, quos non propter hoc, sed propter aliud, & absque ullo respectu iudicis secularis confessio alibi, & coram quibusvis secularibus non iudicibus habere potest. Nec refragantur illa verba, ibi: *Non sunt aliquatenus*, *vel aliqua sententia condemnandi*; quin potiùs iuvant, quia si advertas, non negant absolutè omnem vim & effectum, sed omnem condemnationem, vel omnem sententiam condemnatoriam, & sic diffinitivam, per quam solam condemnatur quis, vel absolvitur, *l.*1. *in fine*, *ff. de re jud.* Planè dum Iudex etiam per interlocutoriam delinquentem extraiudicialiter confessum quæstionibus subjicit, aut aliàs eidem purgationem indicit, vel ex indiciis, & semiplena probatione ad eandem perficiendam tendit, nullatenus, nec aliqua sententia delinquentem condemnat, sed agit de veritate assequenda & fide facienda: sensus ergo est, non sunt propter hoc criminaliter, vel civiliter, graviter, vel leviter, ad pœnam maiorem, vel minorem, corporalem, vel pecuniariam condemnandi, ut satis significat *cap.*1. *vers. præsenti*, *de clerico conjug. lib.*6. & text. *hic* in adversativa sequentis versiculi.

Ex quibus consequens fit, per eiusmodi confessionem posse clericum confitentem servatis servandis torqueri apud Ecclesiasticum Iudicem competentem, iuxta doctrinam *gloss. ult. vers. tu dic*, *in l. cap.*5. *ff. de adulter.* & *in l. ictus* 22. *ff. de his qui not.* receptam communiter ex Clar. *d. q.*21. *n.*31. Bernard. *reg.*126. *limit.*1. Gratian. *reg.*126. *n.*6. sic limitantes *gloss.*3. *in princ. in c. de hoc* 11. ubi Abb. & communis, *de simon.* Consequens etiam est in eo vim habere quod clericus postea ab Episcopo, vel alio Iudice competente interrogatus, non potest variare, aut negare id quod apud secularem fuerat confessus, & ita cogitur persistere, & ratificare præcendentem confessionem, nisi ostendat 13

ostendat errorem, aut justam aliam causam, ex Innoc. *in cap. per Inquisitionem, de elect.* quem sequuntur DD. *ibi*, & post Angel. Roderic. Suar. *in l. post rem, not.* 3. *n.* 1. communis ex Vivi. & aliis, quos refert Mascard. *concl.* 352. *n.* 2. & Roland. *cons.* 31. *n.* 18. *lib.* 3. per regulam *l. generaliter* 13. *in vers. nimis, C. de non num. pecun. & cap. per tuas*, ibi, *cùm nimis*, &c. *de probat.*

15 Ad *num.* 5. Adde confessionem in judicio etiam civili factam, ut paratam habeat executionem, necessariò fieri debere coram Iudice competenti, quia aliàs nullius momenti esse dicitur, *l. Castellæ* 5. *tit.* 2. *lib.* 4. *Recop.* Avil. *ad cap.* 10. *Prætor. gloss. execution, num.* 28. Avend. *de exequend. mand. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 4. *vers. septimò requiritur*, Amat. Roder. *in tract. de execut. sentent. cap.* 1. *art.* 2. *num.* 30.

16 Ad *num.* 7. Hæc glos. *in verb. non tenet*, arbitratur textum *in d. c. si diligenti*, sicut & ejus pœnam, procedere in clericis, qui sponte, & volentes responderunt in seculari judicio: hunc verò nostrum agere de his, qui inviti, & renitentes responderunt, & propterea pœnam non incurrunt, nec ad eandem per Episcopum condemnantur. Sed is intellectus communiter rejicitur ex Abb. *num.* 18. & aliis *hîc*: tum quia secundùm illos, in specie hujus text. non refert an clerici inviti, aut volentes sint, utroque enim casu procedit is textus, & illius ratio; tum etiam, quia non constat ex littera, clericos hujusmodi invitos, & renitentes respondisse in judicio seculari, & sic in eodem confessos fuisse, aut convictos, nec potuisse per Iuris remedia judicium declinare. Vnde ex mente communi respondetur distinguendo inter condemnationem, & pœnam, pro crimine, de quo clerici reus postulatus, confessus, vel convictus est apud Iudicem secularem, & inter condemnationem, & pœnam non pro illo crimine, de quo reus postulatus fuit, sed pro eo novo, quod committit.

17 In text. ibi, *In jure confessi, seu legitima probatione convicti*, &c. Ergo sponte in judicio confessus crimen punitur eadem pœna, qua is, qui de eadem ex probationibus convictus condemnatur, ut notant Abb. *num.* 8. Deci. *num.* 5. post alios *hic*: idem intendit *cap. nos in quemquam* 2. *q.* 1. *cap. cùm olim, de rerum permut. l. qui sententiam*, ibi, *aut sua*
18 *confessione*, &c. *C. de pœnis.* Et quamvis sponte confessum mitiùs puniri quàm si negans convinceretur, per *cap. non dicatis* 12. *q.* 1. *& c. ult. de furtis, & l.* 1. *C. ne tutor, vel curat.* tenere videantur *glos.* 1. *in cap. ult.* 24. *dist. & in sum.* 15. *q. ult. gloss.* 3. *in cap. de hoc* 11. *de simon.* ubi Anan. & Felin. *num.* 5. communis ex Simanch. *de Cathol. cap.* 55. *num.* 34. Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 60. Tiraq. *de pœnis temper. cap.* 30. *num.* 1. id nihilominus non procedit in aliquibus casibus, veluti si certa pœna ipso jure præscripta sit, vel confessus non sponte in principio, sed postea in progressu litis, metu probationum confiteatur, & in quibusdam aliis, de quibus vide Tiraq. *citato loco*, in praxi tamen non solent Iudices mitiùs punire confessum, quàm convictum, ut post Alberic. tradit Clar. *ubi suprà.*

Ex eisdem verbis colligitur sufficere confessionem in judicio legitimè factam, ut quis de crimine, quod constat esse commissum, à Iudice competenti condemnari, & puniri valeat, secundùm omnes *hic*: idem probat *cap. vestra, & cap. ult. de cohabit. cleric. l. si confessus* 5. *ff. de custodia reorum*, cum multis aliis, prosequuntur latè explicantes Deci. *à num.* 3. Felin. & Bero. *hic*, Anton. Gomez *tom.* 3. *de delict. cap.* 12. *à num.* 3. Bernard. *in pract. cap.* 127. referens nonnulla specialia, in quibus hujusmodi clericorum confessiones differant ab aliis, quamvis ea non satis jure probet Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 55. *& q.* 65. Mascard. *de probat. concl.* 344. *&* 348. *à princ.* itaut sufficiat confessio unica, etiamsi ratificata non sit, secundùm communem ex Gom. *d. num.* 3. & Clar. *d. q.* 65. *num.* 2. contra *gloss.* 1. *in l.* 1. *ff. de custodia reorum*, cujus sententia in confessione spontanea, & legitima, quæ fit absque tormentis, communiter reprobatur ex Salic. & aliis, quos referunt Clar. *d. num.* 2. & Anton. Gom. *ubi suprà*, respondens textui *in d. l.* 2. Adde reum confitentem non esse statim condemnandum post confessionem, sed adhuc illi præfigendum esse terminum, intra quem se defendere, & quicquid velit, etiam contra confessionem obligare possit, ut intendit *d. l. si confessus*, & ex communi testatur sic ubique servari Clar. *d. num.* 2. Gom. *d. num.* 3. *in fine*, & notat Clar. *d. loco, n.* 1. 19 20

§. De adulteriis.

AD *num.* 10. *in fine.* Quoad potestatem dispensandi Episcopis, & similibus competentem in his, quæ per Canones, & jus commune statuta, aut prohibita sunt, & præsertim in criminibus, quæ & qualis regula sit constituenda, affirmitiváne, an negativa? Quidam affirmativam constituunt, secundum quam possunt Episcopi dispensare in omnibus casibus, nisi in jure speciatim prohibeantur, itaut in hac materia edictum sit prohibitorium quorundam casuum, & 21

& illis exceptis liceat in omnibus aliis dispensare. Ita Gloss. *in sum. in fine, & gloss. 1. in cap. miror, 50. dist. gloss. pen. vers. de dispensatione, in cap. requiritis, 1. q. 7.* Gloss. *verb. non retinuit, in cap. nuper, 29. & verb. interdicto, in cap. cùm illorum, 34. de sent. excom.* Alii negativam regulam constituunt, imò quod Episcopi dispensare nequeant, nisi in casibus in quibus dispensandi facultas eisdem concessa reperitur, itaut edictum in proposito permissorium sit quorundam casuum, ac subinde in omnibus aliis negativuum. Ita nonnulli antiquiores, quorum meminere *d. gloss. 1. & 3. in præsenti,* Selv. *de benef. p. 4. q. 7.* Rebuff. *in praxi, tit. de dispensat. ad plura, num. 27.* Cov. *in cap. alma mater, p. 1. §. 7. n. 8.*

12 Sed ut certa ab incertis separemus, advertendum est, nullam in hac materia esse controversiam quoad eos casus, in quibus specialiter jure denegatur Episcopis, & similibus dispensandi facultas, velut quia jus prohibet ne illi dispensent, vel dispensandi potestatem reservat Pontifici Maximo, vel Apost. Sedi, ut *in cap. ult. de filiis Presbyt. & in cap. quod translationem,* ubi Gloss. *de officio Legati, & in cap. pen. de simon. & in cap. de multa, in fine, de præbend. & in cap. 1. vers. scituras, de re judic. in 6.* & in multis aliis relatis per Pelag. *de planctu Eccles. lib. 1. cap. 50. col. 2. vers. prohibetur, cum seqq.* & per Bertach. *de Episcopo, lib. 4. p. 2. à n. 144.* Sic similiter per contrarium nulla est controversia, ubi jus specialiter concedit Episcopis, aut similibus dispensandi facultatem, ut *in cap. sanè 4. de cleric. conjug. & in cap. pen. de elect. d. cap. cùm ex eo, cap. 1. de ætate, & qualitate, lib. 6.* Pelag. *d. cap. 50. à princ.* Bertach. *d. loco, n. 107. cum seqq.* ubi enumerat casus 172.

13 Deinde advertere oportet hanc specialem dispensandi potestatem aliquando concedi Episcopis expressè, ut in dictis Capitulis, aliquando verò tacitè, & implicitè, seu virtualiter, veluti cùm jus absolutè dicit dispensandum fore, dispensari posse, & ita agit de dispensatione, non tamen exprimit, aut declarat per quem concedenda sit, nec ea in re de Episcopis, aut similibus mentionem facit, quia tunc eo ipso quod non negat, censetur illis tacitè, & virtualiter dispensandi potestatem concedere, *cap. pen.* juncta *gloss. ult.* & communi, *de pen. cap. postulastis 7.* ubi *gloss. 3.* & DD. *de clerico excom.* resolvunt Innoc. & alii, ut per Abb. *n. 5. & 6.* Dec. *n. 7.* Felin. *n. 1. in princ hìc,* omnes *in cap. nuper, de sentent. excom.* communis ex Cov. *d. num. 8.* & satis deducitur ex *d. c. nuper, vers. in secundo,* ibi, *non retinuit,* &c. & ibi, *eo ipso videtur,* &c. & quia sic mentio dispensationis aliquid operatur, quæ aliter si de summo Pont. intelligatur, de quo dubitari non poterat, otiosa videtur: nec destruit prædictam resolutionem *cap. 1. de ætate, in 6. & d. c. cùm ex eo,* in quibus habetur dispensari posse, & adjicitur per Episcopum, quia illa adjectio superflua non fuit eo quòd, ut ex verbis constat, per ea jura conceditur illis nova dispensandi potestas, quæ antea denegabatur. Sic similiter ex verosimili intentione legislatoris, & benigna juris interpretatione censetur etiam tacitè, & virtualiter concessa Episcopis potestas dispensandi contra Canones & illorum prohibitionem in nonnullis casibus, in quibus vel propter materiæ levitatem, aut illorum frequentiam grave scandalum, urgens animarum periculum, eminentem necessitatem, seu difficultatem maximam adeundi Romanum Pontificem, aut alium legitimum superiorem, ad quem sine illa non patet aditus, par credere est auctorem Canonis per generalem prohitionem noluisse, præsertim in foro conscientiæ, dispensandi facultatem concedere, & saltem ex epikeia sic interpretari debemus, arg. *reg. in generali, de regul. juris lib. 6. & cap. quia circa,* juxta aliquorum intellectum, *de consang.* resolvunt S. Thom. 1. 2. *q. 96. art. 4.* Sot. *lib. 1. de Iustit. q. 7. art. 3. vers. at si,* post alios Henriq. *in sum. lib. 10. de sacram. Ordinis, c. 35. num. 3. & lib. 12. de matrim. impediment. cap. 3. num. 1. & 2.* post Sylvest. Nav. *in man. cap. 22. num. 85.*

Ad *num. 11.* Et vulgò citatur ad hoc quod pro eodem delicto non debet quis puniri duplici pœna, ut notant *gloss. pen.* & DD. communiter *hìc,* & in locis similibus citatis ab eadem glos. omnes per text. *ibi, in l. pen. §. ult. ff. nautæ, caupones,* tradunt Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 18. n. 9.* post alios Marant. *de ordine judic. p. 4. dist. 1. à num. 12.* Gregor. Lop. per tex. *ibi, in l. 12. tit. 1. part. 7.* consonat illud *Naum 1. Deus non judicat bis in idipsum,* vel, ut alii legunt, *non insurget duplex tribulatio,* refertur *in c. quæsitum, in fine, 13. q. 2. & in cap. sceleratum, de pœnit. dist. 3.* explicat S. Thom. *p. 3. q. 59. art. 5. ad 2.* Intellige ubi altera pœna sufficit, & delictum per eam sufficienter punitum remanet; aliter enim possunt plures pœnæ pro eodem infligi, quia omnes, quantumvis inter se diversæ, constituunt unam sufficientem & adæquatam, nec dicitur reus duplici pœna puniri, secundùm eandem glos. per multa jura, quæ citat glos. *in d. cap. sceleratior, in verb. bis,* post alios Felin. *in cap. quod olim, in fine, de Iudæ.* Marant. *ubi suprà, num. 13.* 14

SVM

SVMMARIVM.

1 *Feudi dominus est Iudex competens ubi super illud vertitur lis inter vassallos, nec alius judex adiri potest.*

2 *Iurisdictio in feudali causa domino feudi relinquenda, etiamsi contra personas ecclesiasticas agatur.*

3 *Dominus qui feudum concessit inter vassallos de feudo contendentes, jurisdictionem habet.*

Cap. Cæterùm V.

1 POst *n.* 1. Probat hìc text. dominum feudi esse Iudicem competentem, ubi super illo vertitur lis inter vassallos, nec alium Iudicem adiri posse, quandiu dominus agnoscere vult, & vassallus apud eundem respondere non refugit, ut notant glos. & omnes *hic*, idem probat *cap. novit, vers. non enim*, ubi glos & communis, *inf. hoc tit. c. ex transmissa, & c. verum, de foro comp. c. imperialem, ad fin. vers. præterea, de prohib. feudi alien. per Feder.* ultra citatos *in collect.* tradunt Boër. *decis.* 114. Duen. *reg.* 321. Zaz. *in tract. de feudo, part.* 11. *n.* 4. Ioan. Paul. Belzaran. *eod. tract. tit.* 18. Ioan. Andr. de Georg. *in repet. feudali, p.* 1. *c.* 1. *cum seqq.* Marta *de Iurisd. p.* 4. *casu* 16.
2 Everard. *cons.* 27. *vol.* 1. Garc. Mastrill. *de magistrat. lib.* 4. *c.* 6. Solorzan. *de jure Indiarum, tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 23. *n.* 172. *cum seqq.* ubi dicit cognitionem, & jurisdictionem feudi domino regulariter relinquendam, etiamsi contra ecclesiasticas personas agatur, & quemlibet ab altero feudum recognoscentem, etiamsi sit summus Pontifex, Imperator, Rex, vel alius Princeps, super feudalibus controversiis debere judicari à directo domi-
3 no feudi, & citat Henric. Rosenth. *de feudis cap.* 12. *concl.* 1. *num.* 10. ubi plures allegat *lit. K*, & Mart. *d. p.* 1. *casu* 89. *n.* 5. *cum seqq.* licèt enim dominus, qui feudum concessit, aliàs Iudex non sit, nec aliam habeat jurisdictionem ordinariam, vel delegatam, tamen inter vassallos de feudo contendentes per leges, & consuetudines feudorum, juxta *d. verb. præterea*, cum aliis, jurisdictionem habet, ac subinde licèt specialem, ordinariam, & privativam ad quemcumque alium ordinario jure competentem, ex Abb. *à n.* 3. *&* 7. & aliis *hic*, ut per Felin. *à n.* 1. Dec. *n.* 2. *cum seq.* & post Curt. communem dicit Clar. *in §. feudum, q.* 90 *n.* 6. *gloss.* 3. *in c.* 1. *de investitura in maritum.* Vide novissimè Thom. Delbene *de Parlam. sive de immun. eccles. dubit.* 4. *sect.* 2. *subsect.* 2. *pag.* 181. & alios plures citatos *in addit. ad cap. ex transmissa* 6. *de foro comp.*

SVMMARIVM.

1 *Actionum usus an sublatus de jure Canonico?*

2 *Subtilitas necessaria, vel utilis ad veritatem indagandam, non reprobatur in hoc textu, sed vana, & inutilis.*

3 *Actionis nomen & qualitatem, quam intentat, nemo tenetur in judicio exprimere, etiam de jure civili.*

4 L. 1. in princ. ff. de edendo, & l. edita, C. eod. *intelliguntur.*

5 Glos. ult. in fine, in hoc cap. *declaratur.*

Cap. Dilecti VI.

POst *num.* 1. In text. ibi, *cujusmodi actio tentetur.* Quamvis Anton. *in princ.* & 1
Sicul. *num.* 27. *& in addit. ad* Abb. *num.* 1. *lit. D, in præsenti*, existimaverint, per hunc text. actiones jure Civili institutas & necessarias non habere locum in jure & foro Canonico, & eo inspecto sublatum esse usum actionum. Nihilominus contrarium verius est, quia *in cap.* 1. *de mutuis petit. & in cap. cùm ad sedem, de restit. spoliat.* requiritur, & attenditur actio, & *in c. examinata, inf. hoc tit.* absolvitur reus, eo quòd competens actio intentata non fuit: tum etiam, quia juxta reg. *sc.* 1. *de novi oper. nunciat.* differentia inter utrumque jus non constituitur sine lege, quæ in hac materia non reperitur, præsertim quia ubi Pontifices recedunt à jure Civili, & ejus rigore, solent id ipsum exprimere, vel saltem significare, *c. sæpè, de restit. spoliat. c. litteras, de juram cal.* id quod non facit is text. cujus verba ibi, *sicut à multis*, &c. non possunt referri ad jus civile, quod supposita opinione, & intellectu Antonii ante hunc text. ab omnibus observabatur; sed ad pravum intellectum, & opinionem multorum, qui nimis subtiliter inquirebant, cujusmodi actio intentabatur, & ita contra Anton. advertunt Abb. Dec. Felin. & alii communiter *hic in princ.* idem Abb. *num.* 1. *in d. cap. examinata*, Valasc. *de jure emphyt. p.* 1. *n.* 10. & passim alii: nec oppositum probat is text. quia non prohibet consuetudinem subtiliter inquirendi, utrùm actio intentetur, sed ne inquiratur cujusmodi, id est qualis, & cujus nominis actio sit intentata, quod est longè diversum, & jure etiam Civili procedit.

Ad *num.* 3. *in fine.* Advertas quod non 2
reprobat is textus subtilitatem necessariam, vel utilem ad veritatem indagandam, de qua *in c. in causis, de re judic. & in cap. capellanus, de feriis, & in l.* 1. *C. de profess. qui in Vrbe, lib.* 12.

*lib.*12. cum aliis: sed vanam, & inutilem, quæ captiosa est, & otiosa, & multoties veritatem offendit, de qua *in l. ult. in fine, C. de legib. & in l. maximum vitium, in princ. C. de liber. præter. & in l. pen. C. ad Trebell.* cum aliis, intendunt *gloss.*1. Abb. & DD. *hic*, communis, ut per Ludov. Gom. *in rub. de constit. lib.*6. *num.*7. Palat. *in repet. cap. per vestas*, §.34. *n.*3. Tiraq. *de pœnis temper. cap.*2. *n.*22. Rebuff. *ad l.*1. *C. de sentent. quæ pro eo, notab.*8.

3 Ad *n.*4. Pro exornatione conclusionis quod nemo tenetur in judicio exprimere nomen, aut qualitatem actionis, quam intentat, nec Iudicem debere ipsum investigare, sed sat esse factum, & rei veritatem ita proponere, ut ex propositione appareat, quænam actio competat, ultra citatos *in collect.* ita notant glos. *verb. nam de jure, in fine, in cap. quo jure,* 8. *dist.* Abb. *not.*1. *& n.*15. Dec. *n.*1. Felin. & DD. communiter *in præsenti, & in d. c. examinata,* Iaf. Curt. & omnes *in l. edita, C. de edendo, l. Castellæ* 440. *tit.*2. *part.*3. *& l.*4. *tit.*2. *lib.*4. *Recop.* Oliban. *de actionib. lib.*1. *cap.*4. Azeved. *l.*1. *num.*6. *tit.*2. *lib.*4. *Recop.* Gail. *lib.*1. *observ.*61. *n.*1. Sigism. Scacc. *de judic. lib.*1. *cap.*50. *à n.*20. Ioan. de Montealegre *in praxi Civili, lib.*2. *cap.*11. *à num.*43. Cardos. *in praxi Iudicum, & advocat. verb. actio* 12. Balboa *in cap.*1. *de libelli oblat. num.*126. ubi dicit sic in omni foro servari: ac proinde procedere etiam jure Civili, observant Abb. *d. n.*15. testatus hanc esse communem etiam Legislatorum sententiam, Dec. *d. num.*11. Iaf. Curt. & noviores *in d. l. edita*, & ex aliis Valasc. *de jure emphyt. q.*6. *num.* 9. Azeved. *d. loco*; nullibi enim in jure Civili reperitur oppositum ejus, quod constituit text. *in præ-*
4 *senti*, vel quod agens teneatur exprimere actionem, vel nomen actionis; nec obstat *l.*1. *in princ. ff. de edendo, l. edita, C. eod.* cum similibus, quæ requirere videntur actionem in judicio proponendam, & mentionem faciunt de actione edita, aut proposita, & reg. *l. si pupilli* 6. §. *ult.* ibi, *nullam actionem, ff. de negot. gestis,* quam expendit *glos.*2. *in præsenti*; quia ex mente Abb. *d. num.*15. *& num.*17. *in fine*, & post alios Dec. *d. n.*11. *in fine*, & ex mente omnium *hic*, *& in d. l. edita*, respondetur illic, sicut & passim alibi, per actionem intelligi petitionem, seu conclusionem agentis, vel causam & jus prosequendi in judicio id, quod agenti debetur, iuxta *princip. Instit. de actionib.* id quod ex vera facti narratione, & causa proposita satis haberi potest, quamvis nulla specialis actio, aut eius nomen exprimatur, & ad eundem modum intelliguntur *cap.*1. *de mut. petit. & d. cap. examinatâ*; cum aliis citatis per *d. glos.*2. *hic.* Sic etiam procedit *gloss. ult. in fine*, ibi, 5
per competentes actiones, in princ. Instit. de obligat. recepta communiter *ibi*, & alibi, ut per Marant. *de ordine judic.*3. *part.*6. *num.*67. & per Pinel. *in l.*2. *Cod. de rescind. vend. part.*3. *cap.*3. *n.*23. Quæ tamen principalis resolutio limitatur, ut non procedat ubi alicui in eodem casu, & ad eundem effectum competunt plures actiones; quia tunc ut appareat quæ intenditur, necessariò tenetur agens illam, & eius nomen exprimere, arg. *l. si duo* 93. *in princ.* ubi Bart. & alii, *ff. de solut. l. quod in hæredem* 9. §. 1. *ff. de tributor.* ita post Bald. & alios limitat Felin. *in fine*, Dec. *num.*12. *vers.*2. *hic*, idem Dec. *num.*3. *in d. l. edita*, additio ad Mathes. *sing.* 9. *num.*8.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus stare non potest in judicio, nisi tanquam reus.*
2 Text. in præsenti *declaratur.*
3 Text. *iste procedit in actore voluntario.*
4 *Actor invitus, quamvis excommunicatus, in judicio admittendus.*
5 *Legis* Diffamari, C. de ingen. *remedium intentari potest contra excommunicatum infamantem.*
6 *Excommunicatus actor admittitur in omnibus illis casibus, in quibus limitatur tit. ille C. ut nemo invitus agere.*
7 *Excommunicatus, nisi sit nominatim denuntiatus, à judicii limine non expellitur.*
8 Extravag. ad evitanda scandala, *intelligitur.*

Cap. Intelleximus VII.

1 Ad *num.*2. Pro exornatione conclusionis quod excommunicatus stare non potest in judicio, nisi tanquam reus, ultra citatos vide Perez *l.*1. *tit.*8. *lib.*3. *Ordin.* addit. ad Bonacurt. *in pract. tit. quibus modis suo nomine, n.*17. *verb. excommunicatus*, Suar. de Paz *in pract. p.*1. *tom.*1. *temp.*5. *à num.*40. Ægid. de Coninck *disp.* 14. *de excommun. dub.*11. *&* 12. Farin. *in praxi crimin. part.*1. *quæst.*12. *numer.* 26. *cum sequent.* Villalob. *in sum. part.*1. *tractat.* 17. *diffic.* 14. *num.*4. Sigism. Scacc. *de sentent. & re judic. gloss.* 10. *à numer.* 15. *& gloss.* 11. *à num* 8.

cùm Pontifex hic generaliter, & indistinctè fuerit interrogatus, an excommunicatus in judicio stare possit, quæ generalia verba comprehendunt omnes & singulos standi modos: & huic quæstioni respondens dicit illum posse conveniri, idest, tanquam reum, & ita certo tantùm modo stare posse, apertè docet; aliter non posse, & negat omnem alium standi modum, sive ut auctor, sive ut Iudex, testis, Notarius, Advocatus, Procurator, aut minister alius judicialis; juxta *cap. decernimus, de sent. excom. in 6.* cum aliis, juncta regula *l. cùm lex 22. ff. de legib.* cum traditis per *glos. ult. vers. item nota, in l. maritus 21. C. de procurator.* & ita advertunt DD. communiter *hic*: unde licèt text. speciatim nihil exprimat de actore, meritò ex eo colligunt DD. excommunicatum majori, de quo dubitabatur, non posse agere, & velut actorem consistere in judicio, ut notant omnes *hic, & in cap. exceptionem, de excep. & in cap. 1. eod. tit. in 6. & in d. cap. decernimus.* Et juvat ratio, siquidem excommunicatus majori repellitur à Fidelium communione, tum propter periculum, tum etiam ut sic repulsus rubore confundatur, & resipiscens Ecclesiam audiat, & convertatur, *d. cap. 1. in princ.* sed agens in judicio communicat cum Fidelibus, scilicet reo, Iudice, Notario, testibus, & multis aliis, qui in judicio interveniunt, *cap. forus, de verb. signif.* ergo repellitur à judicio, & à fortiori, & multò magis ab eo repelli debet, in quo publicè, in loco publico, & cum personis publicis, & publica auctoritate fungentibus communicat agens, qui etiam cum privatis occultè, & in privato loco prohibetur communicare.

3 Intellige procedere in actore voluntario, qui in judicio agit, & alium convenit volens, & sponte sua, prout regulare est, & frequentius, juxta dictum *tit. C. ut nemo invitus agere*, siquidem in tali actore procedunt text. *in præsenti, & in d. cap. decernimus, & in d. cap. 1. de except. in 6.* cum similibus, quibus habetur, excommunicatum in judicio agere non posse, & ita regula locum non habet in eo, qui cogitur agere invitus; is enim excommunicatus admittitur, quia quemadmodum reus voluntarius ma-
4 gis dicitur actor, ac subinde excommunicatus repellitur: sic per contrarium actor invitus, quia magis censetur reus necessarius, admittendus est, ut intendunt *glos. ult.* per eundem textum, ubi Anton. & alii *in cap. significavit, de officio Ordin.* post alios Deci. *numero* 13. & Felin. *num. 7. vers. quarta hic*, addit. *ad Bonacurt. dicto num. 17. verb. excommunicatus, vers. tertiò restringe*, communis ex Peregrin. *de jure fisci, lib. 3. tit. 11. num. 18.* & aliis citatis à Duen. *reg.* 268. Sic sanè remedium *l. diffamari, Cod. de ingen.* intentari potest 5
contra excommunicatum infamantem, quia licèt infamans quoad forum, & alios effectus dicatur actor, Abb. *num. 2. in cap. si quis contra, de foro compet.* communis ex Covar. *lib. 1. variar. cap. 18. num. 5. ad fin.* Cacheran. *Pedem. decis.* 151. *num.* 4. necessarius tamen est, & invitus agere cogitur, & propterea perinde est ac si reus foret, & excommunicatus admittitur, ex Host. & Innoc. quos sequitur Socin. *reg.* 175. *incip. Excommunicatus regulariter, limit.* 1. communis, ut per Dec. *d. num.* 13. Ronchegal. *in rub. de duobus reis, n.* 32. declarando ut per Paris. post alios *in d. cap. exceptionem, num.* 61. Sic simi- 6
liter admittetur excommunicatus actor in omnibus illis casibus, in quibus limitatur titulus ille Cod. *ut nemo invitus agere*, ut per Gloss. & DD. *ibi*, & per Boër. *decis.* 255. *à num.* 2. quia in illis omnibus agit quis, vel accusat invitus. Sic tandem si excommunicatus in judicio egerit, & per exceptionem non fuerit repulsus, si postea desistere velit, per adversarium invitus actionem prosequi cogendus est, juxta textum *in Authent. qui semel, Cod. quomodo & quando judex*; quia cùm eo casu invitus agere cogatur, non attenditur, nec obstat excommunicatio, ex Innocent. *in d. cap. exceptionem*, Abb. & alii *hic*, & alibi, ut per Dec. *d. n.* 13. Felin. *d. num. 7. vers. secunda*, Peregr. *d. n.* 18. communis ex Alciat. *hic, num.* 38. cum quibus declarabis, licèt contrarium intendat Abb. *in d. cap. exceptionem, in fin.* quem sequuntur alii ex Paris. *ibi, num.* 61. cujus fundamentis respondet Nat. ut per Ronchegal. *d. loco.*

Intellige etiam, seu potiùs limita prædictam regulam, & desumptam ex hoc 7
textu conclusionem hodie non procedere, nisi postquam excommunicatus fuerit nominatim denuntiatus, juxta *Extravagant. Ad evitanda scandala*, editam à Martino V. vel à Concilio Constantiensi, per quam juxta litteram veram & authenticam, & praxi receptam, excepto notorio percussore clerici, non tenemur illum excommunicatum vitare in humanis, aut etiam divinis, judicialibus, vel extrajudicialibus, antequam ille nominatim denuntiatus sit, ut constat ex vero tenore *dictæ Extravag.* de qua post alios Covar. *in cap. alma mater, part. 1. §. 2. num.* 7. Navar. *in man.*

*man. c.*27. *n.* 25. latè Gutier. *canonic. lib.* 1. *cap.*1. *à princ.* & præcipuè *à n.*7. Henriq. *in sum. lib.* 13. *de excommunic. cap.* 5. *à princ.* & ita quod regula prædicta non procedat, & exceptio excommunicationis hodie non repellat agentem excommunicatum, nisi postquam nominatim fuerit denuntiatus, securè tradit Perez *ad l.*1. *tit.*8. *lib.* 3. *Ordin. col.*1007. *vers. unum tamen*, & est de mente
8 noviorum. Sed hæc sententia non videtur indistinctè admittenda: tum quia licèt dicta Extravag. concedat Fidelibus facultatem ut possint cum excommunicato non denuntiato nominatim communicare, & ne ante denunciationem ejusmodi, excepto dicto percussore, ullum vitare teneantur, non tamen præcipit cum illo communicare, nec vitare prohibet ante denunciationem, imò utrumque liberum relinquit, juxta *reg. l. non quicquid, ff. hoc tit.* Vnde sicut olim excommunicatus agens in judicio repelli poterat, *d. c.* 1. *de except. in* 6. ita etiam hodie stante dicta Extravag. tum etiam, quia per illam, ut habet littera Concilii Basileensis, quam prædicti referunt, excommunicatus non denuntiatus minimè relevabatur in aliquo, nec favor eidem conceditur, sed aliis, quibus cum eo communicare licet. Planè si excommunicatus agens hodie in judicio vitari, & per exceptionem repelli non potest, jam per dictam Extravag. maximè relevatur, & eidem favor conceditur, quippe qui in judicio omninò agit, & quamvis adversarius, vel Iudex opponat, & velit, non potest illum repellere. Differentia ergo inter jus antiquum & dictam Extravag. quoad propositum attinet, in eo est quod hodie tam Iudex quàm adversarius, si velint, possunt agentem excommunicatum admittere in judicio quandiu nominatim denuntiatus non est, nec admittentes peccant, aut minorem excommunicationem incurrunt; cùm tamen olim, licèt vellent, admittere non possent etiam non denunciatum, *cap. cum non ab homine* 14. *cum seq. vers. secunda, de sent. excomm.* imò peccarent, & minorem excommunicationem incurrerent, juxta quæ explicari debet is text. *& d. c.* 1. *de except. in* 6. cum similibus.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo per quam clerici, maximè in criminalibus causis, trahuntur ad Iudicem secularem, non tenet.*

2 *Consuetudinis inutilitas, quæ præjudicium aliquod Ecclesiis, seu ecclesiasticis personis irrogatur, ponderatur.*

3 *Consuetudo, quæ Ecclesiis manifestum onus & gravamen infert, reprobatur.*

4 *Consuetudo rationabilis, & irrationabilis quomodò dignoscatur?*

5 *Consuetudo contra libertatem Ecclesiæ non valet.*

6 *Consuetudo tollens clericis privilegium, competens est contra libertatem Ecclesiæ.*

7 *Clerici de omni crimine apud suum ecclesiasticum Iudicem conveniendi.*

8 *Consuetudo an & quando valeat, ubi non valet lex.*

9 *Consuetudo non tenet, quæ circa causas civiles Iudices seculares intendunt usurpare jurisdictionem contra clericos.*

10 *Consuetudo etiam immemorialis non potest aliquid operari contra libertatem Ecclesiæ.*

CAP. Clericis VIII.

AD *n.*4. Nota non valere consuetudinem per quam clerici maximè in criminalibus causis trahuntur ad Iudicem secularem, ut per glos. Abb. & alios *hic*, Aufrer. *de potest. secular. reg.* 1. *in princ.* Rip. *n.* 15. *in c.* 1. *sup. hoc tit.* Roland. *cons.*4. *à n.* 12. *lib.*1. Cov. *pract. c.*3. *n.*5. Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 34. *n.*23. Rot. *decis.*14. *de consuet. aliàs* 840. *in antiq.* Addeque de inutilitate consuetudinis qua præjudicium aliquod Ecclesiis, seu ecclesiasticis personis irrogatur, tradunt Azor. *instit. moral. part.*1. *lib.*5. *cap.* 12. *q.* 1. *vers. sed dubitari posset*, Mart. *de jurisdict. part.*4. *cent.* 1. *casu* 63. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.*8. *à n.*3. Bonacin. *de legib. disp.* 1. *q.* 1. *puncto ultim.* §. 3. *n.*37. Carol. de Grassis *de effectib. cleric. effectu* 1. *n.*372. Camil. Borrel. *in sum. decis. p.*1. *tit.* 14. *n.* 143. Cened. *pract. q.*4. *num.* 14. Ratio autem quare consuetudo in proposito reprobetur, est quia non solùm Ecclesiæ manifestum onus, & gravamen infert, juxta *cap.*1. *de consuet.* verùm etiam, quia irrationabilis erat, & inhonesta, dum per eam clerici contra honestatem ad seculare judicium tracti inter seculares distrahebantur, & vexabantur in dedecus, & injuriam totius Ordinis clericalis, cui ejusmodi privilegium & exemptio à seculari foro jure competit, *cap. si diligenti, ad fin. de foro comp.* & sic succedit *reg. d. c. ult. in fine*, ibi, *nisi fuerit rationabilis*, &c. *c. mala, cum seqq.* 8. *dist.* junctis his quæ ad dignoscendam rationabilem, vel irrationabilem consuetudinem, ultra glos. & DD. *in c. ult.* tradunt glos. *verb. rationabilia*, & DD. *ibi, in cap.* 1. *de constitut.*

in 6. latè Menoch. *de arbitr. caſu* 82. Hojed. *de incompat. benef. part.* 2. *cap.* 11. *à num.*7.
5 Et tandem & potiſſimùm, quia certum eſt non valere conſuetudinem contra libertatem eccleſiaſticam, *Auth. caſſa*, *C. de ſacroſ. Eccleſ. cap. gravem*, *de ſentent. excom. cap. ult. de rebus Eccleſ.* poſt Roch. Duen. *reg.* 143. Perez *ad l.* 2. *tit.* 3. *lib.*1. *Ordin.*
6 Nav. *in man. cap.*27. *num.* 119. *cum ſeqq.* At conſuetudo, de qua hìc, eſt contraria libertati eccleſiaſticæ, quia tollit clericis privilegium ab Imperatoribus, & ſummis Pontif. generaliter conceſſum, ne in cauſa criminali, aut civili trahantur ad judicium ſeculare, ut *in d. cap. ſi diligenti*, cum ſimilibus, & probat hic text. ibi, *ſacros Canones, in quibus generaliter traditur*, &c. & ita hanc ultimam rationem apertè reddit gloſ. quam ſequuntur Abb. *num.* 6. & alii *in præſenti*, & ſatis conſonat is text. ibi, *non debet*, & ibi, *in hac parte*, ſignificans conſuetudinem in hoc non debere admitti, utpote quia contra debitam rationem, & honeſtatem, & contra libertatem per ſacros Canones conceſſam Eccleſiæ, & Eccleſiaſticis perſonis, quam & Imperatores approbant.

7 Vnde pendet ſolutio ad difficultatem quæ occurrit ex principio hujus text. dum Pontifex hujuſmodi conſuetudinem rejicit, ex eo quod ſacri Canones, quos & leges imitantur, apertè dicunt de omni crimine clericos apud ſuum eccleſiaſticum Iudicem tantummodò conveniendos eſſe: videbatur enim hæc ratio & fundamentum Pontificis magis ſuadere contrarium, ſcilicet admittendam eſſe conſuetudinem, quippe quæ admittitur, & valet contra jus humanum, tam ex ſacris Canonibus, quàm ex Imperatorum legibus reſultans, *d. c. ult. in fine, de conſuet. l. de quibus*, ubi communis, *ff. de legib.* cui difficultati reſpondent in effectu, Abb. *n.*4. Anch. Dec. *n.*14. & DD. communiter *hic*, Pontificem arguere de lege ad conſuetudinem negativè, quaſi dicat, ſi ex Imperatoris teſtimonio lex Civilis ſcripta non prævalet in hoc caſu, utique nec etiam prævalere debet conſuetudo, quæ eſt lex non ſcripta, §. *ex non ſcripto*,
8 *Inſtit. de jure natur.* Sed hæc reſponſio non caret dubio, quia ſecundùm illam non bene concludit, nec argumentatur Pontifex, quia conſtat multoties valere conſuetudinem, ubi non valet lex, aut conſtitutio ſcripta, & patet, ſiquidem conſuetudo contra Canones, & leges juris communis valet, *d. cap. ult.* tamen non valet lex Civilis, aut conſtitutio aliqua inferioris, contra ejuſmodi Canones, *d. cap. ult. de rebus eccleſ. cap. quod ſuper his*, *in fine*, *de major.* Cui dubio non ſatisfacit Abb. *d. num.*4. *verſ. nec obſtat.* Sed retenta prædicta ratione dicendum videtur Pontificem hic non arguere de lege ad conſuetudinem, ſed de injuſtitia, ſeu malitia, & qualitate legis ad injuſtitiam, malitiam, & qualitatem conſuetudinis, quaſi dicat cùm ex Imperatoris ſententia lex Civilis, quæ imitatur ſacros Canones, in quibus habetur quod clerici de omni crimine apud eccleſiaſticum tantummodo conveniantur, injuſta, irrationabilis, & contra libertatem eccleſiaſticam cenſeri debet conſuetudo, & conſequenter non debet ex illa Canonibus in hac parte præjudicium aliquod generari.

Amplia notabile, ſive concluſionem, in 9
princ. hujus text. adductam ex identitate rationis procedere non ſolùm in cauſis criminalibus, de quibus ſpecialiter loquitur hic text. ſed etiam in civilibus, itaut non teneat conſuetudo qua circa illas Iudices ſeculares intendunt uſurpare juriſdictionem contra clericos, ita ultra *gloſ. fin. in præſenti*, tenent *hic* Abb. *n.*6. & Dec. *n.*14. Greg. Lop. *l.*10. *tit.*9. *part.*1. Aufrer. *in Clem.*1. *de officio Ordin. reg.*2. *q.*3. *princ. n.*16. Carol. de Graſſis *d. effectu* 1. *n.*387.

Amplia etiam eandem concluſionem 10
locum habere, licèt conſuetudo eſſet immemorialis, & tanti temporis quod de ejus initio memoria in contrarium non extaret: ea enim nec cum hac qualitate poteſt aliquid operari contra eccleſiaſticam libertatem, ut reſolvunt Selv. *de benefic. p.*2. *q.*23. Cov. *lib.*1. *var c.*10. *n.*14. *& pract. c.*31. *n.*5. Decian. *in tract. crimin. tom.*1. *lib.*4. *c.*9. *à n.*10. Farin. *d. q.*8. *n.*3. D. Garc. Maſtrill. *de magiſt. lib.*2. *c.*6. *n.*114. Carol. de Graſſ. *d. effectu* 1. *n.*375. Marta *d. caſu* 64. *n.*6. Cald. Pereira *de manu Regia*, *p.*1. *c.*5. *n.*1.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex officio poteſt & debet providere ut in judicio interveniant omnes ſolemnitates, & requiſita neceſſaria.*
2 *Monachi comparere non valent in judicio abſque ſui Prælati licentia, vel mandato.*
3 *Iudex ex officio poteſt videre de viribus mandati, & Procuratorem ſine illo agentem repellere.*
4 *Inſtrumentum mandati procuratorii non probatur ex eo quod tabellio atteſtetur coram ipſo fuiſſe confectum.*

CAP.

Cap. Causam quæ IX.

1 POst *num.*1. Notant DD. communiter ex hoc textu, Iudicem ex officio posse, & debere providere, ut in judicio interveniant omnes solemnitates, & requisita, quibus, vel aliquo deficientibus processus, & judicium corruit, vel redditur illusorium, itaut lis iterum agitari jam per sententiam extincta, aut sopita suscitari valeat, cujusmodi erat consensus, & auctoritas superioris, de qua *hic*, & ita notant omnes *in præsenti*, glos. *verf. absentia, in fin.* ubi DD. *in cap.* 1. *de elect. lib.* 6. Padil. *n.*5. *in l. age*, *& in l. ubi pactum*, *n.*11.
2 *cum seq. C. de transact.* Duen. *reg.*264. *verf. & circa, cum seqq.* post alios quos citant: & hinc est quod Monachi cōparere non valent in judicio absque sui Prælati licentia, vel mandato, & quod aliàs judicium reddatur nullum, probat *l. Castellæ* 2. *tit.*5. *part.*3. ubi Greg. *verb. el Cabildo*, *& verb. con otorgamiento*, Mascard. *de probat. concl.* 106. *num.* 3. *&* 61. Suar. de Paz *in pract. tom.*1. *annot.*4. *de procurat. n.*34. Card. Tusch. *pract. concl. tom.*6. *lit. P*, *concl.*816. *n.*3. Bobadil. *in politica*, *lib.*3. *c.*14. *ex n.*16. Fachin. *controv. lib.*8. *c.*61. Monterroso *in pract. tract.*3. *c.*121. Cardos. *in praxi Iudicum*, *verb. Regulares*, *n.*37. *& verb. procurator*, *n.*6. Pichard. *in manuduct. ad prax. p.*1. *prac.*1. *per totum.*

3 Sic similiter ex hoc textu tam in decisione quàm in ratione *ibi*, *ne si fratres*, &c. comprobatur maximè sententia glos. *d. verb. absentia*, *in fin.* quatenus resolvit Iudicem ex officio, nemine petente, posse videre de viribus mandati, & Procuratorem sine illo agentem repellere, vel si dubium fuerit, compellere, ut de rato caveat: sequuntur glos. Anch. Franc. & alii *ibi*, Abb. *n.* 3. Sicul. *à n.*22. Deci. *num.*2. & multi *hic*, communis ex citatis à Padil. *ubi suprà*, *n.*12. & à Duen. *d. verf. & circa*: probant Cacher. *Pedem. decis.*1. *num.*35. Vanti. *de nullit. tit. quis possit dicere*, *num.*45. Suar. de Paz *d. annot.* 4. *de procurat. num.*8. ubi dicit jam in hoc nullam posse esse controversiam in forensibus judiciis, maximè attento Iure Regni, de quo *in l.*55. *tit.*1. *lib.*3. *& l.*3. *tit.*2. *lib.*4. *Recop.* quas ad id etiam expendit Cardos. *d. verb. procurator*,
4 *n.*6. Et non sufficit quod tabellio attestetur coram ipso fuisse confectum mandati Procuratorii instrumentum, nisi illud integrum, & authenticum in judicio producatur, ex adductis per Suar. de Paz *d. annot.*4. *num.*15. Aviles *ad c.*15. *Prætor. n.*23. Cardos. *d. verb. procurator*, *n.*7.

SUMMARIUM.

1 *Incorrigibilis quis dicatur?*
2 *Incorrectus, & incorrigibilis an differant?*
3 *Incorrigibilis verè & propriè quis dicatur?*
4 *Constitutio agens de incorrigibi, intelligenda est de illo, qui absolutè, simpliciter, & juxta proprietatem verbi talis dicitur.*
5 *Anathema saltem ex usu Ecclesiæ importat excommunicationem majorem.*
6 *Anathema passim excommnicationem solemnem cum quibusdam maledictis & imprecationibus, seu execrationibus, quæ publicè & solemniter fiunt, importat.*
7 *Ecclesia quando dicatur non habere ultrà quid faciat? ostenditur.*
8 *Clericus ab ecclesiastico judice juxta formam hujus text.* in cap. cùm non ab homine, *primò depositus, deinde excommunicatus, & denique anathematizatus, dicitur incorrigibilis.*
9 *Incorrigibilis delinquens, absque ulla traditione, vel degradatione dimittitur ut à seculari potestate comprimatur.*
10 *Clericus incorrigibilis quomodo dicatur tradi Curiæ seculari?*
11 *Deprehensus in crimine quando absque ulla convictione condemnari, & puniri valeat?*
12 *Clericus deliquens an possit à laicis absque mandato ecclesiastici, superioris comprehendi, capi, seu detineri saltem per spatium viginti horarum.*
13 *Clericus debitor fugiens potest capi à laico creditore, ut ad ecclesiasticum Iudicem trahatur.*

Cap. Cùm non ab homine.

AD *num.*7. *in fine.* Pro totius incorrigibilitatis materiæ cognitione sciendum est, incorrigibilem non ex eo dici quod absolutè non possit corrigi, & emendari si velit, sic enim non peccaret, nec damnaretur incorrigibilis, imò excusaretur, dum non corrigitur, cùm ad impossibile nemo obligetur, ex *reg. nemo potest*, *de regul. Iuris lib.*6. sed quia licèt possit corrigi, non vult, ut eleganter probat Castr. *de justa hæret. punit. cap.*1. *in princip.* quamvis propter maximam repugnantiam & difficultatem, quæ est ex parte illius, qui in peccatis persistens non corrigitur, quodammodo dicatur non posse corrigi, quemadmodum impossible dicitur etiā id, quod nimis difficile est, *l.*4. §.1. 1

in princ. ff. de statuliber. l. apud Iulianum 40. *aliàs Idem Iulianus* 41. §. *ult. ff. de legat.* 1. post alios Menchaq. *illustr. cap.* 51. *num.* 46. juxta quem sensum incorrigibilis dicitur ex se subversus & condemnatus, juxta illud Pauli *ad Titum* 3. relatum *in cap. dixit* 24. *q.* 3. *Hæreticum hominem post unam, & secundam correctionem devita, quia subversus est, cùm sit judicio proprio condemnatus*, ubi Theophil. & alii interpretantur *subversum*, idest, incorrigibilem. Castr. *ubi suprà*, & Simanch.
2 *de Cathol. instit. cap.* 48. *num.* 23. Differunt ergo incorrectus & incorrigibilis, sicut intestatus, & intestabilis, *princip. Instit. de hæredit. quæ ab intestato, l. is cui* 18. §. *ult. & leg. cùm lege* 26. *ff. de testam.* Deinde sciendum est incorrigibilem ex sententia Decii, *n.* 17. *in præsenti*, & Cov. *pract. c.* 31. *num.* 2. & Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 36. *num.* 33. ex mente omnium aliquando latè, & minus propriè, seu aliquo modo; aliquando verò strictè, propriè, verè, vel omninò appellari. Priori modo dicitur incorrigibilis omnis ille, qui semel vel solo verbo admonitus, correctus, aut punitus, adhuc emendatus, aut correctus non apparet, quinimò in peccatis verè, aut præsumptivè persistens satis ostendit se nolle corrigi, ut tradunt Anton. Abb. Dec. & alii *in præsenti*, & satis probat *cap. neminem*, ibi, *incorrigibilis*, ubi notant Dom. Turrecrem. & alii, juncto *cap. præcedenti*, 45. *dist.* text. *in cap. ut famæ, de sent. excom.* quem expendunt Abb. & præcitati, Castr. *ubi sup.* & efficaciùs constat ex hoc textu *in verb. incorrigibilis*, ubi is, qui pro crimine fuit depositus, & adhuc non corrigitur, sed relabitur, incorrigibilis dicitur, ut expendunt Abb. *dicto num.* 30. ubi Sicul. *in addit.* & alii, qui aliquo modo ostendit se nolle corrigi; & tamen quia non verè, nec omninò incorrigibilis existit, sed adhuc subest spes correctionis, jubet textus illum excommunicari, quia excommunicatio cùm sit medicinalis, & ex fine, ac intentione Ecclesiæ ordinatur ad correctionem, *cap.* 1. *de sentent. excom. lib.* 6. non videtur infligenda ei, qui verè & omninò incorrigibilis proponitur, ita quod excommunicatio eadem nullam utilitatem, quin potiùs damnum, & obdurationem allatura sit, secundùm communem *in d. c.* 1. pen. ex. *ibi, & in c. prodest, ad fin. cum seq.* 25. *q.* 5. & post Sanctum Thom. Abb. & alios, tradunt Cov. *in c. alma mater, p.* 1. *in initio, num. ult.* & Tiraq. *l.* 9. *connub. n.* 226. Posteriori verò modo, idest,
3 verè, & propriè, seu omninò incorrigibilis dicitur ille, qui non semel, sed multoties, & legitimè monitus non desistit, sed in peccatis constans perseverat, ostendens obdurationem, contemptum, vel contumaciam, per quam obduratus contemnit correctionem, pœnas, & media, quibus corrigi poterat, & ita nullatenus corrigi vult, vel non sine maxima difficultate poterit, & is per Gloss. & DD. appellari penitus, seu verè incorrigibilem, *gloss. ult. in c. illud*, 24. *q.* 3. Dec. Covar. & Clar. *ubi suprà*, & de eo agere videtur D. Paul. *d. loco ad Titum* 3. text. *hîc, in vers. postmodùm, & in c. nec licuit, vers. peccator*, 17. *dist. & in cap. in audientia* 25. *in fine, & in cap. contingat*, 45. *vers. volumus, de sent. excommun.* Sanè in dubio, nisi aliud appareat, dispo- 4
sitio agens de incorrigibili, intelligenda videtur de posteriori, qui absolutè, simpliciter, & juxta proprietatem verbi talis est, arg. *l. non aliter, ff. de legat.* 3. cum vulgaribus. Et tunc demùm intelligetur de priori, cùm id ipsum ex verbis, vel ex materia subjecta, aut intentione disponentis apparuerit, juxta *d. l. non aliter*, cum similibus.

In text. ibi, *Anathematis mucrone.* Cùm 5
anathema saltem ex usu Ecclesiæ importet excommunicationem majorem, *cap. ultim. ubi gloss.* 1. *in princ.* 3. *q.* 4. *c. nemo Episcoporum*, ibi, *anathema*, &c. 11. *q.* 3. Gloss. *verb. anathematis, in c.* 2. *de re judic. lib.* 6. Cov. *d. p.* 1. §. 8. *à num.* 6. Henriq. *in sum. lib.* 13. *c.* 20. *num.* 2. *&* 3. & criminosus, de quo hic text. agit, jam proponatur excommunicatus majori, ut patet, ibi, *excommunicari*, videbatur superflua, & nihil addere, sed idem omninò repetere hæc anathematis mucrone percussio. Nec satisfaciunt intellectus *gloss.* 2. *hic*, quam convincit Abb. *num.* 23. & communis *in præsenti*, & alius Goffredi, & aliorum sequacium, quos etiam reprobant idem Abb. & alii, licèt defendat Dec. *hic, n.* 13. & Nav. *in Extravag. de datis, & promiss. notab.* 4. *num.* 9. *vers.* 4. falsò ad id allegans glossam *in præsenti.* Vnde Host. & Ioan. Andr. quos sequuntur alii communiter ex Abb. & Dec. *dictis locis*, post alios Cov. *in c. alma mater, p.* 1. §. 8. *num. ult.* intelligunt quod licèt ple- 6
rumque major excommunicatio & anathema conveniant, & quoad vinculum, & substantiam non differant; nihilominus anathema hic & passim alibi denotat excommunicationem solemnem cum quibusdam maledictis & imprecationibus, seu execrationibus, quæ publicè & solemniter fiunt, juxta formam *c. debet* 11. *quæst.* 3. vel aliam similem moribus receptam, ut habetur in Pontificali, & ex Castro, & aliis tradit Covar. *ubi suprà*, *num. pen. in fine*, quamvis nunquam, vel raró ejusmodi solemnitates observari dicat Navar. *ubi suprà, versiculo addo septimò*, cujus sententia rectè procedit in excommunicatione, seu

seu anathemate, per viam legis, aut generaliter, & non in personam aliquam certam. Potest etiam dici per mucronem anathematis hic nullatenus intelligi excommunicationem, quæ jam præcessit, sed solàs maledictiones, seu execrationes extremas, quæ in eos inferri solent, qui detestabiles sunt, & de quorum correctione spes non habetur, prout passim in jure, & per Pontifices fieri videmus, absque solemnitate dicti *cap. debent*, vel simili sub anathematis, vel anathematizantis nomine, *in cap. excommunicamus* 1. *&* 2. *de hæret.* & passim in Bulla Cœnæ, imò etiam privatæ personæ absque jurisdictione anathema proferunt, seu anathematizant, hoc est maledicunt, detestantur, & execrantur, ut patet ex illo Evangelii *Marci* 17. *cœpit anathematizare*, &c. & in professione Fidei, quam in Vniversitatibus faciunt Doctores, & Professores multa damnantes, & anathematizantes, tradit Navar. *d. loco*, *vers. addo sextò*, *& seq.* Castr. *lib.* 2. *de justa hæret. punit. cap.* 20. ubi meminit hujus text. & Simanch. *de cathol. cap.* 27. *n.* 7. Henriq. *in sum. part.* 2. *lib.* 13. *de excommun. c.* 20. *n.* 2. *&* 3.

7 Ad *num.* 8. *in fine.* Adverte quod licèt in Ecclesia multæ adhuc & graves sint pœnæ, quibus hic delinquens puniri potuit; nihilominus tamen Ecclesia dicitur non habere ultrà quid faciat, scilicet legitimè, utiliter, & cum effectu ad assequendum finem correctionis & conversionis, quem prætendit, & sic non habet ultrà quid faciat ad corrigendum, quanvis habeat ad puniendum: cùm enim huic criminoso post maximam depositionis pœnam inflixerit majorem excommunicationem, & ultra eam subsequutæ sint extremæ illæ maledictiones & execrationes, quæ anathematis nomine designantur, & clericus iste hæc omnia contemnens, & in profundum malorum veniens, corrigi nolit, desperat jam Ecclesia de ipsius correctione, & propterea non habet ultrà quid faciat, ut illum corrigat, & convertat, tanquam suum clericum privilegio clericali gaudentem in suo foro & gremio retineat, ac subinde puniendum clericali privilegio destitutum relinquat, ut à sæculari potestate comprimatur, sive exilio, sive alia pœna, quæ eidem sæculari competens videbitur, idque intendit text. *hic* ibi, *per sæcularem comprimendus est potestatem*, &c. qui intellectus satis convenit verbis, & menti Pontificis, qui dum dicit Ecclesiam non habere ultrà quid faciat, non negat superesse adhuc multas pœnas, quibus delinquens puniri poterat; quinimò supponit easdem existere, & per sæcularem fore infligendas: & solùm attendit quod reus in profundum malorum veniens contempsit, idest omnino incorrigibilis est effectus: ergo sic existente non habet Ecclesia ultrà quid faciat ut corrigat, & à profundo malorum eruat.

Vbi clericus ab Ecclesiastico judice juxta formam hujus textus primò depositus, deinde excommunicatus, & denique anathematizatus, incorrigibilis proponitur, licèt aliqui existimaverint sæcularem potestatem statim posse illum comprimere, nec ulterius requiri aliquam sententiam judicis Ecclesiastici, per quam sic incorrigibilis declaretur, oppositum tamen, imò declaratoriam incorrigibilitatis per Ecclesiasticum Iudicem necessariò requiri, resolvunt Card. Sicul. & alii, communis ex Felin. *num.* 9. *in præsenti*, probant Bernard. *in pract. cap.* 139. *num.* 4. Clar. *in pract.* §. *fin. quæst.* 36. *n.* 34. quorum opinio tutiùs & æquiùs procedit in aliis casibus ubi incorrigibilitas insurgit, vel ex monitionibus, vel ex aliis circumstantiis, quæ non ita certæ, & notoriæ proponuntur, ut sententiæ, scilicet depositiones, excommunicationes, & anathemata, & postmodùm perseverantia, & omnimoda incorrigibilitas, de quibus *hîc*, & ita ex mente Abb. *hic*, *num.* 29. refellitur argumentum, ex reg. *cap. cùm secundum*, *ad fin. de hæret. in* 6. quam multis explicat Felin. *in præsenti*, *ex num.* 10. Sic similiter secundùm Abb. *dicto num.* 19. & alios *hic*, in specie hujus textus non oportet quod sæcularis potestas priùs requiratur ab Ecclesiastico judice, ut satis deducitur ex hoc eodem textu, licèt contradicat Host. per text. *in cap.* 2. *de clerico excom.* qui loquitur in aliis terminis diversis, in quibus non proponitur incorrigibilitas per gradus, & juxta formam hujus textus, ut advertit Abb. illic, *num.* 4. & est de mente aliorum. 8

Nota non esse in proposito necessariam aliam traditionem, per quam is incorrigibilis tradatur Curiæ sæculari, sicut nec actualem degradationem, prout in aliis casibus requiritur, & præcedere debet; nam interveniente incorrigibilitate juxta formam hujus textus, lex ipsa Canonica, de qua *hic*, absque ulla traditione, vel degradatione ejusmodi delinquentem dimittit ut à sæculari potestate comprimatur, secundùm Ioan. Andr. & communem ex Abb. *num.* 26. *in fine*, *cum seqq.* & aliis hîc, idem Abb. *d. n.* 4. Bernard. *ubi suprà*, *num.* 4. Clar. *d. q.* 36. *n.* 33. Navar. *in man. c.* 27. *n.* 81. Henriq. *d. lib.* 13. *de excommun. cap.* 45. *num.* 3. *lit. S*, contra Petrum, quem refert Abb. *d. num.* 26. *post princ.* & refutant ipse & DD. communiter, 9

pro quibus contra illum ſatis expenditur is textus. Vnde dum *gloſſ. ult. in præſenti*, & Gloſſ. *verb. incorrigibilis, in cap. ut fama, de ſentent. excommun. & verb. relinquatur, in cap. ad abolendam, de hæret.* ubi DD. Covar. *lib.2. var. c.29. n.7.* & plerique alii per hunc text. docent clericum incorrigibilem tradi Curiæ ſæculari, intelligendi ſunt de traditione materiali, & quæ ipſo jure fit per legem, dum clericum ejuſmodi privilegio clericali nudatum à ſuo foro dimittens, deſerit, & relinquit, ut à ſæculari poteſtate comprimatur; non verò de traditione, quæ fit per ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici, juxta *c. novimus, 27. in princ. de verb. ſignif.* cum traditis per Dec. *hic, n.14.* Caſtr. *de juſta hæret. punit. lib.2. cap.13. ad med.* Simanch. *de Cathol. inſtit. c.46. n.70. & c.34. n. ult.* Bernard. & Salzed. *in pract. c.141.*

10 In text. ibi, *deprehenſus legitimè, atque convictus*, &c. Valde controverſum eſt, an & quando ſufficiat quod quis deprehendatur in ipſo crimine, ut abſque alia convictione condemnari, & puniri valeat, quaſi deprehenſio ejuſmodi rem efficiat notoriam: de quo agunt *gloſſ.* Abb. *num.19.* Dec. *n.11.* & alii *hic*, Bart. & DD. *in l. defenſores, C. de defenſor. civit. & in l.1. C. de petit. bonor. lib.10.* Palat. *in repet. cap. per veſtras, notab.3. §.21. num.12. & 17. cum ſeq.* Clar. *in pract §. fin. q.8.* Rebuff. *in l. quæſtio, verſ. deprehendere, cum ſeqq ff. de verb. ſignif.* Boſſ. *in pract. tit. de denunciat. num.10. poſt gloſſ.4. in cap. ſi quis Diaconus, 50. diſt. & gloſſ.1. in cap. ex tuarum 4. de eo, qui duxit in matrim. gloſſ. 2. in cap. Presbyter, 81. diſt. gloſſ.1. in cap. tua, de pœn. & in cap. ult. 15. quæſt. ultima*, citantes hunc textum pro parte negativa dum ultra deprehenſionem requirit quod clericus conveniatur.

11 Sed obſtare videtur text. *in l. palmam 43. §. qua in adulterio, ff. de ritu nupt. l. cap.5. ff. de adulter. d. cap. tua, d. cap. Presbyter, d. cap. ſi quis, & d. cap. ex litterarum*, cum aliis, obtinuit communis ex Abb. & præcitatis, quod ubi delinquens à paucis deprehenditur in crimine vel in actu proximo, dicitur crimen manifeſtum, ideſt, probabile, quia per illos probari poteſt. Si verò in crimine, vel actu proximo deprehendatur à populo, multitudine, vel à pluribus rem notoriam efficientibus, tunc ex tali deprehenſione, vel potiùs ab actu percipiendi ſenſu corporeo, inſurgit notorium, itaut ex eo poſſit reus condemnari, & puniri, quanvis aliter convictus non ſit, juxta regulam *c. evidentia, de accuſat. & cap. ult. de cohab. cleric.* & ita poſſunt intelligi *d. l. defenſores, d. cap. tua, d. cap. preſbyter*, cum aliis: intendunt *gloſſ.1. hic, & in d. c. ſi quis.* Nec refert an per laicos, an per clericos deprehendatur clericus, *cap. pen. verſ. dicit enim, de purgat. canon.* ubi Doctores, Abb. *num.10.* & alii *hic*, ut per Dec. *num.12.* Vbi autem delinquens etiam à pluribus deprehenditur, non in ipſo crimine, vel actu proximo, ſed poſt illud commiſſum, tunc ex tali deprehenſione inſurgit infamia, vel indicium majus, aut minus, juxta numerum deprehendentium, & circumſtantias loci, temporis, & ſimiles, & in hac ſpecie oportet quod reus ulterius convincatur, ut condemnari & puniri poſſit, & ſic procedunt Gloſſ. *in d. cap. ex litterarum, & in d. cap. ult. & in d. cap. tua, & in d. l. cap.5.* & ſic intelligitur hic text. ſecundùm Abb. & alios hic, ut per Dec. *d. num.11. verſ. ſed advertendum*, ultra quos poſſet etiam intelligi juxta *d. 1. membrum.*

In gloſſ.1. ibi, *aliqui clerici*, &c. de quæſtione, quam hæc Gloſſ. tacitè involvit, an clericus delinquens poſſit à laicis abſque mandato Eccleſiaſtici ſuperioris comprehendi, capi, ſeu detineri, ſaltem per ſpatium viginti horarum, ut ad ſuum Iudicem deferatur, juxta *d. l. cap. 5. ff. de adulter.* multa dicunt, & varias opiniones referunt poſt antiquiores Abb. *num.11.* Felin. *à n.1.* Dec. *à num. 10.* Alciat. *à num.18.* & alii *hic*, DD. *in d. cap. ut fama, & in cap. ſi clericos, de ſentent. excommun. lib.6.* & paſſim alibi, ut per Bernard. *in pract. cap.122.* ubi Salzed. *lit. C, cum ſeqq.* Menoch. *de arbitr. caſu 180. à num.18.* Clar. *in pract. §. fin. q.28. num.6.* Boſſ. *in pract. tit de captura, à num.38.* ſecundum quos communiter receptum eſt abſque mandato Eccleſiaſtici Superioris poſſe clericum licitè, & citra pœnam excommunicationis capi, & comprehendi à laicis, ut ſtatim ad Eccleſiaſticum Iudicem deferatur, primò ubi agitur de impediendo crimine per clericum committendo. Secundò ubi poſt jam commiſſum probabilis eſt timor fugæ, & denique ubi clericus reperitur in ipſo actu delinquendi, & ſic in fragranti delicto, idque non tantùm licitum eſt ſecundum prædictos quoad publicos miniſtros, verum etiam quoad privatas perſonas. Verùm hæc ſententia non ſatis jure probatur, & dubia admodum videtur, *ex d. cap. ut famæ, & cap. ſi clericus*, cum aliis, ut poſt Sicul. contra Abb. & communem multis proſequitur Dec. *n.10.* intendunt Gloſ. *in cap. 3. de ſentent. excommunic.* & alii *ibi*, Alciat. *num.24. hic*, novè expendens *d. cap. ut famæ*, quod excepto caſu fragrantis delicti abſolutè prohibet laicis miniſtris ne clericos, vel beneficiarios abſque ſui ſuperioris mandato capiant etiam ad effectum, ut ad Eccleſiaſticum deducant, imò etiam in fragranti

granti superioris mandatum requirere videtur, Gloss. *hic in fine*, per *d. cap. ut fama.* An verò in proposito sufficiat mandatum superioris Ecclesiastici generale? negant nonnulli, ut per Dec. *d. n.* 10. *in fine.* Affirmant alii, quorum sententia verior videtur, ut post Aretin. tradit Bernard. *d. cap.* 122. *in fi-*
21 *ne*, & Boss. *d. loco, num.* 37. declarando, ut per eundem. Vide addita *ad cap.* 2. *de vita, & honest. cleric. n.* 3. *&* 4. Adde secundùm communem sententiam posse clericum debitorem fugientem capi à laico creditore, ut ad Ecclesiasticum Iudicem trahatur, ex Abb. *num.* 17. *cum seq.* Felin. *n.* 4. Dec. *n.* 10. *in præsenti* post alios communem dicunt, sic ampliantes *l. ait Prætor*, §. *si debitorem*, *in princ. ff. quæ in fraudem cred.*

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum impetratum contra violentum possessorem, comprehendit illum, qui scienter succedit in vitium, ad hoc ut per illum conveniri valeat.*
2 *Sententiæ exequutio fieri potest adversùs tertium, qui possidet rem obtentam durante litigio.*
3 *Rescripta alia realia quæ in rem, & alia personalia, quæ in personam diriguntur.*
4 Text. in præsenti *declaratur.*

Cap. Quia V. XI.

1 AD *num.* 1. *in fine.* Collige ex textu per rescriptum impetratum contra violentum possessorem conveniri illum, qui scienter succedit in vitium, de quo vide *l. Castell.* 13. *tit.* 7. *part.* 3. *& l.* 4. *tit.* 12. *lib.* 1. *fori*, Conan. *lib.* 3. *comment. cap.* 15. Cov. *in reg. peccatum, p.* 3. *in initio, & in reg. possessor, p.* 2. §. 9. *& pract. cap.* 15. *n.* 7. Petr. Gregor. *syntagm. Iuris p.* 3. *lib.* 39. *cap.* 2. Cujac. *lib.* 5. *observ.* 17. Morl. *in emporio Iuris, tit.* 2. *q.* 21. *n.* 1. Parlad. *rerum quotid. lib.* 2. *cap. fin. p.* 4. §. 5. *n.* 6. *&* 9.
2 Et facit, quia exequutio sententiæ fieri potest adversùs tertium, qui possidet rem obtentam durante litigio, juxta terminos *cap.* 1. *de alien. judic. mutandi causa facta, & Auth. res litigiosa, C. de litig.* ut præter Cov. & Parlad. resolvunt Paschal. *de viribus patriæ potest. p.* 1. *q.* 16. *n.* 4. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 5. *lit. L, conclus.* 381. *num.* 2. Ceval. *commun. q.* 820. *num.* 48. *& de cognit. per viam viol. p.* 2. *q.* 16. *n.* 4.
3 Ad *num.* 2. Si insignis Præceptoris Conimbricensis, cujus memini *in collect.* intellectum defendere velis, oportet juxta singularem doctrinam Innocent. *in cap. dilectus*, *de pæn.* distinguere inter rescripta realia, quæ in rem, & inter personalia, quæ in personam diriguntur. Realia dicuntur, quæ in nullam personam, vel certas personas conceduntur, sed simpliciter & absolutè in rem faciendam, vel exequendam, veluti si aliquo proponente se beneficio, aut domo spoliatum, Pontifex non contra certam aliquam personam, sed absolutè rescriptum concedat in restitutione delegans Iudici causam, ut probato spolio impetrantem restituat; personalia verò, sive in personam per contrarium dicuntur ea rescripta, quæ non in rem absolutè, & indistinctè, sed contra aliquam, vel aliquas certas, & nominatas personas emanant & diriguntur: veluti si retento eodem themate spoliati conquerentis de spolio per Titium commisso Pontifex contra eundem causam deleget Iudici, qui si ita est, cogat illum restituere. Ete- 4
nim in priori membro rescriptum non tantùm habet vim contra spoliantem, verùm etiam contra successorem & possessorem quemcunque, in quem pervenit res, de qua agitur, idque non ex aliqua extensione rescripti, sed ex vi verborum, natura commissionis, & mente committentis, & ita procedere potest hic text. Contrà verò in posteriori, & sic intelligitur reg. *cap. P. & G.* 40. *de officio deleg.* cum similibus, quæ verè procedit in his terminis, ut patet ex serie ejusdem text. & littera, *ad alias personas*, &c. Planè ex verbis hujus text. non apparet rescriptum in proposito fuisse personale, idest, contra certam, & nominatam personam, unde tanquam reale potuit competere, non tantùm contra violentum, verùm etiam contra quemcunque succedentem in Ecclesia, de cujus restitutione agebatur. Nec obstat quod text. *in princ.* facit mentionem de persona spoliatoris, & ejus nomine, ut patet ibi, *Quia G. vel quia V. qui dicebatur Ecclesiam violenter occupasse*, &c. quia responderi potest cum Iureconsl. *in l. jurisgentium*, §. *pactorum*, *ff. de pact.* non ex eo necessariò dici rescriptum personale, quod certæ alicujus personæ mentio facta sit, sed oportet ut ea mentio facta sit in concessione rescripti quoad vim, effectum, & exequutionem illius: potest enim fieri mentio certæ personæ tanquam principalis, de quo impetrans quæritur, & tamen rescripti concessio, vis & effectus ejusdem, non ad illam, sed simpliciter ad restitutionem dirigitur, nulla ad hoc expressa, vel nominata persona, ut *in d.* §. *pactorum.* Nec obstat quod text. habet negotium per eosdem Iudices fore terminandum contra successorem, sicut terminaretur contra violentum, si viveret;

veret; licèt enim text. probet G. vel V. conveniri potuiſſe per ejuſmodi reſcriptum, non inde ſequitur nec fuiſſe perſonale, & contra illius expreſſam, aut nominatam perſonam conceſſum; nam eadem omnino verba conveniunt reali, per quod ſicut violentus anteceſſor, ſic ſucceſſor quicumque conveniri poteſt, & lis contra hunc ſicut contra illum terminari debet.

SVMMARIVM.

1 *Papa ſolus poteſt cognoſcere de privilegiis ab Apoſtolica Sede conceſſis.*
2 Text. in præſenti *declaratur.*
3 *Interpretatio ubi ſimpliciter prohibetur, prohibita cenſetur generalis, extrinſeca, vel quæ hominis interpretatio non dicitur, non verò magiſtralis, ſeu legalis.*
4 Conſtitutio Pii V. *incip.* Benedictus, *intelligitur de interpretatione hominis captioſa.*
5 *Papa poteſt eſſe judex in ſua cauſa.*
6 *Papa, Rex, ſeu Princeps regulariter in ſuis cauſis judicare poſſunt quoad ſubditos & ſubjectos: ſolùm de honeſtate debent cauſas alteri delegare.*
7 *Epiſcopus in cauſa ſuæ Eccleſiæ judicare poteſt.*

CAP. Cùm veniſſent XII.

1 AD *num.* 2. Pro exornatione concluſionis, quod ſolus Papa, & nullus inferior illo cognoſcere poteſt de privilegiis ab Apoſt. Sede conceſſis, adde ultra citatos *in collect. gloſſ.* & omnes *hic*, Gloſſ. *verb. interpretatus*, ubi DD. *in cap.* 1. *de poſtulat. Prælat. gloſſ. verbo æſtimare, in c. Ordinarii, verſ. ſi verò, de officio Ordin. in* 6. poſt alios Dec. *num.* 3. *in l. in ambiguis, ff. de regul. Iuris*, Palat. *in repet. c. per veſtras, notab.* 2. §.1. *n.* 49. Sylveſt. *in ſum. verb. interpretatio, q.* 2. *& verb. Iudex* 2. *num. ult.* Henriq. *in ſum. part.* 1. *lib.* 7. *de Indulgent. cap.* 29. *n.* 3. Card. Tuſch. *pract. concl. tom.* 6. *lit. P, concl.* 737. Cardoſ. *in praxi Iudicum, verb. privilegium, n.* 36.

2 Sed pro plena concluſionis præfatæ intelligentia ſciendum eſt, textum in præſenti procedere in primis, ubi de privilegiis Apoſt. agitur principaliter, & dubium verſatur circa intellectum, ſeu interpretationem, quæ reſpicit validitatem privilegii, veluti ſi agatur de poteſtate, aut intentione maximè dubia concedentis, *in l. ii qui, in princ.* ubi Paul. *in fine, C. de appell.* Abb. Dec. *num.* 3. Felin. *in princip.* & Bero. *num.* 2. *in præſenti*, pro quibus faciunt verba hujus text. ibi, *ſuper privilegiis Sedis Apoſt. cauſa vertatur*, &c. & ibi, *nolumus de ipſis*, &c. quæ verba, ut expendit Bero. *d. num.* 2. magis videntur denotare cauſam principalem motam ſuper privilegiis, & eorum validitate. Item ſciendum eſt, textum hunc etiam intelligi poſſe ubi de privilegiis hujuſmodi incidenter, & minùs principaliter agitur, ſed tamen vertitur jus & præjudicium Sedis Apoſtolicæ, vel Principis concedentis, ſecundùm Anton. & Abb. *num.* 3. Dec. *num.* 4. Bero. *n.* 13. *&* 14. ex mente omnium *hic*. Pro quibus ultra alia expendi poteſt hic textus, juncto *cap. cùm veniſſent, verſ. nos igitur, de in integ. reſtit.* nam ut omnes fatentur hic & illic, textus iſte eſt pars illius, quem conſtat agere de privilegiis allegatis, & deductis in lite principaliter mota ſuper ſubjectione monaſterii, & electione Abbatis; & tamen, quia in ejuſmodi privilegiis vertebatur præjudicium & jus Apoſt. Sedis, noluit Pontifex de illis per illum cognoſci, ut habet is text. Deinde ſciendum, regulam hujus text. cum ſimilibus poſſe procedere etiam ubi de hujuſmodi privilegiis agitur incidenter, & nullum continetur jus, aut præjudicium Sedis Apoſtolicæ, vel Principis, ſed tamen vertitur dubium aliquod grave, vel ita difficile, ut vix explicari valeat, præſertim ſi pendeat ab intentione Pontificis, vel Principis, qui commodè adiri poteſt, quia tunc neceſſariò recurrendum eſt ad illum, ad quem dubium ejuſmodi referri debet, ex Abb. *not.* 1. *in cap.* 1. *de juram. calum.* per text. *ibi in princ.* Abb. *hic. num.* 3. qui communem dicit, Dec. *n.* 4. *verſ. ſimiliter*, & alii *hic*, idem Dec. *num.* 1. *in l. in ambiguis, ff. de regul. Iuris*, & deducitur *ex d. verſ. ſi verò, & ex l.* 1. *&* 2. *C. de collat.* cum traditis per Dec. *in cap.* 1. *lect.* 1. *n.* 27. *de conſtit.* & ex *cap. per venerabilem, col.* 4. *ad fin.* ibi, *cùm aliquid difficile, vel ambiguum*, &c. Extra caſus prædictos etiam ſciendum eſt, ubi agitur de privilegiis ejuſmodi, non principaliter, ſed incidenter, & non de Iure, aut præjudicio Pontificis, ſeu Principis, ſed litigantium tantummodò, non procedere regulam hujus textus cum ſimilibus, & inferiores tunc poſſe cognoſcere de talibus privilegiis, & eorum dubia (niſi admodum difficilia, & graviſſima proponantur) in conſequentiam cauſæ, vel litis decidere, Abb. *d. n.* 3. Dec. *n.* 4. Berò. *n.* 13. & omnes *hic*, idem Dec. *d. num.* 27. *& in d. l. in ambiguis, num.* 2. alii per Henriq. *d. lib.* 7. *de Indulg. c.* 29. *n.* 4.

Denique ſciendum ſimiliter eſt, quod ubi lex aliqua privilegium, aut ſimilis conceſſio Summi Pontificis, vel Principis alte- 3

rius

rius simpliciter prohibet interpretationem, nisi aliud ex verbis, mente, materia, aut aliis conjecturis colligatur, prohibita censetur generalis extrinseca, vel quæ hominis interpretatio dicitur, non verò magistralis particularis, sicut nec intrinseca, vel legalis, ut ex Bald. *in l. 3. ad fin. C. de liber. præter.* notat Dec. *hîc*, *num.4. ad fin.* Perez *in proœmio ad leges Ordinam. quæst.2.* & post multos tradit Cald. Pereira *de nomin. emphyt. quæst. 8. num.34.* sic intelligens prohibitionem interpretandi decreta Concilii Trid. de qua *in Bulla Pii IV.* incip. *Benedictus, sub dat. Kalend. Februarii* 1599. optimè Homobon. de Bonis *in examine Eccles. tract.11.c.12. quæs.27. resolut. 1. pag.309.* ubi dicit hanc constitutionem intelligendam esse de in-
4 terpretatione hominis captiosa, quem & alios refero *in collect. ad Concil. Trid. sess.25. de reformat. cap.2. num.6.* eodem modo intelliguntur aliæ similes constitutiones, quæ plerumque habentur in privilegiis, & concessionibus Apostol. quæ tamen si advertas, non prohibent simpliciter & absolutè ne interpretetur, sed ne interpretetur aliter quàm in eisdem contineatur, & sic prohibet interpretationes hominis extrinsecas, & repugnantes ipsis privilegiis & concessionibus.

5 In gloss. ibi, *Dic quod Papa potest esse Iudex in sua causa, sicut Imperator, &c.* Sequuntur DD. communiter *hic*, ut latè tradunt Abb. *à n.6.* Dec. & Felin. *à n.5.* Bero. *à n.26.* in præsenti, Bart. *in l.1. C. ne quis in sua causa*, Ias. *num.5. in l. est receptum, ff. de jurisd. omn. Iud.* post alios Castald. *de Imper. q.91.* Bernard. *reg.581.* citati per Duen. *reg.67.* Menoch. *de arbitrar. casu* 458. *à num.60.* Marant. *de ordine judic. part.6. in 2. actu, de appellat. num.34.* Navarr. *in cap. novit, hoc tit. notab.3. num.47.* idem Menoch. *cons.2. n.28.* Sebast. Medices *in tract. de legib. p.1. quæst.19. num.10.* Surd. *cons.47. num.14. & cons.50. num.28.* Peregr. *de jure fisci, lib.1. tit.2. n.33.*
6 Alex. Trentacinq. *variar. resol. lib.2. sub hoc tit. resol.5. num. 1.* Cabed. *Lusit. decis.76. part.2.* resolventes tam Papam, quàm Imperatorem, Regem, & similes nullum superiorem recognoscentes, regulariter in suis causis judicare, & Iudices existere posse, exceptis quibusdam casibus, ut per eosdem, & per Abb. *notab.2.* & Felin. *num.8.* & alii per text. *ibi, in cap.2. de probat.* & per relatos à Menoch. *d. cons.2. num.89.* & Peregr. *citato loco, n.31.* & per Alex. Trentacinq. *d. resol. 5. num. 2.* ubi ait procedere quoad subditos, & subjectos, & non quoad alios: & advertit Bald. *tom.1. commun. opin. lib.3. tit. 3. num.6. pag.381.* eos debere de honestate causam alicui delegare, vel in arbitros compromittere, aut se submittere aliquibus subditis, ut fecit Imperator Federicus, qui in causa contra Longobardos se submisit arbitris, & inde facta est pax Constantiæ.

In ead. gloss. ibi, *Episcopus in causa sua Ecclesiæ, &c.* Sequuntur Abb. *n.9. & 10.* 7
Dec. *n.6.* & omnes *hic*, ut per Felin. *num.7.* & alii per Capic. *decis.137.* Surd. *consil.50.* Zerol. *in praxi Episcop. p.1. verb. Episcopus, vers.34. pag.155.* Mart. *in votis noviss. decis. voto 57. n.23.* Alex. Trentacinq. *d. tit. de judic. resol.5. n.7.* ubi declarat non habere locum in his quæ sunt de mensa Prælati, quia tunc causa propria videtur. Dubium tamen est, an Episcopus in ejusmodi causa suæ Ecclesiæ, velut suspectus recusari valeat? Negant Specul. & quidam alii *in præsenti*, ac nonnulli citati per Capic. *d. decis.137. num.1.* Affirmant verò Anton. Abb. Dec. *d. num.6. in fine*, Felin. *n.7.* & alii *hic*, quorum sententia communis est, ut per Felin. *d. num.7.* & post alios fatetur Dec. *num.9. in cap. postremò, de appellat. per text. ibi.*

SVMMARIVM.

1 *Præceptum, obligatio, & ordo fraternæ correctionis unde sumatur.*
2 *Text. in præsenti agit de peccato certo, & quod corripiens certò sciat esse commissum, & intelligitur de peccato secreto, & de peccato quod adhuc in futurum pendet.*
3 *Injuriatus & malo, aut damno aliquo affectus, tenetur sic peccantem contra se corripere.*
4 *Correctionis fraternæ fundamentum quale sit?*
5 *Infideles Ethnici an teneantur præcepto fraternæ correctionis.*
6 *Correctio fraterna an locum habeat in Prælatis, & superioribus?*
7 *Verba imperativi modi important præceptum.*
8 *Correctionis fraternæ præceptum comprehendit bonos & malos.*
9 *Peccatores multi à judiciali correctione repelluntur.*
10 *Correctionis fraternæ præceptum non solùm fraternam correctionem absolutè, & in se, verùm etiam ordinem in Evangelio præscriptum respicit.*
11 *Correctionis fraternæ præceptum an locum habeat, ubi illa profutura speratur?*
12 *Correctionis fraternæ præceptum, & ordo obligat pro loco, & tempore.*

13 Cor

13 *Corripere fratrem peccantem an teneatur privatus cum detrimento ſalutis, famæ, & bonorum.*

14 *Correctionis præceptum, & ordo obligat in peccatis occultis.*

15 *Crimen occultum fratris ſecluſa extrema neceſſitate non licet ante ſecretam monitionem detegere.*

16 *Corripiens ubi in prima correctione aſſequitur emendationem fratris, ſtatim ſiſtere debet.*

17 *Teſtes quot adhibendi in correctione fraterna?*

18 *Correctionem fraternam debet præcedere primò ſecreta, deinde cum duobus, vel tribus teſtibus facta monitio.*

19 *Delicta per edicta generalia ab Epiſcopo denuntiari juſſa, intelliguntur præcedente monitione, ſeu correctione fraterna.*

20 *Correctio fraterna ubi locum non habet, an denuntiatio ſit facienda Prælato?*

21 *Peccator quando non audit fraternam correctionem ex præcepto, tenetur corripiens denuntiare illum Eccleſiæ.*

22 *Intellige ubi denuntians in foro Eccleſiæ probare poteſt quod denuntiat.*

23 *Denuntiare vel revelare juſſus crimen ſub excommunicatione, non aliter tenetur, quàm ſi apud ſuperiorem probare valeat id ipſum?*

24 *Denuntiatus & per Eccleſiam monitus, ſi audiat, & emendetur, nullatenus contra illum ad pœnam aliquam procedi poteſt.*

25 *Denuntiatus, & monitus, de cujus crimine conſtat, ſi non emendetur, poteſt Eccleſia contra illum procedere.*

Cap. Novit XIII.

1 AD *num.* 3. In text. ibi, *ſi peccaverit*, &c. Verba hæc habentur *Matth.* 18. & referuntur *hîc*, & *in cap. ſi peccaverit* 2. *quæſt.* 1. cum aliis paſſim, notantur à DD. ad præceptum, & obligationem, & ordinem fraternæ correctionis, ut per omnes *hic*, & Quintin. *in repet. à num.* 24. Navar. *notab.* 4. Archid. & alios *in d. cap. ſi peccaverit*, S.Thom. & Theologi *in* 4. *diſt.* 19. idem S. Thom. 2.2. *q.* 33. *à princ.* latè Fr. Bernardin. de Arevalo *in tract. de correctione fraterna*, Ianſen. *in concord. cap.* 72. Sot. *de ratione tegendi, memb.* 2. *ex q.* 2. Fr. Ludov. Lop. *in inſtr. conſcient. p.* 1. *cap.* 69. Lexic. Theolog. *verb. corrigere*, noviſſimè Trullench *in præcepta Decalogi, lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 13. *cum ſeqq.*

2 In text. ibi, *peccaverit*, &c. Intellige primò textum agere de peccato certo, & quod corripiens certò ſciat eſſe commiſſum ſecundùm mentem omnium in hac materia, Sot. *d. memb.* 2. *q.* 3. *concl.* 1. & 4. Nav. *d. not.* 4. *num.* 12. Aſtenſ. Gabr. & alii, quos ſequitur dicens communem Fr. Bernardin. *de correct. fraterna, concluſ.* 5. *verſ. primis, cum ſeqq.* advertens Chriſtum Dominum non dixiſſe, ſi peccavit, vel ſi peccaturus eſt, quæ verba dubium & incertum quid continere videbantur; ſed *ſi peccaverit*, id eſt, ſi peccatum commiſerit, quaſi jam certum ſit: conſonat *d. cap. ſi peccaverit*, ibi, *tu ſcis quia peccavit, cap. ſed illud*, 45. *diſtinct.* ibi, *ut ſi viderant peccantem.* Intellige deinde textum agere de peccato ſecreto, ut colligitur ex ejus litera, ibi, *ſi peccaverit in te*, ut explicat Auguſt. *in d. cap. ſi peccaverit*, ibi, *ſecretum fuit*, & ibi, *ſolus noſti*; in publico enim peccato non habet locum hujuſmodi fraterna correctio, juxta ordinem Evangelicum, *intra te, & ipſum ſolum*; quia ſic peccans publicè coram omnibus arguendus eſt, & denuntiandus Eccleſiæ, juxta illud Pauli 1. *ad Timoh.* 5. *peccantem coram omnibus argue, cap. prohibentur* 2. *q.* 1. *cap.* 1. *de pœnit. & remiſſ.* reſolvit S. Thom. *d. quæſt.* 33. *art.* 7. receptiùs ex Navar. *in man. cap.* 24. *num.* 14. Sot. *dict. memb.* 2. *quæſt.* 4. *à princip.* Ianſen. *d. cap.* 72. *col.* 6. Bernardin. dicens communem, *dicta concl.* 5. *verſ. primus igitur caſus.* Intellige etiam textum agere de peccato quod adhuc in futurum pendet, & quodammodo manet per complacentiam, ſeu impœnitentiam; nam ſi quoad hæc omnino fuerit præteritum, ceſſat fraternæ correctionis præceptum, imò & plerumque conſilium, ut efficaciter probat Sot. *d. quæſt.* 2. *concl.* 2. & conſtat ex verbis, quæ habentur apud *Luc.* 17. ibi, *ſi peccaverit in te frater, increpa illum, & ſi pœnitentiam egerit, dimitte*, &c. Et ſuadetur, quia in peccato omnino præterito ceſſat finis correctionis, ſcilicet lucrum fratris, qui jam emendatus, & ita in lucro eſt, & ut inquit Sot. plerumque utile non eſt ſanati jam vulneris cicatricem refricare. Denique intellige de peccato mortali. Sed an veniale poſſit eſſe materia correctionis, variant Doctores; nam Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 14. *quæſt.* 4. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 4. *c.* 25. *num.* 333. Bonacin. *tom.* 2. *diſput.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 3. *puncto* 7. *n.* 4. exiſtimant nullum dari præceptum, per ſe loquendo, de correctione venialium; nam correctio ſupponit fratrem perditum, ut per eam lucretur; venialia autem non perdunt vitam animæ. At Sot. *de ſecreto, memb.* 2. *q.* 2. Ledeſma *tract.* 24. *de miſericord. cap.* 4. *concluſ.* 4. *dub.* 2. Caſtro

Palao

Palao *in opere mor. tract. 6. de charit. disp.* 3. *punct.* 4. *num.* 3. & Filliuc. *in quæst. morali, tract.* 28. *q.* 4. *n.* 118. opinantur teneri nos sub peccato veniali corripere venialia, quæ frequenter committuntur: quælibet opinio probabilis.

3 In textu ibi, *In te*. Idest, contra te: & ita is, qui ab alio affectus est injuria, malo, vel damno aliquo, juxta veritatem Evangelicam corripere tenetur sic peccantem contra se, ut explicant D. Chrys. Aug. Hieron. & alii SS. Patres, ut per Iansen. *d. c.* 72. & DD. communiter *in Matth.* 18. ubi utraque glossa, & multi alii, quos sigillatim refert, & sequitur Bernard. *d. tractat. concl.* 2. Simanch. *de Cathol. instit. c.* 19. *n.* 13. & omnes antiqui, & SS. Patres, ut ex Abul. *in d. c.* 18. *Matth. q.* 84 refert Bernard. *ubi proximè, vers. intellexit hoc*, secundùm quos præceptum correctionis fraternæ juxta verba, & ordinem Evangelii tantummodo locum habet in peccato commisso directè contra ipsum qui corrigit, non verò in aliis, quæ non sic contra illum, sed contra Deum committuntur. Contrarium verò, imò quod verba illa *in te*, non intelligantur, idest, contra te, nec restringantur ad peccatum directè, & principaliter commissum in offensionem, injuriam, vel damnum corripientis, sed intelligantur *in te*, idest, coram te, seu te sciente, & cognoscente, & ita generaliter comprehendant quodcúque peccatum in Deum directè, & principaliter admissum, probant Gloss. *verb. peccat*, & passim DD. *hic*, ut per Abb. *n.* 3. & alios DD. *in d. c. si peccaverit*, & S. Th. & Theologi *in* 4. *dist.* 39. testatur communem sententiam Bern. *dicta concl.* 2. *in princ. & in vers. ut autem*, Sot. *d. q.* 2. *vers. sed contra, & q.* 4. *concl.* 3. Navar. & Ians. *ubi sup.* & alii ex novioribus. Pro quibus expenditur *d. c. si peccaverit*, ibi, *quid est, in te*

4 *peccavit, tu scis quia peccavit*, &c. & text. *in c. sed illud*, 45. *dist.* ibi, *Viderint peccantem*, &c. Deinde quia fundamentum fraternæ correctionis, & finis per eam prætensus, scilicet lucrari & emendari fratrem peccantem, generaliter, & indistinctè locum habet in quovis peccato, sive contra me, sive coram me, seu me sciente, in Deum directè committatur, quia præceptum naturale, quo fratri indigenti per spiritualem correctionis eleemosynam sic subvenire cogimur, non minùs in uno quàm in alio peccato procedit, nec quoad effectum correctionis proponitur lex aliqua, aut ratio distinguens, aut evincens differentiam inter unum & aliud.

5 In text. ibi, *frater tuus*, sub his verbis contineri videntur omnes & soli Fideles, qui sunt & vocantur inter se fratres, eundem patrem habentes, Deum scilicet, quem colunt, & eandem matrem, id est, Sanctam Ecclesiam, in qua per Baptismum renati sunt, juxta *cap. ad mensam, in princip.* 11. *quæst.* 3. & ita excluduntur Ethnici, & infideles, qui eo modo fratres non existunt, prout interpretantur prædicta verba apud Matth. D. Augustin. Theophyl. & alii, quos refert & sequitur Castro *de justa hæret. punit. lib.* 2. *cap.* 25. *pag. antepen.* Abulens. *in Matth.* 18. *quæst.* 25. Iansen. *in concordant. cap.* 72. *in principio*, & communis expositio ex Abb. *num.* 3. Dec. *num.* 2. & aliis *hic*, pro qua expenditur locus Pauli 1. *ad Corinth.* 5. ibi, *Si is qui frater nominatur, inter vos*, &c. refertur *in dicto cap. ad mensam*, junctis verbis seqq. ibi, *quid enim mihi de his, qui foris sunt, cap. gaudemus, de divort.* Contrariam tamen sententiam, imò quod verba hæc comprehendant etiam infideles, probant Abb. *d. num.* 3. Navar. *in man. cap.* 24. *n.* 12. Sot. *de ratione tegendi, memb.* 2. *quæst.* 3. *concl.* 2. & multi alii secundùm Fr. Bernard. *de correctione fraterna, conclus.* 5. Valent. *part.* 3. *disput.* 3. *quæst.* 10. Castro Palao *tract.* 6. *de charit. puncto* 7. *num.* 1. Sanch. *in consil. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *dub.* 9. *num.* 3. Trullench *in præcepta Decalogi, lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 15. *n.* 1. quia correctio est opus charitatis, quæ obligat omnes: tum etiam, quia hujusmodi fraternæ correctionis præceptum naturale est, & omnes tam Fideles, quàm infideles complectitur; siquidem omnes in casu necessitatis tenentur ad opera charitatis, & eleemosynæ, præsertim spiritualis, quæ in omnes exerceri debet, juxta illud Ecclesiast. *Vnicuique mandavit Deus de proximo suo.* Tum etiam, quia infideles quoad nos, & omnes quotquot sunt mortales, dicuntur invicem fratres, & proximi, ratione creationis, & ejusdem naturæ mortales, juxta illud *Matth.* 23. *Vnus est magister vester, omnes autem vos fratres.* Et deducitur ex parabola Samaritanæ *Luc.* 10. docet Gloss. *verb. participes*, per text. *ibi, in cap. charitas, el* 2. *de Pœnitent. distinct.* 2. recepta illic & alibi, ut per Mench. *de successión. resolut.* §. 2. *n.* 38. & Sot. *ubi suprà.* Quare dici potest ex mente Castri, & Navarri *ubi suprà*, & aliorum, priorem sententiam procedere quoad correctionem fraternam, prout est in Evangelio, & juxta ordinem, & formam illic præscriptam ad denunciationem, monitionem, & censuram Ecclesiæ; hæc enim omnia tantummodo locum habent inter Fideles, qui sunt intra Ecclesiam, & verè fratres, & sic explicari debent verba generalia *cap. cùm ex injuncto, ad fin.*

de hæret. ibi, *quisquis tenetur efficere.* Posterior verò sententia admittenda est, & rectè defenditur in fraterna correctione absolutè, & in se considerata, prout est juris naturalis, absque ejusmodi ordine, & processu Evangelii: nam hæc inter omnes, & in omnes, & à Fidelibus in infideles, & è converso procedit.

6 Sub his etiam verbis, *frater tuus*, continentur non tantùm privati, vel subditi inter se, verùm etiam Prælati & superiores quoad subditos, seu inferiores, & è converso, quia adhuc in his locum habet hujusmodi fraterna correctio, imò in his multò magis, quo ii, scilicet superiores multò magis & arctiùs tenentur etiam ex charitate subditos corrigere, & è converso subditi superiores suos, quibus magis debent, & adstringuntur ad eleemosynæ opera in eosdem exercenda, & ita docet S. Th. 2. 2. *q.* 33. *art.* 3. post S. Aug. Arch. & alii *in d. c. si peccaverit*, Abb. *n.* 38. Dec. *n.* 20. *cum seq. & cæteri hîc*, Sylvest. *in sum. verb. correctio* 3. *vers.* 3. Nav. *ubi sup.* Bernard. *d. tract. concl.* 1. *vers.* 2. sequitur, & efficaciter Sot. *ubi suprà, concl.* 3. *& concl.* 5. & novissimè Trull. *d. c.* 5. *dub.* 15. *n.* 3. ubi advertit Prælatos corripiendos esse à subditis cum reverentia, non objurgando, sed humiliter negando, & satis deducitur ex *c. corripiantur, in princ.* 24. *q.* 3. & ex *cap. sequuti,* 2. *q.* 7. & ex *c. duo,* 23. *q.* 4. & ex *c. cùm ex injuncto, ad fin. de hæret.* & tandem ex hoc textu, in quo Anglus vassallus Gallum dominum, & superiorem ratione feudi juxta Evangelium corripuit. Quanvis inter Prælatum, vel superiorem, & alios quoad hoc distinguant nonnulli, ut per *gloss.* 1. *vers. sed M.* dicit *in d. c. si peccaverit*, quorum sententia procedit quoad correctionem prælativam, seu judicialem, non verò quoad fraternam, de qua hîc, & illic agitur.

7 In text. ibi, *Vade, & corripe eum*, &c. Verba hæc imperativi modi dum ex materia subjecta, aut aliunde contrarium non colligitur, important præceptum, *Clem. Exivi, vers. item quia, & vers. nos itaque, de verb. signif.* ac subinde necessitatem, *c. ult. vers. quod præcipitur,* 14. *q.* 1. ut fatentur Abb. *à n.* 34. & DD. communiter *hic, & in d. c. si peccaverit,* & plures alii citati suprà, & apertè probat text. *in d. c. cùm ex injuncto, ad fin.* ibi, *quisquis tenetur.* Nec contrarium voluit Innoc. *hic, n.* 1. ut bene advertunt Nav. *in repet. hujus text. notab.* 4. & Sot. *de ratione tegendi, memb.* 2. *q.* 1. *concl.* 1. quicquid illi imponant Abb. *d. n.* 34. & Bern. *de correct. fraterna, concl.* 5. *controv.* 1. *vers. prima.*

8 Quod quidem præceptum comprehendit on tantùm bonos, verùm etiam malos & neccatores, sicut etiam his dicitur, *Vade, & porripe,* & sic imponitur necessitas corripiendi, ut intendit S. Thom. 2. 2. *q.* 33. *art.* 5. Nav. *d. c.* 24. *n.* 12. Sot. *ubi suprà, q.* 3. *concl.* 6. Arch. & DD. *in d. c. si peccaverit*, ubi *gloss.* 1. *vers. item dubitatur,* communis ex Abb. *hic, à n.* 39. Quorum sententia suaderi potest, tum ex his verbis Domini generalibus, & ex *c. prodest,* 23. *q.* 5. cum aliis citatis à *gloss. prædicta*: tum etiam, quia præceptum charitatis obligat omnes, qui illud implere possunt, & sic etiam peccatores, ne aliter ii ex suo peccato, & malitia consequantur commodum, dum se à naturali & divino correctionis præcepto eximunt, & per contrarium virtus, & bonitas noceat bonis, qui præcepto ejusmodi adstringuntur, quia tales sunt contra reg. *c. intelleximus, in fine, sup. hoc tit. & l. itaque fullo, ff. de furt.* cum vulgaribus. Vnde licèt à judiciali correctione multi peccatores repellantur, ut *in c.* 1. *& seqq.* 3. *q.* 4. cum aliis, de quibus per Gloss. prædictam, *& gloss. ult.* 9
hic, quam sic intellige, ad fraternam tamen, quatenus talis, admittuntur omnes, quanvis aliquando ratione peccati majoris, vel notorii, in quo sunt, seu scandali, ac superbiæ ex talium correctione insurgentis emendatio non sequatur, & correctio non speretur, imò impediatur, vel remittatur, aut denique minùs utilis fiat peccantis correctio, & ita procedunt nonnulla argumenta quæ adducunt S. Thom. Archid. & Abb. *n.* 41. & Sot. *cit. locis*, & post alios Fr. Bernardin. *d. concl.* 5. *consid.* 3. Sylvest. *ubi suprà, n. ult.* & Dec. *n.* 22. *hic.* Interim tamen potest nonnunquam attentis circumstantiis haberi spes correctionis, etiamsi peccator sit qui corripiat, in qua specie præceptum obligat, & juxta hæc intelligendæ sunt *gloss. citata*, & *gloss.* 1. *in fine, in c. in omni* 4. *de testibus.*

Idem quoque præceptum non tantùm 10
respicit ipsam fraternam correctionem absolutè, & in se, verùm etiam ordinem in Evangelio præscriptum, & hîc relatum per verba imperativi modi, ut satis constat ex contextu, & verbis Domini, quibus non tantùm præcipitur, ut quis fratrem peccantem corripiat, sed etiam ut corripiat inter se & illum solum, &c. juxta ordinem sequentem, per quem naturale præceptum correctionis utiliùs & commodiùs impleri debet, idque satis intendit *d. c. cùm ex injuncto*, ibi, tenetur efficere secundùm Evangelicam regulam, observant S. Thom. 2. 2. *q.* 33. *art.* 7. *&* 8. Soto *d. loco, q.* 2. *concl.* 2. *vers. respondetur.* Sylvest. *in sum. verb. correctio*, Nav. *in man. c.* 24. *n.* 14. *in princ. & vers.* 6. & passim alii in materia correctionis, licèt contradicat Fr. Bernard. *d. tract. concl.* 3. *&* 4.

Intelligo semper hujusmodi præceptum 11
locum habere ubi correctio profutura speratur,

ratur,& probabilis adest spes emendationis, vel saltem res est dubia; si verò ex correctione probabiliter timetur obduratio peccatoris, qui attentis omnibus circumstantiis deterior futurus videtur, non tantùm non obligat ex præcepto, imò ex eodem omittenda est correctio, juxta illud Prov.ult. *Noli arguere derisorem, ne oderit te*, junctis verbis præcedentibus,ubi glos.quemadmodum non obligat & absque peccato omittitur, ubi licèt nullus sit timor deteriorationis, probabiliter tamen nulla etiam sub dubio existit spes emendationis,ut probant S.Th. *ubi sup. art.*2. Sot. *d. loco,q.*2. *ex concl.*4. Nav. *d.c.*24. *n.*12. Arch. & alii *in d.c.si peccaverit*, Aretin. Felin. *n.*3.& alii *hic*, Palao *de charitate,tract.*6. *disp.*3. *punct.*5. *num.*1. Trull. *in præcepta Decal. lib.*1.*c.*5.*dub.*14.*n.*6.communis ex Bernardino *ubi sup.concl.*5.Mart.Ledesma 2.*quarti,q.*18. *art.*1 *fol.*128.*col.*2. Cov. *de sponsal.p.*2.*c.*6. §.9. *n.*8.& passim alii,qui inter cæteras conditiones ad hujusmodi correctionem necessarias, præcipuè requirunt quod subsit spes emendationis, & meritò, quia ut constat ex verbis Evangelii relatis in hoc textu, ibi, *lucratus es fratrem tuum*, finis fraternæ correctionis non est alius quàm lucrum, & emendatio peccantis, in quem finem nisi correctio velut medium ordinetur,aliquando vana, & otiosa,nonnunquam mala erit,& perniciosa, ac si fiat cum probabili periculo & timore deteriorationis. Et addit Suar. *de charitate, disp.*8. *sect.*3. *n.*4. non requiri necessariò fructum ex correctione statim sperari, sed sufficere si decursu temporis speretur: refert, & sequitur Trull. *d.dub.*14. *n.*6. *propè fin.* ubi etiam ait non requiri quod spes emendæ sit certa,sed sufficere probabile esse correctionem profuturam, & non obfuturam. Quanvis contrarium, imò quod non existente spe emendationis, imò etiam cum timore deteriorationis correctio necessariò fieri debeat, probet Abb. *n.*35. quem magis sequitur Dec. *num.*19. *in præsenti*, & satis Bern. *ubi proximè*, nisi eorum sententiam intelligamus de correctione prælativa, seu judiciali, quæ non ad solius peccantis, sed in aliorum, vel commune bonum ordinatur, ac subinde omitti non debet, quanvis ille non emendetur, vel etiamsi deterior fiat, ex S. Th. *ubi sup.* & communi, non tamen procedit in correctione fraterna, quæ ex charitate in solius peccatoris, qui corripitur, utilitatem emanat, & dirigitur. Nec obstant fundamenta Abb. ex verbis D. Pauli,relatis *in cap. sed illud*, 95. *dist.* ibi, *ut cæteri metum habeant*, &c. & ex *c. est injusta*, 23. *q.*4. *ad fin.* ibi, *cùm enim indulget indigno*, &c. cum aliis, quibus probatur corripiendum & puniendum esse peccatorem in bonum aliorum, & ut cæteris sit exemplum, nec attenditur, an ipse non melior, seu potiùs deterior efficiatur, quia ultra Aretin. & Felin. *d. n.*3. *hic*, respondetur argumentum concludere in correctione prælativa, seu judiciali, non verò in hac fraterna, quæ in solius peccantis lucrum, & emendationem ordinatur, juxta S. Thom. & præcitatos.

Intelligo etiam præceptun ejusmodi, & correctionis ordinem tantummodo obligare ubi pro loco,& tempore, commodè, & opportunè impleri potest, juxta naturam præcepti affirmativi,& fatentur omnes præcitati. Hæc autem commoditas & opportunitas non tantum attenditur ex parte personæ corripientis,itaut nó sit alius, qui magis teneatur, & si velit, commodiùs possit corripere; verùm etiam ex parte loci & temporis,quia non in omni etiam supposito præcepto & obligatione corripiendi, tenetur quis corripere, ut satis colligitur ex Innoc. *n.*4. & aliis *hic*, Arch. & communi *in d. c. si peccaverit*, Nav. *d.c.*24. *n.*12. & post S. Aug. Sot. *d. q.*2. *vers. tertia*, *& postrema*, latè Trull. & ab eo citati *d.dub.*14. *n.*8. *&* 9. An verò privatus quilibet teneatur cum detrimento salutis, famæ, aut bonorum notabili corripere fratrem peccantem, ita ut propter ejusmodi damnum, aut detrimentum non valeat excusari, ex sententia S. Aug. & D. Thomæ illum sequentis *d.q.*33. *art.*3. *ad* 2. affirmant Gabr. & Adrian. relati per Sot. *ubi sup. vers. pro quorum*,& Bernard. *d.tract.concl.*5.*controv.* 6. *& concl.ult. vers. est itaque*, *pag.*171. & satis Archid.& Anton. ut per Abb. *hic*, *n.*35. Sed nisi corripiendus in extrema correctionis necessitate proponatur, probabilior videtur opposita sententia, quam multis fundamentis probat Sot. *ubi sup.* Nav. *d. n.*12. *& in c. inter verba*, *n.*632. ex mente Innoc. *d.n.*4. & aliorum, quos refert, & sequitur Trull. *d. dub.*14.*n.*11.ubi *n.*10.subdit Prælatum etiam extra extremam necessitatem teneri cum periculo mortis corripere peccatum subditorum quando est spes emendationis.

Denique intelligo correctionem hujusmodi, & ejus ordinem procedere, & obligare in peccatis occultis, quæ directè in malum peccantis, & in privatam perniciem vergunt, cujusmodi est simplex aliquod furtum, adulterium, perjurium, homicidium cum similibus, in quibus ad conservandam famam, & honorem peccantis fieri debet correctio secreta,& juxta ordinem in Evangelio præscriptum. At verò in peccatis, quæ directè vergunt in publicam perniciem, cujusmodi est crimen hæresis, proditionis, læsæ majestatis, expilatio ærarii publici, cum aliis, quæ pro objecto habent bonum publicum, quod directè offendunt, & genere

[margin numbers: 12 beside "Intelligo etiam"; 13 beside "An verò privatus"; 14 beside "Denique intelligo"]

suo contagionem continent, & in quibus maximum est in mora periculum, non habet locum talis correptio, nec ordo prædictus, sed statim fieri debet denunciatio, quæ sequitur ibi, *dic Ecclesiæ*, ut intendit S.Thom. *ubi suprà*, *art*.7. & post Archid. Abb. *hic*, *n*.44. & ex communi post multos Simanch. *de cath. instit.c*.19.*n*.10.*&* *c*.42.*n*.11. Sot. *ubi sup. q*.4.*concl*.2. *vers. sed moventur, cum seqq.* Nav. *d.c*.24.*n*.14. *& in d.c. inter verba*, *n*.619. Roj. *in singul. Fidei, verbo accusare*, *n*.21. Can. *de locis Theol. lib*.12. *c*.9. *ad fin.* & passim alii, & ita servatur in crimine hæresis, ut per Simanch. *d. n*.10. *& d. n*.12.

15 In text. ibi, *inter te, & ipsum solum*, &c. Vt sic, quoad fieri potest, conservetur fama, seu honor, & evitetur rubor, seu pudor, & verecundia fratris peccantis, cum minimo ejusdem detrimento fiat correctio, secundùm omnes *hic*. Sic sanè seclusa extrema necessitate non licet ante ejusmodi secretam monitionem, occultum fratris crimen alii quantumvis prudenti, & illius amicissimo detegere, quanvis ei, qui personaliter per se corripere nequit, vel cujus monitio non creditur profutura, liceat ipsum alteri probo, & profuturo ut corripiat, cautè, & secretè insinuare, ex Sot. *d. memb*.2.*q*.4. *conclus*.3. *dub*.3. Iansf. *in concord.c*.72.*col*.10. Sic etiam licèt alter sciat peccatum illud, quod ego scio, adhuc prima monitio, seu correctio fieri debet inter me & solum peccantem, non verò coram illo sciente, ut satis docet August. *in d.c. si peccaverit, vers. sed fortè, quod scis & ego scio, non tamen coram te corripio, quia sanare volo, non accusare*, observant Sot. *ubi sup. dub*.2. & post Adrian. Nav. *in d.c. inter verba*, *n*.575.

16 In text. ibi, *Si te audierit, lucratus eris*, &c. Vbi ergo in hac prima correctione corripiẽs assequitur finem prætensum, scilicet emendationem, & lucrum fratris, statim sistere debet quoad omnia, quæ sequuntur, in quibus ulteriùs procedendum non est, secundum mentem omnium *hic*, Sot. *d.q*.4. *concl*.4. contra Rich. ab eo citatum, qui adhuc ulteriùs procedendum esse existimat ad denunciationem Prælato faciendam, quæ sententia ex eodem Sot. procedere potest ubi adhuc correptus non est omninò emendatus, sed manet in periculo verosimili relapsus, & ita contra Rich. post Adrian. & Sot. advertit Nav. *in d.c. inter verba*, *n*.633. *& in man.c*.24. *n*.14. *in fine*, & post Castr. Palao *de charit. tract*.6. *disp*.3. *punct*.12. *n*.2. *&* 4. Trull. *d. c*.5.

17 *dub*.14. *n*.15. In text. ibi, *adhibe tecum unum, vel duos*, &c. Quanvis Sot. *d. memb*.2.*q*.4. *conclus*.5. *vers. sed notandum*, quem defendi posse tradit Nav. *in d. c. inter verba*, *n*.575. intelligat hæc verba distinctis vicibus, ita ut non statim duo, sed prima vice unus tantummodò, & postea in secunda duo adhibeantur, ubi corripiens cum uno teste non profuit: nihilominus contrarium, imò quod statim postquam inter me, & ipsum solum correctus non audivit, possum ego vel unum, vel duos eadem vice mecum adhibere, tenent Abb. *n*.3. *&* 57. *hic*, & alii *in d. c. si peccaverit*, fatetur communem idem Abb. *d. n*.2. observat Abul. *in Matth. c*.18. *q*.72. quem non reprobat Nav. *ubi sup.* & probatur ex text. *in cap. quemadmodum* 25. §. *ult. vers. cùm scriptura, de jurejur.* ibi, *secundùm regulam Evangelii, si primo & secundo correcta*, &c. & ex textu (quem Alc. *hic*, *n*.12. *vers. tertiò*, in oppositum allegat) *in c*.2. *de purgat. canon.* ibi, *primò seorsum ab Episcopo, deinde sub duobus, vel tribus*, &c. Adhibentur in hac specie unus, vel duo testes, tribus de causis, vel ad tres principales effectus, imprimis ut per eosdem constet peccatum esse id quod corripitur, si de eo forsan existat dubium: deinde ut appareat corripientem juxta regulam Evangelicam fecisse quod in se fuit, & sic existant testes admonitionis, juxta Gloss. *in d.c. si peccaverit*, & tandem, ut per eosdem testes observantes peccantem ipsum, si iterum redeat ad actum peccati, possit id negans convinci postea, ut ex Hieronymo, Chrysostomo & Aug. resolvit S.Thom. *d. art*.8. *ad* 1. Sylvest. *verb. correctio*, *q*.5. Sot. *d.q*.4. *concl*.5. *vers. quapropter*, Nav. dicens communem *in d. c. inter verba*, *n*.625. Vide *in addit. ad cap. in omni negotio, de testib.*

In text. ibi, *quod si non audierit*, &c. In Evangelio apud *Matth*.18. habetur, *quod si non audierit eos*; & ideo juxta frequentiorem, & vulgatam editionem legunt Patres & Iansf. *in concordant. cap*.72. Quæ particula, *eos*, omissa hic à Pontifice satis significat non solùm te, in quem frater peccavit, sed unum, vel duos, quos tecum in secundo gradu adhibuisti, tanquam insimul tecum loquentes ad correctionem processuros, & monituros esse, quod si eos peccans non audierit, dic Ecclesiæ. Vnde jam colliges denunciationem Evangelicam, per quam peccator primò secretè, & deinde adhibitis testibus correptus, sed non correctus denuntiatur Ecclesiæ, non aliter locum habere, aut fieri posse, quàm si præcedat primò secreta, & deinde cum uno, vel duobus testibus facta monitio, ut ex prædictis Evangelii verbis colligit, & ratione probat S. Th. 2.2. *q*.33. *art*.7. *&* 8. Doctores communiter *hic*, *& in d. c. si peccaverit*, ubi Archid. *à n*.10. Turrecr. *n*.31. Alex. *n*.32. & alii, Sot. *d.q*.4. *concl*.5. *&* 6. Nav. *in man. c*.24. *n*.14. Adrian. & omnes in materia correctionis, & efficaciter probat is text. ibi, *processit secundùm regulam Evangelicam*; & tandem quia nullo modo profecit, dixit Ecclesiæ, *& cap. qualiter*

ter 14. *ad fin. de accusat.* ibi, *& denuntiationem charitativa monitio*, &c. quæ verba utrumque, scilicet secretam, & cum testibus factam monitionem comprehendunt. Benè tamen advertunt Iansen. *dicto loco*, Sylvest. *verb. correctio*, *n*.4. & alii *ubi suprà*, quod licèt Dominus in Evangelio jubeat testes adhiberi postquam peccans secretam monitionem non audivit, non tamen jubet eos tunc & statim adhiberi, quasi velit excludere alia media, quæ secundùm charitatem adhiberi, & prodesse possunt, & minùs nocent, vel infamant peccantem priusquam contra illum inducantur testes: inter media computari potest remedium, de quo August. agit apud S. Th. *d. art*. 8. *arg*. 8. scilicet ostendendi Præposito, ut si ab illo tanquam patre peccans fuerit emendatus, non procedatur ulteriùs ad testium inductionem: sicut ergo qui semel secretò corripuit, & non profecit, potest, & debet arbitrio viri boni (si adhuc per se sperat prodesse) iterum, vel etiam tertiò solus secretò monere, ex D. Thom. *d. art*. 8. *ad* 1. & post Aug. quem citat Sot. *d. q*.4. *concl*.5. *ante vers. quapropter*, & post Archid. Abb. *hic*, *n*.41. Sylvest. *d. n*.4. sic etiam potest antequam testes adhibeat denuntiare Prælato tanquam patri, & singulari Personæ, quæ prodesse potest, & non obesse, quinimò si per eum sperat fratrem lucrari, probabiliter defendi potest non tantùm esse consilium, verùm etiam præceptum procedere, sicut satis intendit August. *d. loc.* dum inquit, sed antequam aliis demonstretur, prius Præposito debet ostendi: neque particula *debet*, necessitatem importare videtur, juxta Gloss. *verb. debet*, passim receptam *in Clem. attendentes*, *de statu monach.* & sic videtur de mente S. Thomæ, & aliorum *ubi sup.* & tradit Bañes *d. p*.33. *art*.8. *dub*.2. *ad* 6.

19 His consequens est, quod ubi Episcopus, seu Prælatus verbo vel scripto per edicta etiam generalia, prout fieri consuevit in monitoriis, visitationibus, & aliis similibus, præcipiat denuntiari crimina aliqua, semper ejusmodi præcepta intelliguntur, scilicet præcedente monitione, seu correctione fraterna in illis casibus in quibus eadem locum habere, & permitti debet, ita ut aliter nec possint, nec debeant subditi denuntiare, imò etiamsi Prælatus contrariũ intendat, & jubeat statim absque correctione denuntiari, quia præcipit contra Iuris naturalis & Evangelii ordinem, securè parendum non est illi, ut satis colligitur ex prædictis, quia ut habetur Actor. 5. obedire oportet Deo magis, quàm hominibus, *c. qui resistit*, *post princip.* 11. *q*.3. resolvit in specie S. Thom. *d. art*.7. *ad* 5. *& quodlib*. 11. *art*.13. quem sequuntur omnes *in* 4. *dist*.19. Sot. *d. q*.4. *in fine*, *& memb*. 3. *q*.1. Archid. Turrecr. *n*.32. & alii *in d. cap. si peccaverit*, Nav. *in d. c. inter verba*, *n*.776. Guttier. *canon. quæst. cap*.11. *à n*.20. *& n*.73. Bañes *ubi suprà*, *col*.8. *vers. ad* 7. secundùm quos per ejusmodi monitoria, vel edicta quæcunque ad emendationem criminum, vel ad illorum cautelam proposita non tenetur, nec potest quis ea deferre, aut denuntiare, de quibus alter jam correctus est, vel per fraternã correctionem corrigendus speratur, & ita cautè Prælati aliquando in ejusmodi monitoriis, & visitationibus adjiciunt ne peccata occulta, non præmissa fraterna correctione denuntientur, ut notat Sot. *d. q*.4. *concl*.3. *in fine*, & quanvis id non exprimant, sic intelligunt, & intelligere debent, præterquam in monitoriis, & edictis S. Inquisitionis contra hæreticos, in quibus hujusmodi fraterna correctio regulariter locum non habet, & contra Fr. Bernardinum advertit Bañes *d. vers. ad* 7. Dixi, *in illis casibus, in quibus*, &c. quia in aliis statim & absque fraterna correctione denunciatio recta via fieri potest, & debet secundùm præcitatos, & Navar. *ubi suprà*.

Consequens item est, quod ubi fraterna 20 correctio locum habet, velut quia non subest correctionis spes, vel corripiens damnum aliquod notabile probabiliter timet, vel aliter non proponitur commoditas ad corripiendum, & in casibus similibus de quibus suprà, sicut etiam in illis, in quibus fieri, aut effectum habere non potest, denunciatio facienda Ecclesiæ, quà Ecclesia est, adhuc poterit denuntiari Prælato quà pater, seu vir bonus existit, potest prodesse, & non obesse, ut is corripiat cum minimo quoad fieri potest peccatoris detrimento, juxta *d. c. hoc videtur*, 22. *q*.5. observant Palud. *d. dist*.19. *q*.4. *col*.2. *&* alii *ibidem*, communis *in d. c. si peccaverit*, Adrian. *in resp. ad tract. Albertini de secreto*, Sot. *d. q*.4. *concl*.3. *dub*.3. *& concl*.2. *vers. nihilominus*, Navar. *n*.573. Guttier. *n*.21. *citatis locis*.

In text. ibi, *Dic Ecclesiæ*, &c. Apertè probat 21 hic text, quod si præmissa correctione fraterna in casibus in quibus ea locum habere, & præmitti debet, peccator non audeat, necessariò & ex præcepto, ut denotat verbum imperativum *dic*, tenetur corripiens denuntiare Ecclesiæ, idest, Prælatis, & Præsidibus Ecclesiæ, quatenus tales sunt, ut ipsi post ejusmodi denunciationem ulteriùs in correctione procedant. Intellige ubi 22 denuntians apud Ecclesiam, & in ejus foro probare potest id ipsum, quod denuntiat; nam si probare nequeat, cessat hæc obligatio, quia non solùm non tenetur, imò nec potest etiam post correctionem sic occulta peccata & peccatorem denuntiare, & ad

Ecclesiæ Prælatos deferre, ut intendit text. *in cap. plerumque, in princ. 2. q. 7. cap. 1. cum seqq. 6. quæst. 2.* ubi Gloss. & DD. *cap. 2.* ibi, *nisi iudiciario ordine quis probare possit, de offic. Ordin. Clem. 2.* ibi, *quod si taliter ea sciverint, ut probare valeant, de hæret.* ubi Card. tradunt Gloss. *vers. feratur, in Extravag. 1. de sent. excommun. inter commun.* post alios Nav. *in cap. inter verba, n. 777. & in man. cap. 17. n. 134. cum seq. & c. 25. num. 33.* Rip. *de peste, cap. ult. n. 118.* Anton. Gom. *var. tom. 3. de delict. cap. 2. n. 9. vers. advertendum.* Albert. *de secreto, à num. 175.* & multi alii, ut per Henriq. *in sum. lib. 13. de excommun. cap. 18. num. 3. lit. B,* Guttier. *canon. lib. 1. c. 11. n. 21.*
23 *cum seq.* generaliter resolventes eum qui jubetur denuntiare, aut revelare crimen aliquod, etiam per edicta, & litteras monitorias sub excommunicatione, non aliter teneri quàm si apud Superiorem probare valeat id ipsum, quod denuntiare, vel revelare jubetur, adeò, ut si Superior præcipiat crimen denuntiari, quantumcunque denuntians probare non possit, ejusmodi præceptum, & excommunicatio regulariter nullius sunt momenti, quia continent in sui tenore errorem intolerabilem, arg. *cap. per tuas 40. vers. nos igitur, de sent. excomm.* observant post Angel. Navar. *in d. cap. inter verba, num. 778.* Henriq. & Guttier. *n. 22. citatis locis.*

24 In text. ibi, *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus,* &c. Igitur per Ecclesiasticam denunciationem procedit Ecclesia, seu per admonitionem: itaque si denuntiatus, & per Ecclesiam monitus audiat & emendetur, nullatenus contra illum ad pœnam aliquam procedi potest, recurrit enim finis & effectus hujusce denunciatio-
25 nis, quæ ad emendationem dirigitur: deinde si denuntiatus, & monitus, de cujus crimine constat, non audiat, nec emendetur, potest Ecclesia contra illum ad pœnam procedere, ut intendunt verba hæc, *si Ecclesiam non audierit,* &c. idem probat *hic text. in vers. cùm enim,* ibi, *& si correctionem contempserit, per districtionem Ecclesiasticam coërcere:* observant Ioan. Andr. Host. Abb. *num. 46.* & communis ex Alciat. *hic,* secundùm quos Rex Galliæ, de quo *in hoc textu,* fuit excommunicatus per viam denuntiationis, quia Ecclesiam non audivit, idem probat Archid. *n. 14.* Alexand. *n. 39.* & alii *in d. cap. si peccaverit,* DD. communiter *in Matth. cap. 18. & in 4. dist. 19.* Sylvest. *verb. correctio, n. 4.* Sot. *de ratione tegendi, memb. 2. q. 4. conclus. 9.* Iansen. *in concord. cap. 72.*

SUMMARIUM.

1 *Factum, & ea, quæ in facto consistunt, litigantes per se & nomine suo, non verò per Advocatos proponere debent.*
2 *Verbum,* statuimus, *denotat novam constitutionem.*
3 *Litigantes si indiscreti, vel rudes sint, de licentia judicis per Advocatos, vel per alios factum proponere debent.*
4 *Advocatus, vel Procurator habens mandatum speciale ad factum in judicio proponendum, illud proponere potest.*
5 *Decisio hujus textus attenta consuetudine, & praxi non servatur.*

Cap. Pastoralis XIV.

Ad *num. 2. in fine.* Ex hoc text. notant 1
communiter DD. quod in judiciis factum, sicut & ea, quæ in facto consistunt, per principales personas, idest, suo nomine, & pro suo commodo litigantes, non verò per Advocatos proponi debent, Abb. & omnes *hic,* Bald. & alii *in l. 2. in princ. C. de jurejur. propt. calum.* Hippol. *sing. 450.* Revard. *pro tribunali, cap. 15.* Brisson. *selectar. lib. 4 c. 10.* Duaren. *disp. lib. 10. cap. 48.* Marian. Socin. *de citat. art. 2. q 15.* Marant. *de ordine judic. p. 7. actu 4. num. 15. & 16.* Azeved. *l. 2. tit. 16. lib. 2. Recopilat.* Camill. Borrel. *in sum. decis. p. 2. tit. 1. à num. 115.* Anton. Fab. *de errorib. pragm. decad. 2. errore 10.* Fachin. *controvers. lib. 10. cap. 83.* 2
Pichard. *in manuduct. ad praxim, p. 1. præcepto 7. n. 1.* idque novè constituit is textus, ut patet *verb. statuimus,* juncta Gloss. *in cap. ut litigantes, de offic. ordin. in 6.* advertit in specie Dec. *hic, n. 2. vers. sed tamen.*

Limita multis modis prædictam hujus 3
text. conclusionem, & primò ubi principales personæ indiscretæ sunt, hoc est rudes, vel admodum simplices, siquidem tales de licentia Iudicis per Advocatos, vel alios factum proponere possunt, & debent, ut probat hic text. *in vers. nisi,* junctis quæ tradunt Abb. *notab. 2. & 3.* Dec. *n. 1.* Felin. *à n. 7.* Hippol. *cit. loco,* Menoch. *de arbitr. q. 80. à n. 46. & casu 193. & 194. à n. 78.* sic limitantes Glos. *in c. 1. de confess. in 6. vers. ad positiones.* Limita 4
secundò in Advocato, vel Procuratore habente mandatum speciale, & specificum ad factum tale in judicio proponendum, quia tunc perinde est ac si principalis persona illud idem proponat, & satisfit tam rationi, quàm verbis hujus textus, qui agit tantùm de Advocato, vel Procuratore generaliter, & quatenus talis est absolutè, non verò quatenus speciale & specificum, vel etiam in individuo

individuo mandatum habuerit, ex his quæ post alios tradit Felin. *hic*, *n.* 2. *verʃ. amplia*, *ad med.* juvat text. *in cap. ult. de procurat. lib.* 6. cum traditis per Cov. *de ʃponʃal. p.* 2. *c.* 4. *n.* 7. *&* 8. Tiraq. *de iure mariti*, *gloʃ.* 7. *n.* 111. & alii per Roland. *conʃ.* 26. *n.* 4. *&* 21. *lib.* 2.

5 Limita tertiò attenta consuetudine & praxi in qua non servatur, ut post Ioan. Andr. fatentur Bellam. & alii *hic*, & frequenter videmus. Notabis tamen quod licèt praxis sic habeat, adhuc tamen alter ex litigantibus tam ad proponendum factum, quàm ad respondendum articulis, vel ad alia similia, justa de causa potest à Iudice petere ut adversarium principalem personam fortasse legaliorem, vel magis instructam cogat per se ipsam ad judicium accedere, & ne illius Procuratorem admittat, juxta *l. ult. in fine*, ubi glos. *verb. juʃtiores*, *cum ʃeq.* & DD. communiter, *C. de procurat. l. ʃi actor*, ubi Bart. & Marant. *in repet. à num.* 63. *ff. illo tit.* & post alios Felin. *hic*, *num.* 2. *verʃ. amplia.* Afflict. *deciʃ.* 177.

SVMMARIVM.

1 *Actionis nomen agens in judicio exprimere non debet.*

2 *Actio inepta ex cauʃa vera, & probata non ʃufficit, ut per eam ʃententia proferatur.*

3 *Iudex ʃententiam pro actore ferre poteʃt ex cauʃa ab eo probata, licèt alia in libello deducta fuerit, ʃi procedat ʃolâ facti veritate inʃpecta.*

4 *Princeps judicans ex cauʃa probata, licèt in libello non deducta, ʃententiam pro actore pronuntiat.*

5 *Princeps ʃemper cenʃetur procedere ʃola facti veritate inʃpecta.*

6 *Sententia, per quam principalis cauʃa non dirimitur, interlocutoria eʃt.*

7 L. is qui se obtulit 26. ff. de rei vend. & l. qui se mitti 48. ff. de petit. hæred. *intelliguntur.*

8 *Actionis confeʃʃoriæ, & negatoriæ effectus quis? remiʃʃivè.*

9 *Actiones confeʃʃoria, & negatoria non tantùm pro ʃervitutibus, ʃed etiam pro aliis juribus incorporalibus competunt.*

CAP. Examinata XV.

1 POst *num.* 1. Quamvis in judiciis non requiratur quod agens exprimat actionem, vel nomen actionis, quam intentat, adeò ut quamvis actio inepta, & quæ non competit, expressa sit, adhuc libellus, & petitio actoris ex vera facti narratione susti-
2 neatur, juxta *cap. dilecti*, *ʃup. hoc tit.* Si tamen agens proponat factum, quod concludit certam aliquam causam, & actionem competere, & postea in processu non illam, sed aliam probet, usque adeò actio, & intentio incongrua est & inepta, ut etiam ex causa vera & probata, ex qua constat agentem jus habere, non possit pro eo sententia ferri, sed reus à judicii observatione absolvendus sit, & ita probat, & procedit hic text. quem sic intelligunt Abb. & alii *hic*, tradunt latè Felin. *à num.* 40. *in cap. licèt cauʃam, de probat.* Bart. & plerique alii, ut per Tiraq. *de retractu*, *tit.* 1. *ad fin. num.* 98. Pinel. *in l.* 2. *C. de reʃcind. vendit. p.* 3. *c.* 3. *à n.* 28. Valasc. *de jure emphyt. part.* 1. *q.* 6. *à n.* 11. Menoch. *de arbit. q.* 31. Suar. de Paz *in pract. tom.* 3. *in initio*, *num.* 7. *cum ʃeqq.*

Limita textum, & prædicta omnia non 3
procedere in omnibus illis casibus in quibus proceditur sola facti veritate inspecta, siquidem in his potest Iudex sententiam ferre pro actore, ex causa ab eodem probata, licèt alia in libello, seu petitione juxta facti narrationem fuerint deducta, ut post. Ioan. Andr. & plures resolvunt Felin. *ubi ʃuprà*, Hippol. *ʃing.* 272. fatentur communem Valasc. *d. q.* 6. *num.* 12. Menoch. *citato loco.* Et pari ratione non procedit is textus &
conclusio in Principe judicante, quippe 4
qui ex causa probata, licèt, in libello non deducta, sententiam profert, & pro actore pronuntiat, ut post alios observant Ias. *in l. vinum*, *num.* 24. *verʃ.* 2. *ff. ʃi certum pet.* Felin. *ubi ʃuprà*, & alii citati à Pinel. *d. cap.* 3. *n.* 29.
Valasc. *d. loco*, Menoch. *d. q.* 31. *num.* 6. ex 5
eo, quia Princeps semper dicitur & censetur procedere & judicare sola facti veritate inspecta. Sed utraque limitatio non satis Iure probatur, & confundi videtur cum ex his, quæ contra illam notat Valasc. *ubi ʃuprà*, & ex eo maximè, quia omnes rationes, quibus nititur is text. cum similibus, & conclusio ex eisdem collecta, vigent etiam, & æquè concludunt in omnibus illis casibus, in quibus sola facti veritate inspecta proceditur, aut ubi Princeps judex est, ut satis intendunt Valasc. *citato loco*, & Pinel. *d. num.* 20. advertas per ejusmodi rationes periclitari plures limitationes, de quibus per Felin. & alios *ubi ʃuprà*: tum etiam, quia contra prædictos, dum agunt de Principe, est text. clarus *in præʃenti*, in quo summus Pont. judex fuit, qui tamen non pronuntiavit pro actore ex causa probata, quia non ea, sed alia deducta est, & reum absolvit ab observatione judicii, ut text. subdit *ad fin.* consonat reg. *cap. in cauʃis*, *de re judic.*

In text. ibi, *abʃolventes eoʃdem milites ab* 6

eadem, &c. Scilicet inepta, & incongrua actione & intentione: cùm autem Pontifex in sequenti vers. reservet actori jus, si quod habet in negotio principali, planè ostendit absolutionem hanc non referri ad illud, sed ad instantiam, vel observationem judicii, ut intendunt Abb. & DD. *hic*, *& in l. habebat*, *in princ. ff. de institoria*, & multi alii ex relatis à Felin. Pincl. Valasco, & Menoch. *citatis locis*, tradit post Bart. & alios Marant. *de ordine judic. part.5. num.50.* juxta quem sensum sententia huiusmodi, per quam principalis causa non dirimitur, interlocutoria, est & non diffinitiva, *gloss. pen. in l. harum 7. ff. si servitus vindic.* ubi Bart. & alii, communis ex Marant. *d. loco*, *& d. p.6.*
7 *num.63*. Nec obstat quod actor in proposito intentavit rei vendicationem ad restitutionem possessionis, ut constat ex littera ibi, *nec rei vendicationem intentare*, *nec ipsius restitutionem*, &c. Milites verò rei non negarunt se possessores, imò judicium suscipientes litem contestati sunt, ac subinde quia se liti obtulerunt, non absolvi, sed condemnari debuerant, quamvis non possederint, iuxta *l. is qui se obtulit 26. ff. de rei vend. & l. qui se mitti 48. ff. de petit. hæred.* quia respondetur dictas leges tantùm procedere ubi reus interrogatus asseruit se possidere, quod si non interrogetur, nec asserat, sed tacens in se judicium suscipiat, non dicitur se liti offerre, & consequenter nisi possideat, condemnandus non est, sed ab observatione, & instantia judicii absolvendus: & ita contingit in hoc text. in quo nec apparet, nec præsumi debet milites interrogatos respondisse se possessores, ut intelligunt Abb. *num.11*. & omnes *hic*, Bart. & alii *in d.l. is qui se*, Felin. *num.7. in cap. pen. de except.* communis, ut post alios fatetur Cov. *in cap. Reinaldus*, §. 3. *num.4. de testam.* per text. ubi *gloss. in fine*, Bart. & alii *in l. si à te 9.* §.1. *ff. de except. rei judic.*

8 In *gloss. 2.* ibi, *confessoria*, &c. De natura, vi, & effectu actionis confessoriæ, & negatoriæ, quæ in servitutibus locum habet, & possidenti conceditur, ultra iura, quæ glossa citat, vide Cov. *lib. 1. var. cap. 16. num.10.* Mayn. *lib.1. actionum, c.12. cum seq* Sarmien. *lib.1. selectar. c.2. à n.4.* Padil. *à n.58. in l.1.C. de servitut.* Suar. de Paz *in pract. tom.3. cap.1.* §.4. Cardos. *in praxi Iudicum*, *verb. actio*,
9 *n.20.* Quas actiones non tantùm pro servitutibus, verùm etiam pro aliis iuribus incorporalibus competere, ac subinde pro iureparronatus, intendit glos. hæc *in fine*, quam probant DD. *hic*, & alibi, ut per Roch. *de iurepatron. verb. ius*, *q.1. n.6.* Lambertin. & relatos à Padil. *citato loco*.

SUMMARIUM.

1 *Præceptores Templi pro Domibus suis agere, & illas defendere possunt, non obstante quod sint Religiosi.*
2 *Religiosus inferior ubi præficitur alicui administrationi sub alio majori Prælato, potest absque istius licentia in judicio litigare super juribus ad eandem administrationem pertinentibus.*
3 Text. in præsenti *declaratur.*
4 §. ult. Instit. de except. *intelligitur.*
5 *Irregularitas omnis an tollatur per professionem in Religione approbata?*
6 Cap.2. de apostat. & c.1. de eo, qui ordinem furt. *intelliguntur.*

Cap. Cùm deputati XVI.

Post *num.2*. Ad exornationem conclusionis ex hoc text. desumptæ, quod scilicet præceptores Templi pro Domibus suis agere, & illas defendere possunt, non obstante quod sint Religiosi, vel quod ignota sit eorum origo, adde Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.1. q.13. art.5.* Cardos. *in praxi Iudicum*, *verb. procurator*, *num. 95.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.2. lib. 3. c.5. n.9.* Camil. Borrel. *in sum. decis. p.1. tit.66. num.61.* 1

In text. ibi, *eosdem ab agendo*, *vel respondendo*, &c. Cùm Præceptores, de quibus in hoc textu, in domibus Templariorum, id est in monasteriis, ut text. habet *in princ.* & sub illorum Prælatis, & in ipsorum obedientia existerent, jam ex hoc text. colligi potest quod ubi Religiosus inferior præficitur alicui administrationi sub alio majori Prælato, potest ille, etiam absque istius licentia in judicio litigare super juribus ad eandem administrationem pertinentibus, ut notant Innoc. Abb. *à n.7.* Felin. *n.4.* & alii *hic*, Doctores *per tex.* ibi, *in Clem. 1. de rescript. & in cap. edoceri*, *eod. tit.* tradunt Nav. *in cap. non dicatis, num.4.* & alii disputantes, an ejusmodi inferior super his juribus majori Prælato super eisdem litigare volenti, vel è converso, præferri debeat. Sed si advertas, is text. non probat prædictam conclusionem, quia in quæst. *hic* proposita, solùm decidit Præceptores hos fore in judicio admittendos, non obstantibus his, quæ contra illos opponebantur, scilicet quod Religiosi non poterant litigare, & insuper quod ignota erat illorum natio, ut tex. habet ibi, *tanquam licitum non sit eis*, &c. & ibi, *eorum ipsis generatio non est nota*, &c. & ne hac occasione repellantur, providet is tex. ibi, *occasione ejusmodi*, &c. 2 3

In

4 In *gloſ.2. in princ.* ibi, *infamis non poteſt eſſe procurator.* Obſtat text. *in §. ult. Inſtit. de except.* per quem vulgò diſtingui ſolet inter Ius Canonicum, de quo agit hæc gl. cum Iuribus ab ea citatis, & inter Ius Civile, de quo in illo text. *gloſſ. ult. in cap. accedens*, ubi DD. 50. *diſt. gloſſ. ult. in cap. Imperatorum*, *de Iuram. cal.* ubi latè Abb. *n.9.* referens alias diſtinctiones, idem Abb. *hic, num. 6.* Tiraq. *de nobilit. c.30. num.2.* Cardoſ. *in praxi Iudicum, verb. procurator, n.4.*

5 In ead. gloſ. in fine, ibi, *Omnis tollitur irregularitas.* Vult gloſſa per profeſſionem in Religione approbata tolli & extingui omnem irregularitatem: id intendit *gloſſ. ult. ante fin. in cap. ult. de filiis Presbyt. & in ſum.* 56. *diſt.* probant Coſm. *in pragm. ſanct. tit. de concubinar. §. quia etiam, verb. cohabitare, ad med.* Sylveſt. *verb. illegitimus, num. ult.* Sot. qui excepta bigamia & homicidio hoc ipſum fatetur, tam jure communi, quàm privilegiis, *in 4. diſt.25. q.1. art. 3. col. 3. in*

6 *princ.* Sed obſtat *cap.2. de apoſt. & cap.1. ubi gloſſ. ult. de eo qui ordinem furt.* cum aliis, & nullibi iure Canonico habetur ea generalis traditio; & ideo verius & receptius eſt quod licèt Religionis profeſſio ſit cauſa ob quam faciliùs in quavis irregularitate diſpenſari poſſit, & debeat, per eam tamen tantùm tollitur (attento Iure communi, & ſemotis particularibus Religionum privilegiis) irregularitas, quæ & quatenus Iure Canonico expreſſa, & ſublata reperitur, ut *in d. cap.1. de filiis Presb. gloſſ. ult. in d. capit.2.* ubi Abb. *numer. ult.* Cov. *in Clem. ſi furioſus, part.1. §.2. num. 6. in fine*, Roderic. Suar. *alleg.25. num.3.* Henriq. *in ſum. lib. 14. de irregul. cap.8 num.10. lit.H. & cap.17. num.2. lit.T*, Rebuff. *in praxi, tit. de diſpenſ. ſuper defectu natal. num.71.* Laurent. de Peirinis *tom.2. de Prælato, quæſt. 2. cap.5. n. 133. cum ſeqq.* Caſtr. Palao *tom. 3. tract. 16. diſp. 2. punct.8. num.8.* Machado *en ſu perfetto Confeſſor, tom.2. lib.5. p.1. tract.3. docum.10. n.14.* Ego *de jure eccleſ. univerſo, lib.1. cap.42. n.187. cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus ex defectu juſtitiæ in eccleſiaſtico foro non poteſt trahi ad ſeculare judicium.*

2 *Iuſtitiæ defectus in eccleſiaſtico Iudice ſufficit ut ad eccleſiaſticum competentem ſuperiorem recurratur.*

3 *Clericus per ſuum expreſſum conſenſum non poteſt efficere ut ſecularis Iudex contra ſe etiam conſentientem cognoſcere poſſit.*

4 *Auth. ut clerici, §. ſi verò, & cap. ſi quis cum clerico, 11. q.1. intelliguntur.*

5 *Text. in præſenti declaratur.*

6 *Cap. filiis, vel nepotibus, 16. quæſt. 7. exponitur.*

Cap. Qualiter, & quando XVII.

Poſt *num.* 3. in text. ibi, *Ne pro defectu*, &c. per hunc text. explicatur regula præſcripta *in cap.1. & 2. cum aliis, 11. q.1. & in cap. clerici, in princ. & in cap. cùm non ab homine, ſub hoc tit. & in cap.2. & in cap. ſi diligenti, de foro comp.* ut procedat etiamſi Iudex eccleſiaſticus, apud quem clericus cōvenitur in cauſa etiam criminali, vel civili, per negligentiam, vel malitiam deficiat in miniſtranda juſtitia contra ejuſmodi clericum, quia adhuc pro defectu ejuſmodi non poteſt clericus trahi ad ſeculare judicium, ut notant omnes *hic, gloſſ. ſum. in fine, 11. q.1.* Archid. Alexand. & alii *in cap. ſi quis cum clerico, ead. q.1.* idem Archid. Bellam. & alii *ſuper gloſſ. verb. Regis, in cap. filiis, 16. q.7.* Roman. *ſing.418.* Nav. *in cap. cùm contingat, de reſcript. remed. 1. verſ. decimò, cum ſeqq.* Et 1

juvat ratio, tum quia defectus juſtitiæ in eccleſiaſtico judice licèt ſufficiat ut ad eccleſiaſticum ſuperiorem competentem recurratur, & juxta *tit. de ſuppl. neglig. præl. cap. nullus 17. de jurepatr.* cum aliis, nuſquam tamen tribuit juriſdictionem ſeculari qui nullatenus eſt ſuperior eccleſiaſtici, *cap. ſolitæ, de majorit. cap. ult. in princip. de rebus Eccleſ.* præſertim in hac materia, in qua omninò, & indiſtinctè prohibetur judicare de crimine, aut de cauſa clerici rei conventi, ut patet *in hoc text.* cum ſimilibus *ſup. citatis.* Tum etiam, quia ſi eccleſiaſticus per ſuum expreſſum conſenſum non poteſt efficere ut ſecularis Iudex contra clericum etiam conſentientem cognoſcere poſſit, *cap. ſignificaſti, in fine, de foro comp.* utique nec poterit per ſuum conſenſum tacitum, vel per factum aliquod, utpote per delictum, vel negligentiam in non miniſtranda juſtitia, ne id quod una via jure prohibetur, temerè, & ſine lege per aliam admittatur, contra *reg. cùm quid, de regul. Iuris lib. 6. cum vulgaribus*: & ita ex hoc text. junctis ejuſmodi rationibus, improbanda videtur ſententia *d. gloſſ. verb. Regis*, ibi, *vel etiam cùm judex eccleſiaſticus deſes eſt*, &c. quam in effectu probant Hugo & Turrec. *ibi*, & in caſu violentiæ defendit Nav. *ubi ſuprà*, poſt Guillelm. Benedict. quem citat, & ſatis intendit *gloſſ.2. in fine, in cap. Principes, 23. q. 5.* tradit Aufrer. *de poteſt.*

test. seculari, reg.1.n.11.& reg.2. num.30. Gabr. *ad Roman. d. loco, vers. tertio deficiente.*

4 Nec pro glos. contra hunc text. & supradicta facit text. *in Auth. ut clerici, vers. si verò*, ibi, *tunc licentiam esse, & ad civiles judices*, &c. *& in d. cap. si quis cum clerico*, ubi in defectum Episcopi contra clericum recurritur ad Iudicem secularem; quia textus illi secundum *gloss.2. & ult.* Archid. & alios *in d. cap. si quis*, Anton. *n.*8. Abb. *n.*7. Imol. *n.*4. & mentem omnium *hic*, procedunt secundùm jus antiquissimum ante prædictos Canones, *& d. cap. clerici, suprà eodem*, in quibus indistinctè, & generaliter clerici tam in criminalibus, quàm in civilibus judicantur

5 per solos ecclesiasticos, nec ullatenus possunt conveniri apud seculares Iudices: & ita jam textus illi sunt correcti per jura nova. Qui intellectus suadetur, quoniam textus *in præsenti*, dum docet pro defectu justitiæ clericos in criminibus ad seculare judicium trahi non posse, jus novum inducit, ut colligitur ex illo verbo *prohibemus*, iuxta *cap. prohibemus*, ubi DD. *de decim.* cum aliis, & intendunt Anton. & Imola *hic*, ac subinde significat pro eiusmodi defectu trahi potuisse secundùm Canones, & Iura antiqua, usque ad tempora huius cap. quia Canones indistinctè loquentes non videbantur locum habere in hoc casu speciali, in quo justitia sic deficeret in ecclesiastico iudicio, iuxta *d. Auth. & d. cap. si quis*: quorum dispositio specialis generali dictorum Canonum derogare videbatur, ex *reg. generi, de regul. Iuris lib.6.* quousque emanavit huius cap. prohibitio.

6 Nec item obstat *d. cap. filiis*, ibi, *Regibus hæc auribus intimare non differant*, &c. quia ultra alium intellectum Archid. & aliorum illic, Abb. *d. num 7. in fine*, & est de mente aliorum *hic*, Aufrer. *d. reg.2. n.*30. dum existimant textum illum similiter esse correctum per Ius novum, de quo *hic*, & in similibus: quem intellectum in casu violentiæ non admittunt Nav. *ubi sup.* & Cov. *pract. cap.35. num.3. vers.2.* verius videtur simplicem illam intimationem, de qua agit Pontifex, non fieri ad effectum ut Rex judicet, aut tanquam iudex procedat, sed tantummodo ut moneat, roget, vel aliter extra iudicium, & absque iurisdictione agat & instet apud Episcopum, vel Archiepiscopum, ut intelligunt idem Archid. & cæteri *ibi*, Abb. *d. n.*7. & alii *hic*, Aufrer. *ad decis.*149. & satis suadent verba text. qui de simplici intimatione, & nihil de iudicio, aut iudiciali processu loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex aliàs competens potest ut suspectus recusari ex eo quod habeat causam similem.*

2 *Iudex nimis favorabilis uni parti, suspectus est alteri.*

3 Text. in præsenti *declaratur.*

4 *Iudex in causa quam ut privatus habet, æquum putat id, quod in ea petit aut prætendit litigans.*

Cap. Causam quæ XVIII.

Ad *num.* 1. Collige ex textu Iudicem aliàs competentem posse ut suspectum 1 recusari & removeri ex eo, quod tanquam privatus habet causam similem ei, de qua velut ordinarius, aut delegatus cogniturus erat, ut per *glos.*1. Abb. & DD. communiter *hic ad fin. in cap. causam quæ 17. de officio deleg.* glos. & omnes *in cap. personas, de testib.* Roman. *ubi addit. sing.* 360. Aufrer. *de recusat. num.* 18. *vers.* 27. Marant. *de ordine judic. part.6. cap. de appellat. num.*46. Roland. *cons.*98. *à num.* 30. *lib.*4. & citati *in collect.* Et suadetur apertè ex littera 2 huius text. dum Pontifex removens Archidiaconum, & expendens causam, quam habet, similem adjecit, quod propter illam videretur nimis favorabilis alteri parti: planè iudex nimis favorabilis uni parti, suspectus est alteri, & ut talis recusari potest, & nihil aliud est dicere nimis favorabilem esse, quàm nimis affectum, ac subinde suspectum, ut recusetur, *cap. accedens, el 2. ut lite non contest.* ibi, *nimis favens*, iuncta glos. *in ultimis verbis.* Iuvat quod *in quarta compil. hujus libri, sub hoc tit. cap.*1. loco particulæ *nimis*, habetur particula *minus*, quasi 3 Pontifex significaret Archidiaconum propter causam similem videri favorabilem minùs alteri parti, scilicet Abbati, & Conventui: cùm ergo Iudex inter utramque partem medius esse debeat, & non magis uni, quàm alteri favorabilis, *cap. ult.* ibi, *illi enim inter utramque*, &c. 14. *q.*5. meritò qui nimis vel minùs favorabilis ostenditur uni quàm alteri, magis, vel minùs uni quàm alii affectus est, & consequenter suspectus redditur, & recusari potest. Ratio rationis 4 est, quia iudex in causa, quam ut privatus habet, & novit, iustum, & æquum putans id quod in ea petit, aut prætendit litigans, id ipsum facile, & verosimiliter putabit, & putaturus præsumitur iustum & æquum in alia, de qua ut iudex cognoscit, & sic affectus iudicabit in hac, quemadmodum animum

animum declaravit, & judicari postulat in illa simili, quam ut privatus agit: nec enim mutatio animi præsumitur, & in utraque causa ita simili eadem, non diversa conscientia esse debet ejusdem hominis judicis in una, & partis in alia, arg. *cap. pen.* §. *porrò*, juncta *glos.* 1. *de elect. in* 6. Iuvat doctrina Innoc. quam probant Abb. *hic in fine*, & plures, ut per Aufrer. *ubi sup. n.* 12. *vers.* 15. Marant. *d. loco, n.* 42.

SVMMARIVM.

1 *Iudices si de causa principali, & de exceptionibus simul cognoscunt, vel aliàs si super ipsa principali causa, lite nondum contestata testes recipiunt, licitè ab eis appellatur.*

2 *Iudices pronuntiare debent ante negotium principale super omnibus exceptionibus, quæ de se impediunt litis ingressum.*

3 *Iudex quoties non cognoscit à principio de exceptionibus præjudicialibus divisim à negotio principali, licitè ab eo appellatur.*

CAP. Exhibita XIX.

1 POst *n.*1. Quod si Iudices de principali causa, & de exceptionibus præjudicialibus simul cognoscunt, vel si aliàs super ipsa principali, causa lite nondum contestata testes recipiunt, licitè ab eis appellatur, ultra citatos probat *l. Castel.* 5. *tit.* 10. *part.* 3. *& l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 4. *Recop.* juxta cujus decisionem asserit Amat. Roder. *de*
2 *modo & forma examinandi processum, cap.* 6. *num.* 30. quod jam stylus approbavit quod indistinctè sit pronuntiandum ante negotium principale super omnibus exceptionibus, quæ de se impediunt litis ingressum: & ante illum idem notavit Marant. *de ordine judic. part.* 4. *dist.* 10. *num.* 7. asserendo ita efficacem esse vim exceptionum præjudicialium, quod sive per medium excipiendi, sive per modum agendi proponantur, quiescere faciant quodcunque judicium, ut etiam tradit Ioseph. Cumia *in ritib. Siciliæ, cap.* 42. *num.* 50. Emman. Mendez de Castro *in praxi Lusit. lib.* 3. *c.* 3. §. 4. *n.* 14. Ignat. del Villar *in sylva responsor. Iuris,*
3 *resp.* 3. *n.* 73. Et quoties Iudex non cognoscit à principio de exceptionibus præjudicialibus divisim à negotio principali, sed procedit ad ulteriora in eodem negotio, licitè ab eo appellatur, Mart. *de Iurisdict. p.* 3. *cap.* 12. *num.* 5. Cevall. *de cognit. per viam violent. part.* 2. *q.* 65. *num.* 46. *& q.* 49. *num. fin.* Alex. Raudens. *var. resolut. cap.* 68. *num.* 2. Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 76. *num.* 3. Valenz. *cons.* 68. *n.* 54.

SVMMARIVM.

1 *Magistratus laicos posse cognoscere de causis possessoriis beneficiorum, qui teneant, referuntur; sed contrarium verius, ut num.* 2.

3 Text. in præsenti *declaratur.*

4 Cap. Causam quæ 7. qui fil. sint leg. *intelligitur.*

5 Cap. litteras 13. de restit. spoliat. & cap. cùm dilectus 32. de elect. *declaratur.*

CAP. Significavit XXI. & ult.

POst *num.* 2. Per hunc text. plures non contemnendæ existimationis Doctores 1
tenent laicos Magistratus posse cognoscere de causis possessoriis beneficiorum, similiumque rerum spiritualium, etiam contra clericos, quorum meminit Valasc. *cons.* 93. *n.* 9. & ex eorum numero sunt Cov. *pract. c.* 35. Mieres *de major. part.* 3. *quæst.* 11. *num.* 26. Ioan. Garc. *de nobilit. glos.* 1. *num.* 27. Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 34. *num.* 42. *& practic. lib.* 1. *q.* 20. Ceval. *in tract. de cognit. per viam violent. part.* 2. *q.* 65. *à num.* 7. Cened. *canon. q.* 45. *à num.* 15. Christoph. de Paz *de tenuta, cap.* 12. *n.* 78. expendentes textum hunc pro hac parte, dum inibi Potestas secularis Florentina de causa possessoria juris eligendi Rectorem usque ad definitivam sententiam cognovit, & Vincent. Doctor antiquus super hunc text. notavit, quod quando causa est possessoria, etsi respiciat rem spiritualem, adhuc temporalis judicatur, & super illa posset secularis Iudex judicare: similiter expendunt textum *in cap. causam quæ* 7. *qui filii sint legit. & cap. litteras* 13. *circa fin. de restit. spoliat. & in cap. cùm dilectus* 32. juncta glos. *verb. juramento, de elect.*

At contrarium verius est ex eo, quia in 2
quolibet possessorio rei spiritualis, seu illi annexæ, necessarium est cognoscere de titulo, & causa proprietatis, & multò magis si sermo sit de possessorio beneficii, cùm clerici necesse habeant docere de petitorio, justificare possessionem suam, titulumve probare ad obtinendum in his causis: de quo titulo, seu proprietate laicus nullo modo cognoscere potest, juxta text. *in cap. decernimus, sup. hoc tit.* & consequenter nec etiam cognoscere poterit de

tali

tali possessione, & quod necessaria sit cognitio deducto titulo, satis probat text. iuxta suam veram interpretationem, *in cap. in litteris* 5. *& in cap. ex transmissa* 8. *in vers. legitimè desponsata, de restit. spoliat.* & notat *glos. fin. in Clem. unic. de causa possess.* Cov. *d. cap.* 23. *num.* 4. Menoch. *remed.* 15. *recuper. num.* 458. Mascard. *de probat. concl.* 1323. Valasc. *d. cons.* 79. Marta *de jurisdict. p.* 2. *cap.* 39. *num.* 23. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 238. *à princ.* Anguian. *de legib. lib.* 2. *controv.* 19. *num.* 7. *cum seqq.* Felician. de Vega *ad cap. quanto* 3. *num.* 64. *cum seqq. de judic.* qui plura pro hac parte fundamenta adducunt, quæ apud illos videri possunt: latè D. Sperel. *decis.* 7. *per tot.*

3 Pontificia verò decisio, de qua *in hoc text.* qua perperam nituntur oppositæ sententiæ fautores, non difficilem habet solutionem, si cum Anguian. expendas non fuisse controversiam de possessorio rei spiritualis, vel juris eligendi ad dignitatem aliquam ecclesiasticam, sed actum fuisse ibidem de possessione, vel quasi rei temporalis, id est illius electionis Rectoris, Præsidis, sive Regentis officium illud, quod revera dignitas erat secularis; quare nihil mirum si Florentina potestas cognoverit contra secularem communitatem, de qua hìc mentio fit: quamvis si lis esset, seu contentio circa substantiam illius electionis, & ageretur petitorio super proprietate contra ecclesiasticos, dubium esse non possit quin ecclesiastica Potestas cognoscere non potuerit, ut definitum fuit in hoc textu, satisque constabit legenti integram Decretalem relatam per Bullam. *in præsenti*, ex qua manifestè deducitur Rectorem, de quo *hic*, secularem fuisse Potestatem, seu Magistratum, qui assumebatur ad officium seculare, & regimen castri, seu loci, de quo *ibi* Ita post glos. *in præsenti*, intelligunt Cov. & Gutier. *citatis locis*, Anguian. *d. controv.* 19. *num.* 19. Felician. de Vega *ad d. cap. quanto*, *num.* 70. Boët. Epo *de Regalibus, vel iure Principum, in princ. n.* 31. ubi expressè tenet in hoc textu de nullius rei spiritualis possessione, vel quasi agi, sed de quasi possessione juris omninò profani, & temporalis, hoc est, de constituendo Rectore, seu Gubernatore, seu Prætore prædicti oppiduli politico, per illud Monasterium, vel ejus Abbatem.

4 Similiter non obstat tex. *in d. cap. causam quæ* 7. *qui filii sint leg.* quia omissa interpretatione, quam ad illum assignat Christoph. de Paz *d. c.* 12. *n.* 78. *cum seqq.* respondetur ideo ibi cognitionem causæ possessoriæ fuisse per summum Pont. ad Regem Angliæ delatam, quia quamvis concurreret cum causa matrimoniali, ipsa tamen de se non spiritualis, sed merè temporalis & civilis erat, & inter laicos solummodo vertebatur, ut ex illius specie constat, & refert Felician. de Vega *citato loco*, *num.* 99. clariùs Boët. Epo *ubi suprà*, dicens textum in præsenti de casu loqui profano, spoliationis videlicet, invasionisque bonorum per laicos, quandoquidem spoliaverat illic Anglus quidam nepotem defuncti sui fratris eo prætextu quod filiam fratris, matrem scilicet hujus nepotis jam defunctam dictitaret non fuisse legitimam: cujus quidem spoliationis causam non ab ecclesiasticis judicibus, sed ab Anglorum Rege, vel Iudice Regio cognosci, dirimíque non invitus patitur Pontifex, causa status, id est, sobolis legitimæ, solis reservata Iudicibus ecclesiasticis, tanquam spirituali.

Nec etiam obstat *d. cap. litteras* 13. *de restit. spoliat. & d. cap. cùm dilectus* 32. *de elect.* 5
quia quamvis in eorum specie deferatur juramentum calumniæ in causis possessoriis, non exinde colligitur quod causæ ipsæ spirituales non sint, quia non semper verum est quod in causis spiritualibus tale juramentum non præstetur, cùm regula tex. *in cap.* 2. *de juram. cal.* solùm procedat quando de causis ipsis principaliter agitur, non verò cùm incidenter, & per viam exceptionis emergunt, sicut explicat utrobique glos. & ex eo maximè, quia jam *in cap.* 1. §. *quamvis, de juram. cal. lib.* 6. expressè definitum est, quod juramentum ipsum deinceps præstandum sit, ut via calumniis præcludatur. Ita Felician. de Vega *d. loco, num.* 71. Ad tex. verò *in cap. petimus*, 19. 11. *q.* 1. respondebimus suo in loco.

Post *num.* 8. Quod ubicunque agitur de 6
judicio summario, quale est quod adesse debet in causis publicis, & quæ concernunt bonum regimen Reipublicæ, vel alicujus communitatis, seu universitatis, non est admittenda dilatio etiam propter ferias ob vindemiam institutas, ut per glos. *verb. ob necessitates, in Clem. sæpè, de verb. signif.* Putc. *in tract. de syndicatu, in verb. feriæ, num.* 1. Marant. *de ordine judic. dist.* 9. *à num.* 19. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 30. *à num.* 2. Sigism. Scacc. *de judic. lib.* 1. *cap.* 46. *n.* 13. *& lib.* 2. *c.* 5. *num.* 171. *cum seqq.*

De

De Foro competenti.

Tit. II.

Ad Rubricam.

AD *n*.8. ibi, *Forus interior plurimùm differt ab exteriori.* Vltra citatos *in collect.* idem tenent Card. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.2. tit.14. n.18. & 19. & 24.* Card. Tusch. *pract. conclus. lit. F, concl. 447. ex n.9. tom.4.* Ioan. Valer. *de different. inter utrumque forum, in prælud. n.8.* & ideò plures differentias inter utrumque forum admittunt citati à Manric. *d. lib. 2. tit. 14. n.19. & 24.* Amescua *de potest. in se ipsum, lib.2. c.16. n.7. & 8.* Ioan. Bapt. de Larrea *tom.1. decis.15. n.86.* Vnde Nav. *cons.5. n.2. de empt. & vend.* ait quod multa licent in foro exteriori, quæ non licent in foro conscientiæ: & Philip. Franc. *in c.2. de pœnit. & remiss. in 6.* dixit quod forus pœnitentialis non sequitur naturam fori contentiosi: & Ludov. Gom. *ad reg. de non judicando, q.14. sub vers. breviter,* & ex eo Ioan. Gutier. *lib.4. pract. q.10. n.18.* tradiderunt quod forus fori, & forus poli differunt sicut cœlum à terra. Scio tamen ab aliis traditum videri forum conscientiæ differre in nihilo à foro judiciali, inter quos sunt ex Iureconsultis Feder. de Senis *cons.2.* Paul. de Castro *in rubr. ff. de acquir. hæred. n.4.* Bald. *in Auth. Ingressi, n.49. C. de sacros. Eccl.* Greg. Lop. *l.7. gloss.3. tit.5. par.6.* Lambert. *de jurepatr. lib.2. p.1. q.10. art.3. sub n.14. pag.659.* Covar. *in c.1. n.21. & in c. cùm esses, n.7. de testam.* Ioan. Neviz. *lib.5. sylvæ nupt. sub n.74. vers. imò dicunt,* Tiber. Decian. *in tract. crim. lib.2. c.12. num.4. vers. sed contra,* Marc. Ant. Genuens. *in practicab. Eccl. q.784. n.2. vers. nihilominus,* Nic. Garc. *de benef. p.9. c.1. n.10.* Cancer. *var. resol. lib.2. c.1. n.207. cum seqq.* Ex Theologis Martin. de Ledesma *2.4. q.18. art.1. dub.12. fol.227.* Domin. Sot. *lib.4. de Iustit. q.5. art.3.* Fr. Emman. *in sum. p.2. c.47. n.4.* Petr. Navar. *de restit. 3. p. c.4. n.221.* Sayr. *in clavi Reg. lib.1. c.13. n.24.* Suar. *de censur. disp.40. sect.5. num.16. & sect.6. n.1.* Vasq. *1.2. tom.1. disp.66. c.1. num.3.* Salas etiam *1.2. q.21. tract.8. disp. unic. sect.18. n.166. & sect.19. n.171.* Thom. Sanch. *de matrim. lib.1. disp.5. n.20. ad med. & in præcepta Decal. lib.1. c.10. n.11. vers. tertiò quia, & lib.2. c.23. n.40. in fine,* Ioan. Sanch. *in select. disp.48. n.54. cum seqq.* Bonac. *de Horis Canon. lib.2. q.5. puncto 3. n.19. vers. Ego verò,* Trullench. *in exposit. Decalogi, lib.2. c.1. dub.12. num.5.* Et ideò quod valeat argumentum de foro conscientiæ ad judicialem, & è contra, docent *gloss. verb. puncto, prope fin. in c. si diligenti, de foro comp. & verb. vel legare, in c. omnis utriusque sexus, & verb. permittimus, in c. fin. de Pœnit. & remiss.* plures per me citati *in locis communib. arg. Iuris, loco 50. n.1* Petr. Navar. *lib.2. de restit. c.1. n.67.* Moner. *de commut. ult. volunt. c.6. n.296.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus coram proprio Episcopo, & non coram alio, nisi de ejus licentia, & utriusque partis consensu conveniri potest.*

2 Cap.1. vers. post hæc, de appellat. lib.6. *declaratur.*

3 Cap. pulsatus 3. q.6. & cap. clericum 47. 11. q.1. *declarantur.*

Cap. Proposuisti I.

CLericus conveniri debet coram pro- 1
prio Episcopo, & non coram alio, nisi de ejus licentia, & utriusque partis consensu. Consonant text. *c.1. & 2. cum aliis, 9. q.2. cap. nullus, c. clericum, cap. continua, & per tot. 11. q.1. cap. significasti, inf. hoc tit. cap. cùm causam 13. de probat. c.1. eod. hoc tit. lib.6. c. cùm Episcopus 7. de offic. Ordin. eod. lib. l. Castellæ 1. tit. 9. part.1.* exornant ex modernis super hunc text. Balboa *num. 2. & 4.* Felician. de Vega *n.10. & 15.* Anton. Granut. *à n.1.* Donell. *comm. Iuris Civilis lib.17. c.10.* Nav. *in rub. de judic. §.17. n.68.* Anastas. Germon. *de sacrorum immun. lib.3. c.5.* Morl. *in emporio Iuris Canon. tit. de Iurisdict. q.21. per tot.* Ego ipse *in praxi exigendi pensiones, p.1. q...*

Non obstat *c.1. vers. post hæc, de appell. lib.6.* 2
ubi ecclesiastica jurisdictio ex solo partium consensu prorogari potest, quia respondetur textum illum procedere in prorogatione ad Iudicem supremum, hoc est, Pontificem, qui Ordinarius totius Ecclesiæ Iudex dicitur. Minùs obstabunt text. *in l. si per errorem 15. & in l. si convenerit 18. ff. de jurisd. omn. judic.* dum probant jurisdictionem cujuslibet Iudicis solo consensu partium prorogabilem esse; quia respondetur procedere de Iure civili, quo attento prorogatio invito proprio Iudice fieri potest: secus de Iure Canonico, ut *in hoc text. & in d. c. significasti.*

Nec etiam obstat *cap. pulsatus 3. q.6.* dum 3
probat quod si quis coram non suo Iudice fuerit pulsatus, poterit, si velit, tacere, vel respondere; quia intelligi debet suppositis terminis habilibus, hoc est, interveniente Episcopi licentia, & non aliàs. Ita Granut. *in præsenti, num.11.* ubi etiam interpretatur text. *in cap. clericum 47. 11. q.1. vers. clericum.*

Cap. Ex transmissa VI.

1 AD *num.*2. Quod vassallus etiam clericus in his, quæ pertinent ad feudum, subjicitur domino feudi, quamvis seculari, ultra citatos *in collect.* docent *l. Castel. ult. tit.* 26. *part.* 4. Schrad. *de feud. p.*10. *sect.*1. *n.*10. Rosenth. *eod. tract. cap.*12. *concl.*1. *n.*5. Schover. *de feud. disputat.* 2. *thesi* 26. *lib.*2. post Abb. Socin. Marant. Menoch. & alios Surd. *cons.*193. *à num.* 1. ubi *num.* 2. idem procedere affirmat vice versa quando dominus feudi est clericus, & vassallus laicus, *& cons.*396. *num.* 32. Ambrosin. *de immun. c.*10. *num.*56. Sayr. *in clavi Regia, lib.* 12. *c.*8. *num.*9. Bobadil. *in sua politica, lib.*2. *cap.*17. *n.*197. *sub lit.* C, Ponte *cons.*21. *& seq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 9. *num.*351. Marta *de jurisdict. part.*4. *casu* 89. *num.* 5. *cum seqq.* Suar. *de defensione Fidei contra Anglicanæ sectæ errores, lib.*4. *de immun. cap.*24. *n.*12. Carol. de Grassis *de effectib. clericalib. effectu* 1. *num.* 721. *& effectu* 2. *num.* 215. Duard. *super Bull. in Cœna Domini, can.* 15. *quæst.*11. *num.* 68. *cum seqq.* Bonacin. *de censur. in Bulla Cœnæ contentis, disp.*1. *q.*16. *sect.* 1. *puncto* 6. *num.*6. *&* 7. Parens meus *in remiss. ad Ordin. Regias Lusit. lib.*2. *tit.*1. §. 16. *num.* 1. *fol.*128. Cumia *in ritu Sicil. cap.*2. *num.* 40. Perez *l.*8. *tit.*1. *lib.*3. *Ordin. pag.*479. Humada *l.*57. *gloss.* 2. *num.* 1. *tit.* 6. *part.* 1. Camill. Borrell. *ad Bellug. in speculo Princip. rub.*11. §. *videndum, verb. perdunt, & de Regis Catholici præstantia, cap.* 71. *num.* 73. *& seq. & in sum. decis. part.* 1. *tit.* 34. *de feudis, num.*159. Sigism. Scacc. *de judic. lib.*1. *cap.* 11. *num.*97. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *quæst.*62. *art.*10. Cur. Philip. *part.*1. §.5. *num.*11. Ioan. Andr. Georg. *in repet. feudali, part.* 1. *cap.*2. *cum seqq.* Gasp. Thesaur. *quæst. forens. lib.*2. *quæst.*15. *sub num.* 9. Vincent. de Franchis *decis.* 545. Boët. Epo *de Regalib. vel jure Principum in benef. eccles. num.*93. *cum seqq.* Carol. de Grassis *de effectib. cleric. effectu* 1. *num.*718. Octav. Glorit. *resp.*13. *num.* 29. Paul. Layman. *in Theologia morali, lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 4. *num.* 3. D. Barbos. *in l.*1. *ff. de judic. art.* 3. *numer.* 159. *cum seqq.* Garc. Mastrill. *de magistrat. lib.*4. *cap.* 16. Solorzan. *de jure Indiarum, tom. primo, lib.*2. *cap.* 33. *numer.* 172. *cum seqq.* Pareja *de universa instrum. edit. tit.*5. *resol.* 9. *num.*63. Ego *de jure ecclesiast. univ. lib.*1. *cap.*39. §. 2. *num.*129. ubi *num.* 130. cum multis teneo Prælatum ecclesiasticum in jurisdictione temporali, quam obtinet in feudo à Principe habito, judicari tanquam laicum, & *numero* 132. intellige principalem resolutionem non modò quando de proprietate, sed etiam quando de sola possessione feudi agitur, *& à num.* 134. aliquibus modis limito.

SVMMARIVM.

1 *Malefactores Ecclesiarum in utroque foro conveniri possunt.*
2 *Sacrilegium à laico commissum ad mixtum forum pertinet.*
3 *Iudex ecclesiasticus adversùs sacrilegium canonicis spiritualibus pœnis procedere poterit, licèt Iudex secularis præveniat.*
4 *Intellige eo casu, quo contingat dubitari de facto.*
5 *Vsurarum crimen mixti fori esse non solùm si de quæstione facti tractetur, sed etiam Iuris.*
6 *Simoniæ crimen merè ecclesiasticum est, solusque ecclesiasticus Iudex de eo cognoscere potest.*
7 *Sodomiæ crimen à laico commissum mixti fori est.*
8 *Inquisitores Apost. in Regnis Portugalliæ, Aragoniæ, & Valentiæ simoniæ crimen punire possunt.*
9 *Perjurii crimen à laico commissum mixti fori est.*
10 *Adulterii crimen à laico commissum est mixti fori.*
11 *Delictis mixti fori, saltem atrocioribus laicus punitus à judice ecclesiastico potest condignis pœnis iterum puniri à Iudice seculari.*

Cap. Cùm sit generale VII.

POst *num.* 1. Probat text. malefactores Ecclesiarum in utroque foro conveniri posse. Consonant *cap. nulli, cum seqq.*12. *q.*2. *cap. in Canonibus,* 16. *quæst.* 1. *cap. sunt qui opes,* 17. *quæst.* 4. *cap. sunt quidam* 23. *quæst.*5. *cap. fin. de pœnis, lib.*6. *cap. ut inquisitionis* 18. §. *prohibemus, de hæret. eod. lib. l. sacrilegii* 6. *&* 9. *ff. ad leg. Iul. pecul. l. si quis in hoc genus* 10. *C. de Episcop. & cleric. l. Castel.* 7. *tit.* 5. *lib.* 1. *fori, & lib.* 10. *tit.* 16. *part.*3. exornant Bernard. Diaz *in pract. cap.* 83. Navar. *in man. cap.*17. *num.* 95. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 37. Menoch. *de arbitr. casu* 382. Ozasch. *Pedem. decis.*103. *num.* 7. Petr. Gregor. *syntag. Iuris lib.* 33. *cap.* 14. Decian. *in tract. crimin. lib.*14. *cap.*14. Anton. Pichard. *in manduct. ad praxim, part.* 1. *præc.*4. *num.* 1. 1

Ad *n.*4. *in fine.* Quod sacrilegium à laico com

commissum, ad mixtum forum pertineat, ita ut possit à suo Iudice seculari pœnis Iure Civili, & Regio statutis, & ab Ecclesiasticis canonicis pœnis puniri, ultra citatos in collect. Greg. Lop. per text. *ibi*, *in l.58. glos.6. tit.6. & l.6. glos.3. tit.18. part.1.* Octav. Cacheran. *Pedem. decis.*103. *ex n.5.* maximè *num.7.* Roland. à Valle *cons.* 24. *à n.9. vol.1.* Tibet. Decian. *in tract. crimin. lib.4. cap.26. num.21. & 23.* Azeved. *lib.2. num.* 10. *post med. vers. & notandum, tit.2. lib.1. novæ Recop.* Rutger. Ruland. *in tract. de invocat. brachii secularis, cap.9. num.4.* Ioan. Vela *de pœnis delictor. c.30. n.7.* Mich. Aggia *de exhiben. auxil. fundam.17. in c. de crimine sacrilegii, pag. mihi 61.* Cancer. *var. resol. lib.3. cap.19. n.69.* Antonin. Diana *resol. moral. part.1. tract.2. de immun. eccles. resol.*81.

Et procedit in omni sacrilegio, etiam ex manuum injectione violenta à laico in clericum commisso, vel in ipsa Ecclesia perpetrato, imò etsi utrumque copulativè interveniat, ad not. per Guid. Papæ *decis.*562. *num.2. & 3.* Ioan. Papon. *decis. & rerum judicat. lib.2. tit.10. de pœnis, arresto 4.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap. 87. aliàs 90. lit. B, vers. alii verò censent,* Mart. *de jurisdict. p.2. c.27. num. 14. vers. contrarium est verius,* Ioan. Vela *d. cap.30. n.7. ad fin.* Petr. Caball. *resol. crimin. cent.2. casu 194. num. 9. & 10.* Et quamvis delictum à laico in Ecclesia commissum, alioquin Ecclesiæ, vel clerici offensionem non contineat, sed merè seculare sit, putà furtum, homicidium, vel vulnus in alium laicum perpetratum, de eo per se considerato absque sacrilegii qualitate solus secularis Iudex cognitionem & punitionem habeat, & ecclesiasticus de sacrilegio tantùm ratione loci, idque etiam post delictum principale à seculari punitum, ut contra Cynum indistinctè ecclesiastico tantùm Iudici delicti in Ecclesia commissi cognitionem tribuentem *in l. fin. C. de his qui ad Eccles. confug.* longè veriùs docuerunt Bart. *in l. si cui 7. §. fin. num.3. ff. de accusat.* Abb. *in præsenti, num. 27. & in cap. inter alia, n.29. & in c. fin. num.5. de immun. Eccles.* Stephan. Bertrand. *cons.9. num.1. & 2. & cons.10. n.5. vol.7.* Cov. *var. lib.2. c.20. n.18. vers. trigesimoquintò.* Clar. *in §. fin. q.38. n.18.* Roland. à Valle *cons.* 24. *à num. 9. vol.2.* Decian. *d. lib.4. c.17. num.34. & c.26. n.12.* Menoch. *cons.*1000. *num.57. vol.10.* Azeved. *ad l.3. num.23. super verb. ò haziendo en ella, vers. & secundùm Cov. & vers. licèt sit sacrilegium, tit.2. lib.1. Recop.* Ioan. Vela *d. cap.* 30. *n.8. in princ.* Gutier. *pract. lib.3. quæst.1. n.13. & 14.* Farin. *in praxi crimin. quæst.28. n.62.* Cabal. *resolut. crimin. cent.2. resol.192. n.2. cum seqq.*

3 Quando verò Iudex secularis sacrilegii in Ecclesia vel adversùs clericum commissi cognitionem prævenerit; adhuc ecclesiasticus adversùs sacrilegum procedere poterit, pœnis non quidem temporalibus post præventionem à seculari factam, juxta tradita à Marian. Socin. *in cap. postulasti, n.10. sive q.16. vers. tertius casus, de foro comp.* Roland. à Valle *d. cons.24. in fine,* Petr. Caball. *d. resol.192. n.8.* sed canonicis spiritualibus, putà excommunicatione, vel salutaris pœnitentiæ impositione, ad quas ecclesiasticus simul cum seculari concurrere potest, ut per Clar. *d. §. fin. q.36. n.37. vers. mihi magis placet,* Octavian. Cacheran. *decis.*103. *num. ult. ad finem, vers. fateor tamen;* Salzed. *ad Bernard. d. c.87. aliàs 90. lit. B. §. ult. vers. licèt nonnulli; juncto vers. nec mihi displicet,* Azeved. *ad l.2. n.10. circa fin. vers. verum tamen est, tit.2. lib.1. Recop.*

4 Ad *n.7. in fine.* Intellige eo casu, quo contingat dubitari de facto; quia negat reus laicus eo qui proponitur, modo celebratum esse contractum, ac propterea inficiatur se in id crimen, ejusque pœnas incidisse, ut per Alciat. *in c.1. de offic. Ordin. num.54. vers. quod crimen,* Greg. Lop. *l.58. gloss. 2. vers. ult. tit.6. part.1.* Padil. *in l.1. n.49. C. de juris & facti ignor.* Anton. Gama *Lusit. decis.19.* Spin. *in speculo testam. gloss. rub.13. num.67.* Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib.3. c.12. num.51.* D. Barbos. *in d. l. Titia, num.48. & 51.* Marta *de Iurisd. p.2. c.7. n.8. cum seqq. & à n.25. cum duobus seqq.* Mich. Aggia *de exhib. auxil. fundam. 17. in princ. à vers. quibus tamen,* Morl. *in emporio Iuris, part.1. tit.7. in prælud. num. 28.* Cevall. *commun. contra commun. tom.4. q.897. num.574. & 575.* latè Rutger. Ruland. *in tract. de invocat. brachii secul. cap.9. n.21.*

5 Quamvis crimen usurarum mixti fori esse, non solùm si de quæstione facti tractetur, sed etiam Iuris, indistinctè affirment Cov. sibi contrarius, *lib.3. var. c.3. n.1. vers. ego ut liberè* (dum priùs contrarium senserit *de sponsal. part.2. cap.1. in initio, n.22. & 23. & cap.8. §.12. ex num.11.*) Ioan. Bapt. Lup. *in tract. de usur. commento 4. §.4. n.66. vers. unde tertia,* Sahag. *in c.2. de judic. n.141. in fine, & num.143. & 148.* Farin. *d. quæst.8. num.140. vers. quarta sit conclusio,* Roder. *de annuis reddit. lib.3. quæst.4. à num.124.* Fontanel. *de pactis nuptial. claus.4. gloss.13. part.2. num. 46. vers. est igitur mea opinio,* & latiùs *à num. 51.* Gabr. Pereira *de manu Regia, p.2. c.56. n.39. paulò post princ. vers. sed hæc distinctio.*

6 Ad *n*.8. *in fine*. Et licèt aliqui existimaverint simoniæ crimen esse mixti fori, nihilominus nonnulli *in collect*. citati, & ultra eos Clar. §. *simonia* 1. *n*.7. Tiber. Decian. *d. lib*.4. *c*.26. *num*. 5. Ioan. Vela *de pœnis delict. c*.32. *num. ult*. Suar. de Paz *in praxi*, *p*.5. *tom*.1. *c*.3. *in initio num*.8. Morl. *in emporio juris*, *tit*.2. *in prel. n*.132. Rectiùs tamen hoc crimen merè ecclesiasticum esse, solúmque ecclesiasticum

7 Iudicem de eo cognoscere posse. De nefando sodomiæ crimine à laico commisso, quod mixti fori sit, & nedum à seculari Iudice, sed etiam ab ecclesiastico ex præventione cognosci possit, tenent Ioan. Vela *de pœnis delict. cap*.33. *n. ult*. Menoch. *de arbitr. casu* 286. *num*.24. Dec. *d. lib*.4. *c*.26. *num*.11. Aggia *d. fundam*. 17. *ubi de hoc abominabili & exoso flagitio*, Farin. *in praxi crimin. q*.148. *n*.55. Marr. *d. p*.2. *c*.15. *n*.1. Bobadil. *in sua politic. lib*.2. *c*.17. *n*.67. Cevall. *commun. contra comm. tom*.5. *q*.87. *n*.1. Sigism. Scacc. *de judic. lib*.1. *cap*.12. *num*.15. Campan. *in divers. Iuris Can. rub*.11. *cap*.22. *n*.21. Sousa *in aphor. Inquisit. lib*.1. *c*.59. *n*.4.

8 Inquisitores Apostolici id crimen in Regnis Aragoniæ, & Valentiæ punire possunt, ut testantur Salzed. *ad Bernard. in pract. c*.86. *aliàs* 89. *addit*. 1. *vers. hac equidem*, *circa fin*. Ioan. Vela *d. cap*.33. *n. ult. ad fin*. Cantera addens Regnum Cathaloniæ, *quæst. crimin. p*.5. *cap*.4. *de vitio & fragilitate carnis*, §. *de sodomia*, *n*.66. *in fine*, Torreblanc. *de jure spirit. lib*.13. *cap*.2. *n*.24. *vers. in regnis*. Castr. Palao *in sum. tom*.1. *tract*.4. *disp*.18. *punct*.12. *n*.11. Narbona *ad l*.20. *glos*.8. *num*. 3. *tit*.1. *lib*.4. *Recop*. Ant. Diana *moral. resol. p*.4. *tract*.7. *resol*.20. Idem in Regno Portugalliæ practicari vidi ex Constitutionibus Pii IV. & Gregorii XIII. de quibus Sousa *d. lib*.1. *cap*.59. *n*.10.11.28.29. & 37. & latiùs *à n*.48. Moura *de incant. & ensalmis*, *opusc*.1. *sect*.3. *cap*.1. *n*.14. *post princ. vers. de crimine*, & *n*.16. Torrebl. *d. cap*.2. *num*.24. *in princ*. Anton. Diana *d. resol*.20. ubi cum Seraph. de Freita *in addit. ad tract. de Confessorib. solic*. D. Acuña *q*.24. *n*.136. contra Mouram notat non posse Inquisitores relaxare sodomitas Curiæ seculari, nisi sint incorrigibiles.

9 Ad *n*.9. *in fine*. Crimen perjurii à laico commissum mixti fori esse, ultra citatos *in collect*. resolvunt Petr. Greg. *in cap. conquerente* 6. *n*.17. *de judic*. Avendañ. *de exequendis mand. p*.2. *c*.27. *circa fin. princ. vers. & ob id crimen*, & *n*.1. *vers. tamen*, Avil. *ad c*.48. *Prætor. verb. qualesquiter Iuezes*, *n*.1. Salzed. *ad Bernard. in pract. cap*.92. *aliàs* 95. *vers. sed privandus*, *ad fin. vers. nec illud est prætermittendum*, Ioan. Vela *de pœnis delictor. c*.28. *num. ult*. Bobadil. *d. lib*.2. *c*.17. *n*.52. *ad med. vers. y finalmente*, & *cap*.18. *n*.173. *circa fin. vers. y puede castigar al perjuro*, & *apertiùs num*.198. Didac. Sahagun *in cap*.2. *de judic. num*.121. Rurger. Ruland. *de invocat. brachii secularis*, *c*.9. *num*.11. Gabr. Pereira *de manu Regia*, *part*.2. *cap*.56. *num*.36. *vers. contrarium tamen*.

Ad *num*. 10. *in fine*. Quod hujusmodi 10
adulterii delictum à laico commissum mixti fori sit, & tam ab ecclesiastico, quàm à sæculari Iudice ex præventione cognosci, & puniri possit, ultra citatos tenent Decian. *d. lib*.4. *cap*.26. *n*.7. *in princ*. & *concl*.4. Salzed. *ad Bernard. cap*.87. *aliàs* 88. *de adulter. lit. B*, Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib*.3. *cap*.12. *n*.58. *vers. sed nos*, Ioan. Vela *de pœnis delict. c*.10. *num*.27. Morla *in emporio juris*, *tit*.2. *de jurisdict. in prælud. n*.130. *post med. vers. & quia interdum*, Mich. Aggia *d. fundam*. 17. *cap. de crimine adulterii*, *pag. mibi* 64. Bobadil. *d. lib*.2. *cap*.17. *n*.61. Rutger. Ruland. *d. tract. de invocat. brachii secularis*, *c*.9. *num*.16. & 17. Sigism. Scacc. *de judic. lib*.1. *cap*.11. *n*.51. *vers. item quando ageretur*, & *c*.12. *n*.16. Gabr. Pereira *de manu Regia*, *lib*.2. *cap*.56. *n*.11. *à princ*.

Ad *num*.11. *in fin*. Illa verior est senten- 11
tia, in delictis mixti fori, saltem atrocioribus, & quibus sanguinis pœna Iure Civili est imposita, laicum punitum à Iudice ecclesiastico posse iterum pœna condigna à seculari puniri. Cùm enim Prælatorum, & aliorum ecclesiasticorum Iudicum jurisdictio hac in specie ad spiritualem correctionem principaliter tendat, neque proinde ad sanguinis pœnam extendi possit, *cap. pen. ne clerici*, *vel mon*. consequens est ut per eam civilis ac secularis jurisdictio, quæ magis ad vindictam publicam tendit, cóque delinquentes acerbiùs punit, minimè tollatur; quia quando aliquis delinquit in crimine mixto, seu mixti fori, facit injuriam legi civili, & legi Canonicæ, quia venit contra præcepta utriusque, & per consequens censetur se obligare pœnis ab una & altera constitutis. Et ideo ita docent præter citatos Covar. *lib*.2. *var. cap*.10. *numer*.6. & *in cap. Raynutius*, *de testam. in princ. num*.19. *aliàs* 27. *secundùm noviorem impress*. Menoch. *de success. creat. lib*.3. §.26. *numer*.67. & 68. Anastas. Germon. *dict. lib*. 3. *cap*. 12. *à num*.83. Babadil. *d. cap*.17. *num*. 98. & *cap*. 18. *numer*.134. Aggia *de exhibend. auxil. fundam*. 25. Cancer. *var. resol. lib*. 3. *cap*. 19. *à numer*.61. Cevall. *commun. tom*. 1. *quæst*.11. *numer*.10. & 11. & *tom*. 4. *quæst*.897. *num*.576. &

& tom.5. quæst.85. num.5. Ioan. de Montealegre *in praxi civili, lib.1. c.9. n.166.* Thom. Valasc. *allegat. Iuris tom.1. alleg. 13. num.96.* Sigism. Scac. *de judic. lib.1. c.12. n.85. & 88.* juncto *num.92.* Gabr. Pereira *de manu Regia, p.1. cap.10. num. 12.* Valenzuel. *conf. 131. n.15. cum seqq. tom.2.* In aliis verò omnibus, quæ atrociora non sunt, & quibus Iure quoque Canonico pœna condigna est imposita, si ea condigna pœna laici delinquentes ab ecclesiastico puniti sunt, non poterunt postea à secularibus judicibus puniri, ne duplici pœna indebitè puniantur, contra reg. text. *in l. licet 6. in fine, ff. nautæ, caupones*, & in his terminis intelligendi sunt Cov. *d. lib.2. var. cap.10. num.6. vers. est tamen intelligenda*, Simanch. *de Cathol. institut. cap. 8. numer. 6. in princip.* Clar. *d. quæst.57. numer. 4. vers. dummodo pœna*, Anastas. Germon. *d. c.11. num.86.* Suar. de Paz *d. pral.2. num.49. vers. quam tamen intellige*, Bobadill. *d. cap. 26. num. 94. vers. Pero estando*, Aggia *d. fundam. 25. vers. licèt Cov.* Farin. *d. tom. 1. q.4. num. 11.* Cevall. *d. quæst.11. num.10. vers. nam quando pœna, & d. q.897. num.576. vers. quod intellige*, Montealegre *d. c.9. n.168.* Scacc. *d. c.12. num.81. vers. vel fuit sufficienter punitus*, junctis *n.84. 86. & 91. vers. alio verò casu.*

SVMMARIVM.

1 *Causæ clericorum secundùm Iura Canonica, non secundùm consuetudines laicorum terminari debent.*

2 *Causæ clericorum contra laicos in terris Ecclesiæ secundùm Ius Canonicum sunt decidendæ.*

3 *Ecclesia quando non habet supremam potestatem temporalem, tunc inter laicos & contra illos servatur Ius Civile.*

4 *Constitutio hujus text. est localis ad clericos Parisiis commorantes solùm pertinens.*

5 *In Iure novum non est, ut in corpore Iuris inserantur leges & privilegia.*

Cap. Quod clericis IX.

1 AD *n.2. in fine.* Quod laici quando trahuntur ad judicium à clericis in locis ubi Prælati jurisdictionem temporalem habent, debet præcisè quoad illos Ius Canonicum observari, quia causæ clericorum secundùm Iura Canonica, non secundùm consuetudines laicorum terminari debent. Consonant. *cap. consuetudo, dist. 1. cap. cùm esses, de testam. cap. Romana 3. §. debet, de appellat. in 6.* exornant glos. *verbo lex, in cap.2. de arbitr. & gloss. fin. in cap.2. de delict. pueror.* Felin. *in cap. cùm Ecclesia S. Mariæ, num.44. de constit.* Duen. *reg.183.* Vincent. de Franchis *decis. 283. & 411.* Menoch. *cons.93. num. 29.* Burg. de Paz *in l.1. Tauri, numer. 601.* Ioan. Garcia *regul.17. num.12.* plures citati ab Anguian. *de legibus lib.2. controv.17. numer. 101.* ubi dicit quod Iura & DD. supradicti, quatenus probant, & sequuntur interpretationem *gloss. in præsenti*, & affirmant in terris Ecclesiæ causas clericorum contra laicos secundùm Ius Canonicum esse decidendas, planè procedant in terris quæ sunt absolutè in temporali dominio Ecclesiæ, itaut suprema, & Regia potestas sit apud ipsam Ecclesiam: cùm enim jam nullum alium superiorem habeant incolæ illius loci, cui subjiciantur, necessariò sequitur legibus tantùm Ecclesiæ obligari, & per consequens secundùm eas esse judicandum: & *n.102.* addit quod quando Ecclesia non habet supremam jurisdictionem temporalem, absolutè (ut habent Pontifices Romani in in suis dominiis) sed secundùm quid, ut habent alii Prælati inferiores, & Domini temporales, veluti D. Archiepiscopus Bracharensis, & Toletanus, necnon DD. Episcopi Oxomensis & Seguntinus, ac alii Prælati Ecclesiastici multorum oppidorum, civitatum, & villarum jurisdictionem temporalem habentes, qui sanè absque dubio supremum Principem recognoscunt, tunc inter laicos, & contra illos servabitur Ius Civile, & sic procedat *c. constitutus, de restit. in integ.* & *n.104.* advertit quod licet ea, quæ suprà dicta sunt, secundùm principia Iuris vera sint, non tamen probantur in hoc text. quia est localis ejus constitutio ad clericos Parisiis commorantes solùm pertinens, ut ejus verba demonstrant ibi, *Parisiis commorantes*, &c. sicut & illa, de qua *in c.1. de locato, & in c. super specula, de privileg.* nec novum in Iure esse ait ut in corpore Iuris inserantur leges, & privilegia certis tantùm locis concessa.

2 (margin mark beside "causas clericorum contra laicos") 3 (beside "supremam jurisdictionem") 4 (beside "clericos Parisiis") 5 (beside "re Iuris inserantur")

SVMMARIVM.

1 *Iudex ecclesiasticus adiri potest propter negligentiam Iudicis secularis in administranda Iustitia.*

2 Cap. nuper 6. de donat. inter virum, & uxor. *intelligitur.*

3 Cap. litteris 5. de pignorib. *declaratur.*

4 Cap. ex parte 15. hoc tit. de foro comp. *interpretatur.*

5 Cap. 1. 87. dist. *exponitur.*

Cap. Ex tenore XI.

1 POst *num.* 1. Probat hic text. propter negligentiam Iudicis secularis, si partibus justitiam facere distulerit, poterit adiri Iudex ecclesiasticus, consonant *cap. ex transmissa 6. cap. ex suscepto* 10. *cap. cùm contingat* 13. *hoc tit. cap. deputati, de appell. cap. Romana, de suppl. negl. Prælat. lib. 6. cap. Romana, de appellat. eod. lib.* exornant glos. *verb. pacifica, & verb. patet, in c. fin. de officio Archid.* Covarr. *pract. cap.* 6. *num.* 1. Vincent. de Franch. *decis.* 178. *num.* 8. Castill. *controv. lib.* 3. *cap.* 25. Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 2. *resol.* 2. Mari. Anton. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 108. *casu* 32. *vers. hinc est*, Bellet. *disquis. cleric. part.* 1. *tit. de favore cleric. person.* §. 2. *n.* 25. *& tit. de favore cleric. reali*, §. 5. *num.* 37. *&* 82. Ciarlin. *controv. forens. cap.* 56. *à num.* 2. Bobadil. *in sua politica, lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 106. Menoch. *remed.* 7. *recup. quæst.* 5. *& remed.* 3. *retin. n.* 356. D. Acuña *ad cap. quisquis* 3. *dist.* 83. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, part.* 1. *tit.* 3. & citati per me *in collect. ad d. c. ex suscepto, n.* 2. Et licèt in eo conclusio hæc probetur, in hoc text. tamen requiritur ultra viduitatem, quod causa sit ecclesiastica, vel detur defectus justitiæ in Iudice laico, ut vidua secularem coram Iudice ecclesiastico convenire valeat.

2 Obstat tamen difficilis text. *in cap. nuper 6. de donat. inter virum & uxor.* dum ibi constat admissam fuisse in judicio Ecclesiæ quandam mulierem viduam petentem partem cujusdam terræ, quam dicebat sibi in dotem concessam à suo marito, & quod cùm consultus fuisset Summus Pont. super dubio Iuris quod oriebatur circa ipsam petitionem, an scilicet valida fuisset talis concessio, propterea quod maritus præfatus non habebat terram illam tanquam propriam, sed tantùm dum viveret, respondit quid erat observandum à Iudicibus in eo casu: unde ex isto textu colligi videtur, quod etiam quando non datur defectus in Iudice seculari, vel quando causa viduæ non est ecclesiastica, sed merè temporalis, adhuc potest Iudex ecclesiasticus habere legitimam cognitionem ratione solius viduitatis, sed interim dum alia melior occurrerit solutio, respondendum mihi videtur, textum illum *in d. cap. nuper*, intelligi debere servatis servandis, & datis terminis habilibus, id est, concurrentibus qualitatibus hujus text. *in præsenti*, & non alio modo.

Obstat deinde text. *in cap. in litteris* 5. *de pignoribus*, ubi mulier, cujus maritus absens erat, ac ideo pro vidua reputabatur, ejus dotem coram Ecclesiastico Iudice exegit: sed quamvis Felin. *in cap. licèt ex suscepto, in princ. hoc tit.* prout eum refert Cevall. *de cognit. per viam violent. part.* 2. *quæst.* 13. *n.* 7. dixerit quod vix ad illum textum responderi poterit absque divinatione: nihilominus bene quadrat intellectus si dicamus quod in illo textu non erat jam congruum remedium coram Iudice seculari ad consequutionem justitiæ prædictæ mulieris: ea enim à Regio Iustitiario capta & spoliata fuerat minus justè, ut ibi dicitur in principio, bonaque omnia, ex quibus dotem habere debebat, de mandato ejusdem Iustitiarii penes fratrem sui mariti, & alios retinebantur, absque eo quod posset consequi suam satisfactionem; & cùm in his terminis patens sit aditus ad Ecclesiam, non est mirum quod admitteretur illius petitio à Iudice ecclesiastico, tanquam in casu licito, & permisso, & in quo habet plenam, & actualem jurisdictionem. 3

Vlteriùs obstat *cap. ex parte* 15. *hoc tit. de foro comp.* Sed breviter respondetur procedere in specie de qua loquitur, hoc est, in vidua spoliata, & oppressa; eo enim respectu benè potuit petere satisfactionem suæ injuriæ coram Iudice ecclesiastico, ut consequeretur restitutionem; secus ergo esset si hæc qualitas deficeret, quia tunc contrarium esset dicendum. 4

Denique obstat *cap.* 1. *dist.* 67. ubi expressè cavetur, quod omnes causæ ad viduas spectantes, Episcoporum judicio exequi possunt. At responderi poterit ejus decisionem intelligendam non quoad jurisdictionem, de qua loquitur text. *in præsenti*, sed tantùm quoad protectionem, sive patrocinium, quod Ecclesia velut pia mater affectuosè impendit omnibus, & maximè illis, qui miserabiles sunt, & in quibus militant rationes, quæ in viduis procedunt. 5

SVMMARIVM.

1 *Clericus non potest sibi constituere Iudicem laicum etiam cum juramento, & de consensu alterius partis.*

2 Cap. si quis pulsatus 3. quæst. 6. *intelligitur.*

3 Cap. Mandastis 10. 2. quæst. 3. *declaratur.*

4 *Nobilitatis privilegio an possint nobiles renuntiare.*

CAP.

Cap. Si diligenti XII.

1 POst *num.*1. Probat hic text. clericum non posse constituere sibi Iudicem laicum, etiamsi proprium juramentum, & adversarii consensus accedat. Consonant *c. placuit* 43. 11. *q.*1.*cap.*2. *c. si quis contra clericum* 4. *cap. significasti*, cum aliis *hoc tit. cap. contingit* 36. *de sent. excomm. cap. gravem*, *de excess. Prael. cap.*2. *hoc tit. in* 6. *l. sancimus*, *C. de sacros. Eccles. l. generaliter*, *Auth. statuimus*, *C. de Episc. & cleric. l. Castellae* 12. *tit.*22. *part.*3. *l.*57. *tit.*6. *part.*1. *l.*27. *tit.*34. *part.*6. Exornant ultra citatos *in collect.* Sigism. Scacc. *de judic. lib.*10. *cap.*11. *num.*33. & 37. Anton. Faber *in ration. ad tex. in l. jus publicum*, *ff. de pact.* Osuald. *ad Donel. comment. Iuris Civilis lib.*17. *c.*20. *lit. X*, & *Y*, Bonacin. *de contract. disp.*3. *q.*1. *puncto* 1. *n.*1. Villalob. *in sum. p.*2. *tract.*19. *diffic.*12. *n.*5. Christoph. de Anguiano *de legib. lib.*2. *controv.* 21. *à num.*34. & *lib.*3. *contr.*4. *n.*35. & *controv.*25. *per tot.* Ioan. Maria Nov. *quaest. forens. p.*1. *q.*43. *n.*4. & *q.*66. *n.*6. & *q.*76. *n.*4. & *in praxi electionis fori*, *sect.*3. *q.*7. *n.*14. Aloys. Ricc. *in praxi var. resol. p.*3. *resol.*578. *n.*4. & *in decis. Curiae Archiep. Neapol. p.*1. *decis.*163. *n.*9. & *p.*2. *decis.*160. Narbona *super* 3. *p. Recop. l.*14. *tit.*2. *lib.*6. *gloss.*4. D. Acuña *in cap. non oportet* 3. *dist.*42. *n.*2. *cum seqq.*

2 Non obstat text. *in cap. si quis pulsatus*, 3. *q.*6. quatenus admittit quod clericus possit coram non suo Iudice respondere, quia non intelligitur de Iudice saeculari: quod si ita esset, contineret maximam absurditatem; sed intelligitur de Iudice alio Ecclesiastico, concurrente proprii Episcopi consensu.

3 Nec etiam obstat *cap. mandastis* 10. 2. *q.*5. & *cap. nos si incompetenter*, 41. 2. *q.*7. quia respondetur, quod etsi in utriusque specie appareat summum Pontif. permisisse quod Imperatores habuissent judicium in sua causa, id tamen non fuit constituendo ipsos in Iudices auctoritativè, & ex jure proprio, sed tantùm veluti ex commissione, & de ejusdem Pontificis auctoritate, ut ita eo modo esset major satisfactio circa purgationem earum rerum, quae eidem Pontifici objiciebantur, ut colligitur ex verbis eorundem textuum.

4 Ad *num.*3. *in fine.* Adde Ignat. del Villar *in sylva responsor. lib.*1. *resp.*6. *n.*15. Narbona *l.*14. *gloss.*4. *num.*2. *tit.*2. *lib.*6. *Recopil.* apud quos est magis recepta opinio, quod privilegiis nobilitatis possunt ipsi nobiles renunciare.

Cap. Postulasti XIV.

AD *num.*2. Probat hic text. Iudicem loci delicti posse agere de ejus punitione, quanvis aliàs delinquens sit de aliena jurisdictione, ultra citatos *in collect.* vide Vincent. de Franchis *decis.*37. Decian. *in tract. crim. lib.*4. *c.*16. & 38. Fachin. *controv. lib.*9. *c.*20. Osuald. *ad Donel. comment. lib.*17. *c.*16. *lit. C*, Cabal. *resol. crim. cent.*2. *casu* 162. *per tot.* ubi *n.*29. asserit procedere, licèt alii Iudices ad talem punitionem possint habere cognitionem, quia adhuc Iudex loci, ubi delictum commissum est, magis competens judicatur, Maurit. de Alzedo *de praecellent. Episcop. dignit. p.*1. *c.*12. *n.*58. Nec obstat text. *in l.*1. *C. ubi de crimin.* in cujus specie docemur, quod rei delinquentes ubicunque reperti fuerint, ibi puniri debent; quia omissa responsione Osualdi *ad Donel. lib.*17. *cap.*16. *lit. E*, quem sequitur Balboa *ad cap. fin.* §.3. *n.*156. *inf. hoc tit.* existimantis hoc fuisse in hoc textu permissum propter publicam utilitatem; ad quam spectat ne delicta maneant impunita, *cap. ut famae*, *de sent. excom.* quia respondetur particulam, *ubicumque*, de qua *in d. l.*1. non esse generaliter accipiendam, itaut ubicumque reperiantur, puniantur etiam, sed particulariter ubicumque reperiantur domicilium habere. 1

Cap. Ex parte XV.

AD *num.*6. Quod miserabilis persona potest laicum interdicto *Unde vi*, coram judice Ecclesiastico convenire, etiamsi res subtracta feudalis dicatur, ultra citatos *in collect.* docent Vincent. de Franchis *decis.*178. *n.*8. & *decis.* 194. & 599. Gail. *lib.*1. *observ.*1. *num.*42. Osuald. *ad Donel. comment. lib.* 8. *cap.* [illegible] *lit. K*, & *lib.*17. *cap.*20. *lit. B*, Schiford. *ad Fabrum*, *tract.*4. *q.*4. Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.*2. *tit. de citat. resolut.*2. *n.*26. Card. Tusch. *pract. concl. tom.*5. *lit. M*, *concl.*254. *n.*10. Ioan. Maria Novar. *in praxi electionis, & variat. fori*, *sect.*3. *q.*4. *num.*7. Roder. à Cuña *in cap.*1. *num.*3. *dist.*87. Ratio est, quia ubi agitur de injuria, aut violentia miserabilibus illata, causa & defensio ad Ecclesiam spectat, juxta text. *in cap. si quis*, *el* 2. 24. *q.*3. & cùm interdictum *Unde vi*, locum habeat cùm quis à possessione fundi, vel aedium per vim, vel injuriam ejectus est, *l.*1. *unde vi*, §. *recuperandae*, *Instit. de interdictis*; ideo in praesenti vidua tanquam miserabilis persona potuit interdicto illo adversùs nobilem etiam laicum coram Iudice 1 2

dice Ecclesiastico, uti juxta text. *in d. cap. super quibusdam*, *de verb. signif.*

Cap. Conquestus XVI.

1 AD *num.2. in fine.* Et sic videtur hunc text. positum fuisse quasi pro ampliatione *ad c. cùm sit generale*, *sup. hoc tit.* ut sic constet, quod non solùm potest competere jurisdictio Iudicibus Ecclesiasticis adversùs laicos, cùm conveniuntur ab Ecclesiis super maleficiis in ipsas commissis, prout ibi deciditur; verùm & cùm illatum est damnum adversùs bona temporalia, seu contra jurisdictionem, seu quid aliud, quod jure speciali eisdem Ecclesiis applicatum est, ut apertè colligitur ex littera hujus text. *in princ.* Ita Felician. de Vega *in relect. ad hunc text. num.3.* ubi *num.8.* ait apertè constare ex isto textu, quod quando sacrilegium simpliciter committitur adversùs Ecclesiam, sive ejus bona, non incurritur excommunicatio ipso facto, nisi cùm adest effractio, sive spoliatio violenta.

SVMMARIVM.

1 *Privilegiatus ut non teneatur respondere, nisi in certo loco, si in alio respondere, vel solvere promisit, ibi poterit conveniri.*

2 *Successor in officio tenetur adimplere contractum sui prædecessoris, & solvere debitum ab illo promissum.*

3 *Successor ligatur ad observantiam eorum, quæ à prædecessore sunt concessa.*

4 *Privilegia concessa ob benemerita transeunt in contractum onerosum, & ideo successor tenetur illa servare.*

5 *Successor per electionem tenetur servare facta sui prædecessoris sub nomine dignitatis.*

6 *Successor Principis contraveniens factis antecessoris, dicitur contravenire sibi ipsi.*

Cap. Dilecti filii XVII.

1 AD *num.1. in fine.* Probat hic text. quod privilegiatus, ut non teneatur respondere nisi in certo loco, si in alio respondere, vel solvere promisit, ibi poterit conveniri: concordant text. *in cap. fin. hoc tit. & in c.1. §. neque etiam, eod. tit. lib.6. & in l.3. ff. de bonis auctor. Iudic. possiden. & in l. quaro 100. ff. de solut. & in l.1. ff. de eo quod certo loco, & in l. contraxisse 20. ff. de action. & oblig. & in l. argentarium 45. ff. de jud. & in l.1. C. ubi conven. qui certo loco dare promisit, l. Castel. 8. tit.9. part.1. l.32. tit.2. p.3. l.1. & 2. tit.16. lib.8. Recop. & l.20. tit.21. lib.4. Recop.* Exornant Covar. *pract. c.10. n.5.* Guttier. *de Iuram. confirmat. p.3. cap.16. n.4. & canon. lib.1. c.34. n.9.* Montealegre *lib.1. praxis civilis, c.9. n.323. & lib.2. c.2. §.17.* Pichard. *in manuduct. ad praxim, p.2. prac.4. n.3. 39. & 40.* Ratio est, quia cùm quis certo loco solvere promisit, ibidem etiam contraxisse videtur, *d. l.3. ff. de bonis auctor. Iud. possid. d. l. contraxisse.*

Ad *num.2.* Quod successor in officio tenetur adimplere contractum sui prædecessoris, & solvere debitum ab illo promissum, ultra citatos docent Molin. *de Iustit. disp.541. & seq.* Narbona *in 3. p. Recop. l.11. tit.5. lib.7. gloss.3. num.7.* ubi *num.11.* quandam resolutionem affert, quæ peculiaris est circa Reges Hispaniæ, videlicet quod etsi aliàs quando Princeps aliquis suo nomine contrahit, non possit successorem ad sui contractus observantiam adstringere, poterit nihilominus si id faciat nomine Regni, & ad publicam utilitatem. Petr. Surd. *cons.419.* 3
num. 27. ubi multorum probat auctoritatibus, quod successor ligatur ad observantiam eorum, quæ à prædecessore sunt concessa, si per successionem admissus sit in dignitate; nam aliàs sibi ipsi contradiceret, ut inquit Bald. *in cons.326. col.3. vol.1.* relatus à Rolando *in cons.1. num.42. vol.2.* Et maximè id vendicat sibi locum quando tractatur de concessis à prædecessore ob benemerita concessionarii, quo casu talis concessio revocari non potest, ut ex multis probat Menoch. *in cons. 1003. num.64.* qui inter alios allegat Roder. Suar. *alleg.10.* qui individualiter loquitur de Rege Hispaniarum, qui donationem factam ob benemerita à prædecessore revocare non potest. Et 4
quidem verum est, quia privilegia concessa ob benemerita transeunt in contractum onerosum, & ideo successor tenetur illa servare, quia ligatur ex contractu prædecessoris. Canonistæ communiter *in cap.1. de probat. & in c. Abbate sanè, de re judic. in 6.* Bart. *in l. prohibere, §. planè, ff. quod vi, aut clam*, Bald. *in d. c.1.* ubi ait quod pacta inter Federicum, & civitates Lombardiæ, quæ continentur in pace Constantiæ, sunt servanda per Imperatores, qui successerunt in Imperio, idem Bald. *in l. digna vox, C. de legib.* Oldrad. *cons.94.* incip. *Eleganter*, Paul. de Castro *in l. fin. C. de transact.* Igne. *in lege donationes quas, C. de donat. inter virum & uxor.* Riminald. *in cons.63. n.32.* qui loquens de Duce Mantuæ ait quod ipse non potest à contractu suorum prædecessorum recedere, Ias. *cons.1. col.2. vol.1.* Gramniat. *cons.100.* Ozasch.

Ozasch. qui alios citat *in decis.* 139. *num.* 11. Bursat. *in cons.* 160. *sub num.* 36. *vol.* 2. Craver. *cons.* 241. *sub num.* 17. Gabr. *commun. tit. de jure quæsito non tollen. concl.* 5. *num.* 2. Foller. *in pract. verbo, & submissionis, sub num.* 37. Ias. *cons.* 20. *vol.* 2. *& cons.* 86. *vol.* 3. Paris. *cons.* 1. *num.* 132. *vol.* 4. Socin. jun. *cons.* 60. *num.* 18. *& 29. vol.* 3. Roland. *d. cons.* 2. *ubi suprà, vol.* 2. *& cons.* 13. *num.* 36. *& seq. vol.* 3. *& cons.* 100. *num.* 138. *& seq. vol.* 4. ubi loquitur de suc-
5 cessore per electionem, qui tenetur servare facta sui prædecessoris sub nomine dignitatis, Natt. *cons.* 122. *num.* 3. Petra *de potestate Principis, in 2. dubit. princ. num.* 179. *vers. sextò declaratur, fol. mihi* 182. Menoch. *cons.* 1. *num.* 228. *& consil.* 264. *num.* 15. *& seq. vol.* 3. *& cons.* 721. *n.* 3. *& d. cons.* 1003. *num.* 98. Surd. *decis.* 326. *n.* 5. Rodolphin. *de absoluta Principis potest. cap.* 6. *num.* 195. Peregr. *de jure fisci, lib.* 1. *tit.* 5. *num.* 45. Becc. *cons.* 56. *num.* 8. *vol.* 1. Tiber. Decian. *cons.* 25. *num.* 41. *usque*
6 *ad* 48. *vol.* 1. adjiciens post Baldum, quod successor Principis contraveniens factis antecessoris, dicitur contravenire sibi ipsi, ex quo semper est unum imperium, & ad alios spectet successores, quod ipsi prædecessor suus præstitit, Ioan. Anton. Georg. *alleg.* 15. *num.* 12. *usque ad* 16. *fol.* 148. ubi amplius notat *num.* 14. *&* 15. quod hujusmodi quæstio non pendet ex potestate personali, sed coronæ ac dignitatis, ideoque etiam tyrannus quando concedit Regio nomine, obligat legitimum successorem jure perpetuo in illa dignitate.

Ad *num.* 5. Vide *addita ad c.* 1. *de immun. Eccles. lib.* 6. *n.* 9.

Ad *num.* 9. An expensarum appellatione veniant damna & interesse, ultra Surd. *citatum*, vide Perez *ad lib.* 4. *Ordin. pag.* 832. Card. Tusch. *pract. conclusion. lit. E, concl.* 637. *num.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt prorogare jurisdictionem Iudicis Ecclesiastici sine proprii Episcopi consensu.*

2 *Consensum præstare prorogationi à Clerico factæ spectat ad habentem jurisdictionem quasi Episcopalem, & non ad Episcopum.*

3 *Exemptus non potest sine licentia Papæ cui subditur, prorogare aliorum Iudicum jurisdictionem.*

4 *Clericus delinquendo, vel contrahendo potest prorogare jurisdictionem judicis illius loci, in quo contraxit absque ulla sui Episcopi licentia.*

5 *Consensus in hoc textu requisitus sufficit tacitus.*

CAP. Significasti XVIII.

AD *num.* 7. Quod clerici non possunt 1
prorogare jurisdictionem Iudicis Ecclesiastici sine proprii Episcopi consensu, ultra citatos *in collect.* docent Anton. de Matth. *de prorogat. jurisdict. n.* 14. Bernard. Wames. *pract. forens. lib.* 1. *observ.* 12. *num.* 2. Narbona *l.* 59. *gloss.* 1. *num.* 14. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop.* Anguian. *de legib. lib.* 3. *controv.* 26. *n.* 8. Carleval. *de judic. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *q.* 8. *sect.* 2. *num.* 1075. ubi *num.* 1077. addit ad Abba- 2
tem, vel ad alium habentem jura Episcopalia & jurisdictionem quasi Episcopalem, & non ad Episcopum spectare præstare consensum prorogationi à clerico factæ, & deinde subdit Episcopum, & Archiepiscopum non posse prorogare jurisdictionem Iudicis non sui, sine consensu suorum Superiorum, additque exemptum non posse sine consensu, & licentia Papæ, cui subditur, prorogare aliorum Iudicum jurisdi- 3
ctionem: & *à num.* 1078. *cum seqq.* plures assignat rationes, cur in clericis hoc sit speciale.

Intellige de clerico volente, & expressè 4
prorogante, non autem de illo, qui contrahendo, vel delinquendo prorogat, quia tali casu poterit absque ulla sui Episcopi licentia prorogare jurisdictionem alieni illius loci, in quo contraxit, ut colligitur ex *cap. dilecti, hoc tit.* & expressè resolvunt Marant. *de ordine judic. p.* 4. *dist.* 12. *num.* 24. Caroc. *decis.* 52. *num.* 24. Carol. de Grassis *de effectib. clerical. effectu* 1. *num.* 67. *cum seqq.* Sigism. Scacc. *de sentent. & re judic. gloss.* 7. *q.* 3. *limit.* 1. *num.* 43. *cum seqq.* Carleval. *d. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 1. *q.* 8. *sect.* 2. *num.* 1083. D. Barbos. *in l.* 1. *art.* 3. *num.* 222. *ff. de judic. & in l. hæres absens,* §. 1. *à n.* 61. *ff. eod.* optimè D. Mar. Cutelli *in Cod. legum Sicular. ad ll. Petri I. not.* 7. *num.* 6. *cum seqq. pag.* 298. *& seq.* latè ego ipse *in praxi exigendi pensiones, quæst.* 3. *à princ.*

Ad *num.* 14. Quod consensus, de quo 5
text. loquitur, sufficiat quod sit tacitus, contra Gloss. tenuit D. Barbos. *d. art.* 3. *n.* 182. ubi asserit nullum ad hoc dari inconveniens, propterea quod consensus ipse hic sumitur non in propria significatione consensus, sed tantùm pro voluntate: quæ quidem voluntas satis apparere dicitur & per factum, & per conjecturas, & per alios plu-

res

res modos; & tandem concludit quod ſi proprius Epiſcopus ſcivit ſubditum ſuum coram alio Iudice Eccleſiaſtico litigare, & tacuit, quod id ſufficiet, & ipſum in hoc ſequitur Narbona *in l.59. gloſſ. 1. num.17. tit.4. lib.2. Recop.*

6 Poſt *num.*13. Ex verbis hujus text.hucuſque relatis probari videtur, ſatis non eſſe quod Epiſcopus conſentiat, & licentiam præſtet ad hoc ut laici de civili & pecuniaria cauſa clerici, eodem conſentiente cognoſcere & judicare poſſint, dum ait tria requiri copulativè, ut clerici alteri Iudici ſe ſubmittere valeant, ideſt, ut ipſimet clerici conſentiant, ibi, *clerici tamen*; & quod alienus Iudex Eccleſiaſtica perſona ſit, ibi, *niſi fortè ſit perſona Eccleſiaſtica*; tandem tertiò ipſe Prælatus conſentiat, ibi, *& Epiſcopi diœceſani voluntas accedat.* Favet *cap. cùm te* 18. *de officio deleg.* quatenus innuit delegationem faciendam eſſe perſonis Eccleſiaſticis, & non laicis, ut patet ibi, *ſi ſuper cauſa, quæ tibi ex noſtra delegatione committitur à perſonis Eccleſiaſticis*, &c. Verùm communis *in cap. per tuas, & in cap. contingit, de arbitr.* quam ſequuti ſunt Rip. *in cap. decernimus, num.*34. & *ibi* Dec. & Abb. *hoc tit.* Roland. à Valle *conſ.*4. *num.*14. *lib.*1. plures per Felician. de Vega *in cap. decernimus, de judic. n.*148. *cum ſeqq.* & per me *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p.*3. *allegat.*108. *num.*1. & eſt de mente Gloſſ. *in d. cap. contingit, & in cap. pervenit, ad fin.*95. *diſt. & verb. præter, in cap. bene quidem*, 96. *diſt. & verb. ducibus, in cap. præter, verſ. verùm*, 32. *diſt.* diſtinguit inter cauſas merè civiles & pecuniarias ad Eccleſiaſticam juriſdictionem ſpectantes, & inter ſpirituales, ac criminales, ut prioris conditionis negotia delegari poſſint laicis ab Epiſcopis, aliiſque Prælatis inferioribus; poſterioris verò non ita: cum qua ſententia tranſeunt ferè omnes citatis Iuribus, & in praxi recipitur. Nec eam deſtruit text. *in præſenti*, ſi conſideremus non vulgare diſcrimen verſari inter conſenſum Epiſcopi, de quo ſermo eſt in hoc textu, & inter commiſſionem, ſeu delegationem laicis ab Epiſcopo factam. Etenim licentia, & conſenſus Epiſcopi nullam laico tribueret juriſdictionem; quippe Epiſcopus in tali ſpecie ſolùm exprimeret ſuam voluntatem, & laicus remaneret in terminis juris communis, proceſſuruſque eſſet in negotio ſecundùm propriam juriſdictionem auctoritate ſua, & non aliena, ex poteſtate ſæculari, non ex Eccleſiaſtica, quam nunquam committit laico Epiſcopus ſic conſentiens: nec talis Iudex delegatam juriſdictionem exerceret, ſed ordinariam; propriam, non alienam. Quæ omnia diverſimodè ſe habent in delegatione, quæ ex diametro diſtinguitur à ſimplici conſenſu, de quo *ſuprà.* Epiſcopus enim laicis delegans & committens negotia, ultra ſimplicem conſenſum, & nudam licentiam, de qua in hoc textu, ulteriùs addit commiſſionem, & delegationem, tribuitque illis novam Eccleſiaſticam poteſtatem, ſecundùm quam ex Ordinariis migrant in delegatos, & jam non auctoritate propria, nec jure ſuo, ſed alieno in negotiis ſibi per Epiſcopos commiſſis proceſſuri ſunt: quam veriſſimam differentiam rectè conſiderarunt Felin. & Abb. *num.*5. ac Rip. *n.*36. *verſ.*4. *& in cap.*1. *de judic.* docentes quod licèt verum ſit quod Epiſcopi ſimpliciter conſentire non valeant, ut clerici coram laicis conveniantur, nec ſimplex Epiſcoporum conſenſus efficere poſſit, ut Iudices laici de clericis cognoſcant; nihilominus tamen rectè poſſunt Epiſcopi laicis committere negotia civilia ad clericos & Eccleſiam ſpectantia, quia inter delegationem, & ſimplicem conſenſum præfata differentia verſatur.

Minùs illi obſtat *d. c. cùm te, de offic. deleg.* quo nitebamur reſtringere delegandi poteſtatem, ut in Eccleſiaſticas perſonas facienda ſit, non in laicos, ut *ibidem* probari videbatur; quia reſpondetur negando in eo textu talem reſtrictionem, aut limitationem probari: cùm enim exempla non arctent regulam, juxta vulgare dicterium, & *in d. cap. cùm te*, perſonarum Eccleſiaſticarum mentio facta fuerit, ibi, *perſonis Eccleſiaſticis*, cauſa exempli tantùm: & quia delegati, de quibus ibi, magis frequenter delegare conſueverint Eccleſiaſticis perſonis, conſequens eſt ibidem non fuiſſe deciſam, nec determinatam eam dubitationem, an delegatio Eccleſiaſticis committenda ſit, ſive laicis, quinimò propter frequentiorem delegandi uſum, & in exemplum duntaxat, meminiſſe Pontificem Maximum Eccleſiaſticorum potiùs, quàm laicorum, nec aliquid diffiniviſſe circa quæſtionem prædictam.

Cap. Licèt XX. & fin.

Poſt *num.*1. Probat hic text. repertum in Curia Romana poſſe in ea conveniri pro quibuſlibet contractibus alibi geſtis, tenerique ibi ſe defendere, ut per Duen. *reg.*85. *limit.*4. Vant. *de nullit. ſentent. tit. de nullitate ex defectu juriſd. ordinariæ, num.*84. ubi juxta plurimorum ſententiam concludit, quod jam non eſt dubitandum quod ſi reus conventus præſens eſt in Romana Curia, inibi cauſa ejus ſit tractanda, & quod ita

ita quotidie summus Pontifex causas adversùs præsentes in eadem Curia judicibus ibi existentibus indistinctè committit absque eo quod possint eorum judicium declinare, dum tamen non contingat quod antequam fiat citatio, reus recedat, quia si non fuerit facta apprehensio personæ, non erit ibi radicata jurisdictio, ex Donel. *comment. Iuris Civilis lib.*17. *cap.*13. Sigism. Scacc. *de judic. lib.*1. *cap.*66. *n.*24.

De libelli oblatione.

Tit. III.

Cap. Ignarus I.

AD *num.*2. Quod actor in judicio libellum in scriptis porrigere teneatur, ultra citatos *in collect.* docent *l. Castel.*40. *tit.*20. *part.*3. Odofred. *de libellis formand. part.*1. *cap.*1. Marant. *de ordine judic. p.*4. *dist.*9. *à n.*12. *&* *p.*6. *tit. de libelli oblat.* Garcia *reg.* 39. 84. *&* 163. Petr. Gregor. *syntagm. Iuris p.*3. *lib.*48. *c.*5. Donel. *comment. Iuris Civilis lib.*23. *c.*4. ubi Osuald. *lit. B, C, D,* Perez *l.*11. *tit.*1. *lib.*3. *Ordin.* Azeved. *l.*4. *per text. ibi, tit.*2. *lib.*4. *Recop. & tit.*1. *in rubr. à num.*2. *eod. lib.*4. Parlad. *rerum quotid. lib.*2. *cap. fin. p.*5. §.1. *à num.*8. Pichard. *in manuduct. ad praxim, p.*1. §.2. *num.*9. Vnde *in cap. quoniam contra, de probat.* libellus inter substantialia judicii connumeratur, Panorm. *hic, n.*12. Sigism. Scacc. *de judic. lib.*1. *cap.*50. *num.*19. Coler. *decis.*111. *num.*1. Quod Gloss. *in Clem. sæpè, de verbor. signif.* declarat procedere adversario libellum in judicio petente, sequuntur Card. *hic, n.*4. Butr. *n.*3. *&* 33. quanvis in supremis Tribunalibus semper libellus offerendus sit in scriptis, de quo videndus Mathienz. *in dialog. Relatoris, part.*3. *cap.*43. *in princ.* Suar. de Paz *in pract. part.*1. *tom.*1. *temp.*4. *n.*3. *&* 4. & probat *l. Castel.* 2. *tit.*2. *lib.*4. *Recopilat.*

Vt lite non contestata, &c.

Tit. VI.

QVOD lite non contestata ad testium receptionem, vel ad sententiam diffinitivam procedendum non sit, extra hanc rubricam, & sub titulo hoc collocata Iura, probant *cap. dudum* 54. *vers. partibus, de elect. cap. unic. de litis contest. cap. cùm causam* 62. *vers. Iudices, de appellat. c. in nostra* 4. *vers. sed idem, de procurator. cap. exhibita* 19. *de judic. cap. cùm Ioannes* 22. *de sent. & re jud. l. properandum* 13. *vers. post litem contestatam, C. de judic. l. consentaneum* 8. §. *fin. C. quomodo & quando Iudex, Auth. sed & si quis, C. de testib. l. Castel.* 2. *tit.* 16. *& l. fin. tit.* 10. *p.*3. exornant Socin. *reg.*242. 243. 406. *&* 499. Ant. Gom. *tom.*3. *var. cap.*1. *n.*19. Marant. *de ordine judic. p.*4. *dist.*9. *n.*70. Petr. Gregor. *syntagm. Iuris lib.*48. *c.*6. *in fine*, Menoch. *de arbitr. casu* 61. *& de præsumpt. lib.*2. *præs.* 54. Mascard. *de prob. concl.*683. *&* 1367. Mathienz. *in dial. Relator. p.*3. *cap.*44. Gilchen. *ad leg. unic. C. de litis contest. n.*50. *&* 141. Illiger. *ad Donel. comment. lib.*2. *c.*1. *lit. E.*

SVMMARIVM.

1 *Separatio conceditur tam ob adulterium uxoris, quàm viri.*

2 *Probationes adulterii præsumptivæ sufficiunt ad illud probandum, quando agitur de separatione thori, & de restitutione dotis.*

3 *Adulterium probatur si vir fuerit inventus in domo, & camera alicujus pulchræ mulieris.*

4 *Probatio sufficiens adulterii ex quibus deprehendatur.*

Cap. Ad hæc I.

1 AD *num.* 3. Quod ob adulterium viri, sicut ob adulterium uxoris concedatur separatio, & quod par sit quoad hoc in utroque conjuge separandi ratio, patet ex hoc textu, ubi notant Abb. & omnes, Dec. *cons.*531. Cuman. *cons.*175. latè Socin. jun. *cons.*32. *col.*1. *lib.*2. & in eadem causa Ioan. Bapt. Ferret. *cons.*168. *per tot.* Bursat. *cons.*218. *num.* 8. Bertazol. *cons. crimin.* 273. *num.* 1. *lib.*2. Roland. *cons.*50. *lib.*1. Cov. *de sponsalib. p.*2. *c.*7. §.6. *num.*6. Mozz. *de contractib. tit. de Matrim.* §. *pro declar.*7. *col. n.*70. Trivisan. *decis.*45. *n.*1. *p.*1.

2 Et ad probandum adulterium in hoc casu, cùm non agatur criminaliter ad pœnam infligendam, nec tractetur de separatione matrimonii quoad vinculum, sed quoad thorum tantùm, & civiliter ad restitutionem dotis, & causa ista non dicatur gravis, sed levis, sufficiunt probationes adulterii præsumptivæ, ut videtur voluisse Ioan.

Ioan. Andr. *in cap. majus, super gloss.* 1. *col.* 2. *de adulter.* Felin. *in c. præterea, num.* 3. *de testib.* & in terminis Ioan. Bapt. Ferret. *cons.* 168. *num.* 4. 5. & 20. Socin. jun. *d. cons.* 32. *n.* 9. *lib.* 2. Bertazol. *d. cons.* 273. *num.* 4. & ita per conjecturas, & etiam testes singulares, Socin. jun. *d. cons.* 32. *num.* 10. 12. 13. & 23. Ioan. Bapt. Ferret. *d. cons.* 168. *num.* 5. Bertazol. *d. cons.* 273. *num.* 5. Trivisan. *d. decis.* 21. *lib.* 2.

3 Ad quod accedit vulgaris illa doctrina Bart. *in l.* 2. *ff. de furtis, col.* 1. dum dicit quod si vir fuerit inventus in domo, & camera alicujus pulchræ mulieris, eo ipso probatur adulterium, & sequitur Anan. *in cap. maritis, col.* 2. *super gloss.* 1. *de adulter.* Et licèt dictum Bart. simpliciter intellectum non procedat cùm potuerit ingredi ignorante, vel invita muliere, ut per Abb. & Felin. *in cap. tertio loco, de probation.* quando tamen constat de scientia, & consensu mulieris, opinio Bart. de plano procedit secundùm Dec. *in d. cap. tertio loco, num.* 13. & in individuo firmant Ferret. *d. cons.* 168. *num.* 1. Socin. jun. *dicto cons.* 32. *num.* 16. Bertazol. *d. cons.* 273. *n.* 12. latè Mascard. *concl.* 61.

4 Alia adest magis stringens doctrina ejusdem Bart. *in l. capite quinto, ff. ad leg. Iuliam de adulter.* dicentis quod si testes affirment, quod viderunt aliquem solum in camera cum muliere, vel osculantem, vel tangentem eam, & multò magis habentem nudam in lecto, & clausam in camera, dicitur sufficiens probatio adulterii: quam doctrinam in individuo admittunt Marian. Socin. *d. cons.* 32. *num.* 16. Ferret. *d. consilio* 168. *num.* 1. amplians procedere alternativè, prout Bartolus loquitur, sive fuerint inventi soli in camera simpliciter, sive se tangentes, sive se amplexantes, sive in aliis actibus propinquis ad actum, ex Abb. ita declarante *in d. cap. tertio loco, vers. unde puto*, Bertazol. *d. cons.* 273. *num.* 12. & 17. Trivisan. *decis.* 21. *lib.* 2. dicens ita judicatum quando nihil probatur in contrarium ad excusationem, latè Mascard. *d. conclus.* 59. *num.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Testes senes, & valetudinarii ante litis contestationem possunt recipi ad perpetuam rei memoriam.*
2 *Senes qui dicantur, Iudicis arbitrio relinquitur.*
3 *Senes ad hoc propositum illi dicuntur, qui vergunt ad annum septuagesimum.*
4 *Senectus facit recedere à communibus Iuris regulis.*

Cap. Quoniam frequenter V.

Ad *num.* 5. Quod testes senes, & valetudinarii ante litis contestationem possunt recipi ad perpetuam, ut aiunt, rei memoriam, nec probationis copia fortuitis casibus subtrahatur, ultra citatos *in collect.* docent Otalor. *de nobilit. p.* 5. *princ. cap.* 1. *num.* 1. Monet. *de distrib. quotid. p.* 2. *q.* 7. *n.* 6. Parens meus, quem non minùs naturæ, quàm doctrinæ meæ revereor auctorem, *in remiss. ad Ordin. reg. Lusit. lib.* 3. *tit.* 55. *n.* 1. 1

Ad *num.* 7. Cumque certa senectutis meta usque adeò præfinita non extet, sed paucis quibusdam designata casibus, in cæteris ad Iudicis arbitrium recurrendum tutius reputarunt ultra citatos Camill. Gallin. *de verbor. signif. lib.* 5. *cap.* 20. *num.* 354. Gaspar Baëz. *de inope debit. cap.* 7. *num.* 16. Paul. Montan. *de tutel. cap.* 5. *num.* 150. Mar. Giurba *in consuet. Messanen. cap.* 2. *gloss.* 14. *n.* 11. & 12. Card. Tusch. *pract. concl. lit. S, concl.* 103. *num.* 3. Ioan. Maria Novar. *in praxi elect. & variat. fori, sect.* 1. *q.* 19. *n.* 3. *cum seqq.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neap. p.* 2. *decis.* 234. *num.* 3. Steph. Gratian. *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 328. *num.* 2. *cum seqq.* & *tom.* 3. *cap.* 506. *num.* 25. Matth. Coler. *in præsenti, num.* 3. 3 ubi senes quoad hoc propositum illos vocat, qui vergunt ad annum septuagesimum, neque tamen integros annos septuaginta compleverunt. 2

Ad *num.* 8. Quod Senatus facit recedere à communibus Iuris regulis, præter Flamin. Parisi. citatum, tradit Alvarez *de privileg. miserab. personarum, q.* 18. *n.* 77. 4

Tit. VII.

De Iuramento calumniæ.

SVMMARIVM.

1 *Clerici olim jurare prohibebantur.*
2 Cap. 1. *de quo hic, intelligitur cùm clericus causam suæ Ecclesiæ prosequitur.*
3 Cap. nullus 22. quæst. 5. *interpretatur.*
4 Cap. 1. de Iuramen. calum. lib. 6. *declaratur.*

Cap.

CAP. Inhærentes I.

1 AD *num.*2. Ab Honorio II. in hoc textu clerici eximuntur ab onere præstandi Iuramentum calumniæ, quia antiquitus jurare prohibebantur, juxta text. *in l.cùm clericis* 25. §.1.*in fine*, *C.de Episc. & cleric. & in c.nullos* 22. *q.*5. cùm turpe sit eos in falsitatis calumniæ suspicionem vocare, qui ob Religionis professionem ab utraque abesse putantur. Et licèt *in d.* §.1.*in fine*, referatur à Martiano Henrici II. privilegium clericis Orientalibus concessum, videlicet ut jurare non compellerentur, nihilominus Honorius *in hoc cap.* illum tam ad clericos, quàm ad monachos Occidentales extendit, itaut nullus per se quicquam jurare compellatur, sed per alium, hoc est, per Procuratorem, vel Oeconomum, sed hoc tantùm cùm causas suæ Ecclesiæ agunt, vel defendunt; nam tunc etsi compelli non valeant, tamen si juraverint sponte, admittuntur,
2 *c. ult. hoc tit.* Et sic intelligendus est text. *in præsenti*, videlicet cùm clericus causam suæ Ecclesiæ prosequitur, ut patet ibi, *si Ecclesiæ suæ noverit expedire*, &c. Sed si non Ecclesiæ, sed propriam causam clerici prosequantur, semper compelluntur personaliter calumniæ juramentum subire, juxta text. *in cap. cæterùm* 5. *inf. hoc tit. Auth. principales*, *C.eod.*rationem refert Donel. *comm. lib.*24.*c.*3.*in fine*, quia nihil fit adversùs honorem clericalem. Ita gloss. *hic*, *verb. criminali*, ubi Abb. *n.*16. & 19. Illiger. *ad Donel. d.c.*3.*lit. M.* Text. verò *in d. c. nullus*, procedit quando clericus propriam causam temporalem apud Iudicem laicum prosequitur, quia nec tunc poterit absque Episcopi consensu in propria causa calumniæ juramentum subire.

3 Per hunc text. tenent omnes communiter, juramentum calumniæ in ipso litis exordio præberi debere, de quo etiam *l.*2. *in princ.C.hoc tit.* per quem text. Donel. *d.lib.*24. *c.*3. *vers. videtur autem mihi*, existimavit nullius esse momenti quicquid in judicio fuerit actum, si à principio hoc juramentum sit omissum. Sed obstat *cap.*1.*hoc tit. lib.*6. ibi, *poterit postmodùm in qualibet parte litis jurari*, ex quo videtur deduci, non esse de substantia, ut juramentum calumniæ in exordio litis exigatur, quia si esset, postmodùm in nulla litis parte suppleri poterat, argum. *l. hæres palam*, *ff. de testam.* Quare DD. varias ad hunc text. *in d. c.*1. *lib.*6. exquisierunt interpretationes, nam quidam existimant esse constituendam differentiam inter jus Canonicum & Civile: alii putant discrimen versari inter juramentum calumniæ, & juramentum de veritate dicenda, ita ut illud ab initio litis, juxta *d.l.*2. hoc post litem contestatam proponi debeat: nonnulli credunt *d. cap.*1. procedere in juramento calumniæ generali, quod in exordio litis subeundum est, & apponi solet, sed in speciali, quod non à parte, sed à Iudice in qualibet litis parte, quoties viderit expedire, defertur ex Gail. *lib.*1.*observ.*84. *n.*6. pluresque alias interpretationes refert Illiger. *d. c.*3. *lit. H*, cum quo prosequere.

De Feriis.

TIT. IX.

CAP. Licet III.

AD *num.*6. Quod necessitas, & paupertas laborantem in diebus Dominicis excuset, præter citatos in collect. resolvunt Cornel. Benincas. *de paupert. quæst.*4. *num.* 28. Suar. *de relig. tom.*1. *tract.*2. *lib.*2. *cap.*32. ubi latè de excusatione ob sui ipsius, familiæque indigentiam, ac necessitatem proximi. Iacob. de Graff. *in aureis decis. p.*1.*lib.*2.*c.*35.*n.*3. ubi *n.*31. subdit nec excommunicatione aliqua ligari eum, qui justis de causis diebus festivis opera servilia exercet, si lata à Iudice sit excommunicatio contra laborantes diebus festivis. Camil. Borel. *in sum. p.*2. *tit.*38. *de feriis*, *num.*67. *cum duobus seqq.* Quod tamen intelligendum est, dummodo divina non prætermittantur Officia, Cardin. Tolet. *in sum. cap.*25.*num.*3. 1

De Ordine cognitionum.

TIT. X.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio consanguinitatis si opponatur mulieri petenti aliquem in virum, priùs de illa cognoscedum est, quàm matrimonii quæstio terminetur.*
2 Cap. ex conquestione 10. de restit. spoliat. *intelligitur.*
3 Cap. litteras, eod. tit. de restit. spoliat. *interpretatur.*
4 Cap. porrò, de divort. *declaratur.*

CAP. Intelleximus I.

PRo exornatione hujus principalis conclusionis habentis, quod si mulieri petenti aliquem in virum, opponatur 1

exceptio conſanguinitatis, priùs de illa cognoſcendum eſt, quàm Matrimonii quæſtio terminetur, non tamen ſuper illa exceptione, ſed ſuper matrimonio tenebitur Iudex pronuntiare: vide præter citatos Robert. *lib.* 1. *ſentent. c.*12. Othom. *lib.*6. *obſerv. c.*6. Azin. *in praxi*, §.2. *cap.*18. Cujac. *lib.*9. *obſerv.*33. Donel. *comment. Iuris Civilis lib.*18. *c.*12. *& c.*22. Gilchen. *in l.*1. *à n.*6. *C. de ordine cognit.* Fachin. *controv. lib.*1. *c.*43. Menoch. *de arbitr. lib.*1. *q.*45. Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 1. *n.*18. Anton. Fab. *lib.*15. *conjectur. c.*1. *& lib.*16. *c.*3. *& de errorib. pragm. p.*1. *decade* 18. *errore* 3.

2 Contra quam concluſionem non obſtabit text. *in c. ex conqueſtione* 10. *de reſtit. ſpol.* ubi exceptio conſanguinitatis peremptoria fuit oppoſita, & tamen non ſuſpendit negotium principale: quia reſpondetur illum textum loqui in judicio poſſeſſorio recuperandæ, ubi non de viribus matrimonii, ſed de ejus poſſeſſione tantùm agitur, ex
3 eo quod mulier fuerat ſpoliata. Similiter non obſtat *cap. litteras*, *cod. tit. de reſtitut. ſpoliat.* procedit enim ejus reſolutio ex eo, quia mulier fuit parata exceptionem conſanguinitatis incontinenti probare, & periculum inceſtus etiam imminebat, & jurisjurandi religione affirmabat exceptionem eſſe veram, eamque malitiosè non opponere.
4 Et *in cap. porrò*, *de divort.* ideo ibi exceptio affinitatis, etſi publica ſit, non admittitur, quia maritus juris ordine non ſervato, ſuâ propria auctoritate abſque judicio Eccleſiæ uxorem à ſe dimiſerat, quod ſibi prohibitum eſt, *c. multorum*, 35. *q.*6. ita ſimiliter eſt interpretandus text. *in cap. accedens* 4. *ut lite non conteſt.* Corraſ. *lib.*2. *miſcel. c.*2. *n.*7. Sanch. *de Matrim. lib.*10. *diſp.*12. *n.*38. qui notant ideo in terminis *cap. ſignificaſti*, *eod. tit. de divort.* permitti marito uxorem propter adulterium, & inceſti periculum propria auctoritate à ſe dimittere, nec uxori reſtitutionem competere, quia antequam eam poſtulaſſet, publicè in judicio fuit confeſſa adulterii crimen commiſiſſe, uti ex verbis illius text. conſtat ibi, maritum materiam adulterandi præbuiſſe.

Cap. Cùm dilectus II.

1 Pro declaratione principalis concluſionis hujus text. habentis quod ſi reus contra actorem per viam exceptionis ſpoliationem oppoſuerit, priùs audiendus eſt reus, & probata exceptione non cogitur reſpondere, non tamen ea ratione reſtituendus eſt. Si verò per viam actionis reus ſpoliationis oppoſuerit adversùs actorem, tunc utraque quæſtio ſimul terminatur, & probata exceptione reus reſtituitur: vide Cov. *lib.*1. *var. c.*16. *n.*14. Menoch. *remed.* 1. *recuper. n.*387. Donel. *comment. Iuris Civil. lib.*17. *c.*18. *& lib.*23. *cap.*4. Cujac. *lib.*9. *obſervat.*21. Surd. *conſ.*27. *n.*27. Martam *de Iuriſdict. p.*4. *caſu* 107. Martin. de Larreategui *ſelect. Iuris lib.*6. *c.*7. *cum ſeqq.*

Difficilis ſolet hic textus reputari dum 2
ex eo apparet Abbatem de Ferentino adversùs nobiles viros quæſtionem propoſuiſſe, & ita partes actoris ſuſtinuiſſe, proindeque debuiſſe nobiles prædictos, qui partes rei ſuſtinebant, coram ſæculari Iudice convenire, juxta reg. *l. juris ordinem*, *C. de juriſd. omn. Iud. & c. cùm ſit generale*, *de foro compet.* non verò coram Iudice Eccleſiaſtico, ut text. hic decidit. Cui difficultati dupliciter reſponderi ſolet. Primò, quod procedit in hac parte ejus deciſio ex ſpeciali conſuetudine, qua attenta in aliquibus locis introductum eſt, ut clericus poſſit laicum reum coram Eccleſiaſtico Iudice convenire, ut probatur *in cap. ſi clericus laicum*, *ſup. de foro comp.* ibi, *licèt in pleriſque partibus aliter de conſuetudine habeatur*: quibus verbis Pontifex tacitè videtur talem approbaſſe conſuetudinem, ut multis relatis oſtendit P. Suar. *pro defenſione Fidei contra Anglicanæ ſectæ errores*, *lib.*4. *c.*14. *n.*16. licèt è converſo nulla valeat contraria conſuetudo, videlicet ut judex laicus de cauſis clericorum poſſit cognoſcere: ita DD. per text. ibi, *in c. clerici*, *de judic.* Gregor. Lop. *l.*2. *gloſſ.*6. *tit.*2. *p.*1. Marta *de juriſdict. p.*4. *caſu* 101. Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*5. *c.*18. *q.*12. Salas *de legib. q.*97. *tract.*14. *diſp.*19. *ſect.*15. *n.*105. Secundò reſponderi poteſt quod Nobiles in hoc textu, tanquam rerum Eccleſiæ invaſores, cenſeri debent ſacrilegi, *c. nulli liceat*, *c. quicunque*, *c. prædic.* 12. *q.*2. *cap. conqueſtus*, *de foro compet.* quod crimen ſacrilegii mixti fori eſt, ex adductis *in c. cùm ſit generale*, *de foro comp.* ideo rectè potuit Abb. de Ferentino prædictos Nobiles coram Romano Pontifice convenire.

Cap. Tuam III.

Poſt *n.*1. Caſus narrationem poſt Cujac. 1
proponit Balboa *in præſenti*, *num.*3. quod ſcilicet Henricus II. Campaniæ Comes, Iſabellam Cypri Reginam uxorem duxit, ex qua filiam procreavit, cujus nomen fuit Alix, quæ Iſabella matre regnum Cypri obtinuit, & poſt eam ſucceſſit Alicis filia, Alix etiam appellata, quæ tanquam Henrici II. neptis Campaniæ Comitatum adversùs Theobaldum VI. ejuſdem Comitatus poſſeſſorem, eundem Comitatum vindicabat. Is autem Theobaldus eidem illegitimitatis opponebat exceptionem, contendens illegitimam eſſe ejus originem; nam dicebat

dicebat quod ejus avia Isabella non potuit legitimo matrimonio Henrico II. copulari propterea quod priùs fuerat Gofredo nupta, à quo temerè diverterat, ut dicto Henrico II. nuberet. Quæ exceptio opposita fuit coram Philippo II. Francorum Rege: unde cùm in ea exceptione agendum esset de viribus
2 matrimonii inter Henricum II. & Isabellam contracti, meritò ejus discussio ad Sedem Apost. delata est, juxta decisionem *tex. in cap. lator, qui filii sint legit.* Interim tamen dum hæc natalium quæstio apud Sedem Apost. tractabatur, decessit Philippus Francorum Rex, eique successit Ludovicus VIII. anno Christi 1223. & cùm Regina Cypri apud Ludovicum instaret, ut causam principalem definiret, Honorius III. hac epistola Regem hortatur ne antea de proprietate Comitatus judicaret, quàm ipse Pontifex illegitimitatis quæstionem quasi præjudicialem & peremptoriam ad judicium Ecclesiæ pertinentem terminaret, ne aliàs confusione quadam judicii ordo turbaretur. Cujus nostri textus species procedit quando pendente coram sæculari successionis causâ illegitimitatis, exceptio coram Iudice Ecclesiastico agitatur, quo casu verum est in causa principali supersedendum esse quousque super exceptione pronuntiatum sit, etiam quanvis causa incidens, & peremptoria sit. At verò si coram eodem Iudice utraque causa tractetur, Iudex de utraque causa simul cognoscit, & solùm super principali pronuntiat, *l. 1. C. de ordine judic.* notant Panorm. *n.* 4. Anch. *num.* 8. & Butr. *n.* 11. *in præsenti.*

3 Ad *n.* 2. *in fine.* Quando quæstio matrimonii versatur super nudo facto, nempe an matrimonium sit contractum, necne, Iudex sæcularis competens est ad ejus cognitionem, ut per Vincent. de Franch. *decis.* 36. Farin. *in praxi crim. p.* 1. *q.* 8. *n.* 25. D. Barb. *in l. Titia, n.* 22. *ff. solut. matr.* Morl. *in emporio Iuris, tit.* 2. *in prælud. n.* 165. *& seq.* Paz *de tenuta, c.* 12. *n.* 64. *& seq. & n.* 67. Cast. *controv. tom.* 5. *c.* 105. *n.* 5. At verò quando quæstio matrimonii uti spiritualis tractatur, videlicet an matrimonium sit legitimum necne, tunc sæcularis Judex de hac exceptione non potest cognoscere, ut probat text. *in præsenti, & in cap. causam quæ, qui filii sint leg.* D. Barb. *in d. l. Titia, n.* 22. Ceval. *de cognit. per viam viol. p.* 2. *q.* 25. *n.* 12. *&* 13. Carol. de Graff. *de effect. cler. effectu* 1. *n.* 398. *&* 401. *cum seqq.* Castil. *decis.* 105. *n.* 3. Joseph. Sesse *Aragon. decis.* 190. *n.* 20. *cum seqq.* Idem procedit quando quæstio mixta est, D. Barb. *in d. l. Titia, n.* 24. *&* 28. Carol. de Graffis *d. effectu* 1. *n.* 407. latissimè D. Sperel. *in decis. fori Ecclef. decis.* 9. *per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Res ab eo retineri non potest, ad quem cum vitio pervenit.*

2 *Meliorata res pro melioramentis retineri non potest, quando cum vitio ad meliorantem pervenit.*

3 *Possessor malæ fidei rem retinere poterit propter expensas factas causa fructuum percipiendorum.*

Cap. Super IV. & ult.

AD *num.* 3. Quod retineri non potest res ab eo, ad quem cum vitio pervenit, præter Surd. citatum *in collect.* tenent Arism. Tepat. *var. tit.* 118. *c.* 4. Neguz. *de pign. p.* 5. *memb.* 4. *n.* 1. Capic. *decis.* 2. Cavalc. *de tutore n.* 165. Quesada *in variis qq. juris, c.* 14. *n.* 7. Card. Tusch. *pract. concl. lit. R, concl.* 307. *n.* 15. 1

Amplia etiam rem melioratam pro melioramentis retineri non posse, quando cum vitio ad meliorantem pervenit, ut per Lancel. *de attent. p.* 3. *c.* 24. *q.* 29. *n.* 9. Carot. *de locato, tit. de expens. n.* 18. *fol.* 212. Sebast. Medices *de compensat. p.* 2. *q.* 16. *n.* 17. Statil. Pacif. *in tract. de Salviano interdicto, inspect.* 2. *c.* 2. *n.* 236. Dicitur autem pervenire res cum vitio ad illum, qui eam emit non servatis Iuris solemnitatibus. Surd. *cons.* 28. *n.* 91. *&* 92. *& decis.* 46. *n.* 1. 2

Propter expensas factas causa fructuum percipiendorum poterit malæ fidei possessor rem retinere, *l. si à patre*, aliàs *si à Domino*, §. *fructus, l. hæres furiosi* 54. *ff. de petit. hæred. l. fundus, ff. famil. hercisc. l. fructus, ff. soluto matr. l. quod in fructibus, ff. de usur. l. Castel.* 4. *tit.* 28. *p.* 3. *& l.* 4. *tit.* 14. *p.* 6. gloss. *verb. quid ad causas, in c. nobis,* 12. *q.* 2. Tiraq. *de retractu lig.* §. 15. *gloss.* 1. *n.* 2. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. p.* 2. *c.* 3. *n.* 1. *ad fin.* Sarmient. *lib.* 1. *select. c.* 10. *n.* 14. Neguz. *de pign.* 4. *memb.* 5. *part. princ. n.* 20. Peregr. *de fideicom. art.* 50. *n.* 26. Cavalc. *decis.* 28. *n.* 5. *& decis.* 44. *n.* 90. *p.* 1. Mogon. *decis.* 33. *n.* 24. Ioseph. Ludov. *decis.* 34. *n.* 18. Mar. Muta *decis.* 51. *n.* 18. Ioan. Garc. *de expens. c.* 21. *n.* 11. D. Barbos. *in l. divortio*, §. *fin. p.* 1. *n.* 59. *ff. soluto matr.* Valasc. *de jure emphyt. q.* 25. *n.* 5. Giurb. *in consuet. Messanens. p.* 1. *c.* 15. *gloss.* 7. *n.* 17. Maresc. *var. lib.* 2. *c.* 112. *n.* 9. Narbona *l.* 25. *gloss.* 16. *n.* 30. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop.* Guzm. *de evict. q.* 20. *n.* 4. Alvarez *de privil. pauper. p.* 1. *q.* 41. *n.* 15. *&* 16. Sed an hujusmodi malæ fidei possessori concedatur retentio, an verò abrasio? vide Guttier. *lib.* 3. *pract. q.* 68. *n.* 10. Valasc. *cons.* 83. *n.* 19. Mar. Muta *decis.* 51. *n.* 15. *&* 16. Alvarez *d. q.* 41. *à n.* 45. 3

I 2 TIT.



Tit. XII.

De causa possessionis & proprietatis.

AD *rub. num.9. in fine.* Vide novissimè Læl. Mancin. *disquisit. genialium, & anniversariar. Iuris disput. cent.1. cap. 65. pag.116. & seq.* ubi dicit inutilem disceptationem de etymologia possessionis viros maximos illustrem fecisse, & se rem duobus verbis sic absolvere promittit. Nam, inquit ille, si quærendum de etymologia, hoc est, de vera nominis notione, à sedibus possessio dicitur: sin allusio placet, quæ magis videatur ex ratione Iuris, à pedibus tunc convenientiùs traditur, ex Paulo *in l.3. in princip. ff. de acquir. possess. & in §. ex contrario*, ibi: *non magis eadem possessio apud duos esse potest, quàm ut tu stare videaris*: de possidente itaque dicimus utrumque, ut stare dicatur, & sedere, & sic possessio æquè bene dicitur & à sedibus: ex Paulo, stare nihil aliud est quàm in se suaque mole consistere, cui opponitur sedere. Vnde Plautus,

Hos quos videtis stare hic captivos duos,
Illi qui stant, hîc ambo non sedent.

De origine, & successu possessoriæ rei, vide eundem Læl. Mancin. *d. centur. 2. cap.66. pag.158. & seq. & cap.67. pag.161. cum seq. ad l.1. ff. de acquir. possess.* Et an penes tertium deponi vera possessio valeat, vide eundem Læl. Mancin. *d. cent.1. c.68. pag.166. ad leg. interesse, ff. de acquir. possess. & ad l. licèt, §. rei, ff. depositi.* Et an possessio Iuris sit? vide eundem Mancin. *d. cent.1. cap.70. pag.269. ad l. possessio, in princ. ff. de acquir. possess. & ad l. nemo, C. eod. & cap.71.* conciliatur Paulus *in l.1. §. adipiscimur, ff. eod. & c.72.* conciliatur idem Paul. *in l.1. §. si vir uxori, ff. eod.* Et an solo animo amitti possessio queat? vide eundem Mancin. *cap. 74.* Possessionem juris quidem esse, sed non jus, contendit idem Mancin. *c.79. & 80. ad l. si ea res, §.1. ff. de action. empti.* Et unicam esse possessionem defendit *c.81. ad l. nemo, C. de acquir. possess.* civilem & naturalem possessionem specie non distare, ob id quod hæc corpore detinetur, illa animo, contendit *c.82.83. & 84. pag.199. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Causa possessionis, & proprietatis apud eundem Iudicem est discutienda.*
2 L. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess. *intelligitur.*
3 L. si de proprietate, C. si à non compet. Iud. *interpretatur.*
4 Cap. ex conquestione, de restit. spoliat. *declaratur.*

Cap. Susceptis I.

AD *num.4.* Quod causa possessionis & proprietatis apud eundem Iudicem est discutienda, docent Salhag. per text. *ibi, in c.1. de sequest. possess. n.82.* Sarmient. *lib.3. select. c.14. n.7.* Cujac. *lib.2. observ.35. & lib.1. observ.20. & lib.5. observ.15. & 19.* Bart. *in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloss. 1. §.2. n.12.* 1 Et quanvis *in d. §. nihil commune*, probetur nihil commune habere proprietatem cum possessione; id tamen intelligendum quoad essentiam, & substantiam, & acquisitionem; secus verò quoad cognitionem. 2

Non obstat text. *in l. si de proprietate, C. si à non compet. Iud.* dum probat judicem, qui delegatus fuit ad causam proprietatis, super possessione pronuntiare non posse, quia respondetur ideo in illa specie Iudicem non potuisse de causa possessionis cognoscere, quia specialiter delegatus fuit ad cognoscendum tantùm de proprietate, & ideo sententia lata super possessione nulla fuit, tanquam à non competenti Iudice prolata. 3 Contra quam solutionem minimè facit decisio textus *in cap. ex conquestione, de restit. spoliat.* ubi Iudices dati ad causam proprietatis, priùs de possessione cognoscere potuerunt, & mulierem spoliatam restituere; quia 4 respondetur quod licèt in specie illius text. Iudices ad petitionem mulieris delegati fuissent ad causam proprietatis nominatim, coguntur tamen de possessione cognoscere, ea nempe ratione, quia beneficio, & natura reconventionis tenebantur cognoscere, quo mediante effecti fuerant competentes.

SVMMARIVM.

1 *Iudex poterit priùs causam possessionis definire, & proprietatis causam suspendere, si de possessione, & de proprietate simul actum fuerit.*
2 *Sententia unica terminari debet possessorium, & petitorium, si de utroque simul actum fuerit.*

Cap.

Cap. Ad ultimum II.

1 AD *num.* 2. Quod si de possessione & proprietate simul actum sit, possit Iudex priùs causam possessionis definire, & proprietatis causam suspendere, tenent *lex Castell.* 27. *tit.* 2. *p.* 3. Capic. *decis.* 86. Boër. *decis.* 23. Staphil. *de litteris gratiæ, tit. de signatura litterarum justitiæ,* §. *secundùm, num.* 5. Ozasch. *Pedem. decis.* 47. Bursat. *cons.* 234. *vol.* 3. Menoch. *de arbitr. casu* 371. *& remed.* 15. *recup. n.* 36. Sahag. *in c.* 1. *de sequest. possess. n.* 86. Fachin. *controv. lib.* 8. *cap.* 7.

2 Non obstat quod quoties possessorio & petitorio simul actum est, utrumque debet unica sententia terminari, *cap. cùm Ecclesia Sutrina, cap. cùm dilectus, inf. hoc tit.* quia locum habet ubi de utroque liquet, ex reg. text. *in l. de qua re* 74. *ff. de judic.* quando verò solùm liquet de possessorio, potest super eo tantùm pronuntiare, ut *in hoc text.* in quo Iudex omisso petitorio publicavit attestationes super possessorio, & ita solùm liquebat de illo. Sic *in præsenti* docent Anch. *n.* 3. & Imol. *n.* 4. Capic. *d. decis.* 86. *n.* 6. non enim liquere dicendum est, nisi conclusum sit in causa, & probationibus renuntiatum, juxta celebrem gloss. *verb. liquere, in c. significaverunt, de testibus,* quam sequuntur Put. *decis.* 284. *lib.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 1106. *n.* 14. & citati à Farin. *in praxi crimin. part.* 1. *q.* 21. *à num.* 15.

Cap. Cùm Ecclesia Sutrina III.

1 POst *n.* 1. Quod spoliatus agens simul possessorio, & petitorio judicio; si probet spoliationem, non verò proprietatem, obtinebit in possessorio, succumbet tamen in petitorio, docent Cov. *lib.* 1. *var. c.* 17. *à n.* 10. *& in reg. possessor, p.* 2. §. 10. Padil. *in l.* 2. *n.* 19. *C. de servit.* Menoch. *remed.* 15. *recup. à n.* 396. Mascard. *de probat. concl.* 1326. Valasc. *cons.* 58. Azeved. *l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *Recop.* Fachin. *controv. lib.* 18. *c.* 9. Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *c.* 6. *n.* 59.

De restitutione spoliatorum.

Tit. XIII.

Summarium.

1 *Beneficii restitutionem petenti referri non potest quæstio non canonicæ institutionis.*

2 Text. in præsenti *declaratur.*

Cap. In litteris V.

POst *num.* 1. Quod petenti restitutionem beneficii quæstio institutionis non canonicæ referri non potest, consonant *cap.* 1. *& per tot.* 2. *q.* 2. *cap.* 1. *cap. conquerente, cap. fin. hoc tit. cap. cùm Ecclesia Sutrina, c. cùm super, cap. pastoralis, de causa possess. c.* 1. *eod. tit. lib.* 6. *l.* 1. *& per tot. ff. de vi, & vi arm. l.* 1. *C. unde vi, l. Castel. fin. tit.* 10. *p.* 3. *l.* 1. *cum seqq. tit.* 13. *lib.* 4. *Recop.* exornant præter citatos *in collect.* Cov. *pract. c.* 13. Cujac. *lib.* 1. *observ.* 10. *& lib.* 16. *observ.* 12. Fornet. *lib.* 2. *select. c.* 14. Donel. *comment. lib.* 15. *c.* 31. Azeved. *l.* 10. *n.* 25. *tit.* 13. *lib.* 4. *Recop.* Guttier. *de Iuram. confirm. p.* 3. *cap.* 19. *& Canon. lib.* 1. *c.* 34. Mascard. *de probat. concl.* 1326. Anton. Fab. *de errorib. pragm. decis.* 77. *errore* 4. nisi possessoriæ causæ proprietatis causa annexa sit, quia tunc de possessione nullatenus tractari potest, nisi priùs de titulo proprietatis appareat, *l.* 2. §. *quædam, ff. de interdict. l.* 3. §. *hoc autem, ff. de itinere, actuque privato.* 1

Non obstant verba hujus text. ibi, *priùs de violenta ejectione, quàm de Canonica institutione,* &c. ex quibus constat ante ullam tituli cognitionem, seu justificationem agi debere de possessionis spoliatione, sed eorum sensus est, priùs plenariè agendum esse de possessione, nec exinde negatur summariè in præsenti fuisse actum de Canonica restitutione. 2

Summarium.

1 *Litigans mecum recusari à me potest, ne in alia causa Iudex sit.*

2 *Calumniator in Iure dicitur qui falsa crimina intendit.*

3 Auth. de testibus, §. si verò quis, *declaratur.*

Cap. Item cùm quis VI.

AD *num.* 4. Dixi *in addit. ad c.* 1. *n.* 3. *de judic.* eum qui mecum nunc litigat, recusari à me posse ne in alia causa Iudex sit: idem colligi videtur ex textu *in præsenti,* in cujus specie Titius vi occupat, aut clam ingreditur possessionem Seii, & dum spoliatus agere ad restitutionem vult, ei spoliator crimen objicit: quæsitum fuit, an objectio criminis remorari restitutionem possit? & responsum est, non posse, addita ratione, *quoniam criminaliter adversus eum ante restitutionem agere non potest, cùm præsumatur ejus existere inimicus.* Erat, 1

inquiunt nonnulli, causa civilis, negotium civile; nam civiliter agebatur remedio restitutionis, & tamen inter collitigantes contracta inimicitia creditur. Non defuerunt qui existimarent causam aliquam fuisse inimicitiæ, videlicet occupationem rei alienæ per vim, nec satis adverterunt clandestinum quoque possessorem inimicum censeri. Quare Læl. Mancin. *disquisit. genial. & anniversariarum Iuris disput. cent.*1. *cap.*43. *pag.*110. *num.*2. *cum seqq.* respondet inimici nomen penes Alexandrum Pontificem *in præsenti* pro ratione propositæ causæ accipi oportere.
2 Calumniator in Iure dicitur qui falsa crimina intendit, *l.*1 *ff. de calumniat.* qui, inquam, falsum crimen bonis objectat, non itaque procul ab inimico est: nam & qui infamat, pro inimico habetur, & calumnia nihil aliud Nonio fuit, quàm malitiosa & mendax infamatio, ex *c. ult. in fine, de calumniat.* ibi: *ad infamiam:* & ideo concludit *num.*4. quod in hoc textu inimicus præsumitur esse is, qui cùm bona occupasset, postea ne contra eum ageretur, crimen objecit, quo judicium effugiat, ex quo sequela erit: calumniator, ergo inimicus; & non illa, quæ practicis probata est: litigator, ergo inimicus.

3 Non obstat Auth. *de testib.* §. *si verò quis dicat odiosum præsentem ad testimonium sibi constitutum, & approbaverit statim, quoniam criminalis inter eos lis movetur, non adsit ad testimonium, qui usque adeò infestus est, donec de crimine judicetur.* Quia respondet Læl. Mancin. *d. cent.*1. *cap.*44. accusatorem eò loci non eum fuisse, qui testimonium ferre deberet, sed eum, adversùs quem dicendum testimonium esset, subdit deinde repetito casu loci illius Iustiniani, non utique probare eum, qui accusasset, præsumi inimicum, sed eum potiùs, qui fuisset accusatus: nec probare rursus accusatum criminis fieri inimicum accusatori, sed odiosum, & infestum, nec quidem activè infestum, quasi qui malum intulisset; sed passivè, quasi qui recepisset: infestum denique, hoc est infestatum. Et *in fine* notat non inimicum præsumi eum, qui accusatur, sed leniori vocabulo odiosum, atque infestum.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente super separatione thori, an potiùs uxor sequestrari debeat in aliquo monasterio, quàm apud honestas matronas, ostenditur.*

2 *Cautio qualis dicatur sufficiens, remissivè.*

3 *Cautio de non offendendo, quando sufficiens sit, arbitrio Iudicis relinquitur.*

CAP. Ex transmissa VIII.

AD *n.*6. Vide Rot. per me citatam *sub hoc num.* quæ reperitur impressa apud Farin. *decis.* 245. *in novissimis novissimarum*, seu *p.*4. *divers.* ubi ostenditur quibus casibus pendente lite inter maritum, & uxorem super separatione thori, potiùs uxor sequestrari debeat in aliquo monasterio, quàm apud honestas matronas. Et in facto quæstionem habui in causa divortii, quæ vertebatur coram me inter Don Alphonsum de Revenga, & ejus uxorē D. Annam Mariam Tellez Giron, & censui quod licèt in hoc textu decidatur uxorem lite pendente, si vir odio illā prosequatur, alicuij probæ & honestæ matronæ esse committendam usque ad causæ decisionem, ut illam studiosè custodiat, non ob id excludit quin possit in aliquo monasterio sequestrari, ut observant *hic* Butr. *n.*9. & Abb. *n.*4. sed quando id conveniat, judicis arbitrio remittendum esse existimavi, qui pensatis circumstantiis id decernat prout securitati & honori mulieris viderit meliùs convenire. Quando enim Iudex conditionem alicujus probæ & honestæ matronæ agnoverit, & apud illam judicaverit mulierem tutè, & honestè permanere posse, id exequetur etiam reclamante marito, quia in monasterio non est recludenda, nec ad illud intrandum compellenda, quando nulla ratio postulat, ut intret. Si verò Iudex particularium matronarum loci cognitionem non habeat, vel propter malam conditionem mariti aliàs terribilis timeatur aliqua violentia, aut damnum, quod in particulari domo evitari non possit, seu aliqua adsint indicia quod inhonestè vivit, seu denique quando est persona nobilis & juvenis, & non possit in domo cum decentia suæ nobilitati conveniente, ob tenues redditus sibi loco alimentorum assignatos, vivere, tunc prudens judex arbitrabitur in aliquo Monialium monasterio sequestrari debere, quæ verè honestæ matronæ dici possunt, ut sentit Rota *d. decis.*245. *n.*5. 1

Ad *num.*8. Qualis dicatur sufficiens cautio, & quando juratoria admittatur, dixi latè *in addit. ad collect. cap. ult. de pignorib. & cap. qua fronte* 25. *de appell.* 2

Ad *n.*9. Quando cautio de non offendendo sufficiens sit, arbitrio Iudicis relinquitur, juxta text. *in l. qui ita* 66. §. 1. *ff. ad SC. Trebell.* ibi, *quamvis ei caveatur propter fragilitatem cautionis*, &c. resolvunt Abb. *in cap. litteras, num.*7. 3

num. 7. *inf. hoc tit.* Tiraq. *in l. si unquam, verb. omnia, num.* 31. Cov. *de sponsalib. p.*2. *cap.*7. §.5. *num.*2. *in fine*, Herculan. *de cautione de non offendendo, cap.*4. *num.* 5. & 7. & *cap.*5. *n.*3. Ioan. Gutier. *canonic. lib.*1. *cap.*24. *num.*10. Menoch. *de arbitr. casu* 138. *num.*8. & *casu* 139. *num.* 2. & 3. Farin. *in praxi crimin. q.*107. *num.* 39. Cevall. *commun. contra commun. quæst.*66. *n. fin.* Card. Tusc. *pract. conclus. lit. C, concl.*165. *num.*10. Pyrrh. Maur. *de fidejussorib. p.*1. *princ. in præl.* 3. *p.* & *sect. c.*25. *aliàs* 34. *num.*43. *fol. mihi* 151. Sanch. *de matrim. lib.*10. *disp.*18. *num.*41. & 44. *vers. sed facilè lis hæc dirimitur.*

SVMMARIVM.

1 *Spolians audiendus non est priusquam rem ipsam, fructusque, & expensas restituat.*

2 *Restituere habens si pauper sit, quomodo illi succurrendum?*

Cap. Gravis XI.

1 AD *num.* 4. Quod is, qui spoliavit, audiendus non est priusquam rem ipsam, fructúsque, & expensas restituat, præter citos *in collect.* docent Achil. de Grassis *decis.* 17. *num.* 1. *de restit. spoliat.* Cæs. de Grassis *decis.*41. *aliàs* 3. *num.*8. & 10. *eod. tit.* Verall. *decis.*207. *num.*5. *p.*2. & *decis.* 171. & 184. *p.*3. Cov. *in reg. peccatum, p.* 2. §. 6. *num.*4. *l. Castell.* 11. *titul.* 17. *part.*1. & *l.* 44. *tit.*28. *part.*3. & *l.*9. & 10. *tit.*10. *part.*7. Fachin. *controv. lib.*1. *cap.*59. Cujac. *lib.* 15. *observ.*20. Donell. *comment. Iuris lib.*4. *cap.*24. Amaya *lib.*2. *observ. cap.*16. Anton. Fab. *tom.*1. *de errorib. pragm. decad.* 7. *errore* 6. & *lib.* 4. *conject. cap.* 17. Card. Tusch. *practic. conclus. lit. S, concl.*380. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.*2. *num.*25.

2 Declara nisi habens restituere pauper sit, quia illi decernitur commissio cum claus. constito de paupertate, expensis, & fructibus ad finem usque litis reservatis, ad ulteriora procedatur, déque negotio principali tractetur, ut per Vestr. *in praxi Romanæ Curiæ, lib.*4. *c.*4. *de dolo & contum. n.*9. & *lib.*7. *c.*1. *n.*8. & *lib.*8. *c.*3. *de restit. in integ. n.*12. Lancel. *de attent. p.*3. *c. fin. n.*93. & *n.*154. *cum seqq.* Marches. *de commission. p.*2. *c.*2. *de commiss. super nullit. n.*64. *fol. mihi* 153. Marescot. *var. lib.*1. *c.*86. *n.*33. Stephan. Gratian. *March. decis.*110. *in addit. num.*10. Gonzal. *d. gloss.*2. *n.*25. Gregor. XV. *decis.*361. *n.*3. ubi Beltramin. *n.*5. *lit. B.*

SVMMARIVM.

1 *Maritus præstando cautionem juratoriam satisfacit, si ob paupertatem suam cavere non potest offendendo uxorem.*

2 *Inimicus offensus, qui fidejussorem non invenit, potest relaxari cum cautione juratoria de non offendendo.*

3 *Maximè cùm pauper bonæ conditionis, ac famæ sit.*

Cap. Litteras XIII.

Vide quæ dixi *in Votis decisivis Canon. lib.* 1. *Voto* 9.

AD *num.* 12. *in fine.* Quod maritus, qui cavere de non offendendo uxorem tenetur, quando ab illo propter ejus sævitiam, vel ex alia causa offendi timet, si fidejussorem ob paupertatem invenire non potest, idque proprio firmaverit juramento, cautionem juratoriam præstando satisfacit, tenent Marc. Anton. Natt. *cons.*616. *ex n.*7. Guttier. *in l. nemo potest, n.*297. *ff. de leg.*1. Card. Tusch. *pract. concl. lit. C, concl.*175. *num.*10. Farin. *in praxi crimin. q.*143. *num.*215. & *seq.* 1

Et in inimico offenso, qui fidejussorem non invenit, quod satisfaciat ut relaxetur juratoriam cautionem de non offendendo præstando, resolvunt Clar. *in* §. *fin. quæst.*47. *n.*5. Hercul. *de caut. de non offend. quæst.* 47. *num.*1. & 2. Anton. Gom. *var. tom.*3. *cap.* 6. *num.*17. Farin. *in praxi crimin. q.*107. *num.*38. 2

Quod tunc maximè procedit cùm pauper bonæ conditionis, & famæ sit, & de quo offensionis timor haberi non potest, non si rixosus, malæ conditionis, & famæ, & talis de quo obligatione, & juramento non obstante valde timenda esset offensa. Ita Guttierr. *canon. lib.*1. *c.*24. *n.*3. Farin. *d. q.*107. *n.*4. Sanch. *de matr. lib.*[illegible] *disp.*48. *n.*38. *in fine.* 3



De dolo, & contumacia.

Tit. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia, propriè loquendo, importat vitium virtuti obedientiæ contrarium.*

2 *Contumacia multipliciter dividitur.*

3 *Contumax in non comparendo verè & propriè dicitur, & est contumax.*

4 *Contumacia in non parendo, vel in non com-*

parendo in quo differat?
5 *Contumacia seu inobedientia, pro qua sola excommunicatio ferri potest, semper est peccatum mortale.*
6 *Pœnæ in contumaces à Iure latæ.*

Ad Rubricam.

1 AD *num.3. in fine.* Contumacia, propriè loquendo, importat vitium virtuti obedientiæ contrarium, in eo consistens quod aliquis Superiori, & cui tenetur, non obtemperat, ut colligitur ex *l. contumacia* 53. *ff. de re judic.* & ex *cap. de illicita, in fine*, 24. *q.*3. tradunt Card. *in Clem.*1. *hoc tit.* Marant. *de ordine judic. p.6. memb.* 2. *n.*7. & post Summistas *verb. Contumacia*, Rebuff. *ad legos Galliæ, tom.* 3. *tit. de contumacia, in præfat. à n.*7. Planè sicut specialis virtus obedientiæ in eo consistit quod quis exequatur præceptum eo quòd præcipitur, & ita intendens formaliter obedire superiori; alioquin si alio instante, aut respectu faciat, propriè & formaliter non est virtus obedientiæ specialis, sed alia ad quam pertinet actus ille, qui præcipitur: sic per contrarium propriè & formaliter inobedientia specialis in eo consistit quod quis non facit id, quod præcipitur, & præceptum transgreditur principaliter, quia jubetur, eo quòd contemnit, vel non vult subjici superiori: alirer enim si alio respectu transgrediatur, veluti per avaritiam, acediam, libidinem, aut aliam causam, quæ jus Superiori debitum non offendit, diceretur & erit materia inobedientiæ, sive in genere insurgens ex eo quod injustum aliquid sit, & ita pertinet ad eam speciem peccati sub qua collocatur transgressio talis præcepti, ex S. Thom. 2. 2. *q.*104. *art.*2. ubi Cajet. *& q.*105. *art.*1. *ad* 1. Cov. *d.* §. 9. *num.*3. Nav. *in man. cap.*23. *à num.*35. & passim Theologi in materia de obedientia. Sic planè inobedientia specialis, seu formalis, semper est peccatum mortale, generalis verò judicari debet mortale, seu veniale, juxta materiam subjectam, & præceptum in quo versatur, ex traditis per Cajet. *d. art.*2. & Nav. *citato loco*, quod notabis *ad cap.*2. *hoc tit. & ad cap. qui suis*, 93. *dist.*

2 Multipliciter à DD. dividitur contumacia secundùm varios, & multiplices respectus, ut per glos. & omnes *in d. c.*2. *hoc tit. & in d. l. contumacia*, Bart. & alios *in l. pen. ff. de in integ. restit. gloss. ult. in Clem.* 1. *hoc tit.* Doctores per tex. *ibi, in cap. venerabilibus*, §.1. *de sent. excom. in* 6. Marant. *d. memb.*2. *à n.*8. Rebuff. *d. loco, num.*14. Suar. de Paz *in pract. p.*1. *tom.*2. *cap.*3. *num.*2. item toto *tit.*8. *part.*3. ubi Greg. *gloss.*3. *verb. no queriendo.* Secundùm quos aliquando dividitur in evidentem, veram, præsumptam, interpretativam, seu fictam; nonnunquam in manifestam, & non manifestam, & frequenter quoad excommunicationem, & alios Iuris articulos dividi solet in contumaciam, quæ in non parendo, & eam quæ in non comparendo, seu in non veniendo consistit. Prior committitur ubi quis per se, vel per alium comparuit apud Iudicem, vel Superiorem; sed tamen non paret, id est, non exequitur præceptum illius, sive in dando, sive in faciendo. Posterior verò ubi vocatus, aut jussus à superiore comparere, aut venire, nec per se, nec per alium comparuit, aut venit, *glos. ult. in l. ult.* §.1. *ff. de appellat. glos. ult. in d. Clem.* 1. ubi DD. omnes, ut per Cov. *d. n.*3. Tiraq. *de retractu lig.* §.9. *gloss.*2. *num.*42. & Henriq. *in sum. lib.*13. *cap.*27. *num.* 3. *lit. A.* Secundùm quos posterior contumacia longè gravior est, & differt à priori, quoniam licèt excommunicatio major pro levi causa, id est, pro contumacia ex levi causa in non parendo infligi nequeat, juxta *c. nemo Episcoporum, cum seq.*11. *q.*3. pro contumacia tamen in non comparendo etiam super levi causa, quæ peccatum mort. non constituat, imponi potest, juxta *gloss. pen. in cap. duo sunt*, 96. *dist.* quam DD. sic intelligunt, & recipiunt ibi, Abb. *num.*10. & communis *in cap.*1. *de judic.* plures, ut per Cov. *d.* §.9. *num.*3. per Duen. *reg.*153. *ampl.*3. Et juxta hanc differentiam communiter intelligitur text. *in d. c.*1. ut habetur in summario, quod procedat in contumace in non comparendo. Iuvat eandem differentiam *d. l. ult.* §.1. cum aliis, ubi contumax in non parendo appellare potest, cùm tamen contumax in non comparendo appellare nequeat, *l. & potest* 73. §. *ult.* ubi *glos. pen. ff. de judic. l. properandum*, §. *sin autem reus*, *vers. cùm ei*, *eod. tit. c. ult. vers. sunt etiam*, 2. *q.*6.

Sed hæc differentia, & distinctio quoad excommunicationem, & plerosque alios Iuris articulos non satis probatur, & confunditur ex his, quæ contra illam tradunt Aretin. & Dec. *num.*12. *in d. cap.*1. Cov. *d. n.*3. Secundùm quos contumax in non comparendo, verè & propriè dicitur & est contumax; & quemadmodum jussus aliquid facere, vel non facere, dare, aut retinere, in loco existere, aut ab eo recedere, & parere jubetur & paret exequendo, & per contrarium contumax est in non parendo si præceptum transgrediatur, nec distinguitur formaliter, aut diversam speciem contumaciæ constituit, qui in uno potiùs quàm 3

in

in alio ex prædictis contumax existit : sic si jussus comparere, aut venire paret, obtemperat comparendo, seu veniendo, & per contrarium si non compareat, aut veniat, est & dicitur contumax in non parendo, nec distinguitur ejusmodi contumacia, aut diversam speciem constituit, alioquin oportet ex singulis præceptis, & rebus, juxta quas contumacia contingit, varias contumaciæ species constituere, quod est absurdum, præsertim quia licèt fateamur graviorem esse contumaciam in non comparendo, non inde sequitur diversam esse speciem, juxta illud vulgare, majus & minus non differunt specie, *l. ult. ff. de fundo instr.*

4 Nec obstat quod circa appellationem distinguitur inter unam & alteram contumaciam, ex dictis, quia respondetur discrimen illud non procedere ex eo quod contumacia in non parendo, vel in non comparendo, ita differant ut diversas species constituant, sed ex eo quod graviùs delinquit contumax, qui non comparet, ut intendit glos. *in d.* §. 1. *d. gloss. ult.* utrobique communis : vel quia contumax in non comparendo verus, in non parendo autem non verus, sed præsumptus, aut interpretativus dicitur, ut intendit satis *d.* §. 1. *& d.* §. *ult.* ubi glos. & DD. text. ubi *gloss.* 1. *in l.*5.*C. quorum appellat.* junctis traditis per Suar. de Paz *d. c.*31. *num.*1. Cæs. Barz. *decis.*150.*n.*10. *cum seqq.* Card. Tusch. *pract. concl. tom.*2. *lit. C, concl.*1024. Camill. Borrel. *in summ. decis. p.*1. *tit.*46. *n.*166.175. *&* 188. Farin. *in praxi crimin. q.*18. *num.*52. apud quos videbis quis verus, vel fictus dicatur contumax. Quicquid Abb. & suprà citati distinguant, longè probabilius est in specie glos. *in d. cap. duo*, non esse constituendum discrimen inter contumaciam, quæ in non parendo, & eam quæ in non comparendo consistere dicitur, ut significat text. *in d. c. certum, in princ.*11. *q.*3. observant Cov. *ubi sup.* Dec. *lect.*1. *n.*13. & Beroi. *n.*100. *in d. c.*1. *de judic.* Palar. *in repet. c. per vestras, de donat. inter*, §.18. *n.*23. & quemadmodum pro priori, ita pro posteriori, si materia levis sit, excommunicationem infligi non posse cótra glos. prædictam, ut satis deducitur ex *d. c. nemo Episcoporum*, & *ex c. nullus*, & clariùs *ex c. Episcopi, ead. q.* ibi, *aut pro minimis causis*: intendit Cov. *ubi sup.* Castr. *de lege pœnali, lib.*1. *c.*6. & est de mente aliorum.

5 Nec etiam obstat si objicias, quod contumacia, seu inobedientia, pro qua sola excommunicatio ferri potest, semper est peccatum mort. licèt materia levis sit, juxta *c.*2. *de major. & c. sciendum*, ubi glos. *verb. inobedientia*, 8. *q.*1. ergo licèt res levis sit, contumacia super ea contingens sufficere debet ad excommunicationem, ad quam sufficit mortale crimen, *d. c. nemo, & cap. nullus*: respondetur enim ex Cov. *d. num.*3. *vers. est tamen*, licèt alii non advertant, ad excommunicationem non requiri contumaciam, vel inobedientiam formalem, quæ sola semper est mortale, de qua agit *d. c.*2. *& d. c. sciendum*; sed sufficere materialem illam, seù generalem, quæ propter materiæ levitatem non mortale, sed veniale constituit, juxta supradicta, & consequenter ubi materia levis est, non potest excommunicatio ferri contra suprà citatos.

De pœnis contra contumaces Iure latis, 6 vide Simanch. *de Cathol. tit.*14. *de contumacia, ex num.*1. Marant. *de ordine judic.* §. 6. *memb.*2. *num.*9. Roland. à Valle *cons.*41. *n.*1. *cum seqq. lib.*2. Gravat. *ad Vestr. in pract. lib.*3. *c.*2. *num.*24. *&* 25. Suar. de Paz *d. c.*3. *num.*5. Card. Tusch. *d. lit. C, conclus.* 1017. 1019. *&* 1020. Camill. Borrell. *d. tit.* 46. Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1. *conclus.*60. Vide aliqua in collect. & in addit. *ad cap. ex litteris* 11. *de constitut.* Et quod non possint rei absentes per contumaciam imponere exceptionem incompetentiæ, resolvunt Alciat. *in c. cùm non ab homine, n.*73. *de judic. & num.*74. *&* 75. multipliciter ampliat, Roman. *cons.*242. *num.*2. ubi Mandos. *in addit.* D. Barbos. *in l. si quis ex aliena, n.*96. *ff. de judic.* Pareja *de universa instrum. edit. tit.*2. *resol.*6. *spec.*2. *n.*197. Nec litis pendentiam allegare valet, Marescot. *var. lib.*1. *cap.*38. *n.*7. Sigism. Scacc. *de judic. lib.*1. *c.*12. *n.*68. *cum seqq.* Perez de Lara *de vita hominis, c.*27. *n.*43. D. Barbos. *in l. si quis posteaquam, ex n.*182. *ff. de judic.* Thom. Carleval. *de judic. lib.*1. *disp.*2. *q.*7. *sect.*3. *n.*901. Nec Iudicem recusare potest, Iacob. de Laurent. *de Iudice suspecto, c.*14. *n.*68. Ioan. Bapt. Costa *cons.*46. *per tot.* Pareja *d. spec.*2. *n.*200.

De eo qui mittitur in possessionem causa rei servandæ.

Tit. XV.

Cap. Cùm venissent III.

Post *n.*2. Notatur ad hoc, quod si 1 fuerit in aliquem compromissum de Iure, non poterit is judicare de consuetudine : nam in terminis hujus text. commissa causa erat quibusdam Iudicibus secundùm jus, & bonam terræ consuetudinem

nem finienda, volebant illi ex jure, & non ex consuetudine judicare, quæsitum fuit an possent? & responsum, non posse, si rationabilis consuetudo esset. Ergo si commissa causa fuisset ex jure, neque adjectum aliquid fuisset de consuetudine, potuissent dari Iudices, & omissa consuetudine ex solo jure sententiam ferre.

2 Contrarium tamen verius est, videlicet quod si arbiter potestatem habeat terminandi causam de iure, potest pronuntiare secundùm consuetudinem, ut per Duen. *reg.57. à princ.* Mich. Graff. *commun. opin. tom.*1. *lib.*3. *tit.* 26.*n.*85.*pag.*355.Læl. Mancin. *disquisit. genial. & anniversariar. Iuris disp. cent.*1.*c.*50. *pag.*127. Consuetudo enim sub genere est Iuris, *cap.*2. *cap. consuetudo, dist.*1. §. *constat, Instit. de jure nat. l. immò, ff. de legib.* Mench. *usufreq. cap.* 3. *num.* 2. Bertazol. *de clausul. instrum. claus.*4. *gloss.*35. *num.*1. Et de jure fieri dicitur quod fit per consuetudinem. Tiraq. *in tract. le mort, in præfat.*7. *declar. num.* 5.

2 Non obstat text. *in præsenti*, quia argumentum ex eo desumptum à contrario sensu est, non enim ex verbis decisivis, sed ex narrativis, & tunc non valet, ut resolvunt Everard. Brunor. à Sole, & Decian. quos refero *de locis communib. argum. Iuris, loco* 27. *n.*36. Minùs obstat §. *sed hoc quoties, Instit. de jure natur.* quia potiùs retorquetur: quando enim dispositio referri ad Ius commune debet, tunc per eminentiam de Romano accipiendum credimus, ut *ibi* Ceval. *commun. contra commun. quæst.* 238. *in fine*, Stephan. Gratian. *discept. forens. c.*99. *n.*14. Ego *de appellativa verborum utriusque juris signif. appell.*124. *n.*8.



De Sequestratione possessionis & fructuum.

Tit. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio fructuum etiam loco missionis in possessionem, & ad evitandum scandalum, oblata cautione cum expensis, revocatur.*

2 *Sequester an possideat.*

Cap. Ad hoc I.

1 POST *n.*1. Quod sequestrum factum etiam loco missionis in possessionem, & ad evitandum scandalum, oblata cautione cum expensis revocetur, probant text. *in præsenti, & in c.*2. *& fin. inf. hoc tit. l. Imperator, §. fin. ff. de appellat. c.* 1. *&* 2. *de dolo & contum. l.*2. *C. de probat. l. Castel.*2. *tit.*12. *lib.*4. *Recop.* docent Paci. *cent.*4. *q.*80. Corras. *lib.*3. *miscel. cap.*2. Mynsing. *lib.*5. *observ.*45. Gail. *lib.*1. *observ.*147. Cujac. *lib.*9. *observ.*33. Curt. *de sequestr. n.*6. Donel. *comment. lib.*5. *cap.*13. ubi Illiger. *lit. C, & lib.* 15. *c.*32. *& lib.* 24. *cap.*4. Menoch. *remed.*3. *retin. num.* 88. *& de arbitr. casu* 457. Rebuff. *tom.*3. *ad leges Galliæ, tit. de sequest.*

Ad *n.*5. Ex hoc text. *in vers. & possessionem*, colligunt DD. quod sequester possidet, siquidem in eum possessio transfertur, idem probat text. *in Clem.*1. *hoc tit. & in l. licet, §. rei depositæ, ff. depositi*, & docent Ricard. *in §. præterea, à num.* 21. *Instit. quibus modis contrah. oblig.* Felician de Vega *ad c. examinata* 15. *de judic. à num.*6. *&* 39. Sed obstat *l. interesse puto* 39. *ff. de acquir possess.* dum tenet in sequestrum possessionem non transire, sed penes ipsam partem remanere: pro concordia laborant glos. *verb. agitur, in d. l. licet, & verb. approbatum, in d. l. interesse puto, & verb. possidebas, in cap. examinata, de judic.* Duaren. *lib.*3. *de sacris Eccles. minist. cap.*10. Anton. Fab. *in ration. ad text. in d. l. licet, §. rei depositæ, ff. depositi*, Paci. *cent.*4. *q.*1. Illiger. *ad Donel. comment. lib.*5. *c.*3. *lit. F.* 2

SVMMARIVM.

1 *Missus in possessionem causa custodiæ, si fructus dissipat, dissipati revocantur, & cum aliis sequestrantur.*

2 *Sequestrum est prohibitum tam de Iure Civili, quàm Canonico.*

3 *Rixæ & contentiones quando timeri possunt, an sequestratio necessaria locum habeat, remissivè.*

Cap. Dilectus II.

POst *n.*1. Collige ex text. quod si missus in possessionem causa custodiæ fructus dissipat, dissipati revocantur, & cum aliis sequestrantur, ut per Curt. *de sequestr. num.*6. *&* 30. Socin. *reg.* 458. Corras. *lib.* 3. *miscel. c.*2. *n.*9. *vers. quarto*, Anton. Gom. *l.*45. *Tauri, num.*197. Tiraq. *post leges connub. glos.*2. *num.* 11. Donel. *comment. lib.*23. *c.*21. & *ibi* Osuald. *lit. D*, Menoch. *de arbitr. casu* 89. *n.*9. Valasc. *consf.*79. *n.*17. *& consf.*191. *à num.*33. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.* §.7. *proœm. num* 19. Cald. Pereira *quæst. forens. lib.*1. *quæst.* 21. *num.*31. 1

Ad *num.*2. quod regulariter sequestrum est

est prohibitum tam de Iure Civili, quàm Canonico, ultra citatos tenent *l. Castel.* 1. *tit.* 9. *part.* 3. Azeved. *l.* 1. *num.* 1. *tit.* 12. *lib.* 4. *Recop.* Christoph. de Paz *de tenuta*, *cap.* 11. *num.* 1.

3 Ad *num.* 4. Quando rixæ, vel contentiones timeri possunt, an sequestratio necessaria locum habeat? Vide Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 71. *&* 72. Matiens. *l.* 9. *gloss.* 1. *num.* 2. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recop.* Carot. *de sequestro part.* 1. *quæst.* 6. Christoph. de Paz *de tenuta cap.* 10. *à num.* 1. Amat. Roder. *de privileg. credit. art.* 6. *num.* 23. *cum seqq.*

SUMMARIUM.

1 *Possessione abutens fructus dissipando, eosque consumendo, facit ut ad sequestrum deveniatur.*

2 *Sequestratio quamvis non fiat cùm appellatur à sententia, fieri tamen potest appellatione pendente, quando timetur dissipatio.*

3 *Dissipationis timor sequestro causam dat.*

Cap. Ab eo III. & fin.

1 AD *num.* 3. Nota quod ad sequestrum devenitur quando quis est in possessione, eáque abutitur fructus dissipando, vel est pauper, & consumit eos, & difficilis est postea eorum exactio; nam tunc si sententia in prima instantia contra eum lata fuerit, etiamsi ab ea appelletur, sequestratio fit; nam licèt, si appelletur à sententia, sequestro non sit locus, ut probat text. *in*
2 *præsenti*; nihilominus quando timetur depopulatio, & oritur præsumptio quod fructus dissipentur, etiam appellatione pendente potest fieri, *l. Castel.* 1. *tit.* 6. *part.* 3. ibi, *La luego deve de ser desapoderado de aquella cosa se fuere home, de quien aya sospecha, que la mal metiera, ò disgastara della.* Lancell. *de attent. part.* 2. *c.* 12. *limit.* 12. *num.* 11. Steph. Grat. *March. decis.* 63. *n.* 2. *&* 23. Carot. *de sequestro, part.* 2. *quæst.* 2. *n.* 4. ubi ait lite pendente, si timor est dilapidationis, fieri sequestrationem fructuum, & multò magis si à sententia fuerit appellatum, & reus possessor fructus dilapidat. Christoph. de Paz *de tenuta, cap.* 10. *num.* 5. ubi *num.* 25. testatur se ita decisum vidisse, Mieres *de major. part.* 3. *quæst.* 7.
3 *num.* 36. Et sic sufficit timor dissipationis, seu dilapidationis. Aufrer. *ad Capell. decis.* 477. Stephan. Gratian. *d. decis.* 63. *num.* 4. *cum seqq.* ubi ampliat quamvis sit modica suspicio, & pars sit solvendo.

De Confessis.

Tit. XVIII.

SUMMARIUM.

1 *Confitens incidenter crimen, quamvis directè contra illum agatur, puniri potest, & debet pœna ordinaria.*

2 *Pœna minor in judicio extraordinario Inquisitionis arbitrio Iudicis imponenda.*

3 *Reus qui confitetur delictum, non est statim condemnandus post confessionem.*

4 *Confesso dandus est locus, & tempus ut se defendat.*

5 *Causæ criminales non continent jus per partes remissibile.*

6 *Sub distinctione nititur concordare Iura.*

7 *Anguiani intellectus refertur, & num.* 10.

8 *Alius intellectus communis.*

9 *Reprobatur.*

11 *Verus sensus hujus textus adducitur.*

Cap. Cùm super II.

POst *num.* 1. probat hic text. Canonicum, de quo *hic*, utpote quia in Iure confessus fuerat quod pro præstando alterius electioni consensum quingentorum Sarracenorum obligationem receperat, & mediator extiterat simoniacæ pravitatis, per diffinitivam sententiam ab omni officio & beneficio ecclesiastico fuisse depositum; & sic confitentem incidenter crimen, quamvis directè contra eum non agatur, puniri posse, & debere pœna ordinaria, quod interpretes tradidere *in l.* 2. §. *si publico, ff. ad leg. Iul. de adulter. & in cap.* 1. *de exception.* 1

Sed contrarium, imò confessum crimen in judicio incidenter, quando causa contra eum non agitur, nullo modo posse per Iudicem ordinarium pœna ordinaria puniri, nisi novum inchoaverit processum, ex multis validissimísque fundamentis colligitur, & primò ex *l. rescripto, ff. de muner. & honorib. & ex l.* 3. *C. qui accus. non possunt*, & *cap. manifesta* 2. *q.* 1. *& ex cap. unic. ut eccles. benef. & ex c.* 1. *de accusat.* juncta doctrina, quam ex dictis Iuribus colligunt Abb. *in cap. qualiter, el* 2. *de accusat.* & citati per Bossi. *in pract. de accusat. num.* 1. *& tit. de inquisit. num.* 14. Clar. *in praxi*, §. *fin. quæst.* 3. *n.* 3. asserentes neminem absque accusatore legitimo damnari posse, qui tamen deest ubi confessio fit incidenter, nisi novum contra confessum 2

2 confeſſum inſtituatur judicium. Secundò ex *reg. c. inquiſitionis, in princ. de accuſat. & c. dilectus* 30. ubi gloſ. *verb. amotis*, *de ſimon.* & communi ſcribentium reſolutione dicentium mitiorem pœnam in judicio extraordinario inquiſitionis, arbitrio Iudicis imponendam eſſe, & nullo modo ordinariam delicti pœnam infligendam eſſe, cujus opinionis ſectatores ſunt *in d. cap. inquiſitionis*, Abb. *num.*1. & Felin. *num.*8. *verſ. nota tertiò*, idem Abb. *in præſenti, num.*10. Anan. *in cap. in Archiepiſcopatu, num.*5. *de raptorib.* Hippol. de Marſil. *in pract. crimin.* §. *conſtante, num.* 38. Clar. *d.* §. *fin. q.*6. *num.*33. Sot. *de ratione tegendi, memb.* 2. *q.*6. *col.*5. Anton. Gom. *var. tom.* 3. *cap.* 1. *à n.*10. *ante fin.* Nav. *in cap. inter verba*, *corol.* 48. *num.* 582. Tiraq. *de pœnis temper. cauſa* 53. *in princ.* qui omnes ex eo moveri potuerunt ad ſic exiſtimandum, quia ubi deficit accuſator, ut dixi, ſine dubio latior patet campus miſericordiæ, & æquitatis, & quantum in nobis fuerit, proniores eſſe debemus ad abſolvendum, quàm ad condemnandum, ideoque in inquiſitionis judicio mitiùs, & leviùs punire tenemur, & poſſumus delinquentes, quàm in ordinario accuſationis. Tertiò ex *cap.* 1. *de cauſa poſſeſ.* & ex *Clem. paſtoralis*, §. *cæterùm*, *de re jud.* quibus Iuribus docemur condem-
3 nationem nullam ſequi poſſe contra illum, qui ſe non defendit, aut cui defenſionis locus non datur: nam reus, qui confiteur, non eſt ſtatim condemnandus poſt confeſſionem, ſed adhuc illi præfigendus eſt terminus, intra quem ſe defendere, & quicquid velit etiam contra confeſſionem allegare poſſit, ut intendit *l. ſi confeſſus* 5. *ff. de cuſtodia reorum*, junctis reſolutis per Clar. *d.* §. *fin. q.*65. *num.*2. Anton. Gom. *tom.*3. *var. cap.*12. *à num.* 3. *in fine*, Salzed. *ad Bernard. in pract. c.*127. *in fine*. Ex eo quia vitæ ſuæ nemo dominus eſt, *l. liber homo*, *ff. ad leg. Aquil. cap. contingit. de ſent. excom.* Vnde cùm is, qui crimen incidenter fatetur, ſe de eo minimè defendat, nec adversùs eum inſtituatur judicium cum termino ad ſe defendendum, fieri ſanè non poteſt ut ordinariam pœnam criminis ſubeat. Nam quamvis in cauſis civilibus confeſſus in jure pro judicato habeatur, *ex l.* 1. *&* 3. *ff. de confeſſ. & l.* 1. *C. eod. & c. fin. hoc tit.* quia ſi ipſe ultrò confeſſus ſe defendere non vult, juri ſuo bene poteſt renuntiare, cùm in re propria quilibet ſit moderator & arbiter, & omnes cauſæ civiles regulariter ferè, & in univerſum jus contineant per partes remiſſibile; nihilominus in criminalibus cauſis nullo modo confeſ-
4 ſus in jure pro judicato habetur; tum quia locus, & tempus dandus eſt confeſſo, ut ſe defendat, juxta *l.* 1. §. *Divus Severus, ff. de confeſſ. l. ſi confeſſus*, & ibi gloſ. *de cuſtodia reorum*, gloſ. *verb. noverit, in l. ſi quis in hoc, C. de Epiſc. & cleric.* gloſ. *verb. æſtimandæ*, *in l. proinde*, §. *ult. ff. ad leg. Aquiliam*, teſtatur communem Roder. Xuar. *in l. poſt rem judicatam, limit.*16. *ff de re jud.* Avil. *ad c.*10. *Prætor. verb. exequutio*, *n.*32. Tum etiam, quia cauſæ cri- 5
minales non continent jus per partes remiſſibile, quia ſub hominum poteſtate non cadunt, ideoque Iudex in his criminalibus negotiis tenebitur omnia indagare diligenter, ut veritatem confeſſionis (quicquid ſponte factum ſit) penitiùs intelligat. Ex quibus jam rectè refertur quanta cum ratione contra dictam reſolutionem, ut ſuprà, ex text. deſumptam, ſuſtinendum ſit, confitentem crimen incidenter abſque alio proceſſu, neutiquam pœna ordinaria poſſe mulctari.

Quare in eam ſententiam, ſeu interpre- 6
tationem frequenter itum eſt, ut textui in præſenti, ac deſumptis ab eo difficultatibus ſub diſtinctione reſpondendum ſatisfaciendumque ſit, itaut quicunque delictum ſibi objectum, de quo accuſatur, libenter fateretur, afficiendus ſit pœna ordinaria, etiamſi extraordinariè & ex officio in cauſa procederetur. Si verò delictum non fuerit confeſſus, ſed teſtibus, aut aliis probationibus convictus de crimine, quantumvis per viam inquiſitionis cauſa agitaretur, locus non relinqueretur pœnæ ordinariæ, ſed leviori pœna utendum ſit; textuſque in præſenti, quatenus Canonicus ille depoſitus fuit, & affectus pœna ordinaria, procedat quando crimen fuit ſponte confeſſus. Alia verò jura *in d. cap. Inquiſitionis, & in c. qualiter & quando*, *de accuſat. & in c. tuæ, de pœn.* cum ſimilibus, in quantum à judicio extraordinario ordinariam pœnam exterminant & rejiciunt, procedant, & locum habeant in altera ſpecie, ſcilicet quando delictum comprobatum non fuit per propriam confeſſionem, ſed teſtibus, aut aliis probationibus patefactum. Ita diſtinguunt *in d. c. qualiter & quando*, Abb. *n.*20. Auguſt. Bero. *num.*50. & Præp. *n.*142.

Verùm Anguian. *in tract. de legib. lib.*2. 7
*controv. cap.*6. *n.*22. aſſerit ſe non videre cur fieri poſſit ut pejoris conditionis ille ſit, qui crimen fatetur in judicio inquiſitionis, contra quem prius membrum prædictæ diſtinctionis locum habituram pœnam ordinariam concedit, quàm ille qui etſi teſtibus, aliiſque probationibus convincatur, conſtanter tamen negat delictum, adversùs quem

quem non ordinariam, sed extraordinariam pœnam secundùm Iudicis arbitrium injungendam esse aiunt: quam distinctionem ratio profectò non patitur, imò dictat quod si aliquis libenter fateatur perpetratum crimen non propter metum probationis, neque aliqua necessitate compulsus, mitiùs quidem puniendus sit, quàm si testibus convincatur, ut voluit Simanch. *de Cathol. instit. c.55. n.6.* Clar. *ubi sup. d. q. 6. n.34.* ex text. *in l.1. C. de his, qui se deferunt, lib.10.*

8 Alii, cum quibus communis, arbitrantur tunc demùm confessum crimen incidenter absque novo processu pœna ordinaria posse mulctari, si crimen, quod incidenter confitetur, causam principalem, de qua disceptatur, contingat, prout contigisse in hoc text. ubi simonia, quam Canonicus ille ultro se commisisse confessus fuit circa electionem, de qua principaliter agebatur, fuerat commissa. Quo casu tenet eadem communis virtualiter videri deductum in iudicium crimen tangens causam principalem; cùm omnia deducta esse videantur, quæ ad factum principale spectant, ut in electione probat text. *in c. nihil 44. de elect.* dum ait teneri Superiorem ex officio suo de persona electi diligenti studio inquirere, ut observat glos. *verb. examinet, in d. c. nihil, & gloss. 1. ad fin. in præsenti text.* Necnon ita existimantur adducta ex *cap. 1.* iuxta ordinarium intellectum, *de except.* ubi cùm Romanus Pont. doctrinam generalem tradidisset, quod crimina per viam exceptionis obiecta & probata non essent vindicanda pœna ordinaria absque novo processu, subjunxit, *præsertim ubi crimen, quod eis objicitur, causam de qua agitur, contingere non videtur,* quasi voluerit Pontifex quod crimen incidenter obiectum & confessum, si negotium principale contingat, ordinaria pœna sine novo processu mulctandum sit.

9 Sed iste intelligendi, & interpretandi modus non convenit verbis huius text. in eo enim cùm Gregorius IX. ex integra Decretali epistola Innocentii III. solùm illam partem desumpserit, qua tantummodo decrevit confessum crimen simoniæ in iudicio, ab officio, & beneficio deponendum, & reliquas omnes illius epistolæ partes prætermiserit, efficax argumentum est, illud solum statuere voluisse, non verò commentitiam istam Doctorum traditionem, nec benè fundatam differentiam inter crimina incidenter obiecta, & probata, quæ contingunt, vel non contingunt causam principalem. Constat etiam ex hoc text. post latam diffinitivam sententiam in causa principali electionis, fuisse actum de confessione Canonici, unde deducitur nihil ibidem retulisse quod crimen in iudicio incidenter confessum contingeret causam principalem, vel non, quandoquidem diversi, separatique omninò fuerunt actus tangentes principale negotium, & causam confessionis ipsius Canonici. Constat deinde ex *c. cùm super, de caus. possess.* causam electionis, de qua *in hoc text.* fuisse civiliter in iudicium deductam, at cùm principalis causa civilis est, etiamsi crimen incidenter probatum contingat causam principalem, apud omnes in confesso est, non puniri taliter confitentem pœna ordinaria, teste Bernard. *reg. 127. in fine,* post Felin. *in præsenti, n. 14. & 16.*

Anguian. igitur, *d. contr. 6. num. 23.* hunc text. intelligendú esse ait cum Abb. *hic, n.10.* resolvente Iudicem non teneri minuere semper ordinariam pœnam; quoties extra ordinem de causa cognoscit, sed posse, si illi expedire visum fuerit, ordinariam delicti pœnam infligere perpensis & consideratis negotii & personarum qualitatibus; quamvis regulariter in iudicio extraordinario extra ordinem etiam mitioribus pœnis pro Iudicum arbitrio delinquentes puniendi sint: qua ratione diluta & explicata, inquit ille, manet difficultas ex hoc text. desumpta, ac declaratum qua ratione Canonicus ille fuerit depositus: ita namque contigit, prosequitur, quia perpensa & considerata malitia & qualitate delinquentis, & illius criminis gravitate, expedire visum fuit & cum ratione coniunctum esse & copulatum, ut Canonicus ille ab officio, & beneficio deponeretur, ob gravissimum, & inexpiabile crimen simoniæ quod admiserat, & perpetraverat. 10

Quicquid sit de hoc intellectu, verus sensus hujus text. dum Canonicum Bethlehemitanum in Iure confessum, quod pro præstando alterius electioni consensu quingentorum Sarracenorum obligationem receperat, & mediator extiterat simoniacæ pravitatis, per diffinitivam sententiam duxit ab omni officio, & beneficio ecclesiastico deponendum, in eo quidem consistit, ut intelligatur sic diffinitivè pronunciasse Pontificem Max. instituto priùs iudicio accusationis, aut inquisitionis adversùs confessum, non autem ut punire voluerit in eodem iudicio, in quo simoniæ crimen incidenter fuerat confessus: nec divinare censebitur, sed necessariò textum intelligere, qui cum glossa *hic*, in primo intellectu affirmaverit fuisse institutum iudicium adversùs confessum, semperque sic intelligendum esse, ut ordinariæ simoniæ pœnæ locus sit, de qua *in cap. de hoc,* 11

hoc, de simon. ibi, *ab Altaris ministerio perpetuò sint deponendi*, &c. & *in cap. per tuas, eod. tit.* maximè cùm dictam glossam asserentem fuisse institutum judicium inquisitionis contra confessum, sequantur DD. omnes, & declaret Abb. *à num.7.* probétque Decius *in cap.1. num.4. & ult. de except.*

De Probationibus.

Tit. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Papa non gladium temporalem, aut potestatem aliquam temporalem directè habet, sed indirectè.*

2 Text. in præsenti *declaratur*, *& num.* 3.

4 *Reus actori sua propria instrumenta edere non tenetur ad fundandam actoris intentionem, idque probatur n.5. & respondetur contrariis, num.6.*

7 *Læl. Mancin. de editione instrumentorum multa.*

8 *Reus ubi instrumentis ipsis utitur, ea tunc actori edere tenetur.*

9 *Instrumenta qui ratione officii conficiunt, ea edere tenentur.*

10 *Mercatores hujus temporis suorum librorum rationes edere tenentur.*

11 *Reus, qui litigat cum fisco actore, tenetur edere instrumenta ad favorem fisci facientia.*

12 *Reus cum Ecclesia litigans tenetur edere instrumenta ad Ecclesiæ favorem facientia.*

13 *Libri rationum à personis particularibus fabricati pro conservatione rei familiaris, non sunt ex obligatione edendi.*

14 *Vsurarius cogi potest ad librum suarum rationum edendum.*

15 *Instrumenta quoad proprietatem communia reus edere compellitur.*

16 *Majoratus possessor scripturam fundationis edere ad petitionem alterius compellitur.*

17 *Instrumenta communia ratione utilitatis edere reus actori non tenetur.*

18 L. Prætor ait, vers. hujus edicti, ff. de edendo, *intelligitur.*

Cap. Ex epistolæ I.

AD *num.2.* Quatenus hîc agitur de suprascriptione hujus Decretalis, addo Anguian. *in tract. de legib. lib.3. controv.24. num.12. & 13.*

1 Ad *n.3.* Pulchrè Card. Bellarm. *lib.5. de Romano Pont. c.4. & 6.* ait Romanum Pont. non gladium temporalem, aut potestatem aliquam temporalem directè habere, sed indirectè, & quantum spirituali rei valeat expedire. Sic temporalis potestas non aliter subest spirituali potestati, quàm spiritus carni præsit. Subest caro, spiritus imperat, frænátque petulantiam carnis, ubi opus est, nec tamen ejus sese miscet actionibus. Sic spiritualis potestas imperat, coërcétque temporalem potestatem ubi oportet, non tamen ejus se miscet actionibus, fitque unum cum ea corpus, quando ipsi jungitur, sicut spiritus quoque & caro unum corpus constituunt. Sic Pontifex ut Pontifex est, non ex ordine, aut quasi ordinarius Iudex, seculi Principes deponit prout ex ordine deponit Episcopos, sed quasi spiritualis Princeps id facit si animarum saluti sic noverit expedire, refert Læl. Mancin. *disquis. genialium, & anniversf. Iuris disput. cent. 2. c.156. pag.377.* Sic leges civiles condere, aut abrogare conditas, cùm non sit Princeps Ecclesiæ politicus, minimè potest uti Pontifex: potest tamen id quoque si id exigit animarum salus, licèt abnuente seculi Rege. Nec rursus Pontifici fas est in causis secularibus nisi de spirituali salute agatur, judicium ex ordine proferre suum. Vnde & Bernard. *ad Eugenium lib.1. de considerat. Habent hæc inferiora*, inquit, *suos Reges, & Principes terræ: quid fines alienos invaditis? quid falcem vestram in alienam messem extenditis? item in criminibus, non in possessionibus potestas vestra.*

2 Restat videre, loquar cum Læl. Mancino *citato loco*, quid sentiendum de Tancredo sit, qui Mauritium coram Pontifice reum fecit in hoc textu? Dicunt nonnulli Mauritium fuisse in peccato, quasi non servasset pacti fidem, petitam itaque esse denunciationem Evangelicam, de qua *in cap. novit, de judic.* Sed verius est rogatum fuisse Pontificem, ut Imperatori scriberet quasi conciliator pacis, non quasi judex, erat enim res transigenda per epistolam citra formam judicii, aut judiciariæ persecutionis.

3 Ad *eundem num. 3. in fine.* Adde quod licèt Gregorius hujus Decretalis auctor de se ipso in numero singulari fuerit loquutus, ut constat ex illis verbis, *Tua excellentia postulavit, ut Imperatori scriberem*; quemadmodum etiam *& in cap. si is nostr. de testam.* ibi, *valde mihi videtur injustum*, &c. frequentiùs tamen in plurali numero consuevisse Pontifices loqui de seipsis per verbum *nos*, seu *nobis*, & similia, ut *in cap.*

c. si quando, de rescript. ibi, *Si quando aliquid tuæ Fraternitati dirigimus*, &c. & *in cap.* 1. *de causa possess. & propr.* ibi, *nec nos contra inauditam partem*, &c. & passim in hoc Decretalium volumine. Sicque moribus, & stylo receptú esse post Polyd. & gloss. *in cap. quàm gravi, de crim. falsi*, testantur Chassan. *in consuet. Burg. in proœm. verb. Sçavoir*, Anguian. *d. lib.* 3. *controv.* 24. *num.* 14. ubi *num.* 15. dicit supectum & falsum præsumi rescriptum, in quo Pontifex de se loquitur in numero singulari, uti expeditum contra hodiernum stylum, secundùm quem solent Pontifices de se ipsis in numero plurali loqui: & *num.* 16. intelligit, ideo Gregorium *in præsenti* in numero singulari loquutum fuisse, quia non tanquam judex, aut legislator, sed tanquam mediator extra judicium à Recharedo Rege fuit interpellatus, ut satis innuunt verba text. ibi, *postulaverit ut Imperatori scriberem*, &c. & *n.* 17. opponit de aliis verbis text. ibi, *in medium afferre*, quæ denotare videntur judicialem actum, & litem motam, & judicium inchoandum apud Pontificem, & respondit ea verba esse capienda pro ostendere, & coram pluribus proponere.

4 Ad *num.* 13. Quod reus actori sua propria instrumenta edere non debet ad fundandam actoris intentionem, ultra citatos *in collect.* docent Anton. Gom. *l.* 40. *Tauri, num.* 189. Menoch. *de arbitr. casu* 499. Capic. *decis.* 127. Donell. *comment. lib.* 23. *c.* 4. *cum seq. & in l. actor* 23. *num.* 3. *&* 11. *C. hoc tit. & in l. ult. n.* 2. *C. de fide instr.* Cujac. *lib.* 3. *observ.* 33. *& lib.* 10. *observ.* 14. Anast. Germon. *lib.* 1. *animadvers. cap.* 1. Anton. Fab. *in ration. ad l.* 1. §. *edenda, ff. de edendo, & in suo Cod. tit. de edendo, defin.* 6. 7. 16. *&* 19. Buccaron. *de different. inter judicia civilia & crimin. differ.* 67. *num.* 2. Sigism. Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 480. Ant. Pichard. *in* §. *in summa autem*, *à num.* 16. *Instit. de interdict.* Solorzan. *de jure Indiarum, tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 11. *cum seqq.* me citato *in hoc loco* Pareja *de universa instrum. edit. tit.* 5. *resol.* 3. *num.* 21. Concordant *l.* 1. *& l. qui accusare*, & *l. fin. C. de edendo*, & *l. nimis grave*, *C. de testib. l. cogi*, *C. de petit. hæred. L. Castel.* 1. *tit.* 26. *part.* 3.

5 Quod actor teneatur edere reo, non reus actori, æquissimo jure constitutum est, ne arma sumantur è domo rei, *d. l. qui accusare*, & *d. l. nimis grave.* At cur actor teneatur edere reo, sub difficilior explicatio est; nam & ipse actor rationum suarum dominus est & arbiter, Donel. *in l.* 1. *& ult. C. de edendo*, rem aggreditur, & causam deducit ex *l. ult.* ibi, *quique doli exceptione, C. de edendo. Actor*, inquit, *dum actionem instituit, affirmat verum omninò fore quod intendit, & probandæ veritatis officium ipse sumit, d. l. qui accusare.* Ergo nihil recusare potest, ex quo rei controversæ veritas constare possit, alioqui quasi suæ intentioni, suóque consilio adversatur, & in dolo est. Quin & actor instituendo actionem à reo hoc petere intelligitur, ut in sua exceptione verus sit, & bonam fidem agnoscat. Igitur hoc ipso quod instituit, nihil recusat, quo fides veri constare possit, aut si recusat, in dolo itidem est.

Sed obstat maximè quod stante Iuris 6
Pontificii, & Civilis dispositione non tenetur reus edere actori, quare eodem Pontificio jure attento invectæ positiones sint, quas conficere actor potest, & reo proponere, ut vel invitus respondere cogatur, *c.* 2. *de confess. lib.* 6. *Clem. sæpe*, §. *& quia, de verbor. signif.* quin & ipso Iure Civili tenebatur olim reus interrogatus respondere, *l.* 1. *l. ubicumque*, & passim, *ff. de interrogat.* & coactus semper reus fuit adversùs se crimen confiteri, *l.* 1. *ff. de quæst.* cur itaque non edat? In investiganda differentiæ ratione multùm laborant Doctores; & communiter placuit eam esse, quia confessio rei non est sub potestate actoris, sicut sub potestate ejusdem actoris est instrumenta habere, quibus suam probet intentionem. Sed valere hanc rationem posse ait Deci. si canonicæ portiones in causis adhiberentur dumtaxat, quæ aliter suapte natura probari non possent, cùm tamen in omnibus causis libera sit ponendi facultas. Subtilis valde videtur cujusdam ratio. Vox, inquit, non est in bonis nostris, sicut rationes & instrumenta: prohibet lex educi probationes è domo rei, non prohibet ab ore rei; reus itaque edere non compellitur instrumenta sua, quia dominus rei suæ est, quæ invito auferri nequit, aut publicari, suam tamen edere vocem cogitur, quia nihil amittit suum, *l. liber homo, ff. ad leg. Aquil.* Alii etiam inquiunt: *Si reus instrumenta ederet & rationes, tunc ab ejus domo sumerentur arma, quod esse non debet, d. l. nimis grave.* Sed cùm positionibus respondet, contrarium potiùs evenit; nam plus de suo affert actor, quàm recipiat, quippe qui positiones, quibus responderi à reo desiderat, priùs ipse ponit, & veras fatetur adversùs se: quapropter ultrà negare eas non potest, *l. cùm pretium, C. de liber. causa*, estque in rei potestate aliquas ex iis conteri, aliquas confutare, *l. Publia*, §. *ult. ff. depositi.* Ergo reus ab actore plus capit, quàm ei tradit.

Plura circa hanc instrumentorum editionem cumulat Læl. Mancin. *d. cent.* 2. *c.* 161. ubi

ubi quærit an actori teneatur reus ea saltem instrumenta edere, quibus reus ipse usurus in iudicio est, *ad l.*1. §. *edenda* , *ff. de edendo*. Et *cap.*165. an denuò edere compellatur, qui cùm non teneretur ? sponte semel, suaque liberalitate edidit, *ad l.*1. *C. de edendo*. Et *cap.*166. an iusta edendi causa sit fortuita atque inculpata deperditio ? *ad l. si quis ex argentariis*, §. *ult. ff. de edendo*. Et *cap.*168. an ob deperditionem instrumenti semel vel pluries edi opus sit ? *ad l. veluti*, §. *hæc vox*, *ff. de edendo*, *& l. ult. ff. de bonis auctor. jud. possiden*. Et *c.*170. an petere editionem possit is, cuius interest, licèt non mandaverit ? ad *l. si quis*, §. *ex hoc edicto*, *ff. de edendo*. Et *cap.*171. an editio Iudicis officio petatur, vel iure actionis ?

8 Principalis conclusio, de qua suprà, *n.*4. quod scilicet reus actori sua propria instrumenta edere non debet ad fundandam actoris intentionem, multis modis limitatur, & primò ut non procedat illis casibus, in quibus reus ipse instrumentis utitur, quia ea tunc necessariò actori edere tenetur, *l.* 1. §. *edenda*, *ff. de edendo* , Dec. *in præsenti*, *n.*35. Felin. *n.*9. & Bero. *n.*64. citati per Cov. *pract. cap.*10. *n.*7. & à Fulv. Pacian. *de probat. lib.*1. *cap.*63. *à n.*130.

9 Secundò limitatur in illis, qui ex necessitate officii rationes aliquas exercent, aut instrumenta conficiunt ; tenetur enim ea edere omnibus , quibus id intersit, ut in argentario , & nummulario , *l. Prætor*, cum similibus, *ff. de edendo*, & qua ratione cogitur argentarius edere libros rationum, cogitur Notarius edere instrumenta partibus, *l. Castel.* 112. *cum seq. tit.*18. *part.* 3. Pacian. *d. lib.*1. *cap.*64.

10 Tertiò limitatur in mercatoribus nostri temporis, itaut isti etiam edere suorum librorum rationes teneantur , quia assimilantur nummulariis, & argentariis, Bart. *in l.* 1. *n.*5. *C. de edendo*, ubi Angel. *n.*2. & Alex. *n.*4. Butr. *in præsenti*, *n.*11. Abb. *num.*8. Felin. *n.*13. & Beroi. *n.*49. citati à Pacian. *d. lib.* 1. *c.*63. *n.*9.

11 Quartò limita in reo, qui litigat cum fisco actore, talis enim reus compellendus est edere instrumenta ad favorem fisci facientia, *l.* 2. *vers. Divus*, *ff. de jure fisci*, Valasc. *de jure emphyt. q.*8. *à n.*7. Ioan. Garc. *de nobilit. glos.*2. §. 1. *à n.*28. Pereg. *de jure fisci*, *lib.*7. *tit.* 3. *n.*11. citati à Paciano *d. cap.*63. *à n.*46. Mari. Giurb. *decis.*94 *n.*4. Alfar. *de officio fiscal. glos.*16. *priv.*15. *ex num.*74. Buccaron. *d. differ.*67. *n.*3. Farin. *fragment. crimin. p.*1. *lit. F*, *n.*159. me citato *in hoc loco*, Pareja *d. tit.* 5. *resol.* 3. *n.*42. Quod procedit non solùm in fisco, aut in ejus causas tractante, veluti delatore , sed etiam in habente causam ab eo, veluti gabellarum conductore , & altero quocumque, ex Farinac. *d. lit. F*, *ex num.* 161. Lassart. *de decima vendit. c.*18. *num.*13. Peregr. *d. lib.*7. *tit.*3. *num.*33. Alfar. *d. glos.*16. *n.*75. Pareja *d. resol.*3. *n.*43. & præcipuè apud Castellanos ex *l.* 23. 24. *&* 25. *tit.*19. *lib.* 9. *Recop.* Nisi causa sit criminalis, in ea enim cessat fisci privilegium , & regula juris remanet firma, videlicet quod arma sumenda non sint de domo rei, nec ille ad edendum compelli possit, *l.*2. §. *item divi fratres*, *ff. de jure fisci*, Peregr. *d. lib.*7. *tit.* 3. *n.*33. Menoch. *de arbitr. casu* 499. *num.*22. Fulv. Pacian. *d. lib.* 1. *c.*63. *n.*61. Farin. *d. lit. F*, *n.*174. Buccaron. *d. differ.*67. *n.*4. *cum seqq.* Alfar. *d. gloss.*16. *privil.*15. *n.*78. me citato Pareja *d. resol.*3. *num.*51. ubi *n.*52. ait procedere non solùm in causa capitali, verùm etiam in causa pecuniaria, proveniente tamen ex delicto, & *n.*60. cum multis sublimitat hanc limitationem, ut non procedat quando agit fiscus contra alium æquè privilegiatum , utputà contra alium fiscum , Ecclesiam , & similes , qui privilegium habeant æquale, tunc enim reus à fisco conventus non tenetur illi edere rationes, sive instrumenta.

Quintò limitatur in reo , qui litigat cum 12 Ecclesia, talis enim reus compellendus est edere instrumenta ad favorem Ecclesiæ, cùm non sit minus privilegiata, quàm fiscus, ut per Abb. *hîc*, *sub n.*16. *vers. & credo*, Dec. *n.*66. *vers. ista prima limitatio*, Felin. *n.*11. *vers. fallit quartò*, Valasc. *de jure emphyt. q.*8. *n.*7. Fr. Emman. *in sum. p.*1. *c.*213. *n.*1. *&* 2. Gutier. *cons.*46. Fulv. Pacian. *d. c.*63. *n.*47. Alfar. *d. privil.* 11. *n.*74. me citato *in hoc loco*, Pareja *d. resol.*3. *n.*48. ubi *n.*49. post eundem Pacian. *d. c.*63. *n.*48. *cum seqq.* limitationem ampliat in matrimonio, in dote, in causa pupilli, in alimentis, in legatis piis , in Hospitalibus, in libertatibus, & generaliter in omnibus aliis causis, quæ idem privilegium habent sicut fiscus.

Sextò limitatur in libris rationum fabri- 13 catis à personis particularibus pro conservatione rei familiaris, qui ad eorum editionem compellendi non sunt, nisi ex causa, cùm nec ratione officii, nec administrationis illos fabricaverunt, Pareja *d. resol.*3. *n.*80.

Septimò limita in usurario , contra quem de usuris agitur, qui cogi potest edere instrumenta actori, v. g. librum suarum rationum, ut ex illo suam intentionem fundet, *Clem.*1. §. *cæterùm*, *de usur.* quod procedit in odium usurariæ pravitatis, & in favorem animæ, ex sententia glos. communiter receptæ *in d.* §. *cæterùm*, Abb. *in præsenti*, *num.*9. Felin. *n.*19. Beroi. *n.*54. & Mandos. *n.*64. Menoch.

d. casu

d.casu 449. *n.*7. Greg. Lop. *l.*17. *gloss.*6. *in fine,tit.*2.*part.*2.Perez *in rub.tit.*2.*gloss.*1.*pag.*26. *vers. usurarum,lib.* 8. *Ordin.* Pacian. *d. cap.*63. *num.*66. *cum seqq.* Morl.*in emperio Iuris, p.*1. *tit.*8. *q.*17. *num.*2. Nicol. Genoa *de scriptura privata,lib.*4. *pag. mihi* 246. *n.*10. *cum seqq.& pag.*252. *ex n.*9. me citato Pareja *d. resol.*3. *num.*68. ubi *num.* 69. ampliat limitationem, ut procedat non solùm adversùs eundemmet usurarium, sed etiam adversùs ejus hæredem: *&* *n.*70. ampliat etiam usurarium teneri edere non solùm codices rationum, sed etiam omnem cedulam & scripturam privatam, *& n.*78. subdit idem quod in usurario dicendum esse de nautis, cauponibus, stabulariis, & publicanis.

15 Octavò limita in instrumentis quoad proprietatem communibus; nam reus ad illorum editionem ab actore poterit proculdubio compelli, & ita procedit, & intelligendus est text. *in cap. G. perpetuus*, *de fide instrum.* juncta *l. non est novum, cum l. seq.C.de edendo,* Valasc. *de jure emphyt.q.*8. *n.*5. Pacian. *d. lib.*1. *c.*64. *n.*91. Ioan. Garc. *d. gloss.*2. §.1. *n.*92. nam verè quod commune est, meum est, *l. in re communi, ff. de servit. urban. l. illud* 46. *ff. de ritu nupt.* & illud quod meum est, jure proprio & petere, & vendicare possum,

16 *l.*1. *cum seqq. ff. de rei vendic.* Quare scripturam majoratus, quæ omnium à fundatore vocatorum communis est, tenebitur possessor majoratus illam edere ad petitionem alterius, ut in terminis resolvit Greg. Lop. *lib.*17. *var. tit.*1. *part.*3. asserens ita sæpissimè judicatum vidisse, & inquiunt adducta à Pelaez *de major. p.*4. *q.*20. *n.*28.

17 Sublimita tamen in instrumentis communibus ratione utilitatis, qualia sunt instrumenta emptionis, locationis, & similia; nam ea edere reus actori non tenetur, ut probat text. *in præsenti*, in cujus specie certum est instrumenta communia esse ratione utilitatis: siquidem in illis pacta inter Regem & Imperatorem celebrata continebantur, quia non attenditur ad materiam contractus, an utilitas communis sit, vel non, sed solùm attenditur an instrumenta sint propria ipsius rei. Gail. *lib.*1. *observ.*106. *n.*7. Pacian. *d. lib.*1. *cap.*64. *n.*94.

18 Cui resolutioni non obstat *l. Prætor ait, vers. hujus edicti, ff. de edendo*, quia ibi Iureconsf. non ait instrumenta ratione utilitatis communia esse, sed quodammodo communia. In praxi illud recipitur, quod si instrumenta communia sunt solùm ratione utilitatis, & propter materiam in illis contentam, aut sunt apud Notarium, à quo confecta fuerunt, aut apud partem: in primo casu debet Notarius edere instrumenta, nam ad hujusmodi editionem tenetur ratione officii, satisfacto sibi priùs de mercede. Si verò pars retineat instrumentum, & sit originale, tenebitur pars edere instrumentum, eo quòd originale sit verè inter partes commune, ex *d. c. G. perpetuus.* Si verò non habeat originale instrumentum, sed copiam propria pecunia à Notario desumptam, regulariter loquendo ad illius editionem non tenetur; nam respectu chartæ illud instrumentum non dicitur verè commune. Si verò originale, vel protocollum non reperiatur apud Notarium, sed illud habeat reus, vel exemplar authenticum, judicis officio cogendus est edere reus: quod praxi in omnibus ferè Tribunalibus servari copiosè ostendit Pacian. *d. lib.*1. *cap.*65. *num.*107. & hunc esse Rotæ stylum testatur Verall. *decis.*294. *p.*1. & morem Tribunalium Hispaniæ sic habere referunt Burg. de Paz *quæst. civil. q.*5. Azeved. *l.*3. *num.*10. *tit.*5. *lib.*4. *Recop.*

SVMMARIVM.

1 *Actor & reus, uterque scilicet in judiciis duplicibus censetur.*

2 L. in tribus, ff. de judic. *intelligitur.*

Cap. Ex litteris III.

Post *n.*1. Ad exornationem principalis conclusionis ex hoc text. desumptæ, quod scilicet in iudiciis duplicibus quilibet probare tenetur, cùm uterque actor & reus censeatur, & obtinebit qui meliùs probaverit; quod si æquè probant, possessor absolvitur, adde textus concordantes *in l. in tribus, ff. de judic. & in l.*2. *cum aliis, ff. comm. divid. & in l. judicium* 10. *ff. fin. regund. & in l.*2. §. *in familiæ, & in l. inter cohæredes* 45. §. *si familiæ, ff. famil. ercisc. & in* §. *quædam, Instit. de actionib. & in* §. *retinendæ, vers. commodum, Instit. de interdict. & in l. Castel.* 40. *tit.*16. *part.* 3. adde etiam ultra citatos *in collect.* Tiraq. *de jure primog. q.*17. *opin.*11. Marant. *de ordine judic. p.*4. *dist.*17. Cuiac. *lib.*4. *observ.* 11. Menoch. *de arbitr. casu* 48. Mascard. *de probat. concl.*393. *n.*13. Osuald. *ad Donel. comment. lib.*19. *cap.*2. *lit. G,* Anton. Fab. *libr.*20. *conject. cap.*10. *& de errorib. pragm. decis.* 94. *errore* 1. *&* 2. D. Barbosa *in d. l. tribus.* 1

Non obstat eadem *l. in tribus*, dum habet quod in duplicibus actionibus, qui priùs ad judicium provocat, actor dicitur, provocatus verò reus appellatur: & si dubium sit quis 2

priùs ad judicium venerit, ſorte res dirimenda eſt, quia reſpondetur quod in his actionibus in petitione agentis etiam virtualiter continetur alterius petitio, cùm etiam ſua pars adjudicanda ſit, *d.* §. *quadam, Inſtit. de actionib. l.* 3. *ff. communi divid.* quod non fieret, niſi etiam ab ea parte petitum cenſeatur, cùm ſententia debeat eſſe conformis libello, *l. ut fundus, ff. communi divid. cap. licèt Eli, de ſimon.* Nec obſtabit ſi inſtes *in d. l. in tribus*, priùs provocantem verè & realiter eſſe actorem, cùm priùs probet, juret, & alleget, provocatum verò eſſe reum, ut ſic evitetur confuſio; quia id procedit quoad ordinem judiciarium, cùm neceſſe ſit ut alter onus actoris ſubeat, quia in his judiciis oportet quæri quis actor intelligatur, hoc eſt, quis perinde haberi debeat; nam aliàs judicium conſtitui non poſſet: non tamen quæritur quoad cauſæ deciſionem, cùm uterque jurare debeat de calumnia, probare, & ſatiſdare judicio ſiſti, *gloſſ.* 2. *in præſenti, gloſſ. in l. duo judices, ff. de re jud.* Menoch. *remed.* 3. *retin. n.* 770. Anton. Fab. *in ration. ad d. l. in tribus.*

SVMMARIVM.

1 *Marito cum juramento aſſerenti uxorem carnaliter cognoviſſe, credendum non eſt, ſi uxor contrarium probaverit.*

2 Cap. cùm tenebatur, de deſponſ. impub. & cap. ſi quis acceperit, 33. q. 1. *declarantur.*

Cap. Propoſuiſti IV.

1 POſt *num.* 1. Quod non ſit credendum marito cum juramento aſſerenti uxorem carnaliter cognoviſſe, ſi uxor contrarium probaverit proprio juramento, & ſimul per inſpectionem matronarum, docent *l. Caſtel.* 5. *& 6. tit.* 8. *part.* 4. Cov. *de ſponſal. p.* 2. *cap.* 13. §. 1. *num.* 14. Maſcard. *de probat. concl.* 312. 452. *&* 1169. *&* 1174. *n.* 48. *& concl.* 1410. *num.* 16. Surd. *conſ.* 126. *n.* 16. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſ.* 89. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 45. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verb. minores, num.* 21. *C. de in integ. reſtit. min.* Cevall. *commun. contra commun. q.* 1. *n.* 24. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 91. *& diſp.* 109. *num.* 9. *& diſp.* 113. *n.* 3. Baſil. Pont. *in ſimili tract. lib.* 7. *c.* 63.

2 Non obſtat text. *in cap. cùm tenebatur, de deſponſ. impub. & in cap. ſi quis acceperit* 33. *q.* 1. in quibus Iuribus probatur majorem fidem adhiberi debere viro juranti uxorem cognoviſſe, quàm uxori etiam cum juramento neganti, præſertim quia vir deponit de affirmativa, uxor verò & matrona de negativa, quæ improbabilis eſt per rerum naturam, *cap. quoniam contra, inf. hoc tit.* & ideo cùm vir in ſpecie hujus text. juraſſet, potiùs ejus juramento ſtandum erat, quàm uxoris probationi: quia facillimè reſpondetur ea Iura procedere quando contra mariti juramentum ſolummodo proponitur uxoris depoſitio: at verò textus noſter loquitur quando uxoris juramentum adjuvatur matronarum depoſitionibus; nam tunc quia plenior eſt uxoris probatio præfertur mariti juramento, *gloſſ. in præſent.* communiter recepta per Imol. *num.* 4. Abb. Felin. Dec. Mynſing. *n.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ ſigillo Epiſcopi munitæ plenam faciunt probationem in his, quæ ad ejus officium ſpectant.*

2 *Iura quæ de ſigillo nullam faciunt mentionem, quomodo intelligenda.*

3 *Excommunicatus majori excommunicatione, non poteſt procurator conſtitui, etiam pro reo.*

4 *Sigillum quod dicatur authenticum, remiſſivè.*

Cap. Poſt ceſſionem VII.

AD *num.* 2. Quod litteris Superiorum 1
Epiſcoporum, & ſimilium Iudicum ordinariorum ſit credendum donec contrarium oſtendatur, præter citatos *in collect.* latè diſputat Anguian. *in tract. de legib. lib.* 1. *controv.* 6. *per tot.* litteræ enim ſigillo Epiſcopi munitæ plenam probationem faciunt in iis, quæ ad ejus officium ſpectant, ut per *l. Caſtell.* 114. *tit.* 18. *part.* 3. ubi Greg. Lop. *gloſ.* 1. 2. *&* 3. Didac. Perez *in rub. tit.* 11. *verſ. quæri poteſt, q.* 1. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 668. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 61. *per tot.* noviſſimè Pareja *de univerſa inſtrumentor. edit. tit.* 1. *reſol.* 3. §. 5. *num.* 39. ubi *num.* 40. me citato *in hoc text.* ſubdit generale eſſe ut ſigillum tribuat fidem ſcripturæ æquè ac ſubſcriptio, Anguian. *d. controv.* 6. *à num.* 24. ubi *num.* 27. dicit non obſtare quod in juribus, in qui- 2
bus litteris Superiorum fidem adhibendam eſſe aſſeritur, nulla ſit mentio ſigilli, & reſpondet quod rejecta ſententia illorum, qui putant textum *in præſenti* ſpecialiter procedere in materia excommunicationis, de qua etiam agit *cap. cura,* 11. *q.* 3. vel etiam in materia

materia levis præjudicii, in qua putant locum habere posse similia jura, quæ non sigilli, sed litterarum tantummodo faciunt mentionem; & nonnullorum; qui existimant litteris aliorum fidem adhibitam, quia testes fuerunt necessarii, & intervenerunt, ut per *gloss.* 1. *in præsenti*, & Abb. *oppos.* 1. melius dicendum erat quod licèt hic text. & cæteri ejusdem notæ, sigilli mentionem non faciant, nihilominus tamen illud subintelligunt & supponunt, cum ex aliis Iuribus, in quibus de sigillo agitur: cum etiam, quia litteræ Episcoporum & similium in iis; quæ ad ipsorum pertinent officium; frequenter sigillantur, ut experientia docet, & sigillo potissimùm robur accipiunt & muniuntur, *c. si canonici*, ibi, *sigillis*, & ibi, *minimè roboratis*, *de offic. ordin. lib.* 6.

3 Ad *num.* 5. Quod excommunicatus majori excommunicatione non possit Procurator constitui, etiam pro reo, nec valeat mandatum, seu talis constitutio, quinimò corruat ipso jure, nec opus sit exceptione aliqua; præter citatos tenent Anton. de Padil. *in l.* 1. *num.* 55. *C. de juris & facti ignor.* Sebast. Vant. *de nullit. tit. ex defectu mandati, num.* 136. Marant. *de ordine judic. p.* 4. *dist.* 16. *n.* 24. quos refert Anguian. *d. lib.* 1. *controv.* 6. *num.* 58. ubi *num.* 59. ait hos Doctores motos fuisse ad sic existimandum, quia crediderunt Innocentium III. *in hoc textu* non sine mysterio expendisse, jam fuisse incursam excommunicationem tempore, quo Procurator mandatum acceptavit, ut ita significaret ab eo tempore absque necessitate alicujus exceptionis mandatum ipso jure non valuisse: & quanvis postea excommunicatus absolveretur, adhuc tanquam inhabile à principio admittendum non fuisse, quasi dicant dicti DD. quod alioquin si mandatum à principio valeret mero jure, & Procurator per exceptionem à judicio repellendus foret, proculdubio Innocentius tantummodò attendisset tempus, quo ille Procurator in judicio expediri vellet; non autem illud, in quo mandatum acceptavit, quanvis ipse Anguian. *d. loco, n.* 61. *cum multis seqq.* contrarium adstruere intendat.

4 Ad *num.* 6. De sigillo, & quod dicatur authenticum, vide *l. Castel.* 114. *tit.* 18. *part.* 3. Rebuff. Covar. Matth. de Afflict. & alios citatos per Anguian. *d. lib.* 1. *controv.* 6. *num.* 30.

Cap. Licèt causam IX.

1 Post *num.* 1. Quod in interdicto retinendæ possessionis obtinet probans antiquiorem possessionem; maximè titulo justificatam, probat hic text. & concordant alia jura similia; *in l. si duo, ff. uti possid. & in l. unic. C. eod. & in cap. cùm venissent, de instit. & in cap. cùm personæ, vers. quod tales, de privil. lib.* 6. exornant Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri, n.* 164. Cov. *pract. c.* 17. *in fine*, Duaren. *lib.* 1. *disput. cap.* 21. Sarmient. *select. lib.* 2. *cap.* 13. Gail. *lib.* 1. *observ.* 71. Cujac. *lib.* 5. *observ.* 22. & 27. Octavian. *Pedem. decis.* 55. Verall. *decis.* 336. Menoch. *remed.* 3. *retin. num.* 725. & *remed.* 15. *recup. n.* 389. Mascard. *de probat. concl.* 1194. & 1393. Donel. *comment. Iuris Civilis lib.* 15. *c.* 32. & *in d. l. unica, C. uti possid.* Mathiens. *l.* 8. *gloss.* 2. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recop.* Fachin. *controv. lib.* 8. *c.* 14. *cum seqq.*

SUMMARIUM.

1 *Filiatio probatur ex confessione parentis seriosè facta.*

2 *Filiationis conjectura resultabit ex nominatione, & tractatione fratrum, & consanguineorum.*

3 *Tractatus solus & nominatio consanguineorum, consanguinitatis leve adminiculum est.*

Cap. Per tuas X.

Ad *num.* 4. Quod filiatio probatur ex confessione parentum seriosè facta, ultra citatos in collect. tenent Lup. *de illegitimis, commento* 2. §. 3. *n.* 44. *vers. ubi autem*, Paschal. *de patria potest. p.* 2. *c.* 2. *n.* 16. Intrigl. *decis.* 35. *n.* 42. Thomas *de legitimat. tit.* 13. *cap.* 7. *n.* 349. *fol.* 64. ubi loquitur de confessione patris super filiatione, & *n.* 383. *pag.* 76. ubi de confessione matris, Mancin. *de confess. c.* 2. *n.* 202. ubi quod confessio patris adminiculata probat filiationem: & *n.* 204. Castill. *controv. tom.* 5. *cap.* 104. *n.* 12. Rot. *decis.* 199. *num.* 2. *ad fin.* & *decis.* 641. *n.* 5. *p.* 3. *recent.* & *decis.* 117. *n.* 3. *part.* 4. *etiam recent.* & *decis.* 16. *n.* 19. *cum seqq. p.* 5. *etiam recent.* latè ego ipse *in votis decis. Canon. lib.* 2. *voto* 32. *n.* 27. *cum seqq.* ubi de confessione geminata præsente filio in judicio facta. 1

Dum ex Surdo *ibidem* dixi, filiationem non probari ex nominatione aliorum quàm parentum, id debet intelligi de probatione vera; resultabit nihilominus filiationis conjectura ex nominatione, & tractatione fratrum, & consanguineorum, ut per Mascard. *de probat. concl.* 790. *n.* 16. Rot. *decis.* 76. *n.* 2. *p.* 3. *recent.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 4. *cap.* 653. *n.* 70. *vers. quibus accedit*, & 2

*num.*71. pro recognitione ponderat intervenisse fratrem ex instrumento dotali, ut talem, ad probandum dotatam esse sororem, Genoa *de verbis enuntiat. lib.*2. *q.*33. *n.*19. & 20. ubi *num.*21. ex Peregr. *de fideicom. art.*43. *num.*76. dicit quod quando confessio super filiatione, vel consanguinitate provenit à consanguineis, bene probat filiationem, quia præsumitur cognoscere consanguineos suos, & *num.*26. ait hoc procedere saltem ad transferendum onus probandi in contrarium.

3 Intellige concurrentibus aliis adminiculis: nam solus tractatus, & nominatio consanguinitatis leve adminiculum est, Gloss. *in cap. transmissa, qui fil. sint leg. & in l. non epistolis, C. hoc tit.* Mascard. *de probat. conclus.*790. *num.*2. Marta *voto* 26. *n.*12. & 13. Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.*1. *tit. de filiat. resol.*14. *num.*14. *vers. quartus casus.* Paschal. *de patria potest. p.*2. *cap.*2. *num.*16. Castill. *controv. tom.*5. *cap.*104. *n.*12. *col.*2. quia facilis res est propter diversos respectus, aliquem filium, fratrem, sobrinum, vel consanguineum appellare: idem Mascard. *dicta concl.*790. *num.*3. Lup. *de illegit. comm.*2. §.3. *n.*44. *vers. sed ratio ea sit, & vers. extenditur etiam*, præcipuè quando agitur de re gravi, & de præjudicio tertii, quia tunc hujusmodi appellatio, seu vocatio sola nihil operatur, ex Mascard. *d. concl.*790. *num.*40. Lup. *d.* §.3. *n.*42. *in princ. & n.*44. *vers. restringitur tamen, pag.*153. Menoch. *de præsumpt. lib.*6. *præs.*54. *num.*51. & 54. Castill. *controv. tom.*6. *cap.*124. *n.*15. *col.*2. Genoa *d. quæst.*33. *n.*23. & 24.

SUMMARIUM.

1 *Probationes plures imperfectæ admittuntur ad constituendam unam perfectam.*

2 *Scriptura privata plenam probationem constituit, quando ex ea probatione modicum præjudicium generatur.*

3 *Historicis libris fides omnino adhibenda, & quando.*

4 *Chronicorum libris fides adhibenda.*

5 *Scriptura privata sculpta in monumentis, sive in lapidibus, aut columnis, quando probet, ostenditur.*

CAP. Cùm causam XIII.

1 AD *num.*2. Quod plures probationes imperfectæ ad constituendam unam perfectam admittantur in probandis antiquis confinibus, me citato *in hoc loco*, tenet Pareja *de universa instrum. edit. tit.*1. *resol.*3. §.5. *num.*46. hinc inferens *n.*45. in hac specie plenam probationem constituere scripturam privatam quando ex ea probatione modicum præjudicium generatur, ut in materia confinium, & citat Cravet. *de antiq.* 2
*tempor. p.*1. *vers. octava detur limitatio, n.*15. Hieron. de Monte *de finib. regund. c.*65. *n.*4. Mascard. *de probat. concl.*399. *n.*8. Cardin. Tusch. *pract. concl. lit. S, concl.*84. *n.*1. Genoa *de scriptura privata, lib.*1. *q.*4. *n.*195. Coccin. *decis.*460. *n.*4.

Ad *n.*3. & 4. Quod libris historicis omninò fides adhibenda sit, tam in judicando, quàm in consulendo, probant *l.*1. ubi Bart. *ff. de offic. quæstor. l. census*, §. *monumenta, ff. de probat. gloss. verb. urbano, & verb. orationes, in Clem.*1. *de reliq. & venerat. Sanctor. & verb. Bononia, in Clem.*1. *de magistr. & verb. magis, in c. inter dilectos*, ubi Panor. *n.*13. *de fide instrum. & verb. Trapezitas, in cap. in nomine Domini*, 23. *dist.* ultra citatos *in collect.* docent Valenz. *consi.*83. *n.*84 *cum seqq.* Nicol. Genoa *de scriptura privata, lib.*1. *q.*4. *ex n.*187. *usque ad num.*196. me citato *in hoc loco*, Pareja *de universa instrument. edit. tit.*1. *resol.*3. §.5. *n.*53. ubi *n.*56. generale esse asserit quod libris historicis in tantum fides adhibetur, in quantum historia in illis contenta fuerit communiter approbata, & ab antiquo per communem populi consensum fides imposita, & citat Paul. Paris. *cons.*23. *n.*235. & 251. *lib.*1. Mascard. *de probat. concl.*287. *num. fin. & concl.*105. *n.*11. Card. Tusch. *pract. concl. lit. H, concl.*139. *n.*3. Menoch. *cons.*112. *à num.*68. Et nuncupatim in chronicis Roder. Xuar. *alleg.*8. *n.*22. Ferdinand. de Loazes *in alleg. pro Marchione de los Velez, dub.*1. *fundam.*5. *pro ipso, n.*73. & 79. *fol.*157. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.*7. *n.*18. Sigism. Scacc. *de judic. lib.*2. *cap.*11. *n.*165. Nicol. Genoa *d. lib.*1. *tit. de libris chronicorum.*

Ad *num.*6. Quod privata scriptura probat 4
quando invenitur sculpta in monumentis, sive in lapidibus, aut columnis, quæ extant in locis publicis, veluti in plateis, muris
civitatis, aut villæ, & ab antiquo fuit re- 5
cepta, probat *l.*4. *ff. de administr. rerum ad civit. pertin. & l.*2. *ff. de operib. publ.* & ultra citatos *in collect.* docent Genoa *d. q.*4. *ex n.*187. *usque ad num.*196. Escobar *de puritate & nobilit. probanda, part.*1. *q.*4. *num.*43. me citato *in hoc loco*, Pareja *d. tit.*1. *resol.*4. §.5. *num.*44. ubi *n.*48. & 49. post Uranium, & Genoam, ac alios idem resolvit quando litteræ exaratæ extant in ædificiis publicis Prætoris, vel Præsidis Provinciæ, alteriusque Magistratus jussu potestatem ad hoc habentis, vel etiam in aliis locis publicis auctoritate privata, ubi communis populi consensus propter anti-

antiquitatem tanquam publica documenta habere voluit, & citat Hieron. de Monte *de finib. cap.* 65. *num.* 5. & 6. Mascard. *conclus.* 399. *num.* 9. & Cald. Pereira *de empt. cap.* 21. *num.* 21.

De Testibus, & attestationibus.

TIT. XX.

SUMMARIUM.

1 *Corripiens etiam in causa denunciationis Evangelicæ potest existere testis.*

2 *Denuntians, testis, & Iudex existere possunt in hac causa.*

3 *Denuntians est principalis persona in causa denunciationis.*

4 *Denunciatio multoties fit de peccatis commissis contra ipsum corripientem.*

5 *Principalis persona* in hoc textu, & in cap. novit, de judic. *non dicitur quasi suam propriam causam agat, sed quia principaliter movet causam.*

6 *Corripiens in causa denunciationis Evangelicæ an & quando reddatur suspectus, ut in ea causa testimonium dicere valeat.*

7 *In causa denunciationis Evangelicæ primò, & principaliter agitur de lucro fratris peccantis.*

8 *In correctionibus & denunciationibus Evangelicis, quæ solùm ad peccantis emendationem diriguntur, non videtur agi de gravi, seu notabili ejusdem præjudicio.*

9 *Text. in præsenti procedit in omni negotio, in quo ad similitudinem correctionis, & denunciationis, & ex eadem ratione persona principalis suspecta non existit.*

10 *Verba Domini,* in ore duorum, *&c. non constituunt novum aliquod, seu Evangelicum præceptum, sed tantummodo referuntur, tanquam judiciale illud scriptum in lege veteri juxta vim, quam tunc temporis habebat.*

11 *Declarantur verba*, in ore duorum, vel trium stat omne verbum.

12 *Lex nulla naturalis, aut divina hodie obligans reperitur, quæ necessariò concludat non sufficere unicum testem, & ideo potest lex humana ex causa statuere quod unus sufficiat.*

CAP. In omni negotio IV.

POst *num.* 1. Probat hic text. corripientem etiam in causa denunciationis Evangelicæ posse testem existere, ita ut in ea uno adhibito efficiantur duo, & adhibitis duobus efficiantur tres, ut ultra Gloss. *in præsenti*, resolvunt Bero. *n.* 79. *in cap. qualiter, de accusat.* Albertin. *de secreto, n.* 177. Sot. *de secreto tegendo, q.* 4. *concl.* 8. *vers. sed dubium*, Navarr. *in c. inter verba, n.* 779. & *in man. c.* 25. *n.* 33. Simanch. *de Cathol. institut. c.* 19. *in fine, & c.* 64. *n.* 55. qui testatur ita servari in sanctæ Inquisitionis officio, tradit Bart. *n.* 14. *in l. Divus, ff. de custodia reorum*, Angel. *de malefic. super verbo, necnon & ad denunciationem, n.* 21. ubi August. *in addit.* quinimò unum, & eundem in hac causa, & denuntiantem, & testem, & judicem existere posse, docet *gloss. ult.* per text. *ibi, in cap. præcipuè* 11. *q.* 3. & post Ioan. Andr. Abb. *n.* 4. & alii *in præsenti.* 1 2

Sed obstare videtur quod talis denuntians dicitur, & est principalis persona in causa denunciationis, text. *in præsenti* ibi, *persona principalis, juncto vers. sequenti*, & ita causa videtur illius propria, *c. pastoralis*, ibi, *principales personæ, inf. eod. c.* 1. ibi, *principales personæ, de juram. calum.* ideo talis denuntians non debet testis ita admitti, ex *reg. l. omnibus, C. hoc tit.* Deinde habet affectionem ad ejusmodi denunciationis causam, quam agit, & movet; quæ affectio sufficit ne admittatur etiam in causa aliena, *c. ult. hoc tit. lib.* 6. *c. insuper* 6. *vers. dummodo, hoc eod. tit.* Accedit quod multoties denunciatio fit de peccatis commissis contra ipsum corripientem, & denunciantem, & per quæ is damno, vel injuria afficitur, & de his maximè & apertiùs agit locus ille *Matth.* 18. & refertur *in c. si peccaverit* 2. *q.* 1. & *in c. novit, de judic.* ergo saltem in his in quibus denuntians damni, aut injuriæ illatæ satisfactionem, & sic utilitatem sperat, quam Rex Angliæ in specie *d. c. novit*, sperabat ex observatione conventionis cum Gallo initæ, non debet denuntians admitti in testem, ex l. 1. §. *dies, vers. propriam, ff. quando appellan.* & *d. l. omnibus.* 3 4

Retenta nihilominus conclusione prædicta ad difficultatem propositam responderi potest principalem personam hic, & *in d. c. novit*, non dici quasi suam causam propriam agat & prosequatur, ut accipitur *in d. cap. pastoralis*, cum similibus, sed quia principaliter movet causam hujusmodi correctionis, non suam, sed alterius, quæ non in propriam, sed ejus, qui corripitur, utilitatem primò & di- 5

rectè

rectè ordinatur, in qua ſpecie non procedit reg. *d.l.omnibus*, ut patet ex *d.cap.inſuper, in princip. cap. cùm nuntius* 12. *hoc tit.* §. *legatarius, inſtit. de teſtam.* Affectio quâ talis
6 corripiens ac denuntians movetur, cùm procedat ex ſola fraterna charitate in bonum ejus, qui corripitur, nec poteſt, nec debet corripientem reddere ſuſpectum, ut tanquam talis repellatur à teſtimonio in ea cauſa, quæ primò, & principaliter eſt alterius, & in qua corripiens poſtquam fecit quod in ſe erat, & Eccleſiæ dixit, ulteriùs non proſequitur, nec promovet litem, vel cauſam, in qua, & ad quam debet ut affectus repelli à teſtimonio, prout repelluntur hi, de quibus *in d. c. ult. & d. verſ. dummodo*: & licèt ubi peccatum committitur in te, idest, contra te, & ſic in damnum, vel injuriam tui, ut contingit *in d.c. novit*, ex correctione, & emendatione ſequatur tibi utilitas proveniens ex ſatisfactione, ſine qua peccans
7 non corrigitur, ut oportet; quia tamen in hac materia primò & principaliter agitur de lucro fratris peccantis, & de peccato quatenus eidem ſoli nocet, meritò accidentaria illa, ſeu minùs principaliter, & ſecundaria utilitas ei fortaſſe proventura, non attenditur, nec impedit quominus ejuſmodi teſtimonium admittatur, ut in ſimili pro-
8 bant *d. c. inſuper, in princ.* cum aliis præcitatis. Accedit quod in his correctionibus, & denunciationibus, quæ ad ſolam peccantis emendationem diriguntur, non videtur agi de gravi, ſeu notabili ejuſdem præjudicio, ut advertit Abb. *d. n.*4.

9 Advertere tamen oportet, quod licèt communis poſt *gloſſ.*1. in præſenti intelligat hunc text. procedere tantùm in negotio correctionis, & denunciationis hujuſmodi, juxta *verſ. quo patenter*, qui ſtatim ſubſequitur; is tamen intellectus non caret difficultate, tum quia offendit verba illa, *in omni negotio*, quæ ſalva proprietate, & ratione recti ſermonis non benè verificantur in ſolo correctionis, ſeu denunciationis negotio: tum etiam, quia *verſ. quod patenter*, continere videtur exemplum ejus regulæ, quæ in principio ponitur, per quod exemplum regula non reſtringitur, ſed explicatur, argum. *l. ult. §. ult. in princ. ff. de juris & facti ignor. c.*1. *juncta gloſſ.*1. *ne clerici, vel monachi.* Et tandem quia verſ. ultimus hujus text. ibi, *idem alibi*, &c. in quo refertur aliud exemplum ejuſdem regulæ, nihil habet commune cum correctione, aut denunciatione Evangelica; unde inter alios intellectus, de quibus per DD. præſertim Abb. *à n.*4. Felin. & alios *hîc*, & Albert. *de ſecreto, n.*177. dici poteſt cum Abb. *d. n.*4. *verſ. pone quartum*, quem poſteriores, & Albertin. *d. loco* ſequuntur, hunc textum generaliter procedere in omni negotio, in quo ad ſimilitudinem correctionis, & denunciationis, & ex eadem ratione perſona principalis dicto modo ſuſpecta non exiſtit, & ut talis veritatem (ut præſumitur) dicens de re ſibi nota, habetur pro uno teſte: id quod verificari poteſt non tantùm in exemplis quæ textus ſubdit, verùm etiam *in c. præterea 7. de teſtibus cogen.* circa teſtes ſynodales, de quibus ultra DD. & in Iuribus citatis à gloſſ. agunt Pavin. *de viſitat.* 5. *p.q.*1. *à num.*10. Marc. Anton. *inſtit. major. lib.*4. *tit.*10. *n.*61. & Altamiran. *de viſit. verbo viſitatores, etiam num.*54. *& in tit. qui matrimonium accuſare*, ubi perſonæ ſic principales matrimonium accuſantes, aut de illo denuntiantes non in ſuam utilitatem, ſunt etiam teſtes, juxta *rub. & c.*1. ibi, accuſatores & teſtes, *c.*2. *juncta gloſſ.*1. cum aliis illius *tit. & in c. præterea* 12. *& in cap. cùm in tua* 27. *verſ. id quod, de ſponſalib.* Circa poſterius verò exemplum, de quo *in hoc textu, in verſic. idem*, cujus verba habentur *Ioan.* 8. ultra Hoſt. Ioan. Andr. & Abb. *d.n.*4. *verſ. item adverte*, & alios *hîc*, vide poſt Chryſoſt. & alios S. Thom. *in d.c.*8. *Ioannis, lect.*2. *verſ. & omninò*, Ianſen. *in concord. c.*77. *verſ. dixerunt ergo, & c.*36. *verſ. ſi ego teſtimonium, cum ſeqq.* ubi explicat qualiter, & in quo ſenſu ex lege, quæ duorum teſtimonium recipit tanquam verum, cùm illa non procedat ubi unus in ſua cauſa, & pro ſe teſtificatur, concludit Dominus ſuum teſtimonium in ſua, & de ſe, vel pro ſe inſimul cum teſtimonio patris verum & recipiendum eſſe, & quemadmodum verba prædicta *Ioannis* 8. conciliari debent cum aliis Domini verbis *Ioannis* 5. *Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum*, quæ notabis ad text. *in præſenti, verſ. ult.* & ad *princip.* 3. *q.*4. aliàs 2. *q.*5. ubi eadem verba referuntur.

In text. ibi, *in ore duorum, vel trium*, &c. 10
Dum Chriſtus Dominus verba hæc protulit, ut habetur in Evangelio *Matth.* 18. *Luca* 17. *& Ioan.* 8. non conſtituit per illa novum aliquod, ſeu Evangelicum præceptum, ſed tantummodo retulit judiciale illud ſcriptum in lege veteri *Deuteron.*17. *&* 19. juxta vim, quam tunc temporis habebat, ut patet ex *d.c.*8. ibi, *in lege veſtra ſcriptum eſt, quod duorum*, &c. refertur *in hoc textu, & in princ.* 2. *q.*4. ac ſubinde ſicut cætera ſimilia expiravit, & jam hodie tanquam divinum non obligat, licèt Pontifices *in cap. licèt* 23. *hoc. tit. & in cap. cum eſſes* 10. *de teſtam.* & paſſim alibi hæc

hæc eadem verba Domino, & legi divinæ tribuant, non quasi à Domino, & divina lege habeant hodie vim obligandi, sed ut per illud quod eadem lex olim in judiciis observari præcepit, & Dominus in Evangelio pro eo tempore retulit, & comprobavit, confirmetur lex & consuetudo Ecclesiastica, vel ipsam disponens: quanvis autem verba hæc in lege veteri concludant, & ostendant omne verbum absolutè stare in ore duorum, vel trium, quorum testimonium, nisi aliud obstet, pro vero habebatur, ita ut nec plurium requireretur, nec unius tantùm sufficeret, ut apertè colligitur ex *d. c.17. Deuteron.* ibi, *in ore duorum*, &c. junctis verbis seqq. ibi, *nemo occidatur uno contra se dicente testimonium, & d. c.19.* ibi, *non stabit unus testis*, &c. *sed in ore duorum*, &c. & ex *d. cap.8.* ibi, *quia solus non sum, sed ego, & qui misit me Pater*, junctis verbis seqq. ibi, *& in l. vestra scriptum est, in ore duorum*; nihilominus cùm hodie suppositis legibus humanis, seu Ecclesiasticis, quæ multoties requirunt ultra duos, & tres testes, & aliquando unum ad probationem admittunt, ut patet ex Iuribus citatis *à gloss. pen. vers. quædam, & gloss. ult. in d. c. licèt*, gloss. *in d. princ.* & per DD. illic, Duen. *reg.84.* Crot. *de testibus, à num.208.* latè Anton. Gabr. *lib. commun. tit. de testib. concl.1. à n.16.* hujusmodi verba in prædictis sacris Canonibus aliud videntur intendere, scilicet, *in ore duorum, vel trium stat omne verbum*, quod per legem aliquam specialem in ore plurium, vel unius tantùm positum non reperitur, quasi sit sensus quod in omni casu in quo non reperitur lex aliqua humana, quæ plures quàm duos, vel tres, in quorum ore, exceptis prædictis, omne verbum positum est, & pro vero habetur, sic in effectu verba prædicta post ejusmodi leges humanas probant & explicant id ipsum quod pro regula docuit Iureconsf. *in l. ubi numerus, ff. de testib.* Nec obstat *d. c. licèt, vers. ult.* dum habet quod licèt quædam sint causæ quæ plures quàm duos testes exigunt, nulla tamen est quæ unius, quantumvis legitimo testimonio terminetur, quo fundamento *d. gloss. pen. & gloss. verbo duo, in cap. gaudemus, de divort.* & passim DD. putant verba prædicta *in ore duorum*, &c. in dictis Iuribus intelligi, ita ut contineant jus naturale & divinum etiam hodie obligans, quatenus excludunt testimonium unius, & probant in ore unius non esse verum quoad humana judicia, quanvis non sic contineant ejusmodi jus naturale & divinum, quatenus concludunt in omni casu sufficere duos, vel tres, cùm dentur nonnullæ, in quibus non sufficiunt, sed requiruntur plures; verumtamen quia nulla reperitur lex naturalis, aut etiam divina hodie obligans, quæ necessariò concludant non sufficere unicum testem, & attentis circumstantiis negotii, temporis & personarum potest lex humana statuere quod unus sufficiat, prout 12
de facto statuit in nonnullis casibus, de quibus per glossas, & DD. *ubi suprà.* Probabiliter dici potest *d. c. licèt, in fine*, agere de testibus qui non per legem, sed per Iudicem ex proprio arbitrio admittuntur: & ita sensus est quod licèt dentur causæ in quibus Iudex etiam sine lege speciali possit ex suo arbitrio plures, quàm duos testes requirere, quia potest ipse ex circumstantiis non adhibere fidem illis, ex reg. *l.3. §.1. vers. tum magis, ff. de testib.* nulla tamen est causa, in qua Iudex sine lege speciali ex proprio arbitrio possit uni quantumvis legitimo fidem adhibere, & ejusdem testimonio litem dirimere: quæ differentia non procedit quoad legem, aut Principem supremum, quippe qui sicut ultra duos, & maximè legitimos, & omni exceptione majores in multis causis requirit, sic uni tantùm fidem adhibere, & ejusdem testimonio causam terminare potest, ut patet ex relatis per Gloss. & DD. *ubi suprà*, probat text. sic intelligendus *in c. cùm à nobis 28. in fine, infrà hoc tit.*

(11 appears in left margin at line "dictis sacris Canonibus")

Cap. Sicut nobis IX.

1 Post *num.1.* Quod non est credendum testibus deponentibus contrarium illius quod antea deposuerunt, ultra citatos *in collect.* docent Mascard. *de probat. concl.359. num.32. & concl.454. n.10. & conclus.1311. num.6. & 37.* Menoch. *de arbitr. casu 108. n.21. & casu 109. num.19.* Azeved. *l.2. n.4. tit.8. lib.4. Recop.* Donel. *comment. lib.27. c.7.* ubi Osuald. *lit. C, & c.9. lit. L, & lib.24. c.17. lit. G,* Surd. *decis.326. num.90.* Petr. Pech. *ad c. mutare, de regul. juris, lib.6.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap.191. n.9.* Felician. de Vega *ad cap. cùm non ab homine, de judic. n.8. & 70.* Non obstat *cap. si postulaverit, §. sed si negaverit, ff. de adulter.* dum probat posteriori testimonio standum esse, non priori, quia loquitur de posteriori testimonio tormentis adhibitis exacto. Nec etiam obstat *c. accusatus 8. §. licèt, de hæret. lib.6.* dum tenet standum esse posteriori responsioni in judicio ex intervallo exhibitæ, etiamsi prior emissa fuerit cùm juramento, quia respondetur cum communi id specialiter permissum in causa hæresis, sed non ita simpliciter, sed tùc demùm cùm ex manifestis indiciis apparuerit non animi levitate, aut odii fomite, seu corruptione pecuniæ, vel zelo Fidei Orthodo

Orthodoxæ suum velle corrigere dictum, ut ipse text. probat, & advertit Covar. *lib.2. var. c.13. n.9. in fine*; & sic Fidei favor non militat in eo quod perjuri in causa hæresis admittantur, sed in eo quod in causa hæresis testimonii correctio non repellatur, intervenientibus conjecturis relatis.

De Testibus cogendis.

Tit. XXI.

Cap. Pervenit IV.

1 Ad *num.2.* Quod appellatione instrumentorum testes continentur, ultra citatos in collect. docent Ioan. Bapt. Azin. *in praxi*, §.12. *cap.4. num.5. & in tract. de execut. in princip. cap.21. num.2. cum seqq.* Azeved. *l.1. num.12. tit.6. lib.4. Recop.* Surd. *consf.71. num.6. & decis.144. num.12.* Cardin. Tusch. *pract. conclus. lit. I, concl.135. num.9. & lit. P, concl.771. num.2.* Sigism. Scacc. *de judic. lib.2. cap.11. n.7.* Ego ipse *de appellativa verborum utriusque juris signific. appell.115. n.4.* me citato novissimè Pareja *de universa instrum. edit. tit.1. resol.2. n.11.* ubi *num.12.* quod verum, & sine difficultate procedere ait quando in testibus, & instrumentis est eadem ratio.

De Fide instrumentorum.

Tit. XXII.

Summarium.

1 *Instrumenti exemplum non solemniter sumptum, fidem non facit absque originali.*

2 *Exemplum scripturæ ex temporis antiquitate non fit solemne, nisi illa excesserit centum annos.*

3 *Princeps supremus non potest efficere, ut exemplo fides adhibeatur.*

Cap. Si scripturam I.

1 Ad *num.2.* Quod exemplis instrumentorum nulla fides est adhibenda in judicio, probat *hic text.* & concordant alia jura *in l.1. & 2. ff. hoc tit. l. si quæ, l. Pomponius, ff. famil. herciſc. l.2. & fin. ff. quemadmod. testam. aper. Auth. si quis in aliquo, C. de edendo, l.3. C. de divers. rescript. l. contractus, C. hoc tit. l. Castel.44. & 114. tit.18. p.3. l.2. tit.14. p.6.* exornant Mascard. *de probat. concl.711. n.1. cum seqq.* Padil. *in l.3. n.1. cum seqq. C. de divers. rescript.* Menoch. *consil.732. n.1.* Parlador. *rerum quotid. lib.2. cap. fin. p.1. §.12. limit.2.* Morl. *in emporio juris, p.1. tit.12. sub hoc tit. q.1.* Steph. Gratian. *discept. forens. c.859. n.1.* Nicol. Genoa *de scriptura privata, lib.1. q.16. n.12.* ubi *n.15.* ampliat etiamsi juvans se tali exemplo esset persona valde privilegiata, utpura Ecclesia, vel fiscus, latè Pareja *de universa instrum. edit. tit.1. resol.3. §.3. à n.3.* Noguerol. *alleg. juris tom.1. alleg.25. n.306.*

Licèt antiquitas hunc defectum non suppleat, ut tenet Rota coram Gregor. XV. *decis.293.* & exemplum scripturæ ex temporis diuturnitate non fiat solemne, nec fide dignum, ut censuit eadem Rota *decis.187. n.12. & 13. p.5. recent.* maximè cùm possint confici instrumenta quæ antiqua videantur in data, cùm tamen recenter scripta fuerint. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.554. n.38. & 41.* Rota *decis.681. n.1. vers. & licet, p.3. recent.* & coram Gregor. XV. *decis.393. n.3. & 5.* Nihilominus si constet ab antiquo jam tempore excedente centum annos tale instrumentum fuisse exemplatum, illi fidem adhibendam esse resolvunt Padil. *in d. l.3. n.13.* Cov. *pract. c.21. n.6. vers. sed & propter,* Mascard. *conclus. 711. n.81. & seq.* Menoch. *consf.924. n.29.* Molin. *de primog. lib.3. cap.13. num.49.* alter Molin. *de Iustit. tract.2. disp.638. n.3.* ubi dicit verum quando alia adminicula pro ejus fide assistunt, Castill. *controv. lib.2. cap.16. n.16. cum seqq.* Christoph. de Paz *de tenuta, cap.26. n.17.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap.268. n.3.* Et ideo exemplis confectis ultra centum annos, in quibus de notariatu Notarii exemplantis, & ejus itidem, qui originale confecit, non constat, licèt ab adversa parte negetur, fides omninò adhibenda est propter probationis alterius difficultatem, Mascard. *concl.1097. ex num.12.* Azeved. *l.1. num.140. tit.21. lib.4. Recop.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c.554. num.35. cum seqq.* Rot. *decis.390. num.4. p.4. recent.* ubi agens de instrumentis antiquissimis excedentibus metam centum annorum, aut quæ recognitione non indigent, & quod regulariter soleat remitti recognitio ob difficultatem inveniendi testes illius ætatis, qui de notariatu deponant, refert Pareja *d. resol.3. §.3. n.59.* 2

Ad *num.6.* Quod Princeps supremus non possit efficere ut exemplo fides adhibeatur, ultra citatos *in collect.* docent Mascard. *d. concl.711. n.14.* Steph. Gratian. *d. cap.856. num.10.* 3

*num.*10. *& seq.* Nicol. Genoa *de scriptura privata, lib.*1. *q.*16. *n.*13. *&* 14. Pareja *d.* §.3. *num.*133. ubi *n.*134. id intelligit cum suprà citatis procedere de potestate Principis ordinaria, secus de absoluta, latè Anguian. *de legib. lib.*1. *controvers.* 6. *à n.*15. ubi *num.*19. respondet communem,& textum *in praesenti* procedere & intelligendum esse ubi Papa, vel alius Princeps supremus procedit secundùm leges, & regulas Iuris communis, quas in judicio & causis dicendis regulariter observat, *cap. in causis, de re judic.*

SUMMARIUM.

1 *Scripturae privatae fides adhibenda non est.*
2 *Scriptura privata etiam manu Iudicis scripta nullam fidem facit.*
3 *Scriptura omnis regulariter praesumitur privata, & non publica.*
4 *Scriptura privata plenè probat adversùs illum, qui eam scripsisse fatetur.*
5 *Scriptura privata recognita mandatur exequutioni.*
6 *Scriptura privata ex archivo publico desumpta plenè probat.*
7 *Scriptura privata ex partium conventione fides adhibenda.*
8 *Scriptura privata in judicio producta probat, si contra eam nihil à parte oppositum sit.*
9 *Scriptura privata in actis judicii reperta plenè probat.*
10 *Scripturae privatae, sive schedulae relictae apud aliquem fides adhibetur ex relinquentis consensu.*
11 *Scriptura privata trino teste munita plenè probat.*

CAP. Scripta II.

1 AD *num.*2. Quod scripturae privatae nulla est fides adhibenda, ultra citatos *in collect.* docent Rebuff. *cons.*4. *n.*25. Burg. de Paz *cons.*19. *num.*84. Achil. Pedrocha *consilio* 31. *num.*125. *vol.*2. Marc. Ant. Eugen. *cons.*8. *num.*85. Ioan. Bapt. Costa *cons.*1. *n.*92. *vol.*1. Lancell. Gallia *cons.* 91. *n.*1. Menoch. *cons.*178. *num.*10. *&* 51. *& cons.*807. *n.*32. Valasc. *cons.*177. *n.*1. Amat. Roder. *de exequut.c.*1. *art.*2. *n.*3. Rot. *decis.*515. *n.*2. *part.*5. *recent.* latè Pareja *de universa instrum. edit. tit.*1. *resol.* 3. §.5. *à num.*2. & allegat *l. nuda, ff. de donat. l. instrumenta, l. exemplo, & l. rationes, Cod. de probat. Auth. si quis, in fine, C. qui pot. in pignor. hab.* quorum decisiones transcriptas adinveniri asserit, *l.*119. *&* 121. *tit.*18. *part.*3. ubi Gregor. Lop. Additque idem 2
Pareja *citato loco, num.*9. scripturam privatam etiam manu Iudicis scriptam nullam constituere probationem, *& num.*11. quod omnis 3
scriptura regulariter praesumitur privata, & non publica, *& num.*12. quod scriptura privata etiam ad utilitatem fisci non probat, *& num.*15. quod etiam non probat favore piae causae.

Ad *num.*4. Quod scriptura privata ple- 4
nè probat adversùs illum, qui eam scripsisse fatetur, & recognoscit, probant *l. Publia, §. fin. ff. depositi, l. cùm de indebito, ff. de probat. l. scripturas, in* 1. *resp. C. qui pot. in pign. hab. Auth. contrà qui propriam, C. de non numerat. pec. d. l.*118. *&* 119. *tit.*18. *p.*3. ubi Gregor. Petr. Gilchen. *in l. instrum. n.*4. *C. de probat.* Mascard. *de probat. concl.*109. *n.*1. *&* 2. *& conclus.* 111. *num.*20. Sigism. Scacc. *de judic. lib.*2. *cap.*11. *num.*33. Nicol. Genoa *de scriptura priv. lib.*1. *q.*4. *à num.*84. *usque ad num.*122. In omni enim negotio generale est quod scriptura privata contra ipsummet scribentem, ac in ejus praejudicium probationem plenam inducat, ut *in d. l. Publia, §. fin. & in l. generaliter, C. de non numerat. pecun.* Decian. *consil.*30. *n.*22. *vol.*1. Flamin. de Rubeis *cons.*38. *num.*7. *vol.* 2. Aldovin. *consil.* 73. *num.* 5. Farin. *consil. crimin.* 25. *numero* 11. Bellon. *Genuens. decis.* 12. *num.* 6. *& decis.* 13. *n.* 29. *& decis.* 126. *num.* 1. *& decis.* 186. *num.* 3. Hieron. de Laurent. *Avenion. decis.* 146. *n.*1. Magon. *Lucensi decis.* 5. *num.* 18. Thom. Trivisan. *Venet. decis.*60. *num.*7. *lib.*1. Sigism. Scacc. *dict. cap.* 11. *num.* 70. Genoa *dict. quaest.*4. *ex num.* 122. *usque ad num.* 150. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 951. *ex num.*1. ubi hoc procedere sine dubio affirmat, maximè stantibus adminiculis, quae ibi refert.

Ad *num.*5. Quod de jure Regio Castel- 5
lae *in l.*5. *tit.*21. *lib.*4. *Recopilat.* exequutioni mandatur scriptura privata recognita, ultra citatos *in collect.* referunt & notant Perez *l.*5. *tit.* 8. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 643. Cur. Philip. *part.*1. §.17. *num.*36. Amat. Roderic. *de exequut. lib.*1. *art.*2. Genoa *d. q.*4. *ex num.* 225. latè Ioseph. Vela *dissert.*24. *ex num.* 1. ubi testatur apud alias Nationes hoc idem esse in usu, Pareja me citato, *de universa instrum. edit. tit.*1. *resol.* 3. §.5. *n.*24.

Ad *n.*12. Pro exornatione conclusionis, 6
quod scilicet scriptura privata ex archivo publico desumpta plenè probet, adde text. *in l. census, ff. de probat. & in Auth. ad haec, C. hoc tit.* gloss. celebrem per text. *ibi, in cap. ad audientiam, de praescript.* Nicol. Genoa *de privata scriptura, lib.*1. *quaest.*1. *dub.*1. *& lib.*5. *in initio,*

initio, ubi cum Cephalo *conſ.*931. *num.*27. *cum ſeqq.* ſubdit hoc veriſſimum eſſe ſi privata ſcriptura ex archivo publico deſumpta ſit antiqua, & habeatur pro publica, interque alias publicas inveniatur, & in archivo non fuerint repoſitæ niſi publicæ, & authenticæ, & pro talibus habitæ, & ab officiali publico, hoc eſt, ab archiota cuſtoditæ, & refert Pareja *d.* §.5. *n.*43.

7 Poſt *num.*13. Septimò limita quando expreſsè partes conveniunt in judicio, ut ſcripturæ privatæ inter eas confectæ de aliquo contractu ſive negotio fides adhibeatur, ut per Marſil. *in repet. Cod. de probat. num.*299. *cum ſeqq.* Mench. *lib.*2. *controv. uſufreq. c.*29. *num.*1. *& ſeq.* & Rebuff. *ad leges Galliæ, tract. de chirographorum, & cedularum recog. n.*40. Nicol. Genoa *d. lib.*1. *q.*4. *ex n.*32. *uſque ad n.*54. Valaſc. *de jure emphyt. q.*7. *n.*14. Amat. Roder. *de exequut. c.*1. *art.*2. *ex n.*5. Pareja *d.* §.5. *n.*18.

8 Octavò limita quando contra ſcripturam privatam in judicio productam nihil eſt oppoſitum à parte contra quam producitur, quia tunc cenſeretur ab eo approbata & veritatem continere, ut per Paul. Granut. *theorem.* 15. *n.*24. Simon. de Prætis *conſ.*129. *num.*19. *vol.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 1300. *n.*17. Surd. *deciſ.* 199. *n.*8. Mar. Antonin. *var. reſol. lib.*1. *reſol.*58. *n.*7. Genoa *d. quæſt.*4. *num.*210.

9 Nonò limita quando in actis judicii eſt reperta, quia tunc publici documenti auctoritatem ſibi uſurpat, ut poſt multos à ſe relatos reſolvit Pareja *d.* §.5. *num.*31. ubi *num.*32. intelligit dummodo in actis adinveniatur regiſtrata, & foliata, & à tergo dies præſentationis ſit adhibitus per Tabellionem, aut Notarium.

10 Decimò limita eo caſu, quo teſtator dixerit, Volo quod hæres meus det illud quod ſcriptum eſt in ſchedula, quam reliqui apud Guardianum Fratrum Minorum, quia ſi ex ea apparuerit certam quantitatem per teſtatorem fuiſſe relictam, ex ipſa ſcriptura, quanvis privata, quantitas probaretur, & valebit relictum, dum tamen ad probationem per comparationem litterarum, & de manu, ſeu voluntate teſtatoris fuiſſe confectam legatarius oneretur. Ita Bart. *in l. ſi ita ſcripſero* 38. *ff. de conſtit. & demonſtrat.* quem referunt & ſequuntur Menoch. *conſ.* 176. *num.* 6. Caſtill. *controverſ. lib.* 4. *cap.*20. *n.*28. *cum ſeqq.* Pareja *d. tit.*1. *reſol.*3. §.5. *n.*61.

11 Vndecimò limita in privata ſcriptura trino teſte bonæ opinionis ac famæ munita, quæ non ſolùm probationem habere paratam dicitur, verùm etiam chirographarius creditor præferendus venit creditoribus nitentibus publico inſtrumento poſteriori quoad pignus, & hypothecam contentam in dicta privata ſcriptura, juxta text. *in l. ſcripturas* 8. *C. qui potiores in pign. hab. l. Caſtell.*31. *tit.*13. *part.*5. vide Covar. *pract. c.*22. *ex num.*5. Tob. Non. *conſ.*70. *ex n.*2. Roland. à Valle *conſ.* 84. *ex n.*2. *vol.*3. Petr. Caball. *conſ.*121. *ex n.*3. Vincent. de Franch. *deciſ.*96. *num.*6. *cum ſeqq.* Bellon. *deciſ.* 13. *ex num.*31. Cæl. Barz. *Bonon. deciſ.*21. *num.*11. Magon. *Florent. deciſ.* 122. *ex num.*9. Marta *voto* 53. Thom. Triviſ. *lib.*1. *deciſ.*4. *num.*9. Morl. *in emporio juris, p.*1. *tit. de fide inſtrum. q.*3. Mathienz. *l.*7. *gloſſ.*5. *n.*12. *tit.*16. *lib.*5. *Recopilat.* Scacc. *de judic. lib.*2. *cap.* 11. *ex num.* 990. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*537. Amat. Roder. *de concurſu creditor. p.*2. *art.*1. *ex n.*12. Ioſeph. Vela *diſſert.*21. *ex num.*17. ubi *n.*21. ait chirographum munitum ſolemnitatibus *d. l. ſcripturas*, reſpectu hypothecæ, & pignoris publico inſtrumento æquiparari, adeò ut ſi illud ſit anterioris datæ, inſtrumento veniat præferendum.

Cap. Cùm dilectus IX.

AD *num.*5. Quod conſuetudine introduci poteſt ut plena fides privatæ ſcripturæ adhibeatur; ultra citatos in collect. tradunt Covarruv. *practic. cap.*22. *num.*8. *in fine*, Decian. *conſil.* 22. *num.* 10. *volum.* 3. Pancirol. *conſ.*57. *num.*4. Menoch. *conſ.*787. *num.*5. Maſcard. *de probat. concluſ.*111. *n.*12. *& concluſ.* 973. *num.*2. Nicol. Genoa *de privata ſcriptura, lib.* 1. *quæſt.* 4. *ex n.*200. me citato *in hoc loco*, noviſſimè Pareja *de univerſa inſtrum. edit. titulo* 1. *reſolut.*3. §.5. *num.*62. 1

SVMMARIVM.

1 *Relatio Principi facienda debet eſſe vera, clara, & ſpecificè facta.*

2 *Narratio debet fieri in ſpecie, & non in genere, ubi requiritur notabilis expreſſio, quæ retardare poſſet Principem à concedendo.*

3 *Expreſſio facta ſub involucro verborum reſcriptum vitiat.*

4 *Generalitas obſcuritatem parit.*

5 *Princeps debet habere integram omnium notitiam, & ſpecificè illa ſcire, & de ſingulis bene eſſe inſtructus.*

6 *Scire in genere rem geſtam non ſufficit, niſi*

nisi quis sciat rem sic gestam cum integra notitia omnium qualitatum.

7 *Scire propriè ille censetur, qui ita instructus est, ut falli non possit.*

8 *Sciens rem, vel actum, & ignorans ejus causam, & circumstantias rei, vel actui convenientes, non habetur pro consentiente, sed ignorante.*

Cap. Quod super his VII.

1 POst *n.*4. Ad gloss. *verb. carere.* Nota re-
lationem Principi faciendam debere
esse veram, claram, & specificè factam, ut
2 per Bald. *hic, n.*1. & 4. Narratio enim debet
fieri in specie, & non in genere, ut requiri-
tur notabilis expressio, quæ retardare posset
Principem à concedendo, ut per Abb. *in
cap. in nostra, num.*4. *de rescript.* Grammat.
3 *decis.*36. *num.*18. & 19. Rip. *in cap. ad aures,
num.*15. *de rescript.* ubi dicit quod expres-
4 sio facta sub involucro verborum rescri-
ptum vitiat, sicut omnimoda taciturnitas.
Generalitas enim obscuritatem parit, *l. Ti-
tia textores, ff. de legat.* cum aliis adductis à
Tiraq. *de retractu lign.* §.36. *gloss.*2. *ex n.*35.
Vnde pulchrè ad propositum dixit Aym.
*cons.*68. *n.*10. ibi: *Iste impetrans similis fuit infirmo, seu vulnerato, qui chirurgo vulnus detegere noluit, & ob id mortuus est: detegere enim debebat impetrans vulnus omne Principi, idest omnia obstantia ipsi impetrationi, ita quod appareret de voluntate rescribentis, & eum intellexisse rem omnem clarè, & specificè, aliàs non intelligitur dispensasse, sicut Medicus non providet infirmitati, quæ tacetur, aut chirurgus vulneri non medetur quod ignorat, & ita arguit Bald. cons.* 204. *Longum thema, in finalibus verbis, lib.*3. *per multa jura quæ citat,* &c.
5 Et debet Princeps habere integram omnium
notitiam, & specificè illa scire, ac de singulis bene esse instructum, *l. purè*, ibi: *item de singulis instruere, ff. de fideicommiss. libert. l. atqui natura, §. Scævola, ff. de negot. gestis, l. cùm servus, ff. de condit. & demonstrat. Clem. causam, §. fin. ubi gloss. verb. plena & certa, de elect.* Ozasch. *decis.*39. *num.*4. ibi: *Quia cùm relatio eo modo non fiat, quo possit specificè sciri quid in ipso instrumento contineatur,* &c. Anton. Natt. *consil.* 636.
6 *num.*192. *vol.*3. ubi propterea subdit quod
non sufficit scire in genere rem gestam, nisi quis sciat rem sic gestam cum integra notitia omnium qualitatum. Surd. *cons.*150. *num.*125. & 126. adjiciens quod non sufficit aliquam partem explicitè, aliam perfunctoriis verbis significare, argum. text. *in l. qui libertatis, §. sicuti, ff. de eviction.*

& ut inquit Franc. Vivian. *decis.* 417. *n.*16. 7
ille censetur propriè scire qui ita instructus est, ut falli non possit, Carol. Bardellon. *consil.*25. *num.*16. *cum seqq.* ibi, *Quare quisquis se existimat scire quod nescit, pro vero approbat falsum, quod est erroris proprium, cap. quisquis, 38. distinct.* Idem Viv. *decis.*407. *num.*48. Et nemo putatur aliquid scire nisi habeat plenam scientiam rei, vel actus cum omnibus circumstantiis, & qualitatibus exploratam, adeò quod perfectè res intelligatur, Cravet. *consilio* 197. *num.*14.

Hinc dicimus quod sciens rem, vel 8
actum, & ignorans ejus causam, & circumstantias rei, vel actui convenientes, non habetur pro consentiente, sed ignorante, & ejus consensus nihil obest, quia in totum omnia, quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi vera, & de certa scientia perfici possunt, & meritò scientia actus confusa, & in genere non nocet, sed debet esse specifica, & determinata, aliàs dicitur nescire, maximè in præjudicialibus, in quibus scientia exquisita cum omnibus suis qualitatibus requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Tabellio si morte præventus non potuit conficere instrumenta, qualiter alius ea traducere debeat? ostenditur.*

2 *Citatio partis in exemplatione requiritur.*

3 *Citatio generalis quando debeat fieri per edictum in exemplatione instrumenti.*

4 *Citatio non requiritur quando exemplatio fit per eumdem Notarium qui de originali fuit rogatus.*

5 *Citatio partis non requiritur in exemplatione facta de ejus consensu, & approbatione.*

6 *Instrumenta si exemplentur in partibus virtute litterarum compulsorialium, an sufficiat citari procuratorem in Curia.*

Cap. Cùm P. Tabellio XV.

POst *n.*1. Probat hic text. quod si Tabel- 1
lio morte præventus non potuit conficere instrumenta, quæ in nota redacta fuerunt ab eodem, alius tabellio, servatis solemnitatibus, quæ hîc desiderantur, poterit illa traducere, & in publicam formam

 reducere,

reducere, quæ fidem facient, ac si essent originalia, ut per Rebuff. *in l.notionem*, §. *instrumentorum*, *ff. de verbor. signif.* Guid.Papæ q.2. Menes. *in l.3. n.5. C. de divers. rescript.* Cov. *pract. c.21. n.3.* Mascard. *de probat. conclus.711. n.76.* Affl. *decis.6. n.7.* Peregrin. *cons.54.* Steph. Gratian. *Marchiæ decis.167.* novissimè Pareja *de universa instrum.edit.tit.1. resol.3. §.3. n.119.*

2 Ad *num.3.* Nota in exemplatione citationem partis adeò requiri, ut instrumenta hujusmodi exemplata præjudicium generent solùm his, qui exemplationi interfuerunt, & eorum successoribus, aut hæredibus, aliis verò minimè. Ita Felin. *in cap.quoniam contra, de probat. n.50.* ubi Dec. *num.51.* Mohed. *decis.2. sub hoc tit.* aliàs 263. *per tot.* Put. *decis.165. n.4. lib.1.* Covar. *pract. cap.20. num. fin. & c.21. n.5.* Christoph. de Paz *de tenuta, c.26. n.64. cum seqq.*

3 Ibid. *ibi*, requiritur generalis citatio per proclama. Et bene, quia quando exemplatio fit ad instantiam alicujus, qui non suspicatur sibi aliquos futuros adversarios, tunc debet fieri citatio generalis per edictum, ut præter citatos *in collect.* tenent Alex. *consil.112. n.1. lib.4. & cons.150. num.4. eod. lib.* Steph.Gratian. *discept. forens. c.577. ex n.24. & cap.859. num.4.* Pareja *d. tit.1. resol.3. §.3. num.125.*

4 Ibid. *in vers. tertiò in exemplatione instrumenti facti per eundem, qui illud rogavit.* Idem tenent Mascard. *d. concl.711. num.22.* Lud. Posth. *in tract. de manut. observat.99. num.8. cum duobus seqq.* Pareja *d. tit.1. resol. 3. §.3. n.128.* resolventes citationem non requiri quando exemplatio fit per eundem Notarium, qui de originali fuit rogatus, aut actorum magistrum, seu successorem in officio, quia utraque scriptura procedit ab eadem auctoritate ejusdem Tabellionis, & originale potius quàm exemplum dici valet instrumentum ab ipsomet Notario protocolli auctore levatum, ex Mascard. *d. num.711. n.36.* Menoch. *de arbitr. casu 213. n.9. & 10. & de præsumpt. lib.6. præsumpt.15. n.8.* Surd. *cons.141. num.19. & cons. 173. n.109.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap.187. n.13.* Farin. *fragm. crim. p.2. lit.I, n.23.* Rota *decis.135. n.6. p.1. recent.*

5 Ibid. *in vers. Quintò*, in exemplatione facta in præsentia partis adversæ, vel de ejus consensu & approbatione, ut per Covar. *d. c.21. n.5. vers. poterit tamen*, Aym. Cravet. *cons.411. num.9. vers. vigesimò respondeo*, Mascard. *d.concl.711. num.27. & 31.* Menoch. *cons.924. num. 28.* Pareja *d. resolut. 3. §.3. num.87.* Vel legitimè interpellatæ ad videndum extrahere, & exemplare instrumentum, exemplationi non contradicit, Menoch. *de præsumpt. lib.2. præs. 46. num.1. 2. & 19.* Mascard. *concl.1300. num.18.* Gonz. *ad reg.8. Cancel. gloss.64. num.22.* Greg. XV. *decis.292. num.3.* ubi Beltramin. *in annot. n.6.* Ludov. Post. *in tract. mandati de manuten. observ.98. ex n.1.* Rot. *decis. 581. num.1. p.2. recent.* Pareja *d. §.3. num.88.* ubi *num.89.* testatur practicam inolevisse, quod instrumenta exemplata in partibus virtute litterarum compulsorialium, & Procuratore in Curia citato, qui tamen, aut ejus principalis assistere nequivit, plenam fidem mereantur, & nihil contra ea opponi possit, nec alia citatione opus esse: & *num.91.* id absque dubio procedere ait quoties Procurator, aut principalis in Curia interpellatus, aut nominat Procuratorem in partibus, qui exemplationi assistat, & ipse non interfuit, nec adinveniri potuit, ut interesset, aut nihil respondet, & citat Seraph. *decis.400. num.2. & 3.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c.268. n.58. & c.736. à num.28.* 6

Cap. Si instrumenta XVI. & fin.

IN text. ibi, *propter vetustatem*, &c. licèt ut exemplum probet, traductio auctoritate Iudicis, & citata parte requiratur, ut per Felin. *hic*, *num.6.* Covar. *pract. cap.21. n.3. & 4. vers. tertiò exigitur ad solemnem exemplationem*, Marant. *de ordine judic. p.6. tit. de actor. edit. n.4.* Mascard. *de probat. concl.711. num.19.* Menoch. *cons.732. n.6. vol.8.* Christoph. de Paz *de tenuta*, *cap.26. num.16.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c.268. num.12. & c.577. ex num.24. & cap.859. num.3.* ubi & citationem & mandatum Iudicis requiri ait simul, adeò ut unum sine alio nihil proficiat, quos refert & sequitur Pareja *de universa instrument. edit. tit.1. resolut. 3. §. 3. num.120.* Nihilominus tamen quando instrumenta sunt vetustate collapsa, ut in hoc textu, & periculum est in mora exemplationis, quia fortè possent dirui, & ne tunc pereat probatio, quæ ex eis resultare posset, tunc sine citatione possent exemplari, ut per Innoc. *hic*, *num.4.* Mascard. *d. concl.711. num.20.* Pareja *d. §.3. n.123.* Rot. *decis.314. num.3. p.3. recent.* 1

De

De Præsumptionibus.

TIT. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Pœna ordinaria delicti nunquam puniri potest is, cujus delictum probatur violentissimis indiciis.*

2 *Iudex procedens ex præsumptionibus debet multùm sententiam suam attemperare.*

3 *Sanctius & securius est impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare.*

4 *Casus mirabilis, qui obvenit annis transactis, narratur.*

CAP. Afferte II.

1 AD *num.7. in fine.* Nunquam pœna ordinaria delicti puniri poterit is, cujus delictum probatur violentissimis indiciis, & præsumptionibus, quas dicunt Iuris, & de jure, quia divinationes sunt, ut per text. *in l. absentem, vers.1. de pœnis,* docent Tiraquel. Sarmient. & Menoch. *locis in collect. citatis*, quibus addo Anton. Gom. *variar. tom.3. cap.12. num.25. & l.74. Tauri, num.29.* Navar. *in cap. quis autem, num.105. de pœnit. dist.7.* Palat. Rub. *in tract. de hæresi,* §.11. Grammat. *decis.42.* Bernard. & Salzedo *reg.370.* Mathienz. *in dialog. Relatoris, p.3. cap.30. num.5.* Plaz. *de delict. c.14. num. 3.* Gratian. *reg. 374.* Duen. *reg. 303. limit.11.* Simanch. *de Cathol. institut. tit.50. num. 21. & in enchirid. violatæ Relig. tit.40.* Farin *in praxi crimin. part.1. quæst.36. n.52. & part.3. quæst.86. num.56.* latè Morl. *in emporio juris, part.1. tit.12. de variis quæstionibus, quæst.1. per tot.* Iacob. Garc. Villalpando *in l.22. in lect. §.10. num.7. tit.1. part.7.* Torrebl. *de jure spirit. lib.6. c.7. num.43.* ubi dicit hunc mitiori pœna, putà exilii, vel
2 pecuniaria damnandum, quia Iudex procedens ex præsumptionibus, debet multùm sententiam suam attemperare; nam potest esse quod licèt violentissima adsint indicia, innocens nihilominus quis sit de illo crimine, & mortis pœnam injustè subeat, & ideo mitiori pœna sunt præsumptiones hujusmodi purgandæ.

3 Ratio etiam potest esse, quia sanctius & securius est impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari, ex gloss. & Bart. *in d. l. absentem*: tum quia in causis criminalibus probationes meridiana luce clariores esse debent, cùm tractetur de vita & fama rei, ex *l. singulari, C. de pœn. l. fin. C. de probat.* Non obstant text. *in Auth. si quis ei, C. ad leg. Iul. de adulter. & in l. fin. C. de accusat. & in c. cùm in tua diœcesi, de usur. & in c. cùm contumacia, de hæret. in 6. & in c. de hoc, de simon.* Ex quibus juribus videtur colligi violentam præsumptionem sufficere, ut quis pœna ordinaria delicti puniatur: quia unico verbo ad omnia respondetur, videlicet quod in illis sunt præsumptiones inductæ à lege, & ita sunt pœnæ legales, ut per Mathesil. *sing.118.* Thom. Grammat. *decis.42.* Anton. Gom. *d. tom.3. cap.12. n.25.* quos refert & sequitur Morla *d.q.1. n.12.* Et tandem *n.16.* concludit non posse Iudices, quanvis aliorum adsint exempla, reum propter solas præsumptiones, & indicia etiam gravissima condemnare, nisi velint præcipites eò agi & deferri unde exitum nullum reperiant. Caveant ergo Iudices, prosequitur, sententias hujusmodi temerè proferre, si conscientiæ suæ benè consultum volunt: nam aliter diu noctuque conscientiæ stimulis agitabuntur, eosque furiæ, ut dicebant Poëtæ, terrificis somniis & tædis ardentibus perterrebunt: nihil enim est animi tranquillitati magis contrarium, quàm non posse ob aliquam erroris admissi suspicionem quiescere, in quam ut incidant necesse est illi, qui sententias ordinariam pœnam delicto imponendo absque teste oculato, vel rei confessione ferunt, solis præsumptionibus, & indiciis adducti.

Paucis ab hinc annis in civitate Vlyssiponensi fuit quidam captus & diffamatus, 4
quod sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum de quadam Parochiali illius civitatis Ecclesia surripuerit; cumque tractu temporis violentissima contra illum indicia non pauca insurgerent, ex illis condemnatus fuit, ut abscissis manibus ad palum alligatus vivus concremaretur: sustinuit homo iste fortiter supplicium, crimen semper abnegans, & tandem mortem hanc subiit infamem: deinde tribus, vel quatuor elapsis annis in civitate Auriensi quidam famosus latro natione Gallicus, ad furcam propter latrocinia per eum perpetrata condemnatus fuit, & cùm ad patibulum duceretur, videns se morti proximum, alta voce confessus est se fuisse hominem illum sacrilegum, qui occasione argenteam pyxidem furandi, illam in dicta Ecclesia cum sanctissima Hostia diripuerat, aliumque hominem, qui vivus fuerat igne consumptus, omni culpa caruisse, suppliciumque illud innocentem sustinuisse: cujus confessionis in postrema vitæ hora factæ publica

instrumenta tam ab Ecclesiastico, quàm à sæculari Iudice non sine omnium admiratione confecta fuerunt; quod narrare volui ut inde omnes Iudices conjectari possent quàm difficile sit ex his præsumptionibus, quæ divinationes sunt, quid certum proferre. Et similem casum narrat Morla *d.q.1. n.15.* Iudices indiciis, & præsumptionibus hominem condemnantes reprehendens & graviter increpans. Vide notata *in addit. ad d. c. omnis*, 45. *dist.*

Cap. Nullus IV.

1 AD *n.2.* Quod contumax in dubio malam præsumitur habere causam, per hunc text. docent Alciat. *de præsumpt. reg.3. num.22. in fine*, Menoch. *eod. tract. lib.2. præs.70. à n.12.* Franc. Brun. *de indic. & tortura, n.293.* Camil. Borrel. *in sum. decis.p.1. tit.46. n.64.* quos refert Alvarez *de privileg. pauperum, & miserabil. personarum, p.2. q.65. §.1. n.150.* ubi *n.151.* Anton. Fab. *in suo Cod. lib.3. tit.1. defin.19. n.4.* subdit quod condemnatus ob contumaciam, ob malam causam condemnatus videtur.

SVMMARIVM.

1 *Delicta non præsumuntur in homine sene, qui in juventute maturum, & honestum se exhibuit.*
2 *Malum non est præsumendum de illo qui bene vixit.*
3 *Boni qui antea fuerunt, nunc quoque tales esse, ac in futurum fore videri debent.*

Cap. Cùm in juventute XV.

1 COllige ex textu delicta non præsumi in homine constituto in dignitate, litterato, & sene, qui in juventute maturum, honestum, & providum se exhibuit, concordant *c. quia sunt*, 28. *dist. c. miramur* 61. *dist. c. in nostra, vers. nos verò, de procuratorib. c. sacro*, ibi, *maximè si laudabilis opinionis existat, de sent. excomm.* docent Mexia *ad leg. Toleti, p.1. fundam. 10. n.13.* Cardos. *in praxi Iudicum, verb. delictum, n.6.*

2 Malum non est præsumendum de illo, qui bene vixit, nam ex vita retrotransacta præsumitur etiam de præsenti, *l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re militar. c. mandatum, hoc tit.* Alciat. *in l. si quis ex argentariis, §. fin. per illum textum, ff. de edendo.* Felin. *in cap. cùm in jure peritus, de offic. deleg.* Hippol. *consil.77. num.11.* Menoch. *de præsumpt. lib.3. præsumpt. 19.* Azeved. *cons.40. num.67.* 3
Tiraquell. *de pœnis temper. causa 51. n.156.* dicens quod qui antea boni fuerunt, & probi, nunc quoque tales esse, atque in futurum fore videri debent, adeò ut nihil quicquam, quod à bono viro sit alienum, facturi credantur, præcipuè ii, qui se diu virtutibus, & probitati addixerunt, quique cum ipsis virtutibus longo tempore versantes, uberes earum atque jucundos fructus produxerunt. Cassiod. *lib.6. epist.3.* ibi: *Si honoris alicujus est origo laudabilis, bonum initium sequentibus rebus potest dare præconium.*

Mors mala putanda non est quam bona vita præcesserit. S. Augustin. *lib.1. de civitate Dei, cap.11.* & ideo novum non est quod multi sancti viri, subitanea, vel infortunata mundo morte fuerint extincti. 4
Sanctus Simeon Stylites fulgure occisus. Sanctus Belinus à canibus in partes divisus. Gero Archiepiscopus Coloniensis, cùm putaretur à suis mortuus, vivus fuit sepultus. Scotus cùm solitus aliquando fuisset per magnum spatium elevari, & crederetur mortuus à Fratribus, qui ignorabant hunc ejus morem, illum sepulturæ mandarunt: at postea venientes ejus discipuli, scientes id sæpiùs accidere, invenerunt eum vivum fuisse sepultum, ut refert S. Bernardin. de Senis *tom.4. serm.1. de Regno Dei, inter extraordinarios, num.5.* Et de quodam sancto viro fertur inter libros studendo de repentè mortuum fuisse, digito demonstrante in aperto libro versum illum, *Iustus quacunque morte praeoccupatus fuerit, in refrigerio erit.*

De Iurejurando.

Tit. XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarii creditores compellendi sunt ad Iuramenta super usuris sibi solvendis relaxanda.*
2 *Vsuræ omni Iure prohibitæ.*
3 *Turpitudo creditoris dedit causam decisioni hujus text.*
4 *Episcopus quando possit creditorem compellere ad Iuramenti remissionem.*
5 *Ius relaxandi habens, is & retinendi jus habere non ambigitur.*

6 Obli

6 *Obligatio ex juramento soli Deo adquiritur.*

7 *Creditorem adstringere ad relaxandum juramentum, aliud profectò non est, quàm eundem compellere ut dimittat quod eo dimittente simul dimissurus Deus sit.*

8 Text. in præsenti, cum cap. debitores, hoc eodem tit. *concordatur.*

Cap. Ex administrationis I.

1 POst *num.* 1. Probat hic text. creditores usurarios compellendos esse ad juramenta super usuris sibi solvendis relaxanda: & sic agi posse ad relaxationem juramenti, cujus implementum turpitudinem continet ex parte suscipientis: concordant text. *in c.* 2. *de renunciat. & in cap. ad audientiam, de his quæ vi, & in c. significanti, de testib. & in c. ult. de testib. cogen. & in cap. debitores* 6. *& in c. cùm quidam* 12. *§. fin. & in cap. quanto* 18. *inf. hoc tit. & in cap. tuas, de usuris, & in l. Castellæ* 9. *tit.* 13 *part.* 1. *& in l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 8. *Ordin.* exornant Ant. Gom. *var. tom.* 1. *cap.* 14. *num.* 21. Cov. *lib.* 1. *var. c.* 4. *n.* 5. *vers. verùm, & de sponsalib. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 1. *& in cap. quamvis pactum, part.* 2. *§.* 3. *num.* 1. Osuald. *ad Donell. comment. juris Civil. lib.* 2. *cap.* 6. *lit. C*, Sanch. *de matr. lib.* 1. *disp.* 32. *num.* 18. *& in præcepta Decalogi, lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 28. *& cap.* 19. *numer.* 1. De promissione usurarum jurata, vide Cened. *ad Decretal. collect.* 78. Gutier. *de juram. confirm. part.* 1. *cap.* 2. *& part.* 3. *cap.* 17. Anastas. Germon. *de sacrorum immun. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 178. *cum seqq.* Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 149. *cum seqq.* Fachin. *controvers. Iuris lib.* 3. *cap.* 13. *&* 18. *& lib.* 8. *cap.* 62. Suar. *de Relig. tom.* 2. *lib.* 3. *de juram. cap.* 39. *&* 41.

2 Ratio est, quia cùm usuræ omni jure prohibitæ sint, ut dixi *ad c.* 2. *num.* 2. *de usur.* idque non ex parte debitoris promittentis, sed ex parte creditoris accipientis, juxta communem Doctorum traditionem *in d.* 3 *cap. debitores*, turpitudo creditoris dedit causam decisioni hujus text. ut creditor à tali turpitudine retrahatur, ideóque hic ordo 4 servandus est, ut antequam adveniat solutionis dies, debitor requisito creditore ab eo petat jurisiurandi remissionem, eóque id recusante adeat Episcopum ut compellat creditorem ad juramenti remissionem, idque significat hic text. ibi, *cogatis*, *& in d. cap. tuas, de usur.* ibi, *ante solutionem.* At verò creditore differente remissionem propter perjurii periculum, tenebitur debitor solvere, quamvis eo in casu possit Episcopus juramentum remittere, *cap. cùm quidam* 12. *§. fin. d. c. quanto* 18. *cap. Quintavallis* 23. *hoc tit.* Et hæc est in dictis Iuribus communis omnium Doctorum sententia, & Theologorum doctrina super 2. 2. *quæst.* 89. *art.* 7. Sot. *de justit. lib.* 8. *quæst.* 1. *art.* 1. Cov. *in d. cap. quamvis pactum, part.* 1. §. 3. Seraphin. *de privil. juram. privil.* 39. *num.* 5. Anastas. Germon. *d. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 176. D. Barbos. *in l.* 1. *part.* 1. *n.* 77. *ff. soluto matr.*

In text. ibi, *Creditores ad juramenta super usuris sibi solvendis præstita relaxanda ecclesiastica districtione cogatis.* Ergo si constringi creditor debet ad relaxandum juramentum, palàm est jus aliquod obligationis ex juramento creditori acquiri; qui enim jus habet relaxandi, cum & retinendi jus habere non ambigitur, quippe relaxatio præsupponit vinculum relaxabile, *l. decem, ff. de verb. oblig. cap. ad dissolvendum, de desponsat. impub.* Sed hanc oppositionem nihil obesse existimat Lælius Mancin. *disquisit. genialium & anniversariarum Iuris disput. cent.* 3. *c.* 214. *pag.* 521. dicens quod obligatio ex juramento soli Deo acquiritur, sed ad favorem hominis, cui juratur; unde fit ut remittente homine, remittat & Deus. Igitur creditorem adstringere ad relaxandum juramentum, aliud profectò non est, quàm eundem compellere, ut dimittat quod eo dimittente simul dimissurus Deus sit. Ita fit ut relaxatio vinculum supponat, quo Deo religemur, non homini, sed laxante homine, laxet quoque Deus. Quid enim tunc probetur juramento, si nihil pro se probari creditor velit? Aut si nihil est, quod probari jurejurando debeat, an non tunc cessare etiam juramentum oporteat, & cum eo Religionem quoque, seu obligationem Religionis? Alius fortasse dixerit suppetere creditori jus, non quidem agendi contra reum quasi obligatum, sed conquerendi, aut querelandi adversùs jurantem uti perjurii reum, cùm ejus intersit, periurium non admitti, aut Evangelicè denuntiandi, ad præscriptum *cap. novit, de judic.* hoc itaque esse quod usurarius creditor relaxare iubetur *in hoc textu.* 5 6 7

8 Et quatenus creditores ad iuramenta super usuris sibi solvendis præstita relaxanda Ecclesiastica districtione compelli iubet Gregorius III. *in præsenti*, videtur contrariari dispositioni text. *in c. debitores* 6. *infr. hoc tit.* dum ibi Alexander III. definit debitores, scilicet ad solvendas usuras, in quibus se obligaverunt, cogi non debere: si verò de ipsarum solutione iuraverint, cogendos esse Domino reddere iuramentum, & cùm solutæ usuræ fuerint, creditores ad eas restituendas esse ecclesiastica severitate (si necesse fuerit) compellendos. Quid est hoc

L 4 nunc

nunc relaxari Iusjurandum oportere, nunc usuras solvi, & solutas repeti? Læl. Mancin. *d. cent.*3. *c.*216. dicit duos hos textus remedium duplex habere. Alterum priusquam dies veniat solvendæ usuræ, adiri enim potest ecclesiasticus Iudex, ejusque officium implorari, ut creditorem constringat per censuras ad remittendum juramentum de usuris solvendis præstitum. Alterum cùm dies advenerit solutionis, non enim potest debitor negare usuras quin in perjurium incidat, sed dare eas debet, & jurijurando satisfacere: postquam verò solverit, per ecclesiasticas censuras repetere eas potest. Habes valere juramentum de solvendis usuris, licèt sponsio non valeat de eisdem, uti contra leges, *l. pacta quæ contra, C. de legib.* Est enim juramentum singulare quoddam à Iure Pontificio, ut *in addit. ad d. c. debitores.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti vinculo non tenetur qui promisit, si alter ex parte sua non adimplevit.*
2 *Fidem frangenti non debet fides observari.*

Cap. Pervenit III.

1 PRo exornatione principalis conclusionis ex textu desumptæ, quod scilicet non tenetur vinculo juramenti is, qui promisit, si alter ex parte sua non adimpleverit, vide similes text. *in cap. infideles*, & ferè *per tot.* 28. *q.* 2. *& in cap. sicut* 29. §. *juramentum, hoc tit. & in l. si convenerit* 18. *ff. pro socio, & in l. cùm proponas* 21. *C. de pact.* scribentes *in cap.*1. *de treuga & pace*, Menoch. *de arbitr. casu* 326. *num.*26. Perez *l.* 1. *glos.*1. *vers. dubitatur* 3. *tit.*8. *lib.*4. *Ordin. & in l.*18. *glos.*1. *apud med. tit.*19. *lib.*8. *Ordinam.* Fachin. *controvers. lib.*9. *c.*48. Petr. Pech. *in reg. mutare* 33. *num.*5. *de regul. Iuris lib.*6.

2 Ratio autem hujus conclusionis deducitur ex illa vulgari regula, quod frangenti fidem fides frangatur eidem, *l. si convenerit, ff. pro socio, l.*4. *C. de pact.* cum aliis per me citatis *Axiom.*98. *n.*7. Tum etiam, quia juramentum sequitur naturam actus, cui adhæret, *l. fin. C. de non. numer. pec.* at is, qui contrahit sub ea mutua conditione, eáque lege obligatur, si ab utraque parte sit completa conditio, arg. text. *in l. legata* 41. *ff. de condit. & demonstr. l. si nominatìm*, §. *fin. eod. tit.* Ergo uno ex promittentibus deficiente, alter teneri non debet.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de materia hujus text. agentes.*
2 *Iuramentum de Iure Digestorum & Codicis olim accessionis vice fungebatur.*
3 *Iuramentum quando cœperit obligare, licèt actus non valeret.*
4 *Iuramento promissorio inest assertorium.*
5 *Iuramentum nihil aliud est quàm probatio.*
6 *Iuramentum de solvendis usuris cur valeat, cùm tamen usurarum promissio non valeat.*
7 *Iuramentum de solvendis usuris quomodo valeat, si peccati nutritivum est.*

Cap. Debitores VI.

DE materia & intellectu huius text. 1
præter citatos in prioribus collect. vide Cuiac. *in l. constitutionem* 20. *C. de usur.* Donel. *comment. Iuris Civilis lib.*13. *cap.* 10. *cum duobus seqq.* Anastas. Germon. *de sacrorum immunitat. lib.*3. *cap.*21. *numer.*178. Anton. Fab. *de erroribus pragmat. decade* 9. *errore* 9. *cum sequent.* Fachin. *controv. lib.* 3. *c.*13. Pichard. *in* §. *actionum* 28. *Instit. de actionib. q.*8. *n.*5. *cum seqq.*

Digestorum Iure erat iusiurandum ac- 2
cessionis vice, nec valere aliquid poterat, si actus non valeret, cui interpositum erat, *l. jurisgentium*, §. *si paciscar, ff. de pact. l. si quis inquilinos, in fin. ff. de legat.*1. *l. si quis pro eo, ff. de fidejussor.* ubi scribentes, Petr. Greg. *syntag. Iuris lib.* 50. *cap.* 5. Idque & Iure Codicis obtinebat, *l. non dubium, C. de legib.* nisi quod impedire poterat in integrum restitutionem, *l.* 1. *Cod. si adversus vendit.*

Cœpit autem iuramentum à seipso, in- 3
dependenterque (ut loqui solent) obligare, licèt actus non valeret, ex novissima Constit. Federici *in Auth. Sacramenta puberum, C. si adversus vendit.* Quod ipsum Iure demùm Pontificio firmatum fuit, quo clariùs proditum, omne iuramentum servari oportere, quod in dispendium non vergeret æternæ salutis, *cap. cùm contingat,* 4
de jurejur. cap. 2. *de pact. lib.* 6. Nam iuramento promissorio inest assertorium, cui non potest deesse materia aliqua, quæ subjiciatur, qui enim promittens iurat daturum se facturúmve aliquid, eo ipso asserit & iurat verum illud esse quod permittit, séque habere in præsens voluntatem, & propositum dandi, faciendíve, ut tenet Læl. Mancin. *de relaxat. juram. cap.*13. *n.*16. Hæc cùm

cùm satis religiosè adverterent Ethnici Legumlatores, crediderunt non posse juramentum
5 stare si actus deficeret, cui interpositum illud esset, fortè quia juramentum nihil aliud quàm probatio est, juxta ea quæ habentur apud Lœl. Manc. *fac. Iur. controv. dissert.* 4. *c.* 14. hunc autem evanescere omnino oportet, si nihil est quod probetur, sed malè; nam si actus corruat, assertio tamen non corruit, quæ probari jurejurando possit.

6 Non itaque satis mirum videri cuiquam potest, si juramentum valet de solvendis usuris, cùm tamen usurarum promissio non valeat, ut probat text. *in præsenti*; nam suam à seipso obligationem jusjurandum habet, & is qui promisit usuras se soluturum, simul asseruit verum esse quod promisit, quocirca verum eum facere oportet, quod sacramento firmavit.

7 Sed dubitare quilibet poterit, quomodo juramentum de solvendis usuris valeat, si peccati nutritivum est, neque absque turpitudine præstari etiam potest? Respondebitur valere juramentum, licèt fuerit cum peccato præstitum, si servari potest absque peccato, *cap. etsi Christus*, ibi, *& quamvis per creaturam*, &c. *inf. hoc tit.* Enimverò juramentum de solvendis usuris, & servari sine peccato potest, & præstari. Præstari, inquam, nisi debitum usurarium creditorem allexerit, alioqui non facturum, seque eo modo criminis socium fecerit: vide S. Thom. 2. 2. *quæst.* 78. *art.* 4. *in corpore*, Lœl. Mancin. *fac. Iur. controv. dissert.* 10. *cap.* 2. *num.* 22. *& disquisit. genial. ac anniversar. Iuris dispr. cent.* 3. *cap.* 211.

8 Ad *num.* 3. *in fine*. Vnde qui sub usuris pecuniam jurejurando promittit, propriæ necessitati consulere vult, atque ideo non causam, sed occasionem peccandi usuratio præstat; ideoque lex Pontificia non curat de peccato recipientis usuram ex debitoris causa, quia non est proxima, & immediata ex ipsius actus natura. Debitor enim solvere habet necesse propter juramenti Religionem, quam sibi imposuit obligationem, ut propriæ subveniret necessitati; atque ideò quanvis ipse solvere debeat, non verò tenetur creditor recipere: quod si receperit, malitiæ suæ, non solutioni debitoris imputandum est, veluti quando debitor pecuniam creditori solvit, quam scit in usus pravos consumpturum, tunc non causam, sed occasionem præbet peccati creditori, idque non venit in considerationem, quod non esset, si sponte, & absque ulla obligatione pecuniam præstaret, ut ex Sot. Cov. & Nav. interpretatur Balboa *in cap.* 1. *num.* 112. *hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Creditor ex re sibi pignorata fructus percipiens, eos in sortem principalem imputare debet, deductis expensis, aliàs usurarius erit.*
2 *Fructus pignoris lucro debitoris cedunt.*
3 Text. in præsenti, in vers. illud, *intelligitur.*
4 Cap. 1. vers. nisi fortè, de usur. *declaratur.*

Cap. Ad nostram VII.

Post *num.* 1. Probat hic text. quod creditor ex re sibi pignorata fructus percipiens, eos in sortem principalem imputare debet, deductis expensis, aliàs usurarius est. Concordant text. *in cap. ad nostram, de empt. & in cap. illo vos, & in cap. cùm contra, de pignorib. & in cap.* 1. *& in cap.* 2. *& in c. conquestus* 8. *& in cap. salubriter* 16. *de usur.* ultra citatos exornant *l. Castel.* 2. *tit.* 13. *part.* 5. *& l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 8. *Ordin. & l.* 4. *tit.* 6. *lib.* 8. *Recop.* Cujac. *in lib. singulari responsor. Marcelli, in l. Titia* 48. *ff. de solut. & lib.* 1. *responsor. Scævolæ, in l. creditor* 60. *§. si inter maritum, ff. mandati*, Donel. *in l.* 1. *&* 3. *de pignor. act.* Petr. Greg. *syntagm. juris lib.* 22. *cap.* 5. Fachin. *controv. lib.* 1. *cap.* 6. Anton. Fab. *de errorib. pragmat. decad.* 9. *errore* 5. 6. *&* 7. *& decad.* 81. *errore* 2. *in fine.* 1

Ratio est, quia fructus pignoris lucro debitoris cedunt, siquidem res pignorata tantùm datur ut jus creditoris securius sit, non verò ut aliud commodum ex illa creditor percipiat, quia dominium pignoris, tam utile, quàm directum, semper penes debitorem remanet, *l. pignus* 9. *C. de pignorat. act. leg. cùm & sortis*, *§. pignus*, *ff. eod. tit.* Vnde si creditor fructus perceptos in sortem non computaverit, usurarius erit, cùm lucrum absque usurarum labe ultra sortem principalem ratione mutui percipere non possit, & sic in sortem computari debent, cùm jam ex legitima fructuum perceptione præsumatur pecunia à debitore soluta, *cap. si fœneraveris* 14. *q.* 3. 2

Et quanvis hic text. *in vers. deinde*, creditorem fructus ex re pignorata percipere posse decidat, nihilominus dicendum est nullum hîc usuræ crimen committi, quia creditor semper fuit protestatus, se pecunia, quam mutuaverat, contentum esse; & sic fructus non auferuntur debitori, sed differuntur tantùm, dum juramentum in specifica forma adimpleatur, hoc est, donec pecunia 3

cunia numeretur;& sic usura non contrahitur, quia hæc non consistit in sola fructuum perceptione interim facta, sed in mera fructuum acquisitione; ideóque rectè Pontifex respondit illam fructuum perceptionem compensationis vitium non habere, quia de quantitate ad speciem contra partium consensum solutio non admittitur, juxta text. *in l. 2. de rebus cred.*

4 Non obstat text. *in c. 1. vers. nisi fortè, de usur.* dum probat quod si prædium ad Ecclesiam pertinens eidem Ecclesiæ sit in pignus datum, fructus ex eo percepti ad Ecclesiam pertinent, nec in sortem debent computari. Quia respondetur illius decisionem speciali de causa procedere, videlicet cùm Ecclesiæ bona, quæ beneficio Ecclesiastico deputata erant, à laico injustè detinebantur, ísque causa pignoris ipsi Ecclesiæ, seu clerico, ad quem beneficium pertinebat, tradit, quo in casu fructus sibi acquirit non ratione lucri, sed proprio jure, ut rem, quam injustè amiserat, recuperare possit, ut notat *ibi* Abb. *ad finem.*

SVMMARIVM.

1 *Promittens in fide sua, an jurare putetur.*

2 *Casus hujus text. refertur.*

3 *Iuramentum non est dicere, per fidem meam, absolutè loquendo.*

4 Text. in præsenti *intelligitur, & explicatur.*

5 *Fides est dictorum, & conventorum constantia.*

6 *Fides dicitur à fiendo, ut videlicet fiat quod fieri dictum est.*

7 *Differentia an sit aliqua si dicatur in fide, aut per fidem.*

8 *Mendoza de pactis reprobatur.*

9 *Iuramentum est si dicatur in fide Dei, vel Christi, vel Christiana.*

Cap. Ex rescripto IX.

1 POst *num.3.* In text. ibi, *qui similiter fidem præstitisse dicuntur*, &c. Controversum apud DD. est, an jurasse putetur is, qui in fide promisit sua, ut videre est per Felin. *ad rub. hujus tit. num.6. & ad cap. querelam, n.7. eod.* Gail. *lib.2. observ.61. n.1.* Surd. *decis.234. num.3.* Sanch. *de matrim. lib.7. disp.79. n.28. & in Decalog. lib.3. cap.2. num.32.* Filliuc. *in quæst. moral. tract.25. cap.3. n.88.* Suar. *de Relig. tom.2. lib.1. de juram. cap.3. n.10 & 18.* Machado *en su perfetto Confessor, lib.2. part.3. tract.8. docum.1. num.6.* Trullench. *in exposit. Decalogi, lib.2. cap.1. dub.4. num.2.* Læl. Mancin. *de relaxat. juram. cap.2. num. 3.* & latiùs *disquisit. genial. & anniversariarum Iuris disp. cent.3. c.209.*

Pro parte affirmativa videtur facere text. 2 *in præsenti*, ex quo constat quod Abbas Tremen. pro civili debito monasterii obsides dedit, qui de servanda conventione jurarunt, & ut ipsis deficientibus in eorum alii locum sufficerentur, síque neque hi quidem fidem servarent, fidejussores addidit, qui *similiter*, inquit Pontifex, *fidem præstitisse dicuntur.* At fidem præstitisse nihil aliud præterea est, quàm jurasse, sic enim Pontifex statim, *Ideoque mandamus quatenus tam Abbatem, quàm Monachos, quàm V. & uxorem ipsius* (hi duo fidejussores dati erant) *moneatis, ut sicut jurarunt, eandem conditionem faciant adimpleri.* Et hi quidem, qui fidem præstitisse paulò antè dicebantur, nunc jurasse dicuntur, quasi unum idemque sit præstare fidem, & jurare. Idem videtur colligi ex *c. ad aures, de his quæ vi, & ex c.2. de fidejussor. & ex c. constitutus, de translat. Episc. & ex c. cùm tempore, de arbit.* & *ex c. querelam, ne Præl. vices suas.*

Verùm contrarium verius est, immò 3 quod non sit juramentum dicere *per fidem meam*, absolutè loquendo, nisi aliquid addatur, quia hæc verba absolutè prolata intelliguntur de fide humana, & hic modus attestandi non est proprius Christianis, sed communis Gentilibus, atque Paganis; tum quia in dubio neminem iurasse præsumitur, *cap. pen. de jurejur.* Alciat. *in rub. hujus tit. num.5.* & jure quidem, cùm in dubiis interpretatio omnis sit pro eo, qui promittit, *l. quicquid, ff. de verb. oblig.* neque aliter intelligi verba debeant in ambigua causa, quàm ex mente, & declaratione proferentis, *l. si quis intentione, ff. de judic.* consentiunt ferè omnes suprà citati.

Neque obstat text. *in præsenti*, ut suprà 4 expensus; nam quod ait Pontifex, *qui similiter fidem præstitisse dicuntur*, quod inquam, ait *similiter*, juratoriam fidem repetit anterioribus verbis expressam in eadem paritate & facti, & modi, ut tenet Læl. Mancin. *d. tract. de relaxat. juram. c.2. n.12.* Sensus itaque est, Abbatem & fidem præstitisse, & jurasse, similitérque egisse & fidejussores, & reliquos, ut scilicet interposita fide jurarint. Sic retorquetur Pontificis auctoritas, non enim sic acciperemus, seclusa declaratione legislatoris.

Prævaluit igitur verior illa sententia de 5 qua suprà; nam fides nihil aliud ex vero est, quàm dictorum, & conventorum constantia, & veritas dicta à fiendo, ut videlicet 6 fiat, quod fieri dictum est: nemo enim tam

commu

communi loquentium, quàm audientium usu juratum sibi id putat, quod promissum in fide est, sed pro morali quadam fide recipi ab unoquoque solet, maximè cùm hunc loquendi morem fideles cum infidelibus parum habeant, ut dicebam.

7 Vnde non placet Sot. *de Iustit. lib.* 8. *q.* 1. *art.* 6. dum docuit aliud esse si dicatur in fide, aliud si dicatur per fidem, ut priori modo juramentum non sit, posteriori secus. Sed hoc nec suo quidem Auctori deinceps placuit, ut refert Suar. *d. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 11. *& c.* 13. *n.* 9.

8 Minus satisfacit quod subtiliter quidem protulit Mendoz. *disp. de pactis, lib.* 1. *cap.* 6. *q.* 3. dicens quod si promiserit Nobilis in fide sua, non est juramentum, at si ex plebe sit qui promisit, tum juratum videri asserit in fide Christi, cùm ignobilis ex propria conditione non habeat fidem; quia gratis id dictum est, cùm & plebeius affirmare aliquid se posse existimet in fide verbi, maximè si bonus vir sit.

9 Ex quibus concludo necesse esse ut sit juramentum, quod addatur in fide Dei, vel Christi, vel Christiana, quia revera ut fidei nomine significetur Christi fides, improprium est; nam plus à verbo Græco, quàm à Latinorum probato loquendi modo dicitur Christiana fides, & meliùs Christiana persuasio appellaretur, quàm fides, ut docuerunt viri doctissimi Valla, & Budæ. penes Calvin. *in suo Lex. verb. Fides.*

SVMMARIVM.

1 *Solvere cessans ob paupertatem, etiam ubi juramentum de solvendo appositum fuerit, excusatur.*
2 *Paupertas excusat à mora, à perjurio, & à pœna.*
3 *Compensationem jurans non opponere, si paupertate prematur, juramento non obstante, poterit compensare.*
4 *Infamia incurritur ipso jure propter perjurium.*

CAP. Querelam X.

1 AD *num.* 5. In text. ibi, *Non necessitate, sed voluntate,* &c. Collige ex text. cessantem ob paupertatem solvere, etiam ubi juramentum de solvendo appositum fuerit, excusari, ut per Bald. *hic, n.* 5. Covarr. *var. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 9. *vers. quoties verò*, Ioan. de Arnon. *sing.* 61. Ioan. Anton. Trigon. *sing.* 33. *num.* 4. Cornel. Benincas. *de paupert. spec.* 9. *in contract. num.* 13. *cum seq.* Emman. Suar. *in thesauro recept. sentent. litt. D, n.* 70. ubi limitat, nisi tempore contractus adesset difficultas, Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 48. *num.* 37. ubi quod paupertas excusat à mora, à perjurio, & à pœna, Vincent. Caroc. *de locato & conducto, part.* 2. *tit. de effectib. locat. ad longum tempus, quæst.* 6. *num.* 38. *&* 39. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 22. *tit.* 27. *num.* 54. Hinc jurans non apponere compensationem, si paupertate prematur, juramento non obstante poterit compensare, ut per Paris. *cons.* 121. *num.* 41. *lib.* 1. Hieron. Grat. *resp.* 121. *num.* 4. *lib.* 1. quos refert & sequitur Petr. Ioan. Anchar. *quæst. famil. lib.* 1. *quæst.* 2. *n.* 5. 2 3

Ad *num.* 7. Quod propter perjurium ipso jure incurritur infamia, adde *l. Castel.* 4. *tit.* 6. *part.* 7. ibi, *E todos aquellos que quebrantan el pleito, ò postura que huviessen jurado de guardar,* &c. plures adducit Farin. *in praxi crimin. quæst* 160. *num.* 164. Alvarez *de privileg. pauper. part.* 2. *quæst.* 65. *num.* 25. 4

SVMMARIVM.

1 *Restitutio differri potest ob gravissimam, vel extremam necessitatem.*
2 *Debitor ob suam paupertatem restituere non potens, moderatè & parcè vivere debet.*
3 *Paupertas non excusat à restitutione quando magnum detrimentum sequeretur creditori, vel ille esset in simili indigentia.*
4 *Difficultas excusat à perjurio.*
5 *Perjurus non est ille, qui futura difficultate, vel impotentia promissum adimplendi prævisa, juramento se ad implementum adstrinxit.*
6 *Necessitas à perjurio excusat.*
7 *Nisi difficultas & impotentia servandi juramentum iurantis culpâ fuerit causata.*

CAP. Brevi XVII.

AD *num.* 3. Quod restitutio differri potest ob gravissimam, vel extremam necessitatem, quando scilicet non nisi cum magna difficultate ea facienda est, & sic gravis jactura, vel detrimentum ex personarum conditione cognoscitur, induciturque: quia si vir nobilis sit, nec statim solvere, nisi se omni famulorum obsequio, atque equorum privet, possit, suique consimilium cogatur abstinere consortio: vel si civis primarius non nisi ita se privet, ut artem mechanicam sibi insuetam subire, vel manuales 1

les operas exercere cogatur, differre restitutionem, donec absque status sui jactura possit, licebit. Neque ut restitutio statim fiat, multò minus quàm valeant sua bona vendere, vel aliud simile grave pati detrimentum compellitur: ut quia sibi inutilis foret ars, ex qua se, familiámque suam alit: vel si instrumenta, libros, aut capitale, cum quo lucratur victum, cogeretur vendere. Ita Navarr. *in man. cap.17.num.56.& cap.26. num.2.* Ioan. Lup. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, §.65. num.50. cum seq.* Gasp. Baëz. *de inope debit. cap.1.num.52.* Iacob. de Graff. *in aur. decis. p.1. lib.1. cap.32. n.16.* Guttierr. *canon. lib.1.c.40. n.7.* Marta *voto 18. n.2.cum seqq.* Molin. *de Iustit. tract.2.disp.754. num.2. vers. quando detrimentum, el 2.* Rebel. *de obligat. iustit. lib.2. q.17. sect.4.n.22.& 26.* Lessi. *de Iustit. lib.2. c.16. dub.1. n.15.21.22. & 25.* Sanch. *in precept. Decalogi, tom.1. lib.2. c.20. num.19.*

2 Id tamen cum grano salis intelligi debet, ut scilicet debitor, qui propter suam paupertatem modo suprà relato restitutionem differre potest, non lautè, & sumptuosè, sed valde moderatè, & parcè vivat, id solùm expendens quod sibi, suísque absque magna status sui indecentia, necessarium est: quódque magnum detrimentum ex retardatione solutionis, vel restitutionis cre-
3 ditori non sequeretur. Secus si sequeretur, vel si in eadem, simili, aut paulò majori indigentia creditor existeret, eique rei familiaris, & status simile immineret periculum, Gutier. *d. c.40. num. 10.* Molin. *d. tract.2. disp.754.n.2.vers. quando verò,* Lessi. *d. dub.1. n.15. 19. & 31.*

4 Ad *num.1.* Quod difficultas excuset à perjurio, docent Farin. *in praxi crim. q.160. ex num.120.* ubi agit qualiter difficultas impedimentum, impossibilitas, seu necessitas à perjurio excuset. Afflict. *decis.163. num.3. in fine,* Cov. *in cap. quanvis pactum, part.2. §.6.*
5 *num.4.* ubi tenet perjurum non esse eum, qui futura difficultate, vel impotentia promissum adimplendi prævisa, juramento se ad implementum adstringit, aliquídve se facturum juravit, Anton. Gabr. *commun. tit. de iureiur. concl.7. n.11.* Perez *in l.1. vers. ex quo infertur, tit.6. lib.8. Ordin.* Decian. *tract. crimin. lib.6. c.11. num.17. & sequent.* Franc. Viv. *decis.38. num.3. & decis.268.n.1. & 2.* Sebast. Medic. *de casibus fort. part.2. quæst.1. num.36.* Fulv. Pacian. *de probat. lib.1. cap.54.num.68* Osuald. *ad Donel. enucl. lib.22. cap.9. lit. L, pag.271. col.2. ad fin. vers. qui nec perjurus.*

6 Hinc necessitas à perjurio excusat, ut per Greg. Lop. *l.33. gloss.1. in fine, tit.18. part.3.* Hieron. Grat. *resp.21. num.4. lib.1.* Ozasch. *Pedem. decis.92. num.35.* Seraph. *de privileg. iuram. privil. 74. num. 42.* Steph. Gratian. *March. decis.34. n.21.& 22.* Anton. Hering. *de fideiussor. cap.19. num. 13.* Nisi difficultas, seu impotentia servandi iuramentum jurantis culpa fuerit causata, ex Seraphin. *d. privil. 74. num. 208.* Farin. *d. q.160. num. 131.* Vel 7
nisi tempore præstiti juramenti de difficultate, seu impotentia constaret, nisi ex proxima, & rationabili causa crederet jurans se illud posse adimplere, ex eodem Seraph. *d. privil.74. num.207.* Farin. *d. q.160. n.132.* Vincent. Mancin. *in tract. de iuram. part.5. effectu 14. num.6.*

SVMMARIVM.

1 *Filia ut exhæredari valeat, non sufficit invitis parentibus, aut indigno nubere, sed requiritur ut turpiter vivat.*
2 *Luxuriosè vivere quando dicatur mulier.*
3 *Filia maior 25. annis non potest à patre exhæredari, si publica meretrix sit.*
4 *Nubiles annos excessisse dicitur de consuetudine, quæ 22. annorum ætatem habet.*

Cap. Quintavallis XXIII.

AD *n.7.* Quod ut filia exhæredari possit, 1
non sufficit invitis parentibus, aut indigno nubere, sed requiritur ut turpiter & obscœnè vivat, post citatos *in collect.* docent *l. Castel.5. tit.7. p.6.* Clar. *in §. testamentum, num.41. vers. quod si filia,* Emman. Acosta *in l. Gallus, §. & quid si tantum, n.177. ff. de liber. & posthum.* latè Stephan. Gratian. *discept. forens. c.213. num.31. cum seqq. & à n.45.* latè etiam Alvarez *de privil. pauperum, p.1. q.17.* 2
num.4. ubi *n.5.* luxuriosè vivere, & turpem vitam agere intelligit eam, non quæ semel, aut bis in corpus suum peccavit, sed quæ sæpiùs, & ita meretrix est: & *n.7.* tenet non posse exhæredari, aut dote privari filiam, quæ ab hujusmodi crimine se abstinuit, pœnituitque.

Item ex hac gloss. colligitur, filiam majo- 3
rem 25. annis non posse à patre exhæredari, aut dote privari, si publica meretrix fuerit, ut per Did. Spin. *in speculo testam. gloss.20. num.67.* Sim. de Prætis *de interpret. ultim. volunt. lib.1. solut.4. num.24.* Philip. Paschal. *de viribus patriæ potest. p.2. c.5. num.54.* addentem de jure consuetudinario civitatis Neapolis sufficere si mulier decimum sextum excedat annum, Cæs. Barz. *decis.29. num.5.* ubi quod de consuetudine quæ duodeviginti

ginti annorum ætatem habet, satis longè nubiles annos excessisse dicitur, Mar. Giurb. *ad consuetud. Messanen. p.1. c.3. gloss. 3. n. 39.* Rebell. *de obligat. Iust. p.2. lib.2. q. 14. sect. 2. n.15.* latè his citatis Alvarez *d. p. 1. q. 17. num.26. cum multis seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia propter supervenientiam alicujus ex morbis, de quibus in hoc text. dissolvuntur*

2 *Paupertas superveniens an dirimat sponsalia? & quid si nulla præhabita dotis promissione, aut mentione facta contracta fuerunt.*

3 *Quid si sponsus ita sponsaliorum tempore adamasset sponsam, ut etiamsi tunc pauper esset, cum ea matrimonium contraheret?*

4 *Maritus quamvis ex vi iuramenti non possit uxorem adulteram civiliter accusare, ad suam privatam utilitatem, poterit tamen criminalem accusationem contra eam instituere ad publicam vindictam.*

5 *Maritus si noluerit accusare uxorem adulteram, vel ab accusatione criminali desistere, nullum peccatum incurrit.*

6 *Intellectus* ad hunc. text. *per Anguianum novè præstatur.*

Cap. Quemadmodum XXV.

1 AD *num.* 7. Quod sponsalia propter supervenientem alicujus ex morbis, de quibus *in hoc textu*, aut graviorem dissolvuntur, ultra citatos docent Cov. *de sponsal. p. 1. c.5. in initio, n.6.* Rebell. *de obligat. Iustit. p.2. lib.4. q.8. sect.8. num.* 57. Alvarez *de privileg. pauperum, p.1. q.14. n.4.* Machado *en su perfetto Confessor, y Cura de almas, lib. 3. p.1. tract.7. docum.5.* Trullench *in praxi resol. Sacrament. lib.7. c.2. dub.11. à n.1.* ubi ampliat ad supervenientem notabilem sponsi, vel sponsæ deformitatem, & respondet non esse alicuius momenti quod in hoc tex. non fiat mentio defectus pulchritudinis, sed amissionis oculi, aut nasi, quia hîc non negatur posse ob aliis deformitates dissolvi.

2 Ad *n.* 10. Vult hæc glossa paupertatem supervenientem sponsalia non dirimere, sequuntur Bald. *hîc, n.8.* & Alex. de Nevo *n.16.* Menoch. *cons.386. n.9. cum seqq.* Surd. *cons.364. n.9.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 3. tit.17. n.14.* Marc. Anton. Genuens. *in practicab. eccles. q.775.* Sed contrarium, immò supervenientem paupertatem sponsalia de futuro dissolvere posse, meliùs sustinent alii plures per me citati *in collect.* quibus addo Alvarez *d. p.1. q.14. n.2. cum seqq.* Trullench. *d. lib.7. c.2. dub.12. n.3.* ubi ampliat etiamsi paupertas absque culpa contingat, Machado *d. lib.3. p.1. tract.7. docum.6. à princ.* Et hanc contrariam sententiam procedere, quamvis nulla facta promissione dotis superveniat paupertas, contra plures secus tenentes resolvunt ultra citatos Rebell. *d. sect. 8. n.69.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect.1570. vers. excusantur sextò,* Fontanel. *de pact. nupt. p.2. claus.12. gloss. unic. n.7.* Hurtad. *de matrim. disp.2. de sponsal. diffic. 14. n.51.* latè Alvarez *d. p.1. q.14. n.13.* 3
cum seqq. ubi contrariis respondet, & *n.15.* limitat si sponsus ita sponsaliorum tempore adamasset sponsam, ut etiamsi tunc pauper esset, cum ea matrimonium contraheret, me citato *in hoc loco,* Machado *dicto lib.2. p.1. tract.7. docum.6. n.2.* Et locum habere, quamvis sponsalia jurata fuerint, quia juramentum intelligitur rebus sic stantibus, per hunc tex. tenent Gutier. *de juram. confirm. p.1. c.37. num.3. vers. imò quod magis est, & de matrim. c.33. n.4.* Sanch. *de matrim. lib.1. disp.59. n.5. & disp.60. num.2.* Alvarez *d. q.14. n.19.* Machado *citato loco, n.3.* Quod non tam in sponsa, quàm in sponso procedit; nã si sponsus sponsaliorum tempore ditissimus esset, interimque notabiliter pauper efficiatur, ei nubere sponsa non tenebitur, cùm eadem in utroque sit ratio, defectus scilicet in tali casu consensus, propter notabilem illam mutationem, quæ si à principio adesset, actum impediret. Guttier. & Sanch. *proximè citatis locis,* Alvarez *d. q.14. num.20.* Trullench *d. dub.12. n.3.* ubi cum Bonacin. contra Rebell. subdit, non posse dissolvi ob paupertatem utriusque supervenientem sponsalibus.

§. Illud autem.

AD *n.13.* Ea *in collect.* amplexa videtur sententia quæ facit differentiam inter civilem, & criminalem accusationem, ut videlicet quanvis maritus ex vi juramenti non possit uxorem civiliter accusare ad suam privatam utilitatem, possit tamen eò juramento non obstantè, criminalem accusationem contra eandem instituere ad publicam vindictam. Ad quod in effectu reducitur trimembris illa distinctio à me pro faciliori hujus text. intellectu facta, adde Morl. *in empor. Iur. Civil. p.1. tit.1. q.11. n.11.* 4

Verùm post hæc scripta à me visus Angui. *in tract. de legib. lib.2. controv.21. à n.18.* hunc intelligendi modum non abs re refutare intendit, illo unico fundamento quod ubicunque Iuramentum sine peccato servari potest, illud servandum est, *cap. cùm contingat 28. hoc tit.* ibi, *nec observata vergunt,* &c. *c. quam-* 5

vis pactum, de pact. lib.6. ibi, *cùm non vergat,* &c. ex eoque docere ait distinctionis Auctores per illud juramentum impediri civilem accusationem de adulterio, quia maritus sic non accusando nullum peccatum committit, unde manifestè colligi asserit, retento eodem themate, & ex vi pacti juramento firmati, nec criminaliter uxorem accusare posse: etenim desistendo ab accusatione criminali nullum quoque peccatum contrahit, cùm revera maritus licitè possit uxori utramque accusationem remittere, ut apertè indicant verba hujus text. ibi, *Sed nunquid vir non potest dimittere uxori peccanti non solùm septies, sed etiam usque septuagies septies secundùm Evangelicam veritatem?* Perperam ergo (concludit idem Anguian.) constituitur discrimen in hac parte inter civilem, & criminalem accusationem, neque aliquid est, aut excogitari potest quod impediat juramenti vinculum, tam quoad civilem, quàm quoad criminalem actionem. Eandem communem distinctionem improbat ex postremis verbis hujus text. ibi, *quamquam denuntiare eam possit ad pœnitentiam peragendam,* &c. considerando contineri his verbis exceptionem unicam & solam ad præcedentia, ut noluerit Innocentius III. conditor hujus Decretalis, quod quamvis maritus alias non possit adulterii crimen ad Iudicem deferre, liberum tamen illi esset uti Evangelica denunciatione, ut uxor peragat pœnitentiam: sicque in uno solo casu peragendæ pœnitentiæ marito permittitur Evangelica uti denunciatione: planè si maritus posset non obstante pacto Iuramento firmato uxorem criminaliter accusare, jam decisio Pontificis *in præsenti* plures exceptiones admitteret contra mentem ejusdem unicam dumtaxat constituentis: & cùm stante juramento statutum fuerit maritum sola uti posse Evangelica denunciatione, jam illi permitteretur criminaliter accusare, quæ altera foret exceptio ad relatam ibi doctrinam nulla profectò ratione admittendam. Verius esse iterum concludit idem Anguian. maritum de non accusanda uxore de adulterio jurantem, neque civiliter, neque criminaliter eam accusare posse: & respondet verba illa huius text. *ad divortium celebrandum*, non esse restrictiva, quasi solùm civiliter agere prohibeatur maritus, sed declarativa, scilicet ut neque civiliter ad divortium celebrandum, neque criminaliter ad publicam & privatam vindictam agere possit.

Quare prædictus Anguian. *d. loco, num. 20.* discrimen constituit inter generale juramentum negativum de non accusanda uxore super ullo crimine, & inter speciale de illa non accusanda de adulterio. Primo casu, videlicet quando juramentum est universale negativum, nullo modo valet, nec valere potest, ex rationibus hic à Pontifice præscriptis: etenim contingere poterit ut uxor cum marito habitare nolit absque contumelia Creatoris, imò intendat eundem ad infidelitatem pertrahere facta, fortassis uxore infideli, quo casu manifestum est, si iuramentum adimpleretur, peccatum committi, ac per consequens vinculum erit iniquitatis, quod minimè admittendum est, ut foveret illicitam, ac nefariam utriusque coniugis cohabitationem, & sic existente crimine illo infidelitatis, accusatio esset in præcepto, dummodo sufficienter probari possit, & alius modus non sit quo æquè bene Reip. consulatur ac per accusationem, ex doctrina S. Thom. 2. 2. *q.68. art.1. in corpore*, & Soti *de Iustit. lib.5. q.5. art.4. in priori concl.* & Navarri *in man. cap. 25. num. 32.* Verissimum igitur esse ait ille, generale iuramentum de uxore non accusanda super ullo crimine, iniustum, & illicitum esse. Secundo casu quando iuramentum speciale fuerit de non accusanda uxore super adulterio, tunc illud utile, & validum erit, vinculumque injiciet iuranti, cùm in eius observantia peccatum non reperiatur, ut superiùs ostensum est, sive referatur ad civilem accusationem, sive ad criminalem; neutram enim maritus poterit excitare si semel iuraverit se nullatenus accusaturum uxorem super adulterio. Quæ omnia lectori studioso ponderanda remitto, ut hunc vel alium intellectum admittat, prout textui litteræ magis conveniens sibi videbitur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio rei dotalis cum juramento valida.*
2 *Actus invalidus quomodo iuramento confirmetur?*
3 *Legem Civilem quando irritare Pontifex possit?*
4 *Actus jurejurando firmari quo sensu dicatur?*
5 *Iuramentum de genere est probationis.*
6 *Iuramentum promissorium non est sine assertorio.*
7 *Iuramentum facit valere actum eo modo, quo potest, remissivè.*
8 *Iuramentum super actu à lege prohibito principaliter in favorem privatum, secundariò in favorem publicum præstitum observari debet, si absque vi, dolo aut tertii praiudicio fiat.*

CAP.

Cap. Cùm contingat XXVIII.

1 Probat hic text. Iuramentum confirmatorium actus invalidi (ejus, inquam, actus, qui natura sua licitus est, sed solo Civili Iure illicitus, qualis alinatio rei dotalis à muliere) servandum esse : cùm tamen in re irrita frustratorium sit probandi munus; quid enim proficit actum probare, si probatus non relevat ? Igitur non eo casu probat jusjurandum, sed confirmat, obligationémque adjicit; nam si aliter dicas : si, inquam, nihil est quod jaramento firmetur; nihil etiam quod eodem utiliter probetur, evanuerit certè jusjurandum, quasi subtractione materiæ, quod absurdum.

2 Sed contra hanc communem ferè nostrorum omnium sententiam insurgit novissimè Læl. Mancin. *disquisitionum genial. & anniversariarum Iuris disput. cent.3. c.114. pag.522. & seq.* his verbis : *Ego actum invalidum jurejurando confirmari impatienter audio, quicquid de hac re fuerit communius creditum,* vide gloss. *verb. contractibus, in Auth. Sacramenta puberum, C. si advers. vendit.* ubi Bart. *num.3.* cum aliis propè innumeris, quos refert Thom. Sanch. *Decal. tom.1. lib.3. cap.12. num.11.* Abb. *in d. cap. cum contingat, num.8.* ubi Alciat. *num.* 116. Aut quicquid dixerit Covarr. *de pact. part.1. §.1. num.7.* non esse in Tribunalibus de hac communi opinione controvertendum; scio enim non defuisse qui contrarium verius existimaverint, Anton. *d. cap. cùm contingat.* Cuman. *l. si quis pro eo, ff. de fidejuss.* Mancin. cum relatis, *de juram. part.4. effectu.1. quæst.3. num.10.* inter quos haud facilè dignosci posse quæ communior opinio sit, ex Alciat. respondent Covar. *ubi sup. n.7.* & Suar. *de Relig. tom.2. de juram. cap.28. num.* 3. qui ab hac sententia non recedit, quam eandem servari in Regno Galliæ testatur Fab. *de error. dec.28. errore 6. num.7.*

3 Et ducuntur hi quidem; nam nullibi in jure cavetur eam esse jurisjurandi vim potestatémve, ut confirmare actum possit, quem civilis dispositio irritum fecerit : immò Iure Digestorum, & Codicis erat juramentum quasi accessionis vice, & naturam actus sequebatur, cui interponeretur. Neque aliquid contrarium probant, vel Constitutio illa celebris Friderici Imp. *in Auth. Sacramenta puberum, C. si advers. vendit.* vel Canonum censura : non enim solent Pontifices, aut certè non possunt, inquit Suar. *ubi suprà*, directò legem Civilem irritare, præterquam ex necessitate spiritualis boni, *cap. novit, de judic.* cum similibus; quæ tamen necessitas nulla est in specie nostra, nam manente integra dispositione Iuris Civilis, possunt juramenta etiam integra, illibatáque servari, & hoc est quod præcipitur *in d. Auth. Sacramenta puberum, & in d. cap. cùm contingat, & cap.2. de pact. in 6.* Et quoties 4
alicubi expressim legeremus jurejurando pactum, quod est irritum, confirmari posse, non referret, qui enim jurat, adeò velle tenetur id quod jurat, ut velle etiam debeat omnem effectum quem haberet contractus initus, si irritus non esset, & hoc sensu firmare contractum diceretur. Denique jura- 5
mentum non est de genere obligationis, sed probationis cujus est fidem facere, non obligare, seu irritá obligationem confirmare.

6 Nec valet quod paulò ante opponebatur; dixi enim non esse juramentum promissorium sine assertorio, in assertorio autem non posse deesse materiam, quæ Sacramento subjiciatur; qui enim promittens jurat daturum se, facturúmve aliquid, eo ipso asserit, & jurat verum esse illud, quod promittit, séque habere in præsens voluntatem, ac propositum dandi, faciendi, atque exequendi. Igitur si promissio deest, si irrita est, assertio tamen firma remanet, quæ juramento probatur, hoc est, testimonio Dei, & ex eo religionis, & cultus obligationem parit. Sic jurejurando proprium suum remanet probandi munus, neque aliquid tamen ex inutili illa promissione confirmat. Hactenus Lælius Mancinus, qui deinde *c. seq.* contra Corasium probat illam vulgarem positionem, quæ habet juramentum facere 7
valere actum eo modo, quo potest, ad *l. cùm pater, §. filius matrem, ff. de legat.2.*

8 Ad vulgarem hujus text. allegationem, quod juramentum super actu à lege prohibito principaliter in favorem privatum, secundariò in favorem publicum præstitum observari debet, si absque vi, dolo, aut tertii præjudicio fiat, vide præter *in collect.* citatos Cujac. *tr.9. ad African. in l.9. ff. de fundo dot. & l.3. quæstion. Papiniani in l.42. ff. de usucap. & in l.5. ff. de dote præl. & in l. unic. §. cum lex nulla, C. de rei uxor. act. & lib.* 18. *observ. cap.12.* Ant. Fab. *lib.1. conject. c.2. & 3. & in rationali ad l. creditor 52. §.1. ff. de act. empti,* Osuald. *ad Donel. lib.9. comment. c.20. lit. R, S, & T, & lib.2. cap.13.* pro interpret. text. *in d. auth. Sacramenta puberum,* præcipuè *lit. M,* Fachin. *lib.12. controvers. cap.76.*

SUMMARIUM.

1 *Reges an & quando possint vendere, aut alienare loca, & civitates Regni.*

2 *Alienatio à Rege facta, ex qua notabilis Regiæ Coronæ diminutio resultaret, etiam juramento firmata non tenet, & potest ipsemet concedens revocare.*

3 *Imperium est indivisibile, & monstruosum esset si Regnum haberet duo capita.*

4 *Princeps tenetur successori individuitatem servare.*

5 *Contractus Principis, per quem Regnum servituti subjicitur, non tenet.*

6 *Bona de domanio quando non possint per Principem concedi.*

Cap. Intellecto XXXIII.

1 AD *num.*2. Quod Reges non possunt vendeere, aut alienare bona, & civitates Regni etiam ex justa causa, quando ex ejusmodi alienatione notabilis Regiæ Coronæ diminutio resultaret, aut illa nimis læsa remaneret, docent Bart. *in l. prohibere*, §. *planè*, *ff. quod vi, aut clam*, Socin. *consf.*7. *sub n.*6. *vol.*3. Oldrad. *consf.* 95. *n. fin.* & *consf.*231. *in fine*, Bald. *in l. fin. C. de bonis qua lib.* Alex. *consf.*1. *n.*18. *vol.*5. Cravet. *consf.*54. *col.*1. *vol.*1. Ozasch. *decis.*139. *n.*7. Ias. *consf.*1. *in* 2. *dub. vol.*1. Isernia *in c. Imperialem*, §. *nec dominus*, *de prob. feudi alien. per Feder.* Socin. Iun. *consf.* 60. *n.* 33. *vol.* 3. Cov. *in cap. quamvis pactum*, *p.*2. §. 2. *n.*4. Roland. *consf.*1. *n.*95. *cum seqq. vol.*1. à Ponte *de potest. Proregis*, *tit. de tract.* 2 *n.*30. Menoch. *consf.* 1. *n* 40. Peregr. *de jure fisci, lib.*1. *tit.*3. *n.*74. qui post Bart. *in d.* §. *planè*, subdit quod talis concessio etiam juramento firmata non tenet, per text. *in præsenti*, per quem ita passim tenent Doctores præcitati, Grat. *consf.*147. *vol.*2. adeò quod idemmet concedens potest revocare, Paul. de Castro *consf.*79. *n.*6. *vol.*1. Bald. *in d. l. fin.* Alvarot. *in c.*2. *in princ. Episcop. vel Abb.* Roland. *consf.*2. *n.*100. Camil. de Curte *in diversf. juris feudal. in* 1. *p. in verb. licet*, *n.*20. Quia Imperium est 3 indivisibile, & monstruosum esset si Regnum haberet duo capita, Restaur. *de Imper. q.*104. junctis traditis *in addit. ad c. in apibus* 7. *q.* 1. 4 Tum etiam, quia Princeps tenetur successori individuitatem servare, Bald. *consil.*30. *vol.*5. & *in proœm. Cod. versf. modò ista quæstio*, Peregr. *citato loco*, *sub n.* 31. Lanar. *consf.*2. *n.*15. Camil. de Curte *ubi suprà*, *num.*30. Menoch. 5 *consf.*1. *sub n.*40. Pariter infertur ad contractum Principis, per quem Regnum servituti subjicitur, qui non valet, quia honor ac dignitas Principatus graviter læditur, Oldrad. *in d. consf.*231. Bald. *in præl. feudor. in versf. expedita.* Martin. Laudensf. *de primog. quæst.*15. Tiraq. *de jure primog. q.*68. *n.*7. Lanar. *dict. consf.*1. *n.*16. Menoch. *d. consf.*1.

6 Hinc Isernia *in d. cap. Imperialem*, §. *præterea Ducatus*, *num.*20. & *seq.* quem sequitur Afflict. *in* 3. *not. n.*46. infert bona de domanio, sive feudalia sint, sive non, non posse per Principem concedi, quando ex eorum concessione diminuerentur graviter introitus Regni, perpensis qualitatibus villæ, & loci, numero vassallorum, & aliis.

SUMMARIUM.

1 *Verba non sunt de essentia juramenti.*

2 *Deus est mentis inspector.*

3 *Verba necessaria sunt cùm solemnitatem habent requisitam expressè à lege.*

4 *Iuramentum obligationem parit, quæ verborum non tam solemnitate quàm Religione contrahitur.*

5 Cap. Clericus, *de quo agitur*, *ponderatur.*

6 *Iuramentum semel præstitum non augetur, vel minuitur ultra effectum naturalem, quem habet.*

7 Text. in præsenti, *intelligitur.*

8 *Verba ad favorem promittentis, ac proferentis interpretationem capiunt.*

9 *Iuramentum nihil aliud quàm probatio est.*

Cap. Clericus XXXV. & pen.

POst *num.* 6. Hic sedet locus illius controversæ disputationis, in qua tres repe- 1 riuntur Scribentium sententiæ, duæ scilicet extremæ, altera media, singulæ autem communes, an verba sint de essentia juramenti, ut videre est apud Cevall. *commun. contra commun. q.*406. Negativa prævaluit, quam expressè tenet Alciat *in rub. de jurejur. num.* 21. ubi hanc partem sibi placuisse & in praxi servatam dicit, Sylvest. *in sum. verb. Iuramentum* 2. *q.* 1. Sayr. *in clavi Regia*, *lib.*5. *cap.*1. *num.*8. Covar. *in cap. quamvis pactum*, *in initio num.*4. Suar. *de Relig. tom.*2. *lib.* 1. *de juram. cap.* 11. novissimè Trullench. *in exposit. Decalogi*, *lib.*2. *cap.*1. *dub.* 1. *num.*2. *in fine*, ubi tenet ad essentiam iuramenti nulla requiri verba etiam in eo, qui loqui potest, quia sine ulla loquutione exteriori sola mente potest Deus in testem vocari, fit namque juramentum Deo, qui est mentis inspector. Machado *en su perfetto Confessor*, *y Cura de Almas*, *lib.*2. *part.* 3. 2 *tract.* 8. *docum.* 1. *num.* 4. Bassæ. *verb. juramentum*, *num.* 7. Lxl. Mancin. *disquisit. genial.* & *anniversariarum juris disput. cent.* 3. *cap.* 206. ubi dicit tunc necessaria verba esse cum solemnitatem habent requisitam expressè à lege, & quòd iuramen- 3 tum obligationem parit, quæ verborum

4 rum non tam solemnitate, quàm Religione contrahitur.

5 Sed obstat maximè textus *in præsenti*, in cujus specie refertur clericum jurasse statuta servaturum se Ecclesiæ suæ, quæ tunc erant, fuisséque deinceps novum quid constitutum in Ecclesia, illúdque promisisse clericum secuturum se per idem juramentum, quod ante præstiterat: consultus Pontifex nunquid Clericus ad novæ Constitutionis observantiam quasi ex jurejurando obligaretur, respondet non religione juramenti, sed promissionis fœdere obligari: ex quo colligi videtur clericum per idem iuramentum promisisse quidem, sed verba non protulisse juramenti.

6 Respondet Cov. *citato loco*, *n.*5. potuisse clericum denuo jurare, sed juramentum primò præstitum extendere non potuisse, quod & Suar. *d. c.*11. & Cujac. *in præsenti* confirmant. Nam jurare, inquit, & non jurare, est quidem in potestate hominis, sed postquam præstitum juramentum in causa aliqua sit, non est tunc in hominis voluntate efficere, ut juramentum illud majorem, vel minorem habeat obligationem; suus enim est juramento jam emisso effectus naturalis, quem augere homo non possit, vel minuere.

7 Meliùs Læl. Mancin. *d. c.*206. *sub num.*2. distinguit hoc modo. Vel promittere per idem iuramentum clericus voluit, hoc est, eodem, sed repetito iuramento. Vel per idem iuramentum non repetitum, nec renovatum, sed in suo esse consistens. Si priori modo, certè non tam extendere voluit Clericus, quod non potuit, quàm se eodem, hoc est pari iuramento denuo religare, quod potuit. Si posteriori, tunc aliter constitui rem oportet, fuerat enim de statutis jam editis præstitum iusjurandum, quorum finibus circunscribebatur, nec protendi aliquo modo poterat ad edenda, quasi ad incogitata: responsum itaque fuit non obligari clericum, nam tenor primi iuramenti restringebatur in legibus antè editis, & quoad novas legum Constitutiones nullum denuo prolatum iuramentum fuerat. Aut ergo clericus erraverat putans sufficere iuramentum primò præstitum, & tunc detecto errore cessavit obligatio, quasi erroneæ conscientiæ. Aut non erraverat, sed decipere eos voluerat, quibus iuraturus erat, & tunc idem; nam deceptorium iuramentum non fuit iuramentum, ut
8 suprà. Sic autem debuit Pontifex definire, maximè quia disputabatur res in foro externo, ut opinor, ut verba ad favorem proferentis, & promittentis interpretationem omnem capiunt, *l. quicquid*, *ff. de verb. oblig. l. si quis intentione*, *ff. de judic.*

Cur autem extendi non posset antecedens iuramentum primum, fortasse se explicare ad mentem Pontificis asserit Læl. Mancin. *d. c.*206. *num.*4. Iuramentum nihil aliud est, inquit ille, quàm probatio, *l. tutor*, *ff. de iureiur. l. si quis iusjurandum*, *C. de rebus cred. l. ult.* §. *licentia*, *C. de jure delib. c.*2. *de probat. c. mulieri*, *hoc tit.* Probatio autem sui natura in eo stringitur quod probatur: sicut ergo inauditum esset dicere probationem per testes ad causam protendi posse, quæ probata non esset, ita & probationem per iuramentum. 9

Quamvis, ut alibi diximus, iuramentum solo animi intellectu consistere possit, ac proinde consistat in loquutione mentali, nihilominus quia iurans non potest nisi signo aliquo sese homini explicare, ideò quando iuramentum homini præstatur, debet ei innotescere voce, aut aliquo signo sensibili. Filliuc. *in quæst. moral. tom.*2. *tract.*25. *cap.*2. *q.*1. *n.*9. Trullench. *d. lib.*2. *c.*1. *dub.*1. *n.*2. *in fine.* 10

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum litis decisorium nec recusari, nec referri potest si à Iudice sit delatum, secus si à parte.*

2 *Iuramentum suppletorium à Iudice delatum ad conficiendam integram probationem, non potest à parte recusari.*

3 *Iuramentum subire recusans an pro confesso habeatur.*

Cap. Iuramentum XXXVI. & fin.

POst *n.*1. Probat hic text. quod iuramentum litis decisorium nec recusari, nec referri potest si à Iudice sit delatum, secùs si à parte, in actione tamen famosa referri non potest, concordant *l.*1. *l. actori*, *l. generaliter*, *l. fin. C. de reb. cred. l. quod si deferente*, *ff. de dolo*, *l. post rem iudicatam*, *ff. de re iud. l.*1. 2. *&* 3. *& l. admonendi*, *& l. manifesti*, *& l. tutor*, *ff. de jurej. l. Castel.* 2. 14. 15. *&* 25. *tit.* 11. *& l.*13. *&* 19. *tit.* 22. *p.*3. Exornant Duaren. *ad tit. de jurejur. c.*30. *& in posterioribus ad eund. tit. c.*2. *&* 7. *& lib.*2. *disp. c.*33. Cuiac. *observ. lib.*18. *observ.*35. *& in l.*2. *&* 3. *C. de rebus cred.* Donel. *comment. Iuris Civil. lib.*24. *c.*8. 9. 19. 23. 24. *&* 26. Ant. Fab. *de error. pragm. dec.*19. *errore* 1. *cum seqq.* Anton. Pichard. *in* §. *item si quis postulante* 11. *n.*70. *Instit. de action.* Gutier. *de juram. confirm. p.*3. *c.*7. *n.*10. Fachin. *controv. lib.*1. *c.*15. *cum seq. & lib.*1. *c.*27. Parlad. *lib.*1. *rerum quotid. c.*18. 1

Ratio autem quare iuramentum suppletorium à Iudice delatum ad conficiendam integram probationem non potest à parte recusari (nisi iusta subsistente causa) ea est, 2

quia jam urget Iudicis imperium, auctoritas, & arbitrium in causæ inspectione, ne judicium illusorium reddatur, cùm ad cognitionem & brevem causæ exitum id expediat. In secunda verò hujus text. parte ideo juramentum litis decisorium à parte alteri parti delatum licitè recusari, ac referri potest, quia tunc jam cessat Iudicis imperium, nec obstat quod hæc recusatio juramenti absque manifesta turpitudine fieri non potest, cùm recusans pro confesso habeatur, *l. jusjurandum* 34. §. *ait Prætor*, *l. manifestæ* 38. *ff. de jureiur. l. delata*, *C. de rebus*
3 *cred.* quia respondetur quod licèt juramentum judiciale à parte parti delatum à principio sit voluntarium, postea tamen cùm semel susceptum est, & à Iudice comprobatum, jurare, aut solvere necesse est, & absque manifesta turpitudine recusari non potest, cùm alias pro confesso habeatur, *cap.* 1. *de confess. in* 6. notat Anton. Fab. *in ration. ad d.* §. *ait Prætor*, *& in d. l. manifestè*. In tertia denique hujus text. parte, *in vers. nec liceat*, iuramentum in causa famosa minimè referri potest, quia actionis famosæ judicium ex actoris juramento pendere non potest, cùm vindicta illius delicti ad jus publicum tantùm pertineat: tum quia cùm de crimine agitur, necessarium juramentum non admittitur, cùm agatur de personæ & honoris periculo, *l. sciant cuncti*, *C. de probat.* quod etiam in actione famosa est receptum, cùm criminali æquipararetur, *l. iusta*, *ff. de manum. vind.*



De Exceptionibus.

Tit. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Infames infamia canonica notati, quæ ex lethali culpa contrahitur, à testimonio repelluntur.*
2 Cap. testimonium 54. de testib. *intelligitur.*
3 *Crimina testibus obiecta ante sententiam probanda sunt.*

Cap. Denique I.

1 AD *num.* 3. Intellige de macula animæ, & sic de infamia canonica, ut per Abb. *hîc*, *num.* 4. Dec. *n.* 3. & Mantu. *n.* 13. Hippol. de Marsil. *in pract. crimin.* §. *nunc*, *num.* 52. Aufrer. *de probat. testium*, *num.* 75. Cov. *pract. cap.* 18. *num.* 2. quos refert, & sequitur Morla *in emporio iuris*, *tom.* 2. *tit.* 11. *de fide instrum. q. ult. num.* 13. reprobans alios, qui intelligunt de macula corporis, quia hæc testium inhabilitas non ex integritate corporis, sed ex integritate animi requirenda est, *l.* 2. *&* 3. *ff. de testib.* Vnde in præsenti notant Doctores omnes, infamem infamia canonica notatum, quæ ex lethali culpa contrahitur, à testimonio ferendo repellendum esse, juxta text. *in cap. testimonium* 54. *de testib. cap. testis* 2. *q.* 7. *c. illi qui, cap.* 2
infamis 6. *q.* 1. quod non sine difficultate transit, cùm nullus idoneus testis inveniretur, siquidem septies in die cadit iustus, *cap. septies, de pœnit. dist.* 4. & nemo sine crimine vivit, *c. nisi cùm pridem*, §. *propter*, *de renunciat. cap. unum orarium*, §. *nunc autem*, 25. *dist.* ob idque nimium restringeretur probationum facultas, & veritas occultaretur, contra decisionem text. *in c. significavit* 42. *de testib. & in c. quoniam frequenter, vers. ne veritas, ut lite non contestata.* Sed dici potest iura illa non debere intelligi de criminibus ipso iure infamiam irrogantibus, sed de crimine lethalis culpæ cum perseverantia in peccato; nam si illud committens absolutus, aut emendatus fuerit, non est repellendus, iuxta *d. cap. testimonium*, §. *si verò*, cuius decisio *in vers. & cum*, dum habet etiam post emendationem & absolutionem infamiam durare posse, non obstat, quia non debet intelligi de infamia canonica, quæ statim per pœnitentiam, & absolutionem tollitur, sed tantùm de infamia facti propter crimen commissum, cujus fama apud graves viros diminuitur, nec per absolutionem restituitur.

Ad *num.* 2. Quod crimina testibus obiecta sint probanda ante sententiam, probat 3
hic text. *in vers. antequam*, & notant hîc Ordinarii omnes. Et licèt huiusmodi exceptiones quæ dicta, aut personas testium concernunt, non sint peremptoriæ, cùm non perimant negotium principale, proindeque proponi debeant ante litem contestatam, *cap. inter monasterium*, *de re iudic. cap. pastoralis, infr. hoc tit.* nihilominus post litem contestatam sunt proponendæ, quia non pertinent ad iudicii ordinem, sicut aliæ dilatoriæ, ut notat Cuiac. *lib.* 18. *observ.* 34.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus an possit agere adversùs alium similiter excommunicatum? ostenditur.*

2 Text.

2 Text. in præsenti, *declaratur.*
3 *Excommunicatus majori excommunicatione non potest in criminali causa aliquem accusare.*

Cap. A nobis II.

1 AD *num.* 2. Ex sententia *gloss.* 1. *ad medium hic*, & ex his quæ annotavi sub hoc num. adde regulam *cap. intelleximus, de judic.* cum similibus, dum probant excommunicatum majori agentem in judicio non admitti, sed repelli, procedere etiamsi excommunicatus agat adversùs alium similiter excommunicatione majori ligatum, quia dicta jura non attendunt ad personas, cum quibus agit excommunicatus, sed ad eundem, qui cùm à Fidelium communione repellatur, non potest etiam cum aliis similiter excommunicatus communicare, ex Abb. & aliis *in cap. nulli, de sentent. excom.* & ex cummuni, secundùm Dec. *in d. cap. intelleximus, num.* 18. & Felin. *num.* 10. *in præsenti*, contra *gloss. ult. in cap. devotam,* 27. *quæst.* 1. reprobatam communiter secundum eosdem. Et meritò, quia generalis regula *cap. sicut Apostoli*, ibi, *si quis*, &c. *& cap. seq.* ibi, *nullus*, 11. *quæst.* 3. cum aliis, comprehendit etiam excommunicatos communicantes cum aliis, qui similiter excommunicati sunt, itaut tam illi quam isti peccent. Et constat, quia excommunicati sunt, & permanent Fideles, idest, Christiani Fidem profitentes, & intra Ecclesiam verè existunt membra, licèt ab ejusdem communione quoad multos effectus & bona quædam spiritualia excludantur, ut ex multis resolvit Henriq. *in sum. p.* 2. *lib.* 13. *c.* 1. *n.* 2. Accedit quod reis excommunicatis, dum in judicio conveniuntur, omnis legitima defensio competit, & Iure conceditur, *cap. cùm inter* 5. *vers. porrò*, *cap. significaverunt* 11. ibi, *cùm omnis*, &c. *inf. hoc tit.* Igitur si excommunicatus in judicio agat contra alium similiter excommunicatum, huic reo contra illum concedi debet facultas repellendi illum per exceptionem excommunicationis, quippe quæ defensio legitima est Iure concessa, *cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. Aliter enim contra prædicta Iura reo excommunicato non conceditur omnis, sed denegatur aliqua legitima defensio, quæ facilius concedi debuit adversùs alium excommunicatum agentem præterea ultra favorem rei, qui in pari causa, & data utrimque excommunicatione prævalere debet, juxta *l. favorabiliores, ff. de regul. juris, & cap. cùm sunt, & cap. in pari, de regul. juris, lib.* 6. facit text. *in c. dilecti* 8. *hoc tit.* ubi excommunicato agenti, per reum conventum opposita fuit exceptio excommunicationis, & quanvis ille explicaverit de excommunicatione opponentis, non fuit replicatio admissa, sed prævaluit exceptio.

Nec huic declarationi obstat text. *in præsenti*, in ratione quam reddit, dicens excommunicatum accusantem hic repelli à reo excommunicato, quia is minori, ille verò majori excommunicatione tenebatur, significans aliter fuisse dicendum si reus similiter majori teneretur; nam ultra intellectum *d. gloss.* 1. supplentis particulam *maximè*, quam DD. sequuntur, responderi poterit cum Dec. *hic, n.* 5. *& in d. c. intelleximus, n.* 18. quem in effectu sequitur Paris. *num.* 23. vide apud illos. 2

Notabis ex hoc textu, quod sicut excommunicatus majori excommunicatione non potest agere in causa civili, ut *in d. c. intelleximus*, *cum similib.* ita nec in criminali aliquem accusare, ut per Felin. *n.* 6. & Paris. *n.* 15. *in præsenti*, Rebuff. *in concord. tit. de excommunicatis, vers.* 26. *& seq.* Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 14. *n.* 16. Perez *ad l.* 1. *gloss.* 1. *q.* 5. *vers. tum etiam, tit.* 8. *lib.* 3. *ordin.* post gloss. *in cap. omnibus* 4. *q. ult.* idem probat *c.* 1. ubi DD. *n.* 4. *q.* 1. Idque procedit etiamsi excommunicatus accusans suam, vel suorum injuriam prosequatur, secundùm prædictos per eadem Iura sic limitantes regulam *d. c. omnibus*, *& c. de cætero* 14. *vers. nisi, de testib.* cum similibus, quæ procedit tantùm in his qui licèt nequeant accusare, possunt tamen agere in judicio, ut *in d. vers. nisi*: secus verò si agere nequeant, ut in excommunicato, & aliis, de quibus per dictam gloss. 3

SUMMARIUM.

1 *Beneficia plura habens, contra alium de pluralitate non excipit.*
2 *Casus hujus text. proponitur.*
3 *Opponitur contra textus conclusionem.*
4 Text. in præsenti *intelligitur.*

Cap. Cùm Ecclesiasticæ III.

AD *num.* 1. Probat hic text. quod habens plura beneficia, contra alium de pluralitate non excipit, ut per S. Thom. *p.* 3. *q.* 6. *art.* 6. Sot. *de Iustit. lib.* 3. *q.* 4. *art.* 2. Decian. *in tract. crimin. lib.* 3. *cap.* 17. Sed ut verus pateat hujus text. intellectus, illius casus referendus est, qui ita se habet. Romanus Pont. Iacobo Clerico in Ecclesia Novariensi præbendam contulit, & jamjam in corporalem 1 2

ejus præbendæ poſſeſſionem miſſus fuit. Cumque Eccleſiæ Novarien. Canonici poſſidentem exturbarent, nec liberè perfrui ſinerent, conventique retinendæ poſſeſſionis interdicto actori opponerent exceptionem, ſi non aliam præbendam in alia Eccleſia haber, freti Concilio Lateranenſi, quo binas præbendas habere non licet ſine Pontificis diſpenſatione, *cap. de multa, de præbend.* quia iidem Canonici, qui id objiciebant, in eodem vitio verſabantur, & plures ſcilicet præbendas in diverſis Eccleſiis poſſidebant, meritò *in hoc textu* dicuntur non eſſe audiendi, ſi quod in aliis reprehendunt vitium, in hoc ipſi deprehendantur. Ita ferè Cujac. *in præſenti*, addens non eſſe ferendum Clodium ſi accuſet mœchos, non Verrem ſi fures, non Gracchum ſi ſeditioſum civem, non Milonem ſi homicidas, non Auguſtum, vel Domitianum ſi adulteros. Sed & hæc præceptio Chriſti fuit, cùm accuſantibus adulteram ſcribens reſpondit: *Quicumque veſtrum ſine peccato eſt, primus lapidem in eam mittat.* Et quando hypocritæ: *Primum ejice trabem de oculo tuo, & poſtea educes feſtucam de oculo fratris tui.*

3 Obſtat tamen, nam ſi Canonici illi audiri non debuerunt, quaſi & ipſi plurales eſſent, Eccleſiæ ſaltem nomine audiendi eſſent, quæ incommodum ex ea Cleri pluralitate patiebatur, arg. *cap. ſi quis presbyterorum, de rebus Eccleſ. non alien.* ubi idem clericus, qui rem Eccleſiæ diſtraxerat inconſulto Pontifice, Eccleſiæ vice ac nomine repetere alienatum potuit, *& cap. dilecti, hoc tit. de except.* ubi ſtatutum ex Honorio fuit clericum, utcumque criminoſus, perjurus, excommunicatuſque ſit, audiendum tamen in ſua exceptione eſſe, ſi Eccleſiam ſuam defendere velit.

4 Egerunt contrarii hi Canones, ut in varias ejuſdem Innocentianæ Conſtitutionis interpretationes itum ſit per Ordinarios in præſenti, & præcipuè Butr. Abb. Felin. Pariſ. & alios poſt gloſſam magnam, ſed noviſſimè Lælio Mancino *diſquiſitionum genialium, & anniverſariarum Iuris diſput. cent. 2. cap. 179.* placuit dicere plurales illos Canonicos fuiſſe in ſua exceptione rejectos ab Innocentio, quia non pro defenſione Eccleſiæ comparaverant, ejúſve nomine exceperant, ſed proprio, immemores ea ſe culpa notari poſſe, qua ipſi adverſarium clericum notabant.

SVMMARIVM.

1 *Recuſationis exceptio ante litis conteſtationem eſt proponenda.*

2 *Exceptiones dilatorias præcipuè incompetentia Iudicis, qui opponere omittit, ſatis in judicem conſenſiſſe videtur.*

3 *In Iudicem conſentire, & poſtea eum ſuſpectum allegare non licet.*

4 *Recuſationis exceptio etiam poſt litem conteſtatam eſt admittenda, ſi poſt eam orta ſit, aut de novo ad notitiam partis perveniat.*

5 Text. hic *intelligitur, & concordatur* cum cap. præſentium 31. de teſtib. & cum cap. ad diſſolvendum, de deſponſ. impub.

Cap. Paſtoralis IV.

AD *num. 22. in fine.* Quod recuſationis exceptio ante litis conteſtationem proponenda ſit, ultra citatos *in collect.* reſolvunt Gerar. Mayn. *Tholoſ. deciſ. 95. lib. 1.* Sola *ad conſuet. Sabaudiæ, tit. de re judic. gloſſ. 1. n. 9.* Anton. Fab. *in ſuo Cod. lib. 7. tit. 17. definit. 1.* Ioan. Bapt. Coſta *de juris & facti ignor. cent. 1. diſt. 77. num. 15.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 100. num. 30. & 31.* Fontanel. *deciſ. 17. ex num. 1.* Ioan. Langl. *lib. 2. ſemeſt. cap. 2.* Paul. Chriſtin. *Belg. deciſ. 148. ex n. 14. vol. 2.* Capic. Galeota *controverſ. lib. 1. controverſ. 39. n. 24. & 25.* 1

Ratio eſt, quia cùm à Iure ad exceptiones dilatorias, præcipuè recuſationis, aut incompetentiæ Iudicis opponendas, ante litis conteſtationem aſſignatum ſit tempus, eas omittens ſatis in Iudicem conſenſiſſe videtur, ut per Suar. de Paz *in praxi, tom. 1. temp. 5. n. 21. & tom. 2. cap. 6. num. 2.* Petr. Gregor. *ſyntag. Iuris lib. 49. c. 3.* Morla *in emporio Iuris, p. 1. tit. 2. in prælud. n. 199.* Pacian. *conſ. 18. n. 721. cum ſeqq.* Amat. Roder. *de modo & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, cap. 10. n. 36.* In Iudicem enim conſentire, & poſtea illum ſuſpectum allegare non licet, Burſat. *conſ. 21. num. 27.* Bertazol. *conſ. crimin. 550. n. 9.* Lancel. *de attent. p. 2. c. 6. num. 60.* cum aliis per Giurb. *deciſ. 99. n. 3.* Niſi recuſationis cauſa poſt litis conteſtationem orta ſit, aut de novo ad notitiam partis ſuperveniat, quia hoc caſu recuſationis exceptio etiam poſt litis conteſtationem admittenda erit, Maſcard. *de probat. concl. 953. n. 35.* Franc. Marc. *deciſ. 775.* Sola *d. gloſſ. 1. num. 9.* Mynſing. *cent. 4. obſerv. 59.* Seraph. *de privileg. juram. privileg. 7. n. 19.* Stephan. Gratian. *d. c. 100. n. 32.* Fulv. 2 3 4

Pacian.

Pacian. *de probat. lib.2. cap.45.n.13. & d. consil.18. n.75. & 76.* Iacob. de Laurent. *de Iudice suspecto, c.14. n.50. & 51.* Sigism. Scacc. *de judic. lib.1. c.101. n.10.* Muscatel. *in sua praxi Neapol. p.2. gloss. competens, n.55.* Cavalc. *de brachio Regio, p.3. n.329.* Graff. *de except. except.24. n.20.* Mastrill. *decis.151. n.68.* Castill. *decis.6. n.16. vol.1. & decis.131. n.1. vol.2.* Paul. Christin. *Belg. decis.148. ex n.18. vol.2.* Fontanel. *decis.17. ex n.5.* Capic. Latro *decis.87.* Fab. Capic. Galeota *controv. lib.1. controv.39. num.25. & 26.* Quod aliqui intellexerunt etiamsi recusatio ante litis contestationem orta sit, si ad notitiam partis post eam pervenerit, sed contrarium receptius est, ut cum aliis probavi *in collect. ad l. si quis testibus, n.11. C. de testib.*

5 In text. ibi, *Quas non fuerint protestati nullatenus audiantur*, &c. Ex quibus verbis constare videtur necessariam esse specialem protestationem, ut exceptiones dilatoriæ post terminum assignatum admittantur, nec generalem sufficere, ut per gloss. *verb. protestati*, & Panorm. *n.17. in præsenti*, Cov. *pract. c.26. n.2.* Non obstat *cap. ad dissolvendum, in vers. salvis exceptionibus, de desponsat. impub.* dum probat quod etiamsi pars non protestetur se velle exceptiones dilatorias opponere, adhuc ei manet salvum jus opponendi, quia respondetur eas ideo ibi admitti, quia terminus ad illas opponendas non fuit assignatus, præcipuè quia Iudex protestatus fuit, ad ulteriora procedens, ac ideo salvum manere partibus supponendi eas exceptiones, cùm illa Iudicis protestatio relevet partes ab illa exceptionum protestatione. Nec etiam obstat text. *in cap. præsentium 31. de testib.* ubi generalis protestatio ad proponendas exceptiones admittitur, quia respondetur protestationem illam intra terminum, & nominatim fuisse propositam, nec fuisse necesse impedimentum exprimere, cùm sufficiat jurasse non malitiosè excipere, siquidem forsan testis in protestantis favorem deponere potuisset, uti advertit textus ille in fine; aliud verò observatur in protestatione exceptionis, in qua causa exprimi debet, cùm diversa ratio militat.

De Præscriptionibus.

Tit. XXVI.

SUMMARIUM.

1 *Decimandi jus spirituale, sicut & decimæ, à laicis possideri, seu præscribi non possunt.*

2 *Laicus titulo locationis potest decimas exigere.*

Cap. Causam quæ. VII.

AD *num.2.* Quod jus decimandi spirituale per dependentiam sicut & decimæ ipsæ à laicis acquiri & possideri non possunt, proindeque nec possideri valent, ultra citatos in collect. docent Marc. Anton. Genuens. *in practicab. Eccles. quæst. 39. num.1.* Ioseph. Sesse *Aragon. decis.162. n.20.* Guttier. *canon. lib.2. cap.21. num.64. & 71.* Hercul. Marescot. *lib.1. variar. cap.95. num.19. cum seqq.* Reynos. *observat. Iuris observat. 50. à num.4.* Ioan. del Castill. *tom.7. de tert. cap.10. num.5.* Ego ipse *de jure Eccles. universo, lib.3. cap.26. §. 2. num. 1.* Non obstant text. *in cap.2. de locato*, ubi laicus jure locationis decimas percipere potest, quia respondetur textum loqui de ipsis decimis quatenus fructus temporales sunt, non verò de jure, seu titulo illas percipiendi, quod est spirituale, ac proinde inæstimabile, juxta text. *in cap. fin. de rerum permut.* & ideo in laicis consistere non potest. At verò quando titulo locationis, vel conductionis laicus ipse decimas exigit, cùm tunc eas non percipiat jure spirituali, sed temporali tantùm, ratione contractus, & decimarum fructus æstimabiles sint, poterit eos uti res temporales laicus percipere. 1 2

SUMMARIUM.

1 *Iura quæ Regibus competunt in signum superioritatis, impræscriptibilia sunt.*

2 *Princeps potest obligare possidentes jura illi competentia, ut titulum suæ possessionis exhibeant, sub pœna privationis.*

Cap. Cùm non liceat XII.

AD *num.3.* Quod jura, quæ regibus competunt in signum recognitionis, aut superioritatis impræscriptibilia sunt, præter citatos in collect. docent Mascard. *de probat. concl.1215. num.50.* Rosent. *de feudis, cap.5. concl.16. num.1.* Azeved. *l.2. num.42. tit.15. lib.4. Recop.* Peregr. *de jure fisci, lib.3. tit.8. n.13. & 14.* Carol. Tapia *decis.23.* Guttier. *de gabel. q.5. num.16.* Mastrill. *de magistr. lib.1. cap.19. num.1.* Alfar. *de officio fiscalis, gloss.16. n.167.* Castill. *tom.7. de tert. c.20. num. fin. & cap.23. n.4.* ubi pro hac parte citat Oliban. Matienz. Flores de Mena, Cabed. D. Barbos. Card. Tusch. 1

Tuſch. & Paul. Chriſtin. Quicquid dicant Covar. *in reg. poſſeſſor, p.2.* §.3. *n.*30. Fab. de Anna *conſ.*127. *n.*7. *cum ſeqq. lib.*2. Cevall. *commun. quæſt.*46. *n.*2. *cum ſeqq.* Maſtrill. *deciſ.*114. *n* 20. *&* 21. Cancer. *var.reſol. tom.*3. *c.*4. *n.*49. Franc. Amaya *ad l.*3. *n.*22. *cum ſeqq. C. de annon. & trib. lib.*10.

2 Nam cùm ad acquiſitionem horum jurium reſiſtat jus, cùm aliàs pro Principe ſtet præſumptio, ſi inveniatur ea poſſidere aliquis privatus, poterit Princeps eum obligare ut titulum ſuæ poſſeſſionis exhibeat ſub pœna privationis illius, ac poſſeſſionis. Ita per *l.*2. *C.de fund. limit. lib.*11. tenent Thom. Gramm. *conſ.*9. Roland. à Valle *conſ.*89. *ex n.*21. Gail. *lib.*2. *obſerv.*69. *num.*7. Valaſc. *de jure emphyt. q.*8. *num.*32. Maſcard. *de probat. concl.* 1372. *n.*36. Roſent. *de feud. c.*8. *n.*8. *& addit. lit.E*, Menoch. *conſ.*1125. *n.*14. *cum ſeqq. & præcipuè n.*17. Fulv. Pacian. *de probat. lib.*1. *c.*62. *n.*26. Peregr. *de jure fiſci, lib.*7. *tit.*3. Palat. Rub. *in cap. per veſtras, de donat. fol. mihi* 336. *num.*48. Azeved. *l.*2. *n.*3. *tit.*1. *lib.*4. *Recop.* Bobadil. *in ſua politica, lib.*2. *c.*16. *num.*92. Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ.*2. §.1. *n.*25. Cevall. *commun. contra commun. q.*820. *n.*27. Ponte *de poteſt. Proregis*, *pag.*138. *num.*37. D. Cutell. *deciſ.*1. *&* 2. Cabed. *Luſit. deciſ.*14. *num.*9. *&* 18. *& deciſ.*15. *num.*3. *part.*1. Ioſeph. Seſſe *Aragon. deciſ.*123. *num.*3. Maſtrill. *de magiſtr. lib.*3. *cap.*2. *n.*12. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.*23. *tit.*6. *num.*4. Moles *Neap. deciſ. q.*5. *fol.*136. Caſtill. *tom.*7. *de tert. c.*16. *per tot.* Solorz. *de jure Indiarum, tom.*2. *lib.*2. *c.*28. *à n.*38. Larrea *alleg. fiscali* 5. *num.*4.

SVMMARIVM.

1 *Archivum debet eſſe publicum, & publica auctoritate confirmatum.*

2 *Archivum debet habere officialem publicum, & deputatum ad cuſtodienda inſtrumenta in eo recondita.*

3 *Cuſtos archivi qualiter de fide inſtrumentorum atteſtari debeat.*

Cap. Ad audientiam XIII.

1 AD *num.*3. Me citato in hoc loco, noviſſimè Pareja *de univ. inſtrument. edit. tit.*1. *reſol.*3. §. 3. *n.*27. *cum ſeq.* ubi latè de fide adhibenda ſcripturis, ſeu inſtrumentis ex archivo publico detractis: *& n.*29. per hunc text. reſolvit requiri, ut archivum ſit publicum, & publica auctoritate firmatum, & non privatum, & ad hoc citat Rot. coram Put. *deciſ.*186. *n.*2. *lib.*1. & coram Seraph. *deciſ.*320. *num.*2. Deinde idem Pareja *n.*32. Secundò requirit quod officialem publicum, & deputatum habeat ad cuſtodienda inſtrumenta in eo recondita: *& num.*35. poſt gloſſ. *verb. librum cenſualem, in præſenti,* 2
Tertiò requirit quod archivi cuſtos, uti officialis ad id deputatus, atteſtetur in calce inſtrumentorum ſic exemplatorum ea fuiſſe de archivo, & in eo adinventa: *& num* 40. Quartò requirit quod archivi cuſtos atteſtetur non ſolùm quod ſcriptura eſſet de archivo, ſed à quo tempore in eo cuſtoditur, ad evitandam ſuſpicionem, quod potuerit in eo dimitti tempore litis pendentiæ: *& num.*42. Quintò requirit quod in eo archivo ſcripturæ authenticæ dumtaxat ſolitæ ſint cuſtodiri, *& numeris ſeqq.* proſequitur alia requiſita. 3

De ſententia & re judicata.

Tit. XXVII.

Cap. Cùm inter XIII.

AD *num.* 8. Adde Abb. *in præſenti, num.*11. reſolventem ſententiam poſtquam tranſitum fecit in rem judicatam, præſumi quod fuerit ritè, & rectè lata, adeò quod neceſſe non ſit ampliùs producere acta ad probandum juſtè fuiſſe proceſſum, licèt pars adverſa dicat eam undique injuſtam: iterum *in cap. quoniam contra, num.*24. *de probat.* ubi Felin. *n.*31. & Dec. *n.*34. Menoch. *de arbitr. caſu* 4. Maſcard. *de probat. concl.*1302. *num.*13. *cum ſeqq.* Hieron. de Laurent. *Avenion. deciſ.*70. *num.*6. Farin. *conſ. crimin.*111. *num.*3. *&* 4. *tom.*2. Valenz. *conſ.*68. *num.*63. *& conſ.*79. *n.*138. *& conſ.*92. *num.*53. Niſi ejus tenor ex actis non juſtificaretur, quia tunc probationem non conſtituit, Gloſſ. *in cap. quoniam contra, in fin. de probat. & in c. cùm in jureperitus, de offic. deleg.* Caſſad. *deciſ.*1. *de præſumpt.* Vant. *de nullit. tit. de nullit. ex defectu proceſſ. num.*141. Magon. *deciſ.*72. *n.*2. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.*531. *num.*61. *&* 62. Hermoſil. *ad l.*32. *gloſſ.*1. *n.*291. *tit.*5. *p.*5. Rot. coram Puteo *deciſ.*369. *lib.*1. & coram Seraph. *deciſ.*1268. *n.*2. & inter recent. *p.*3. *deciſ.* 273. *n.*2. *& deciſ.*524. *n.*5. *& deciſ.* 764. *n.*2. ubi dicitur quod ſententia ſine actis non probat. 1

De Appellationibus.

Tit. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Fatale primum & secundum si esset lapsum, tertium competit per restitutionem in integrum paupertatis intuitu.*

2 *Appellare non valenti propter paupertatem intra legitima tempora, fatalia non currunt, nec in rem judicatam sententia transit.*

Cap. Ex ratione VIII.

1 AD *num.* 2. *propè fin.* Adde Cornel. Benincas. *de paupert. spec.* 3. *in judic. num.* 18. ubi advertit quod si primum & secundum fatale, in quibus appellationem prosequi & terminare non potuisset, esset lapsum, tertium ipso jure illi non competeret fatale, sed per restitutionem in integrum paupertatis intuitu ex generali Prætoris clausula, de qua *in l.* 1. *in fine*, *ff. ex quib. caus. major.* plures referens sequitur Suar. de Paz *in praxi*, *annot.* 2. *de instantia*, *num.* 14. & 15. reprobans glossam *in præsenti*, volentem etiam tertium fatale ipso jure legitimè impedito concedi, nec restitutione opus esse.

2 Ad *num.* 3. *in princip.* Collige ex textu non valentem propter paupertatem intra legitima tempora appellare, appellationemve prosequi, excusari, neque in rem judicatam sententiam transire, nec fatalia currere, ut per Boër. *decis.* 247. *n.* 16. Quintil. Mandos. *de monitor. q.* 37. *n.* 2. Mathes. *sing. ult.* Franc. Cremen. *sing.* 121. Mantu. *sing.* 31. *n.* 4. Cott. *in memorab. verb. paupertas*, Cassador. *decis.* 6. *de appellat. num.* 1. 2. & 6. Carpan. *ad statuta Mediolanensia*, *c.* 131. *n.* 64. Cumia *in ritibus magnæ Curiæ*, *ritu* 81. *num.* 19. Gravat. *ad Vestrium in pract. lib.* 4. *c.* 4. *tit. de dolo, & contum. num.* 27. *verb. paupertas*, *vers. item paupertas excusat ab appellando*, Roland. à Valle *cons.* 87. *num.* 51. *lib.* 2. Mynsinger. *cent.* 4. *observ.* 97. Gail. *lib.* 1. *observat.* 142. Laurent. Sylvan. *cons.* 69. *num.* 17. *p.* 2. Lancel. *de attentatis*, *p.* 2. *c.* 12. *ampl.* 1. *num.* 56. Franc. Viv. *decis.* 268. *num.* 5. *lib.* 2. Sebast. Medices *de casib. fortuit. p.* 2. *q.* 4. *n.* 10. & *in tract. Mors omnia solvit*, *p.* 1. *n.* 103. *pag.* 4. *prope med. vers. septimò excusat*, Hieron. Gig. *de pensionibus*, *q.* 80. *num.* 5. Anton. Thesaur. *decis.* 10. *n.* 5. Quesada *in suis quæst. juris*, *c.* 31. *num.* 24. *cum seqq.* Fulv. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 54. *n.* 64. Alex. Rauden. *de analog. cap.* 22. *num.* 185. Cevall. *de cognit. per viam violent. quæst.* 112. *num.* 1. Camill. Borrel. *in sum. decis. part.* 2. *tit.* 33. *num.* 1180. & *seq.* Steph. Gratian. *decis.* 34. *per tot.* Sigism. Scacc. *de appellat. quæst.* 12. *num.* 162. *cum seqq.* Bernard. Grevæ *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 142. *num.* 3. *in fine*, Menoch. *controvers. illustr. cap.* 41. *num.* 1. *cum seq. l. Castel.* 2. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recop.* ubi Azeved. *num.* 45.

Cap. Super eò XII.

AD *num.* 5. & 6. Quod Iudex delegatus non aliter acquirit jurisdictionis exercitium, nisi priùs ostensis suæ delegationis litteris, ut ex eisdem possit animadverti potestas illa data, præter citatos *in collect.* tenent Mandos. *ad reg. Cancel. q.* 17. *num.* 4. & *reg.* 31. *q.* 1. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 58. Chassan. *cons.* 10. *n.* 18. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 6. *c.* 2. *n.* 7. Salgado *de supplicat. ad Sanctissimum*, *p.* 2. *c.* 26. *n.* 70. *cum multis seqq.* me citato *in hoc loco*, Pareja *de universa instrumentorum edit. tit.* 2. *resol.* 5. *num.* 25. Rot. *decis.* 6. *num.* 2. & *decis.* 9. *p.* 4. *recent. aliàs part.* 2. *in posthumis Farin.* 1

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio Iudicis à quo suspenditur per appellationem, tam quoad exequutionem sententiæ, quàm quoad officium illius.*

2 *Causa & jurisdictio per appellationem devolvitur ad Iudicem ad quem.*

3 *Appellatio suspendit pronuntiatum.*

Cap. Proposuit XXIV.

AD *num.* 2. Nota quod per appellationem suspenditur jurisdictio Iudicis à quo, tam quoad exequutionem sententiæ, quàm quoad officium illius, ut per Cov. *pract. c.* 23. *n.* 1. Grammat. *decis.* 14. *n.* 6. Caballin. *milleloq.* 752. Flamin. Paris. *de resign. benef. lib.* 3. *q.* 26. *n.* 18. Brunor. à Sole *q.* 24. *n.* 59. *cum seqq.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 47. *n.* 30. Valenz. *cons.* 84. *n.* 31. & causa, & jurisdictio per eam devolvitur ad Iudicem ad quem. Lap. *alleg.* 2. Afflict. *decis.* 188. *n.* 65. Valenz. *d. cons.* 84. *num.* 52. taliter ut nihil valeat Iudex à quo disponere, nec in principali, nec in accessorio, Scacc. *de apell. q.* 17. *limit.* 47. *n.* 42. Leon. Valent. *decis.* 161. *num.* 5. cùm suspendat pronuntiatum, quatenus respiciat futurum eventum. Cov. *pract. cap.* 23. *num.* 1. Lancel. *de* 1 2 3

de attent. part. 2. cap. 12. in princip. num. 114. Leon *d. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Cautio non sufficiens dicitur juratoria.*

2 *Cautio juratoria non admittitur, ubi satisdatio de necessitate & substantia actus requiritur.*

3 *Cautio ab usufructuario præstanda de utendo arbitrio boni viri, est de substantia.*

Cap. Qua fronte XXV.

1 AD *num. 5.* In gloss. *verb. cautione.* Notatur ad hoc, quod non sufficiens cautio dicitur juratoria, similis gloss. *verb. sufficiens, in cap. ex parte 23. de verbor. signif. & verb. sufficienti cautione, in c. transmissa 8. de restit. spoliat.* Curr. jun. *de sequestro, q. 14. n. 56.* Petr. Pech. *in tract. de jure sistendi, c. 45. num. 8.* Farin. *in praxi crimin. p. 4. quæst. 143. num. 213.*
2 Vnde cautionem juratoriam non admitti ubi satisdatio de necessitate, & substantia actus præstanda est, resolvunt *gloss. 1. in l. 4. Cod. de usufr.* Roland. à Valle *cons. 43. num. 8. cum sequentibus, lib. 2.* Nicol. Bellon. *cons. 54. num. 6.* Bertachin. *in suo repertorio, verb. cautio juratoria*, Azeved. *l. 11. num. 2. tit. 11. lib. 5. Recopilat.* Ioseph. Ludovis. *Perus. decis. 63. num. 18. part. 2.* Gaspar Anton. Thesaur. *lib. 1. quæst. forens. quæst. 87. num. 6.* Et
3 ideo cautionem ab usufructuario præstandam de utendo arbitrio boni viri, de substantia esse, requirique pro forma, & non sufficere juratoriam, ex *textu in l. 1. & per tot. ff. de usufr.* tenet gloss. *verbo cautionem idoneam, in cap. fin. de pignorib.* ubi habes *in collect. & addit.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non suspendit sententiam excommunicationis, & quare.*

2 *Excommunicatio ubi dicta est, illico statum mutat condemnati, & eum præscindit à communione Fidelium, & perceptione Sacramentorum.*

3 *Excommunicatus potest denuntiari sine metu attentatorum, post appellationem.*

4 Cap. prærerea 40. de appellat. *intelligitur.*

5 *Excommunicato beneficiorum fructus subtrahendi sunt non Iudice intercedente, sed ipso jure.*

6 *Communionis privatio ex vi solius censuræ contrahitur sine ope Iudicis.*

7 Cap. cùm secundùm leges, de hæret. *intelligitur.*

Cap. Pastoralis LIII. in vers. *Verùm.*

AD *num. 5.* Difficile videtur posse rationem concludentem inveniri, cur appellatio non suspendat sententiam excommunicationis, cùm certum sit per eam legitimè interpositam eximi appellantem à Iudicis sui potestate, & quicquid post appellationem Iudex exegerit, vel mandaverit, quasi nullum, & attentatum revocari debet, quia post appellationem nihil ab inferiore Iudice gestum jure subsistit, tanquam à non Iudice factum, *c. 1. cap. super eo 10. cap. ad præsentiam 16. c. cùm teneamur,* cum multis aliis *hoc tit. c. non solùm, eod. tit. lib. 6. l. 3. l. minimè 6. C. eod. l. Castellæ 26. tit. 23. p. 3.* Quare Dec. *in præsenti, num. 12.* rationem in eo versari ait, quod cùm excommunicatio medicinalis sit, *cap. 1. de sent. excommun. in 6.* & tendat in correctionem ejus, qui excommunicatur, ne prætextu frivolæ appellationis impediatur correctio, sublata est appellatio propter auctoritatem clavium, & favorem censurarum, quemadmodum aliàs in omni correctione sublata est appellatio, *cap. 3. cap. reprehensibilis 26. hoc tit.* quibus addit Wames. *hîc, n. 5.* cæteras pœnas esse irretractabiles, quia nemo pœnitentia, vel satisfactione illas à se avertit, *l. Divi 27. ff. de pœn. l. Iudex 55. ff. de re judic.* excommunicationem autem facilem habere remissionem, reconciliatione scilicet intercedente, satisfactione, aut cautione jurata: cùm ergo ab hac censura facilè eximatur ligatus, meritò tributum est, ut exequutionem secum trahat, quam rationem signavit etiam Sigism. Scacc. *de appellat. q. 17. limit. 22. n. 3.* 1

Ex quibus colligitur, sententiam excommunicationis ab aliis differre, cùm postquam dicta est, illico statum mutet condemnati, & eum præscindat à communione fidelium, & perceptione Sacramentorum, ad quæ nullo alio remedio redire potest, neque ab illo ligamine se expedire, nisi mediante absolutione, *cap. à nobis, el 2. hoc tit.* cum aliis per Suar. *de censur. disp. 19. sect. 1. n. 3. & 7. & disp. 7. sect. 1. n. 2.* & sic postquam semel tenuit, non solvitur ipso facto propter emendam solam, vel satisfactionem, nisi per absolutionem ejus qui ligavit, *c. servetur 11. q. 3.* Suar. *d. disp. 7. sect. 2. n. 2. &* 10. Ex dictis etiam infertur, post appellationem, quæ effectum fuerit sortita, posse excommunicatum denuntiari sine metu attentatorum, ut ab aliis evitetur, ut habetur *in hoc textu, §. verum.* Ratio est, quia hæc denunciatio est veluti cæremonia 2 3

cæremonia quædam consequens ipsam excommunicationem, nec quicquam est aliud, nisi ut hic excommunicatus ab omnibus talis reputetur, & excommunicatio operetur liberè suos effectus, & dignè tractetur, quod est executio ipsius sententiæ. Cùm enim appellatio interposita, ut dixi, non tollat excommunicationem, non poterit similiter tollere, ut postquam perfecta est non operetur suos effectus, cùm nihil additur excommunicationi, nec ampliùs ligetur excommunicatus, docent Lancel. *de attent.p.2.c.12.limit.*40.*n.*6. Spin. *de testam.gloss.*11.*rub.n.*65. Freccila *de excomm.p.*3.*art. unic.n.*13. Guttier. *canon. lib.*1.*c.*1.*n.*36. Scacc. *d.limit.*22.*n.*4. Ex qua etiam ratione procedit decisio *d. §. verùm, in fine*, dum probat excommunicatum quanvis appellantem, fructibus beneficii, & quotidianis distributionibus privandum esse, ut per Guttier. *d. c.*1.*à n.*90. Sayr. *de censur.lib.*2.*c.*5. *n.*24. Scacc. *d. limit.*22. *n.*8.

4 Non obstat *c.præterea* 40. *de appell.* dum constituit, appellari posse à sententia excommunicationis, quia respondetur multum interesse, an quis purè excommunicetur, an verò sub conditione, veluti si intra viginti dies non satisfeceris, sis excommunicatus. Pura excommunicatio non suspenditur per appellationem, quia statim habet effectum, ubi autem conditionalis est, nulla est ante eventum conditionis, & ideo appellatione suspéditur non solùm censura, sed & præceptum seu obligatio exequendi, quodque sub censura præcipitur, ideo appellatur à censura, quia appellatur à præcepto, quod est ibi principaliter intentum, & censura est veluti accessorium, parumque utilis esset appellatio si excusaret à pœna, & non à culpa; idque locum habet etsi in sententia conditionali apponatur clauf. *nisi satisfeceris intra decem dies, ex tunc sis excommunicatus*, licèt enim dictio, *tunc*, soleat inducere retractionem, *l.hujusmodi* 64. *ff.de verb. oblig.* hæc non habent locum in censuris, ut latè de illius interpretatione tractantes observant Spin. *d. gloss.*11. *num.*19. Guttier. *d.lib.*1. *canon. c.*4. *ex n.*19. Suar. *de censur. disp.*3. *sect.*4. Avila *eod. tract. p.*2.*c.*7. *disp.*2.*dub.*6.*& c.*5.*disp.*5. *dub.*11. Sayr. *in simili tract.lib.*1.*c.*16. *n.*24. Cenced. *ad Decret. collect.*42. *num.*3. *vers. advertit.*

5 Ad *n.*7. Per hæc verba, *& illi proventus Ecclesiastici merito subtrahuntur*, probatur excommunicato beneficiorum fructus esse subtrahendos, non Iudice intercedente, sed ipso jure, ut contra gloss. verbo subtrahuntur, in præsenti probat Læl. Mancin. *disquisit.genialium, & anniverss. Iuris disp. cent.*1.

6 *c.*45.*ante n.*1. Nam sicut communionis privatio ex vi solius censuræ contrahitur sine ope Iudicis, ita & privatio fructuum, ut ratiocinatur idem Læl. Mancin. *d.loco, n.*2. & sicut denunciatio novam aliquam pœnam non irrogat excommunicato, quam proinde exequi potest Iudex, licèt fuerit provocatum, ita quoque subtractio fructuum nihil novi irrogare videtur, sed executio erit actus, & sequela promulgatæ sententiæ.

Non obstat *c.cùm secundùm leges, de hæret.* dum probare videtur hæreticum bona non dimittere sine facto, & jussione Iudicis, & ita semetipsum spoliare non obligatur, licèt bonis ad fiscum devolutis, & quidem ipso jure, moraliter enim impossibile, & contra naturam, adeóque supra captum humanæ legis videtur, ut seipsum privet ac spoliet quis si velit, ut dicit idem Læl. Mancin. *sacri Iuris controv.dissert.*5.*c.*12.*&* 13. Quia respondetur hæreticum bona amittere, quoniam dominium possessionemque ipse habet, ergo & retentionem habere debet: esset enim perdura lex, & moraliter impossibilis, quæ eum cogeret ut se substantiis suis omnibus viduaret, nam & supplicium maximum in Iure habetur, ut vivat quis, & perpetua egestate sordescat, *l. quisquis, C.ad leg.Iul. majest.* Non ita clericus excommunicatus; nam non in fructibus jus habet, sed ad fructus, uti procurator sui ipsius habet jus quasi mádato Ecclesiæ, donec ab Ecclesia non disjungitur, ubi itaque per excommunicationem præscinditur, illicò mandatum revocari intelligitur, cùm insitam hanc conditionem habeat. Ita Læl. Manc. *d.cent.*1.*c.*46.*pag.*116. *&* 117. 7

SVMMARIVM.

1 *Appellatio regulariter omni casu permissa est, nisi prohibeatur expressè.*

2 *Appellationi locum esse in dubio pronuntiandum.*

3 *Alimenta præterita quando petuntur, appellatio non negatur.*

4 *Alimenta præterita dicuntur, quæ usque ad diem litis motæ, futura verò quæ à die litis motæ in futurum debentur.*

5 *Sententia mercedis, ejusque taxationis inappellabilis est.*

Cap. Vt debitus LIX.

Ad *n.* 13. Quod appellatio regulariter omni casu permissa est, nisi prohibeatur expresse, ultra citatos in collect. tenent Tiraq. *de privil. piæ causæ privil.*153. Octavian. Vestr. *in praxi, lib.*7. *c.*3. *n.*1. Ozasch. *decis.*61.*n.*6.*vers.in contrariam*, Fachin. *controv. Iuris lib.*1.*c.*77. *vers.probatur hæc sententia*, Sigism. Scacc. *de appell.q.*17.*n.*1.*cum seqq.* Et si dubium an appellationi deferendum sit necne, pro ea judicandum, appellationi scilicet locum fore, ut post citatos docent Surd. *decis.*163.*n.*3. *vers. secundò fundatur, & n.*4. Lancel. *de attent.p.*2. *c.*12. *ampl.*5.*n.*8. Christoph. de Paz *de tenuta, p.*1. *c.*4.*n.*9. 1 2

3 Ad *n.*17. Vbi autem alimenta præterita petuntur, appellatio non negatur, quia tunc paupertatis periculique appellati ratio cessat, ne interim dum appellationis causa vertitur, fame prematur, aut in vitæ discrimen veniat. Verall. *decis.* 24. *lib.*1. Vincent. de Franchis *decis.*203. *num.*2.

n.2. Vrsill. *ad Afflict. decis.* 152. *n.1.* Franc. Viv. *decis.* 33. *n.4. & decis.* 523. *n.42.* Menoch. *de præs. lib.1. præs.* 35. *n.31.* Carpan. *ad statuta Mediol. c.47. n.95.* Ruginel. *de appell.* §.2. *c.30. n.272.* Mat. Coler. *de alim. c.15. n.12.* March. *p.1. tit. de commiss. appell. in causa alim.* §.1. *n.176.* Tib. Decian. *cons.90. n.4. vol.5.* Molfes. *ad consuet. Neap. q.4. p.5. n.15. & 17.* Giurb. *in consuet. Messan. c.7. gloss.15. n.12. p.1.* Cancer. *var. resol. lib.1. c.16. de alim. n.1.* Card. Tusch.
4 *pract. concl. tom.1 lit. A, concl.286. n.50.* Dicuntur in hac specie alimenta præterita quæ usque ad diem litis motæ, futura verò, quæ à die litis motæ in futurum debentur, Verall. *dec.20. n.4. & decis.22. à n.2. & decis.24. p.1.* Surd. *de alim. tit.8. privil.60. n.16.* Lancel. *de attent. p.2. c.12. limit.24 n.8.* Ceval. *commun. q.897. n.918.* Vinc. de Franch. *decis.605. n.2.* Maresc. *lib.2. var. c.83. n.2.* Paul. Æmil. Gal. *de except. p.2. tit.4. except.1. n.44.* Mar. Giurb. *d. gloss.15. n.13. & decis.4. num.47.* Fontanel. *de pactis nupt. claus.6. gloss.2. p.3. ex n.43.*

5 Ad *n.16.* Quod sententia mercedis, ejusque taxationis inappellabilis est, ultra citatos hic resolvunt Marches. *de commiss. tit. de commiss. appell. in causa mercedis, n.24. cum seqq.* Camill. Borrell. *in sum. decis. part.2. tit.33. n.548. cum seqq.*



De Confirmatione utili.

TIT. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Super causis jurispatronatus non potest in laicum compromitti.*

2 *Annexorum natura regulatur secundùm ea, quibus annectuntur, & conjunguntur.*

3 *Annexa spiritualibus in Iure sub spiritualium nomine continentur.*

4 Textus hic *intelligitur.*

CAP. Examinata VII.

1 DUm in hoc text. approbatur compromissum super causa jurispatronatus factum in Vicedominum Sabinensem, qui laicus erat, vel esse poterat, ex sententia gl. *verb. Iudice, in princ.* per textum *ibi, in c. salvator, vers. nomine, 1. q.3.* videtur probare super causis jurispatronatus posse in laicum compromitti, ut per Dec. *hic, n.4. & c. quanto, num. etiam 4. vers. sed breviter, de judic.* Sed contrarium, immò super causa jurispatronatus non in laicum compromitti, sicut nec super aliis causis, quæ spiritualibus annexæ sunt, quemadmodum nec super eisdem spiritualibus, juxta per me dicta *in c.2. de judic. & in c. contingit, de arbitr. in addit.* qui textus licèt de spiritualibus loquatur, procedit etiam in jurepatronatus & aliis similiter annexis, supposita
2 decisione *d. c. quanto*, & attenta natura annexorum, quæ regulantur secundum ea, quibus annectuntur, & conjunguntur, itaut eorum tanquam accessoria suorum principalium naturam sequantur, *c. translato, de constit.* ubi DD. *l. quæ Religiosis 44. ff. de rei vend. reg. accessorium, lib.6.* cum aliis per me citatis *Axiom.4. n.1.* Et ideo annexa spiritualibus 3
in jure non solùm exæquantur eisdem spiritualibus in plerisque articulis, *c. de jure, de jurepat. c. quæsitum, de rer. permut.* sed etiam spiritualia dicuntur, & sub spiritualium nomine continentur, ut patet in beneficio Ecclesiastico, quod est spiritualibus consequenter annexum, ex S. Thom. 2.2. *q.100. art.4.* recepto communiter per Nav. *in rub. de jud. n.30.* & tamen *in c. dilecto, de preb.* & passim alibi, & secundùm communem ex eodem Nav. spirituale dicitur, & ita fit ut dispositio agens de spiritualibus, nisi ex materia subjecta, intentione loquentis, aut aliunde oppositum colligatur, comprehendat etiam ea, quæ ex auctoritate Ecclesiæ spiritualibus sunt annexa, probat *c. litteras*, juncta *gloss.1. in princ. de juram. cal. c. tua 25. in princ.* ibi, *spiritualibus*, & ibi, *solutione decimarum, de decim.* intendit text. *in c. ult. in princ. de jud. lib.6. & in Clem.2. eod. tit.* qui locum habent etiam in iis, quæ spiritualibus annexa sunt: cùm ergo juspatronatus maximè spiritualibus annexum sit, & conjunctum, causa ejusdem in eo tantùm judicio definiri debet, in quo spirituales causæ Iure definiri possunt, & sic in Ecclesiastico, juxta text. *in d. c.2. de judic.* cujus decisio dum de spiritualibus agit, comprehendit etiam juspatronatus, utpote illis annexum. Ita in specie observant Abb. & alii *in præsenti*, Felin. *in d. c. quanto, col.2. & in rub. de judic. n.81.* & in causa decimarum, Rebuff. *de decim. q.10. n.35.*

Qua sententia retenta non obstat text. *in præsenti*, nam quidam existimarunt illũ procedere, quia 4
ipse Vicedominus processit non ut Iudex, sed ut arbiter nominatus à partibus per quoddam compromissum, ut significare videntur illa verba, *perpendimus arbitrium, quod Vicedominus*, &c. quod compromissum in arbitratorem factum in laicum etiam super spiritualibus valet, ut dixi *in addit. ad d. c. per tuas.* Sed hæc solutio sustineri non potest, quia licèt ex *c. dilecti filii 4. & ex c. per tuas 9. & ex c. exposita 11. de arbitr.* probetur quod laici possint esse arbitri in causis Ecclesiasticis temporalibus; secus tamen est in spiritualibus, seu illis annexis, quia circa illas non potest fieri compromissum in laicos, ut constat ex *c. contingit 8. eod. tit. de arbitr.* Nec facit quod in terminis *d. c. per tuas*, compromissum fuit factum in laicum super hospitali S. Ioan. & sic super re spirituali, vel spirituali annexa; quia ibi adfuit specialis ratio ut admitteretur tale compromissum, propterea quod non solùm in laicum, sed simul in clericum factum fuit cum auctoritate Prælati Ecclesiastici, cum qua qualitate quasi sublata mansit indecentia, quæ circa spirituales consideratur. Quare existimo dictum Vicedominum Sabinensem, in quem fuit factum compromissum, non esse laicum, sed clericum & Ecclesiasticum

clesiasticum vices Episcopi gerentem, proindeque mero jure potuisse in causa jurispatronatus judicare: erat enim Vicarius Episcopi illius loci, qui quidem ob suam dignitatem, eo quod Cardinalatus honore fungebatur, & potestatem ibi Ecclesiasticam & temporalem habebat, assistebatque in Romana Curia apud summum Pont. suum Vicarium eo nomine Vicedominum appellat, ut notat Host. *hic*, & Abb. *n.*5. Bellamera *in princ.* Dec. *n.*13. & ferè omnes DD. & etiam idem tradit Lambert. *de jurepatr. lib.*3. *q.*49. *art.*4. *n.*2. quorum sententiam satis confirmat text. *in c. volumus, ubi gloss. & DD. & in cap. seq.* 89. *dist. & in c. consulere* 38. *ibi*, *Vicedominatum, vel aliam rerum Ecclesiasticarum administrationem*, &c. *de simon.* notat Specul. *in tit. de Vicedomino.* Et quanvis hoc ita non constaret ex dictorum Doctorum relatione, necessario id erat fatendum, siquidem nisi judex ille Sabinensis esset clericus, frustrà causa super sententia deduceretur ad Romanum Pontif. sed potiùs ad Iudicem sæcularem laicum, eo quòd quotiescumque contra arbitri sententiam allegatur gravamen, ad Iudicem superiorem ipsius arbitri recurrendum est, juxta tradita per Cov. *lib.*2. *var. cap.*12. *num.*2. *in fine*, & per Azeved. *lib.*4. *tit.*21. *lib.*4. *Recop.*

LIBER TERTIUS.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

Titulus I.

SUMMARIUM.

1 *Clerici arma portantes non possunt illis spoliari per Iudices sæculares.*

2 *Clerici arma gestantes per legem civilem prohibita possunt eis spoliari per ministros sæculares in Hispania & in Gallia.*

3 *Clericus prohibitam venationem, aut piscationem exercens non potest à sæculari Iudice avibus, canibus, & aliis venationis instrumentis spoliari.*

4 *Clericus debitor si aufugiat, vel fugam meditetur, an & quando à Iudice sæculari detineri possit?*

5 *Clericus deprehensus à sæculari Iudice, statim recto tramite ad Iudicē Ecclesiasticum deducendus est.*

Cap. Clerici II.

1 AD *n.*6. Nostram resolutionem, quod scilicet clerici arma portantes non possint illis spoliari per judices sæculares, ultra citatos *in collect.* tenent Suar. *de def. Fid. contra Anglic. sect. errores, lib.*4. *c.*34. *n.*14. Megala *in* 3. *p. lib.*3. *c.*11. *n.*2. Bonac. *de legib. disp.*1. *q.*2. *punct.*1. §.1. *n.*2. Dian. *mor. resol. p.*3. *tr.*3. *res.*28. & *p.*5. *tract.*1. *resol.*4. Morla *tom.*2. *disp.*4. *c.*3. *diffic.*2. *n.*608. Bald. *tom.*1. *lib.*5. *disp.*57. *n.*8. R. Fr. Hieron. Garc. *in sum. moral. tr.*1. *diffic.*3. *duda* 2. *punct.*2. *n.*25. Aloys. Ricc. *p.*3. *decis.*299. *per tot.* ubi quærit an Clericus portans arma possit cum illis resistere ministro laico volenti illum capere, & resolvit quod sic. Vasq. 1.2. *disp.*167. *c.*4. *n.*31. ubi idem tradit, sed limitationem adjungit, nisi armorum usus tanquam Reip. perniciosus ita prohibitus sit, ut neque domi retinere hujusmodi arma concessum sit; talem enim legem, inquit ipse, Magistratus civilis ob bonum publicum etiam contra clericos justè defendere poterit, quod non puto verum, quia nō spectat ad Iudices sæculares propria auctoritate efficere ut leges civiles à clericis observentur, cùm nullam in eos jurisdictionem præsertim coactivam habeant, ut dixi *in addit. ad c. non minus* 4. *de immun. Eccl.* sed ad id cogendi sunt per Iudices Ecclesiasticos, unde etsi arma clerico eripere sine ejus percussione (sicut ad obviandum delictum eundem capere, & ducere ad Episcopum) pertineat ad necessariam defensionem, quæ proinde sæculari Magistratui adversùs clericum Iure conceditur, armorum tamen spoliatio, & amissio violentiam continet, & rationem pœnæ, vel saltem rationem coactivæ jurisdictionis habet, quam sæcularis Iudex propria auctoritate, & sine ulla expressa, vel saltē tacita Prælatorū commissione in clericos exercere minimè potest: quapropter in tali casu magistratus civilis arma clericis erepta eisdem vel restituere, vel ad Ecclesiasticum eorum Magistratum transmittere tenetur.

Quanvis multò plures existimaverint contrarium, dixerintque in Hispania, & Gallia consuetudinem esse ut clerici arma gestantes per legem 2
civilem prohibita à sæculari Iudice, vel ministro iis priventur, sine obligatione restituendi, ex quorum numero sunt Duen. *reg.*15. Ant. Gom. *in l.*45. *Tauri, n.*48. Cov. *lib.*2. *var. c.*20. *propè fin. & pract. c.*33. *in fine*, Clar. §. *fin. q.*36. *n.*26. & *q.*82. *stat.*6. *n.*1. Nav. *cons.*27. *de sent. excomm. in* 2. *edit.* Anguian. *in parte de legib. lib.*2. *controv.* 15. *n.*31. dum putat posse Ecclesiasticum Iudicem ad vitandas seditiones, & tumultus, clericos armis prohibitis semel spoliare, teneri tamen, quamprimùm potuerit, Ecclesiasticum Iudicem adire, qui judicet arma vel amissa, vel restituenda. Azeved. *l.*9. *n.*3. *tit.*3. *lib.*1. *Recop.* Plaz. *de delict. lib.*1. *cap.*8. *n.*9. Mexia *in pragm. taxæ panis, concl.*5. *n.*58. Cened. *ad Decretum, collect.* 37. *n.*17. Camil. Borrel. *de præstantia Regis Cathol. c.*71. *n.*45. Bobadil. *in sua politica, lib.*2. *c.*18. *n.*17. Morla *in emporio Iuris, p.*1. *tit.*1. *q.*16. *n.*17. Ioan. de Hevia *in Curia Philip. p.*3. §.3. *n.*19. Cevall. *de cognit.*

cognit.per viam violent.p.2.q.54.n.17. Et ex Theologis Bañes *in 2.2.q 67.art.1.dub.2.concl.5.* Fr. Emman. *in sum.tom.2.c.237.n.13.* Iacob. de Graff. *in aureis decis.p.1. lib.4.c.18. n.158.* Ortiz *in sum.c.4. n.9. & c.7.n.1.* Vasq. 1.2.*tom.2. disp.167.c.4.n.31.* Lorc. etiam 1.2.*tom.2.tr.de legib.disp.25. memb.4.* Fragoso *de Republ. Christiana, tom.1. lib.2. disp.4. num.307.*

3 Et quanvis alii crediderint clericum prohibitam venationem, vel piscationem exercentem posse à Iudice sæculari, vel ejus ministris spoliari avibus, canibus, & aliis venationis, seu piscationis instrumentis, ut minùs bene voluere Cened. *ad Decretum, collect.37. n.19.* Salzed. *ad Bernard.c.68.* Petr. de Ledesm. *in sum.tom.2.tract.8.c.9.concl.33.* Morla *in emporio Iuris, p.1.tit.1.q.16.n.16.cum seqq.* Villal. *in sum.tom.1.tract.10. diffic.16.n.2.*

4 Ad *n.7.* Nota quod si fugiat, vel fugam meditetur clericus debitor rei, vel pecuniæ alicujus considerationis, quæ ab eo, si aufugere permittatur, difficilè recuperari poterit, tunc valebit non tantum à Iudice sæculari, sed etiam à creditore privato capi ac detineri ad hoc ut Iudici suo sistatur, & compellatur ad solutionem; nam in hoc casu clericus perinde se habet ac si pecuniam alienam fugiens auferret, talem autem capi, & reduci posse perspicuum est, quia contra vim injustam se defendere cuilibet naturali Iure permittitur, idemque dicendum si clericus gravi injuria laicum affecit, ob quam ille à Magistratu suo Ecclesiastico incarcerandus, atque ad satisfactionem compellendus foret, poterit etiam in hoc casu ad breve tempus (putà per viginti horas, non autem plus, ut contra Ioan. Garc. *de nobilit. gloss. 9. num.39.* & Villad. *in sua politica, casu 5.n.60.* tenent Panor. *in c.cùm non ab homine, n.11. de jud.* Farin. *in praxi crim.q.8.n.118.* Megal. *in 3.p.lib.3.c.11.art.7.* Guaz. *de defens.reor.tom.1.lib.1. defens.1.c.2. n.5.* Nald. *in sum. verb. Bulla Cœna, n.58.* Bellet. *disquisit.cleric. p.1. tit.3. § 11. n.2.*) à laico detineri, vel potiùs quandiu tantùm necessarium erit ad justitiam obtinendam, nempe donec interim testes advocentur, vel Iudici Ecclesiastico indicetur ad fugam delinquentis impediendam, sicuti docent Sigism. Scacc. *de judic.tom.1.lib.1.c.39.n.14.* Molin. *de Iustit.tract.3.disp.56.n.2.* Campan. *in diversorio Iuris Canon. rub.4.n.27.* Carol. de Grassis *de effectib. cleric.effectu 1. n.557.* Castro Palao *in opere morali, tom.2. disp.unic. puncto 6. n.14.* qui non admittentes spatium viginti horarum asserunt quod statim recto tramite Clericus ad Iudicem Ecclesiasticum deducendus sit.

Cap. Clericus V.

1 De intellectu hujus text. agit Alphonf. Carranza I.C. Hispanus *en el discurso cõtra los trajes y adornos, en nota tercera, fol.51.verso,* cujus verba hæc referre malui, quia libellus non facilè invenitur. *A lo dicho en el discurso en prueva de la especial prohibicion à Ecclesiasticos de las comas, y cabellos largos, prohibimos en el Can.44.del Cõcilio Carthaginense IV. en que asistiò S. Augustin, como dize Baronio tom.4. anno 398. que atendiendo al consejo del Apost.1.ad Corinth.dize ansi: Clerici nec comam nutriant, nec barbam; y aunque ay diversos Codices (como advierte Severino Binio en las notas sobre el dicho Concilio, p.1. Concil.generalium) de los quales unos à la ultima diccion barbã, añaden* tondeant, *otros radant: Conque muchos an querido defender que el dicho Canon 44.no solamente prohibe, mas antes concede à los Clerigos y demas Ecclesiasticos las barbas largas, que es la inteligencia practicada en Italia,* Nav. *in man. Confess.c.25.n.110. Ioan.Pier.in tr.de barbis à Sacerdotibus portandis, y el Doctor Olalla de Rojas Canonigo de la Cathedral de Sevilla en otro tratado, fundado en el c.19.& 21.del Levitico, y en el 44.de Ezechiel, en que se prohibe à los Sacerdotes raer la barba, à que como Italiano aplaudiò Menoch.de arbitr. cent.4.casu 392.n.27.y el dicho Olalla de Rojas en defẽsa de la barba larga que vimos truxo de Roma, quãto empero à la coma todos convienen en la prohibicion puesta à los Ecclesiasticos en señal de desprecio del esplendor, y aparato humano, como se colige de los Actos Apostolicos, c. 18.& 21. y ansi san Augustin de oper.monach.tom.3. detesta grandemente la coma en los Religiosos, y san Geronimo en la epist.22.ad Eustoch.amonesta, Clericos comatos, & calamistratos velis, & remis fugiendos.* Et paulò inferiùs: *Mas bolviendo à lo mas importante en quanto al dicho Canon 44.del Concilio 4. Carthaginense, notamos que su verdadera leccion esta libre de aquellas adiciones,* tondeant, vel radant; *y ansi se puso libre dellas en las Decretales en el c.clericus 5.de vita, & honest.cler. De suerte que la mas cierta contextura deste Canon es la ya propuesta, Clerici ne comam nutriant, nec barbam, y por tal la tienen Binio ya referido, y el doctissimo Cardenal Baronio tom.4.annal.anno 398. y es comun opinion de todos en el dicho c.Clericus: y al Padre Cresolio en su Mystagogico, lib.4.c.12. sect.5.no le desagrado el uso de España en todo conforme à estos Decretos en su pureza, y nativa lectura, con laqual dize muy al justo lo que san Geronimo en el tom.4. sobre el c.44.de Ezechiel sintiò en este punto, quando dixò que los setenta Interpretes trasladaron aquellas palabras del Propheta, Caput suum Sacerdotes non radent, nec comam nutrient, sed tondentes attondebunt capita sua: diziendo, Capita sua non radẽt, & comas suas ad pressum non tondebunt, sed operient capita sua. Iuxta quod, infiere el gran Doctor, dicimus nec calvitium novacula esse faciendum, neque ita ad pressum tondendum caput, ut rasorum similes esse videamur, sed in tantum capillos dimittendos, ut operta sit cutis.* Hactenus Carranza. De hac materia March. *de Sacr.Ordin.tr.2. p.1.c.6.per tot.* & præcipuè *n.16. & 17.* Mach. *en su perfetto Confessor, y Cura de almas, lib.4.p.1.tract.13. docum.10.n.3.*

Cap. A crapula XIV.

Ad *n.3.* Vinum inter bona, vel inter mala sit connumerandum, & quot utilitates, & nocumenta 1

nocumenta afferat? Vide Cæl. Rhodig. *antiq. lection. lib.* 28. *c.* 28. *cum seqq.* Sim. Maiol. *dierum canicul. tom.* 1. *colloq.* 21. *de plantis, pag.* 658. *cum seqq.* Hieron. Card. *de variet. lib.* 6. *cap.* 24. Adrian. Turneb. *in suo tract. quem de vino, & vini damnis scripsit*, Andr. Canonher. *in suo libro de admirandis vini virtutibus & excellent.* Prosper. Rendella *in tract. de vinea, vindemia, & vino*, Ioan. Funger. *in etymolog. verb. vinum*, Ioan. Pined. *de Eccles. c.* 2. *vers.* 3. *n.* 2. *pag.* 242. *& n.* 8. *pag.* 248. eundem Andr. Canonher. *in aphorismis politicis, tom.* 1. *pag.* 187. *&* 785. ubi de incommodis, quæ ebrietas Reip. affert, Hering. *in tract. de fidejussor, c.* 7. *n.* 121. *cum multis seqq.* Petr. Herod. *rerum judicatar. lib.* 10. *tit.* 6. *c.* 13. *fol.* 408. Hubert. à Sonleville *in alphabeto curiositatis, p.* 1. *lib.* 5. P. Franc. de Mendoza *in lib.* 1. *Reg. cap.* 1. *n.* 15. *& annot.* 11. *pag.* 132. *cum multis seqq.* ubi inter alia probat, quod ebrii sunt brutis, & diabolo deteriores, & filii Belial, & sine jugo, & apostatæ, & quod ebrietas est pestilentia, insanabile venenum, cunctis vitiis turpior, libidinis, & somnolentiæ comes, cædium mater, & rationis naufragium, *& c.* 2. *n.* 17. *pag.* 756. ubi quod ex ebrietate nascitur perfidia, & idololatria, Villaroël *in comment. super lib. Iudith, c.* 13. *pag.* 484. ubi plura notanda contra ebrietatem adducit.

Cap. Clerici XV.

1 AD *num.* 7. Vendens rem suam in ludo collusori, vel eam ludens, si postea evincatur, non tenetur de evictione, ut per *gloss.* 1. *in fine, in c. Episcopus,* 35. *dist.* Greg. Lop. *l.* 36. *gloss.* 9. *tit.* 5. *p.* 5. Caccialup. *de ludo, in princ. n.* 34. Put. *eod. tract. in princ. n.* 24. Cabal. *de evict.* §. 5. *n.* 78. Azeved. *in rubr. tit.* 7. *n.* 21. *lib.* 8. *Recop.* Linglois *decis.* 15. *n.* 9. *in fine, p.* 5. Guzman. *de evict. q.* 51. *n.* 20. *& q.* 60. *à n.* 1. Secus si venditio facta fuisset in ludo permisso, & non illicito, quia tunc vendens tenetur de evictione. Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *q.* 109. *n.* 21. Guzman. *d. q.* 60. *n.* 12.

Cap. Ex literis XVI. ad fin.

1 AD *n.* 3. *in princ.* Pro exornatione conclusionis, quod scilicet clerici debent se abstinere à negotiationibus sæcularibus, ultra citatos *in collect.* tenent Farin. *fragm. crim. p.* 1. *lit. C, n.* 147. Card. Tusch. *pract. concl. lit. C, concl.* 318. Carol. de Grassis *de effect. cleric. effectu* 6. *à princ.* Ioan. Maria Nov. *in collect. sup. pragm. Regni Neapol. collect.* 130. *n.* 4. Alvarez *de privil. pauperum, & miserab. person. p.* 1. *q.* 8. Morla *in emporio Iuris, part.* 1. *tit.* 9. *q.* 10. Bellet. *disquisit. cler. p.* 1. *tit. de discipl. cler.* §. 21. Ant. Diana *moral. resol. p.* 1. *tract. de contract. resol.* 72. Rebell. *de oblig. Iustit. p.* 2. *lib.* 9. *q. fin. sect.* 2. *à n.* 4. Gabr. Pereira *de manu Regia, p.* 2. *c.* 24. *n.* 34. plures quos refero *de Eccles. Iure univ. lib.* 1. *c.* 40. *n.* 114. *cum seqq.*

Ad *n.* 4. Quod trina monitio necessaria 2
sit, adde Camill. Borrel. *in sum. decis. tit.* 7. *de cleric. & Sacerd. n.* 70. Guttier. *de gabell. q.* 93. *n.* 7. Alvarez *d. p.* 1. *q.* 8. *n.* 8.

De Cohabitatione clericorum, & mulierum.

Tit. II.

Summarium.

1 *Clericus nō debet in domo sua tenere fœminas.*
2 *Clericus gravescentis ætatis poterit ad servitium mulieres domi retinere.*
3 *Senectus qualemqualem libidinis suspicionem tollit.*
4 *Clericus senex, ut mulierem in suo servitio habere possit, debet esse ætatis 70. annorum.*

Cap. Inhibendum I.

AD *n.* 3. Clericum non debere in domo 1
sua tenere fœminas, etiam matrem, aut sororem, de quibus suspicio esse potest, quamplurimis Conciliorum, & Sanctorum Patrum locis ostendit Garcia de Loaysa *in collect. Concil. Hispan. in notis ad Concil. Tolet. IV. c.* 42. & latius *in eisdem ad Concil. XII. c.* 5. Dionys. Paul. *de Sacerdotum excell. p.* 1. *n.* 169. plures per me citati *de Iure Ecclesiastico univ. lib.* 1. *c.* 40. *n.* 38. quia instigante diabolo, etiam in illis scelus perpetratum reperitur, aut etiam in pedissequis earum, ut à Cimone factum refert Læl. Bisciola *horarum succisivarum lib* 3. *c.* 10. Si verò clericus 2
gravescentis, & jam provectæ ætatis sit, sive consanguineas, sive extraneas mulieres domi retinere poterit, ut per Abb. *hic, n.* 2. & Imol. *n.* 4. ac Boich. *etiam n.* 4. Cravet. *consil.* 321. *num.* 3. Aufrer. *ad Capell. decis.* 448. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 18. *n.* 2. *ad fin.* Vgolin. *de officio Episcopi, p.* 1. *cap.* 13. §. 27. *n.* 2. *ad fin.* Carol. de Grassis *de effectib. cleric. effectu* 26. *n.* 8. Bened. Ægid. *de privil. honest. art.* 11. *n.* 3. *vers. si tamen senilis ætas.*

Ratio est, quia senectus qualemqualem 3
libidinis suspicionem, & periculum tollit, *cap. cùm in juventute, de præsumpt.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 47. *n.* 27. Thom. Act. *de infirmit. legal. p.* 1. *c.* 19. *n.* 16.

Intellige de ætate septuaginta annorum: 4
nam à sacra Congr. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, *in una Ferrariensi*, die 7. Iunii 1619. decisum fuit potuisse Episcopum procedere contra Pres-

byterum annorum sexaginta quatuor, ut famulam ejusdem ætatis è domo dimitteret, refero ego ipse *d. c.*40. *n.*39.

SVMMARIVM.

1. *Abjurare in delictis Iure Canonico nihil aliud est quàm detestari & execrari crimen.*
2. *Abjuratio erroris, vel suspicionis contra Fidem sub juramento, perfecta est confessio, & detestatio.*
3. *Hæreticus, vel de hæresi vehementer aut leviter suspectus, ante reconciliationem cogi debet abjurare hæresim, vel suspicionem.*
4. Cap. 2. qui clerici, vel vov. *intelligitur.*
5. Text. in præsenti *declaratur.*
6. Cap. 2. qui clerici, vel vov. & text. in præsenti, *concordantur.*

CAP. Clericos III. vers. *Verùm.*

1 POst *num.*3. Licèt in collect. plura circa hujus text. intellectum, & concordiam cum *c. 2. qui clerici, vel voventes*, & cum *c. ad abolendam, de hæret.* adduxerim, nihilominus tamen non est contemnendus ille, quem probat Anguian. *in tract. de legib. lib.* 3. *controvers.* 19. *n.*49. *cum seqq.* Pro quo constituendo præmittit quod abjurare nihil aliud est, quàm detestari, & execrari crimen, ut
2 *in hoc text. & in d. c.* 2. Definitur autem hæc abjuratio ut sit erroris, vel suspicionis contra Fidem sub juramento perfecta confessio, & detestatio, Fidei in contrarium absoluta professio, ejusdem in futurum observandæ firma promissio ad arbitrium superioris cum solemnitate juxta formam Iure, vel con-
3 suetudine justè probatam. Et sic omnis hæreticus, vel de hæresi vehementer, vel leviter suspectus, ante reconciliationem ad arbitrium Iudicis, & Dominorum Inquisitorum, juxta formam Iuris, vel consuetudinis, hæresim, vel suspicionem illius cogi debet abjurare.

4 Quibus præhabitis dicit Anguian. *citato loco*, ideo *in d. c.* 2. clericum de quo *ibi*, coactum fuisse abjurare uxorem, cum qua temerè matrimonium contraxerat, quia erat in sacris Ordinibus constitutus & contra illum aderat suspicio, quod non benè sentiret de Fide, & religione Catholica, existimans Matrimonium illud licitum esse, & fortè contrahens secundùm impiam pestilentissimi hominis Martini Lutheri, & aliorum hæresim, contra sacrorum Canonum definitiones, de quibus *in c. decernimus, cum multis ibid.* 32. *dist. & in c. Presbyteris*, 27. *dist. & in Clem.* 2. *de consang. & affinit.* Vnde fit, ut Inquisitores procedant contra dictos clericos, sicut etiam contra Monachos, & Moniales post solemnem professionem Matrimonium contrahentes, tanquam contra personas de hæresi suspectas, ut tenent plures per me citati *de officio, & potestate Episcopi, p.* 2. *alleg.* 40. *n.*43.

At verò in hoc textu prohibita fuit abjuratio concubinarum, quia hîc solùm sermo erat de crimine concubinatus absque ullo matrimonio sic temerè contracto, in cujus specie nulla aderat erroris suspicio contra Fidem, qua non existente meritò omissum fuit abjurandi remedium sua natura periculosum, ut hic docuit Pontifex in ratione quam reddit, scilicet quia ad coërcendum crimen illud, quatenus tale, aderant alia remedia minùs periculosa, æquè vel etiam magis opportuna: tum etiam, quia ad subsidiarium juramenti remedium nullatenus recurrendum est, nisi ubi aliæ legitimæ probationes deficiunt. 5

Sed ulteriùs urget secundùm Anguian. *d. controv.* 19. *n.*64. quod *in d. c.* 2. non uxores, sed concubinæ abjurantur, cùm matrimonium ipso jure non valuerit, & sic adhuc pugnare cum hoc textu, quatenus prohibet concubinatum abjurationem: facilè enim respondetur, omissis aliis, de quibus per DD. utrobique solùm *in hoc textu* actum fuisse de crimine concubinatus absque ullo matrimonio, nec vero, nec ficto, validove, nec invalido, & quia in hujus textus specie nulla intervenit suspicio erroris contra Fidem, neque adfuit, aut intercessit contractus nuptiarum, aderantque ad coërcendum illud crimen, quatenus concubinatus, alia remedia minùs periculosa, meritò exclusum ibi fuit remedium abjurationis. At verò *in d. c.* 2. *& in c. ab isto die*, 25. *q.* 6. *& in c. sic in sacro*, 27. *q.* 1. sermo fuit de matrimonio, & nuptiis per quas clerici, & Religionem professi de facto consentientes, matrimonium contraxerunt, accipientes quidem concubinas sub fama & nomine uxorum, quod crimen suspectum sanè, imò sceleratum, & impium necesse fuit ut detestarentur per publicum dissensum, & displicentiam talium nuptiarum, facientes, & celebrantes quendam quasi distractum priori contractui oppositum, arg. *reg.* 1. *de regulis Iuris*, ad detestandamque hæresis, & tanti erroris suspicionem, nullum aliud occurrere potuit remedium æquè opportunum: quare maxima cum ratione conjunctum, & copulatum fuit, ut uxores illas, seu veriùs concubinas, cum quibus de facto matrimonium contraxerant, abjurare publicè, vel privatè Inquisitorum arbitrio cogerentur, quantumvis in rei veritate non uxores, sed concubinæ existerent. 6

De

De Clericis non residentibus.

Tit. IV.

Cap. Non liceat I.

1 Ad *fin. tex.* Glos. *verb. receperit, in praesenti*, sentire videtur verba dubia legis, quae scilicet aequè praeteritis, ac futuris aptari possunt, qualia sunt verba subjunctivi modi, nisi aliàs de contraria mente legislatoris constet, ad praeterita non extendi, ut per Philip. Dec. *in c. ult. de constit. num.*4. ubi Felin *col.*1. Crot. *in l. omnes populi, n.*134. *ff. de iustit. & jure*, latè Anguian. *de legib. lib.*5. *controv.*3. *n.*1. *cum seqq.* ubi *n.*3. subdit procedere, etiamsi ratio legis sic per verba obscura prolatae, antiqua sit, pariterque vigeat circa praeterita; non enim ob id verba legis dubia ad praeterita trahi poterunt, quicquid per verba subjunctivi modi, qualia sunt, si fecerit, si commiserit, & alia id genus, concepta sint.

SVMMARIVM.

1 *Salarium famulo solvere non tenetur dominus pro tempore, quo infirmus fuit.*
2 L. cùm haeres, §. Stichus, ff. locati, *intelligitur.*
3 L. qui operas, ff. locati, *declaratur.*
4 *Servum absque justa causa expellens dominus antequam adimpleat tempus, debet illi solvere integrum salarium.*
5 *Salarium integrum servo infirmo solvendum est, si alium in sui defectum posuit.*
6 *Episcopus potest habere in sui servitium duos Canonicos suae Ecclesiae; licèt Canonici hujusmodi nunquam accesserint ad suas Ecclesias, ut num.*7.

Cap. Ad audientiam XV.

1 Ad *num.*7. pro resolutione quaestionis, de qua remissivè in hoc numero, adverte illam partem veriorem esse, quae habet dominum non teneri solvere salarium famulo pro tempore infirmitatis, per *l.*1. §. *Divus, ff. de var. & extraord. cogn. l. si uno*, §. *item cum, ff. locati, l. Seio Maevio, ff. de ann. leg. l. pen. C. de condict. ob causam*, resolvunt Ant. Gom. *var. tom.*2. *c.*3. *num.*3. Cov. *lib.*3. *var. c.*13. *num.*8. Aufrer. *in addit. ad Capell. q.*268. Villalob. *in aerario commun. opin. verb. famulus*, Suar. *in thesauro receptar. sentent. lit. I, n.*48. Gutier. *pract. lib.*4. *q.*52. *num.*13. Cardos. *in praxi Iudicum, verb. salarium, num.*7. Alfar. *de officio fiscalis, gloss.*39. *n.*6. Quamvis contrarium teneant Tiraq. *in l. boves*, §. *hoc sermone, num.*61. Perez *in l.*1. *vers. plerumque, tit.*2. *lib.*1. *Ordin.*

Pro quibus ultimo loco citatis non facit 2
l. cùm haeres, §. *Stichus*, ibi, *servire nobis intelliguntur, quos curamus aegros, ff. locati*; nam in specie de qua *ibi*, data fuit Sticho libertas si anno serviret haeredi: & respondet Iureconsultus quod si quibusdam diebus aut valetudo, aut justa causa impedimento fuerit quin serviret, hos dies in anno esse imputandos, & ita id favore libertatis procedere dicendum est. Minùs pro illis facit 3
l. qui operas, ff. locati, nam ibi stetit per dominum, & ita si absque justa causa dominus expellat servum antequam adimpleat tem- 4
pus, quo servire promisit, illi solvet omne salarium, nisi statim inveniat alium dominum, Flores de Mena *var. q.*8. §. 2. *num.*18. *&* 19. Trullench *in exposit. Decalogi, lib.*7. *c.*23. *dub.* 5. *num.* 8. ubi resolvit dominum absque gravissima causa domo expellentem famulum, nondum elapso termino constituto, teneri ad integram pensionem persolvendam, modò famulus interim alteri suas operas non locaverit. Orosc. *in l. diem functo, num.*13. *ff. de offic. asses.* Azeved. *l.*9. *n.*13. *tit.*11. *lib.*4. *Recop.* ubi addit quod faciet pro animae suae bono testator, si sub ea conditione integri anni salarium cuique relin- 5
quat. Duobus tamen casibus nostra haec resolutio limitari poterit. Primò quando infirmus alium in sui defectum posuit, nam tunc integrum salarium ei erit praestandum, Orosc. *num.*17. Azeved. *num.* 21. & Ioan. Gutier. *n.* 15. *citatis locis*, Escob. *de ratiocin. c.*27. *num.*25. Secundò si post convalescentiam tantum tempus deserviret, quantum aegrotus fuit, Montalv. *l.*8. *gloss. fin. tit.*1. *lib.*4. *fori*, Escob. *d. c.*27. *n.*24. & Ioan. Gutier. *d. q.*52. *n.*14.

Ad *n.*4. Quod potest Episcopus habere 6
in sui servitium duos Canonicos suae Ecclesiae, qui fructus praebendarum in absentia, non tamen distributiones quotidianas percipiant, ultra citatos *in collect.* docent Nav. *consi.*11. *in antiq.* aliàs 2. *in novis*, *sub hoc tit. de clericis non residentib.* ubi idem quod de Episcopo hîc disponitur, extendit ad Cardinalem habentem in sui servitium duos Canonicos sui tituli, Gutier. *canon. lib.*1. *cap.*1. *num.*149. Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. c.*95. *num.*2. *in Romana impres. de anno* 1619. Vgolin. *de offic. Episcopi, c.*19. *in princ. num.*6. *vers. tertiò*, Lotter. *de re benef. lib.*3. *q.*27. *num.*181. *cum seqq.* Marcel. Vulpe *in praxi judic. c.*13. *à n.*4.

Quod procedit etiamsi Canonici hujus- 7
modi nunquam accesserint ad Ecclesiam, nec

nec in ea fecerint primam residentiam requisitam per statutum saltim quatuor mensium ad hoc ut fructus percipere valeant, ut patet ex declaratione infrà scripta, proposito sic dubio. *Eminentissimus & Reverendissimus D. Cardinalis Spinola Archiepiscopus Compostellanus Canonicatum, & præbendam in dicta sua Ecclesia vacantes contulit D. Lupo de Huarte, familiari suo, ac Magistro cubiculi, quem declaravit velle pro servitio suo retinere, juxta Decretales in c. de cætero, & in cap. ad audientiam, de clericis non resident. nihilominus Capitulum & Canonici Compostellani prætendunt non teneri illi respondere de fructibus dictæ præbendæ, sub prætextu cujusdam statuti ejusdem Ecclesiæ requirentis primam residentiam per quatuor menses ad hoc ut fructus percipere valeat, quare supplicatur per Eminentias vestras Reverendissimas responderi, an capta possione, facta Fidei professione per Procuratorem Capitulum teneatur Oratori de fructibus dictæ suæ præbendæ juxta formam præfatorum jurium in d. c. de cætero, & in d. c. ad audientiam, respondere, non obstante dicto statuto, & quod nunquam accesserit ad dictam Ecclesiam. Die 2. Iulii 1633. sacra Congreg. Cardinalium Concilii Trid. interpretum re maturè discussa censuit hujusmodi statutum non obstare quominus oratori in servitio Eminentissimi Archiepiscopi commoranti de integris fructibus suæ præbendæ responderi debeat.*

8 Distributiones, ut dixi, quotidianas non percipiunt Canonici illi duo inservientes Episcopo ad mentem dictorum Iurium, nisi in illis consisterent omnes fructus, quorum tali casu duas partes solùm reciperent, reliqua tertia accrescente interessentibus, ut resolvunt per me citati *in tract. de officio, & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 53. num.* 142. quibus addo Stephan. Weyms *in constit.* 24. *ex Iure antiquo desumptas, & per Concil. Trid. speciatim innouatas, constit.* 11. *num.* 20. *in fine, & num.* 21. *pag.* 101. Theodos. de Rubeis *singul. Rota tom. 2. pag.* 5. *fol.* 500. *c.* 1. Marcel. Vulpe *in praxi judiciali rerum fori eccles. cap.* 13. *num.* 4. *&* 5.



De Præbendis & dignitatibus.

Tit. V.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesias duas habens non potest utraque, vel altera præcisè ejici, sed in optione ejus est unam quam velit retinere.*

2 *Optionem retinendi unam ex duabus Ecclesiis per anteriores Canones permissam, & ab utroque Concilio Lateranen. sublatam qui teneant.*

3 *Lælii Mancini intellectus, & conciliatio refertur.*

4 Concilii Trid. sess. 7. de reform. cap. 4. *declaratio.*

5 *Appellatio an valeat per saltum.*

6 Cap. Romana, §. ab Archidiaconis, de appellat. lib. 6. *interpretatio, & n.* 9.

7 Text. in præsenti *declaratur.*

8 Cap. dilecti 66. de appellat. *interpretatur.*

10 *Duplex in Archidiacono potestas.*

Cap. Referente VII.

AD *n.* 4. Hic text. & similis *in cap. præterea, hoc eod. tit. & in cap. eam te, de ætate & qualit.* probant habentem duas Ecclesias non posse utraque, vel altera præcisè ejici, sed in optione ejus esse, unam quam velit retinere, aut relinquere. Sed obstat utrumque Concilium Lateranense alterum sub Alexandro III. *in cap. quia nonnulli, de cleric. resid.* alterum quod generale dicitur, ad differentiam primi, sub Innocentio III. *in c. de multa, eod. tit.* quibus adhæret Ioannes XXII. *in Extravag. Execrabilis*, §. *qui verò, eod. tit.* in quibus habetur, ut si clericus duas habeat Dignitates, duósve Personatus, aut duas Ecclesias Parochiales, posteriorem perdere debeat, & quidem sententia Iudicis intercedente, *d. c. quia nonnulli*, vel ipso jure, *d. c. de multa.* Aut si utramque Ecclesiam, Dignitatem, Personatúmve retinere contendat pervicaciter, ejiciatur utraque, sed Iudicis sententia, *d. c. de multa*, vel ipso jure, *d. Extravag. Exacrabilis*, §. *qui verò*: sitque tam ad beneficia, quàm ad sacros Ordines suscipiendos omninò inhabilis. 1

Quam quidem prædictorum Iurium de optione varietatem cum temporum distinctione componere nituntur Abb. *in præsenti, & in d. c. quia nonnulli, num.* 4. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 15. num.* 10. Nicol. Garç. *de benefic. p.* 11. *c.* 5. *n.* 2. scilicet ut optio per anteriores Canones olim permissa fuerit, deinceps ab utroque Concilio Lateranensi sublata. Sed hæc distinctio everti videtur ex eo quod ipse Alexander III. qui priori Concilio Lateranensi præfuit, eandem beneficiorum optionem denuò inculcat *in d. c. eam te*; cùm tamen non dubitemus hunc text. post Concilium illud (quod ibi etiam refertur) emanasse. 2

Quare Læl. Mancin. *disquisit. genialium, & anniversariarum Iuris disputationum cent. 2. cap.* 236. *pag.* 322. *&* 323. ita de intellectu prædictorum Canonun agens loquitur: *Credi* 3

Crediderim non ubique, vel in omni beneficiorum genere ablatam fuisse optionem, sed in Dignitatibus, Personatibus, & Parochialibus Ecclesiis tantùm, cùm de his oppositi Conciliorum Canones, atque Extravagans Ioannis constitutio satis explicitè loquantur. Cæterùm in aliis beneficiorum generibus aliud puto esse, quid enim si duo beneficia data fuerint, alterum Curatum, al. alterum simplex, aut quorum neutrum curam habeat animarum, sed onus utrumque habeat residendi, an non competitura optio sit ex veteri Canone? Quid si clerico duo simul tempore beneficia fuerint collata? an non locum habere optio debeat ex priorum Canonum dispositione? nam posteriores liquet in ea causa loqui, cùm diversis temporibus diversa beneficia, non cùm uno, eodemque tempore impetrantur, vide Abb. atque ita invaluit. Admitto itaque distinctionem plus beneficiorum quàm temporum, & optandi jus relinquo, ubi illud prælaudati Canones reliquere, hoc est, in beneficiis residendi jus habentibus, quæ nec Dignitatum, nec Personatuum, nec Parochiarum numero habeantur, nec minus in Curato beneficio, quod cum alio capitur residendi
4 *onus inducente, utpote Canonicatu. Nec mihi negotium ullum facit Concil. Trid. sess. 7. de reform. c. 4. cùm nihil addere voluerit, sed Ius vetus simpliciter innovare, dum ait: Contra formam sacrorum Canonum, & præsertim Constitutionis Innocentii III. quæ incip. De multa, atque ita Nav. nec malè. Contradicunt tamen Eminentissimorum auctoritati auditoria, & praxis, quibus interim stari volo.*

5 Ad *n.* 3. In hoc tex. qui spoliatus ab Archidiacono fuerat, non Episcopum, qui Archidiacono erat proximè superior, sed Metropolitanum appellavit, valuitque per saltum appellatio. Sed contra stant verba Papirii *in l. Imperatores, ff. de appellat.* ubi dicitur quod Principem appellare non decet, omisso medio, quanto minùs alios. Obstat etiam text. *in cap. dilecti 66. de appellat.* ubi legitur perperam omisso Episcopo fuisse appellatum ad Archiepiscopum, & *in c. Romana,*
6 *§. ab Archiaconis, eod. tit. lib. 6.* ubi statuitur non posse ab Archiacono appellari ad Archiepiscopum, omisso Diœcesano. Pro concordia Butr. *in præsenti, n.* 10. & Abb. *n.* 4. occurrunt duplicem solutionem præstantes, & dupliciter hunc tex. sic intelligentes, aut appellationem hîc interponi ex consuetudine eo modo potuisse, *d. c. Romana*, §. 1. aut si non consuetudine, saltem quia nihil exceptum ab adversario fuerat; nam licèt declarari possit jurisdictio superioris Iudicis omisso medio, non tamen posse pro incompetenti haberi, ne dicere compellamur Principem quoque eo modo appellatum esse incompetentem, qui Magistratuum caput est, & causa. Quin ubi Iudex incompetens errore aditur, vel appellatur, nullius tunc momenti judicium est, *l. si per errorem, ff. de jurisdict. om. Iudic.* & tamen si per errorem major per saltum appellatur, judicium valet, *l.* 1. *§. si quis in appellatione, ff. de appellat.* ergo major iste Iudex declinari quidem potest, sed incompetens non est. Ita Læl. Mancin. *disquisition. genenialium, & anniversariarum Iuris disput. cent.* 2. *c.* 137. *n.* 1. 2. 3. & 4.

Ad *tex.* verò *in præsenti* respondet Mancin. *ubi sup. n.* 5. *cum duobus seqq.* ideo ab Archidiacono Metropolitanus appellatus per saltum fuit omisso medio, hoc est diœcesano Episcopo, quia Archidiaconus tunc temporis Vicarius Episcopi erat, *c.* 1. *c. ad hæc, de offic. Archid.* junctis traditis per eundem Mancin. *sacri Iuris controv. dissert.* 2. *c.* 4. à Vicario autem non Episcopus appellandus, sed superior Episcopo est, ne cùm Episcopi, & Vicarii idem sit tribunal, *d. c. Romana*, *in princ.* idem à se ipso appellari videatur: consentit Cujac. *in præsenti*, allegans hoc idem Iure Civili constitutum *in l.* 1. §. *ult. ff. quis, & à quo, & in l. solet, ff. de jurisd. omn. judic.* 7

Deinde idem Cujac. *citato loco* respondet ad *d. c. dilecti*, non illic de Archidiacono mentionem esse, seu officiali Archidiaconi, qui Vicarii Episcoporum sunt; sed ut indicat antiqua Decretalis, de Iudice, qui datus ab Episcopo esset; sicuti etiam ex Iuris Civilis dispositione à Iudice dato appellandus is est, qui dedit; nam Iudex datus non est Vicarius dantis, nec jurisdictionem habet, aut executionem sententiæ suæ, sed notionem simpliciter, *l. à divo Pio, ff. de re judic. d. l.* 1. *§. ult. l.* 3. *ff. quis & à quo.* Eadem responsio fuerat glossatoris, videlicet non fuisse ab officiario Episcopi appellatum, sed à Magistro quodam R. Canonico Claremontis, cui specialiter Episcopus causam commiserat, cùm nec Curialis ejus esset: refert Læl. Mancin. *d. cent.* 2. *c.* 137. *n.* 8. 8

Denique ad *d. §. ab Archidiaconis*, ipse Cujac. nimis audacter respondet novum istud esse, introductumque ab Innocentio IV. nescire autem se affirmat qua ratione, fortè imperitia Iuris: nam Innocentium III. fuisse Iurisperitissimum, non Innocentium IV. Ad quod occurrit Læl. Mancin. *d. cent.* 2. *c.* 137. *n.* 10. his verbis. *Sed fallimur sæpè, cùm de legibus judicare plus volumus, quàm secundùm leges: nam Pontifex in principio de generalibus Episcoporum Vicariis loquitur, qui unum faciunt cum Episcopo Tribunal, ideóque ab ipsis non Episcopi appellari, sed superiores debent, ut ante. Ergo in d. §. ab Archidiaconis, non de Archidiaconis loquitur quasi Episcoporum Vicariis, sed quatenus ipsis; nam duplicem in Archidiacono* 9 10

diacono potestatem olim fecimus, alteram quam ut Vicarius Episcopi habet, alteram quam ut Archidiaconus. Ab Archidiacono igitur, quando ut Archidiaconus procedit, non ut Episcopi Vicarius, Episcopus ipse, hoc est proximè superior, appellari debet.

Cap. Cùm jamdudum XVIII.

1 POst *num.*1. Advertit Boët. Epo *de Regalibus, seu jure Principum in benef. eccles. lib.*1. *num.*58. perperam in hoc text. legi R. Siclunensi Canonico, pro *R. Secliniensi Canonico.* Item Præpositum Siclunensem, pro *Præpositum Secliniensem* : item Siclunensem Ecclesiam, pro *Secliniensem Ecclesiam.* Similem deprehendi errorem in hoc text. subdit *ibidem* in l. de Bythinia, pro *I. de Betunia.* Et refert idem Boët. *citato loco*, litem verti hic inter quendam R. Canonicum Secliniensem, & quendam I. de Betunia coram Episcopo, & Cantore Tornacensibus ab Apost. Sede judicibus delegatis, oppido Comitatus Artesiæ notissimo, Betunia non procul hinc, id est à Duacensibus distante, Seclinioque Diœceseos Tornacensis pago sacris D. Piati reliquiis nobilissimo, celeberrimoque, eidem Boëtio adhuc viciniore.

SVMMARIVM.

1 *Viris illustribus ecclesiasticum statum suscipientibus liberalius per ecclesiastica beneficia prospiciendum.*
2 *Nobilitati multum deferendum.*
3 *Nobilis nullus præsumitur prodere suum Principem.*
4 *Nobilitatis proprium est fidem non frangere, sed conservare.*
5 *Delictum committere posse nunquam suspicatur de nobile.*
6 *Cassadori auctoritas refertur.*
7 *Nobiles sunt præferendi plebeis in quibuscumque actibus.*
8 *Consuetudo semper primum locum obtinebit si controvertatur inter nobiles & plebeios super præcedentia.*
9 *Consuetudo prævalet nobilitati, & vincit ordinem gradualem statuum, & qualitatum.*

Cap. De multa.

1 AD *num.*11. *cum seqq.* Hinc viris illustribus, atque prænobilibus ecclesiasticum statum suscipientibus benigniùs, liberaliúsque per ecclesiastica beneficia prospiciendum, ut quorum, qualiumque virorum splendor plus majestatis addat Ecclesiæ, totique statui, ac ordini ecclesiastico: non citra maximum Religionis Catholicæ premprius tuendæ fructum, remediúmque contra rebelles præsentissimum, sic Boët. Epo *de jurisdict. Eccles. temporali, q.*2. *num.*11. *pag. mihi* 29.

Nobilitati enim multum deferendum, 2
*l.*2. *ff. de offic. civil. judic. gloss. in l. Titio, ff. de condit. & demonstr.* gloss. notabilis *in cap. illud,* 40. *dist.* Ioan. Andr. *in c. constituti, col.*2. *de appellat. in* 6. Roman. *sing.*726. Andr. Sicul. *cons.*92. *col.*4. *vol.*1. ubi quod nullus Nobi- 3
lis præsumitur prodere suum Principem, sed potiùs præsumitur illi fidelis, Ias. *in l. pecuniam,* § *fin. ff. de condict. causa data,* Oldrad. *cons.*92. ubi quod fidelitas nobilitatis est 4
proprium attributum. Et proprium est nobilitatis fidem non frangere, sed conservare. Ias. *in l. admonendi, n.*174. *ff. de jurejur.* Dec. *cons.*66. *n.*29 Chassan. *in catalogo gloriæ mundi, p.*4. *consid.* 32. Otalora *de nobilit. c. fin. n.*20. Menoch. *de præsumpt. lib.*5. *præs.* 4. *num.* 6. Valenz. *cons.*166. *num.*21. Alciat. *cons.*46. *n.*8. *lib.*5. ubi subdit hoc procedere in persona egregia, summæque dignitatis, & nobilitatis, Honded. *cons.* 33. *num.*48. *vol.*2. Et de nobile nunquam suspicatur posse delictum 5
committere, Roland. *cons.* 40. *in fine, lib.*1. Anguis. *consil.*52. *à num.*19. *vol.*1. Sim. de Prætis *cons.* 34. *num.*15. *vol.*2. Ioan. de Amicis *cons.*86. *num.*13. *& cons.*134. *num.*10. Mari. Antonin. *var. resolut. lib.*1. *resol.*88. *num.*11. Farin. *in praxi crimin. quæst.*47. *num.*277. *&* 279. Ioan. Bapt. Costa *de facti scientia & ignor. in resp. post dist.*9. *num.*5. Elisæ. Danza *in pugna Doctor. tom.*1. *tit. de carcerib. c.*1. *à num.*40. Larrea *Granat. decis.*41. *num.* 8. *in fine.* Menoch. *de præsumpt. lib.*1. *præs.*15. *n.*24. Mascard. *de probat. conclus.* 1003. *numer.* 5. optimè Cassiodor. *var. lib.*2. *epist.*15. ibi, *Providentiæ nostræ ratio est in tenera ætate me-* 6
rita futura tractare, & ex parentum virtutibus prolis judicare successus. Quia bona certa sunt, quæ fidem ab exordio trahunt, dum origo nescit deficere, quæ consuevit radicitus pullulare. Fertur etiam cursu perenni fontium vena vitalis, & hanc conditionem sustinent cuncta manantia, ut sapor, qui concessus est origini, nisi per accidentia fuerit fortasse vitiatus, nesciat rivulis abnegari, &c. Et *lib.*3. *epist.*12. *Tot igitur originis documenta promittens reddamus bona de nobili, quia laudabilis vena servat originem, & fideliter posteris tradit, quæ in se gloriosa transmissione promeruit.* Et *lib.*8. *epist.*16. ibi, *Sed tam frequens est familiæ vestræ felicissimus provectus, tam in multis personis declarata prudentia, ut licet aliquis vos eligat ad subitum, nihil fecisse videatur incertum. Similitudinem suorum felix unit, custodit quando pudet delinquere, qui similia nequeunt in suo genere reperire. Hinc est*

est quod melius agnoscitur elegisse nobilem, quàm fecisse felicem, quia iste commonitus per veterum se facta custodit, ille exemplum non habet nisi quod fecerit: quapropter securè tibi credimus quod toties tuo generi commissum fuisse gaudemus, &c.

7 Et ideo propter tot nobilitatis prærogativas in quibuscunque actibus Nobiles præferendi sunt plebeiis, *l. 1. C. de albo scriben. l. 1.* & ibi Ioan. de Platea, *C. de cond. in publ. horreis, lib. 10. l. providendum, vers. nobilissimos, C. de postulan.* Chassan. *d. p. 8. consid. 7. & in consuet. Burgund. tit. 1. de statu personar. §. 6. gloss. 1.* ubi dicit quod nobilior, & potentior debet præferri, & altiori loco sedere. Ioan. Samson *in consuet. Bituricens. tit. 24. de donat. inter nobiles, §. 8. gloss. 1. lit. P, vers. nec sanè restat videre*, ubi ait Nobiles in quibuscunque actibus præferri plebeiis, præcipuè in regimine Reip. civitatum, & villarum, Tiraq. *de nobilit. cap. 20. n. 37. 38. & 51. cum seqq.*

8 Verumtamen consuetudo semper primum locum obtinebit si controvertatur inter Nobiles, & plebeios super præcedentiam, sedilia, & his similia, *l. Primicerius, C. de officio Præfecti*, Bald. *in l. observare, §. antequam, n. 3. ff. de officio Proconf.* Corn. *conf. 193. num. 14. vol. 2.* Marzar. *conf. 26. n. 34.* Gramm. *decis. 67. n. 17.* Lancel. Gallia *conf. 65. ex n. 26.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 26. ex n. 137.* Vincent. de Franchis *decis. 253. num. 2.* Peregr. *conf. 3. n. 1. vol. 2.* Anton. Natta *conf. 62. n. 7.* Fab. de Anna *conf. 40. n. 1. & 2. vol. 1.* Mastril. *de magistrat. tom. 2. lib. 5. cap. 4. ex n. 30.* Andr. Molfes. *ad consuetud. Neapol. part. 1. c. 5. n. 2.* Seraph. *decis. 964. n. 1. & 2.*

9 Consuetudo enim prævalet nobilitati, & vincit ordinem gradualem statuum, & qualitatum, & frequentissimè operatur, ut altior dignitas cedat inferiori, Chassan. *in catal. gloriæ mundi, p. 4. consid. 19.* Ber. *in tract. de ordine graduum, p. 1. num. 12.* Tiraq. *de nobilit. cap. 20. n. 55.* Menoch. *conf. 51. n. 49. & conf. 52. ex num. 171.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloss. 35. num. 54. cum seqq.* Quicquid dicant Avendañ. *de exequend. mand. part. 1. cap. 19. ex num. 18.* Burg. de Paz *conf. 10. ex num. 29.*

De concessione Præbendæ.

Tit. VIII.

Cap. Quia diversitatem V.

1 Ad *num. 8.* Quod impedito non currit tempus, etiamsi impedimenti origo culpa proveniat impediti, si modò ad causum culpa præordinata non sit, in quo iste textus est singularis, & unicus, dum probat sex menses datos Prælatis Ecclesiasticis ad beneficia conferenda, adversus Episcopum sua culpa suspensum, vel dum ad Apost. Sedem accessit, apud eámque remansit, non currere, quem ad hoc extollit Ias. *in §. rursus, num. 26.* & ibi Ludov. Gom. *num. 15. Instit. de action.* reputatque singularem Alex. *conf. 58. num. 10. lib. 5.* Chassan. *in consuet. Burgund. rub. 11. §. 2. n. 38.* Paul. Paris. *conf. 104. num. 146. lib. 1.* Franc. Balb. *de præscript. 1. part. 6. partis, n. 21. vers. amplia tertiò*, Aym. Cravet. *conf. 201. num. 29.* Arias Pinel. *in auth. nisi tricennale, n. 46. C. de bonis mater.*

Cap. Cùm nostris VI.

1 Post *num. 3.* In text. ibi, *Eo quòd per falsi suggestionem, & veri suppressionem fuerant impetratæ, haberetur irritum, & inane*, &c. Notatur ad hoc quod decretum ex falsa causa interpositum nullius est roboris, & momenti: similis text. *in cap. super litteris, de rescript.* ibi, *ut hi qui priori modo falsitatem exprimunt, vel supprimunt veritatem, in suæ perversitatis pœnam nullum ex illis litteris commodum consequantur*, &c. *cap. si motu proprio, eod. tit. lib. 6.* ibi, *Veluti subreptitia vires noluimus obtinere, Clem. 1. de Prabend.* ibi, *nullius momenti, cap. 2. de confirm. utili, l. sed si hac decima, §. patronum*, ubi gloss. *ff. de in jus vocando, l. etsi legibus, C. si contra jus, l. fin. C. de his, qui à non dom. l. Castel. 36. tit. 18. part. 3.* ibi, *si carta fuere ganada diziendo mentira, ò encubriendo la verdad, no deve valer*, &c. *l. 39. eod. tit.* ibi, *tal carta como esta no deve valer, por fue ganada como non devia, encubriendo la verdad*, &c. *l. 55. ibidem*, ibi, *enganando à aquellos que dan la carta*, &c. Gail. *lib. 1. observ. 15.* Molin. *de primog. lib. 4. n. 48.* Mieres *de major. p. 1. q. 9. ferè per tot.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disput. 21. à n. 53. & præcipuè à num. 65.*

Vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

Tit. XII.

Cap. Vnic. vers. Credimus.

1 Doctor Anguianus *in tractatu de legibus, libro 4. controversia 7. num. 39.* dum ageret de assequenda mente hujus perdifficilis textus, ait ideo

ideo in primo casu summum Pont. respondisse absque dubio simoniacam pravitatem contineri, quia agit quando nulla facta fuit legitima reservatio; jam enim tunc non ex reservatione justa, sed ex conventione facta cum recipiente, ut ibi voluit gloss. fructus perciperet Episcopus, saltim præsumptione Iuris datur simonia ubi nulla apparet reservatio facta, sed tantùm spirituale datum, & temporale receptum, quo casu absque dubio rectè simonia judicatur. In secundo verò casu quoniam ante donationem idem Episcopus percipiebat fructus, etiamsi fieret conventio de ipsis iterum retinendis, non committitur simonia, quia fructus ex vi præcedentis reservationis retinentur, quamvis negare non possimus solam pactionem efficere ut illicita sit conventio propter similitudinem illiciti contractus, qui secundùm speciem, & prima facie de spiritualibus ad temporalia fieri videtur.



De Rebus Ecclesiæ non alienan.

Tit. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus potest dare in emphyteusim terras incultas, parumque fructuosas Ecclesiæ.*

2 *Verbum*, possint, *est futuri temporis.*

3 *Procedit conclusio principalis etiamsi fiat nuda concessio ad culturam, vel cum sola Prælati conniventia.*

Cap. Ad aures VII.

1 AD *num.* 2. Si Prælatus nullo confecto instrumento dederit alicui sylvas, sive terras incultas, parumque fructuosas Ecclesiæ ad eas extirpandas, & colendas sub promissione, seu pacto emphyteuticandi, sive emphyteuticum de illis instrumentum ipsi faciendi cùm extirparæ essent, sive ad culturam redactæ, respondet Alexander III. in præsenti justam hanc esse causam ut eidem terræ illæ in emphyteusim dentur, nisi ab iis tunc (hoc est, conventionis tempore) ad majorem Ecclesiæ utilitatem (hoc est, sub meliore censu, seu canone) conferri possint cum eodem (extirpationis nempe) onere, & labore, quasi hoc probato restitutionis in integrum auxilium Ecclesiæ competeret, juxta *cap.* 1. cum *ibi* notatis, *de in integr. restit.* Ita in præsenti Host. *in vers. vel potest poni*, Ioan. Andr. Card. Zabarel. Anton. de Butrio, & Abb. Panorm. *num.* 1. Vincent. de Franchis *decis.* 406. *n.* 1. D. Barbos. *in l.* 2. *num.* 376. *C. de præscript.* 30. Quo non item Ecclesia juvaretur, si post reductionem ad culturam, non etiam ante, utiliorem pactionem, pinguioremve pensionem, seu canonem ab alio consecu tura foret: nec etiam colonus suos defleat labores, quos virtute præviæ conventionis fecit, si terræ à se ad culturam redactæ non ei concederentur in emphyteusim sub canone, seu pensione correspondente tempori, quo terræ erant steriles, & incultæ, & concederentur alteri, qui meliorem offerret pensionem, non inspecto illo tempore, sed quo ad culturam redactæ, & melioratæ reperiuntur, contra text. in proposito elegantem *in l. fin.* §. *similiter*, *C. de alluvion.* ibi, *Ne doleant diligentes operam suam agri dedisse cultura, & in l. si quis auctoritate* 16. *in vers. quoniam nimis, C. de omni agro deserto*, *lib.* 11. D. Barbos. *in d. l.* 2. *num.* 356. 387. *& seq.* Didac. de Britto *in cap. potuit, in princ. n.* 3. *de locato*, Carvalho *in cap. Raynaldus, de testam. part.* 2. *num.* 315. *in princ. vers. qui omnes*, dum ob relatam causam additum fuisse dicunt à Raymundo Decretalium compilatore in hoc text. adverbium *tunc*, quod desideratur in integra, quo addito non levem ingerit difficultatem verbum, *possint*, quod sequitur, nam cùm sit futuri temporis, non potest 2 trahi ad anteactum conventionis tempus, & ideo fatendum est illud impropriè positum esse pro *possent*, vel *potuissent*, quæ improprietas simul & adjectio illa vitaretur, si non *possint*, sed *possent*, legeretur, ut est in originali relato ab Anton. August. hoc etenim verbum cùm sit de præterito, necessariò refertur ad prioris conventionis tempus, non ad illam, quo de impetranda emphyteusi ob jam extirpatam sylvam tractatur.

Vnde considerabam frustrà à Ioanne 3 Andr. Zabarel. Butr. Abb. & sequacibus in casus positione fingi promissionem à Prælato absque scriptura factam fuisse, quasi aliud esset si in scriptis foret, quia nihil interest an conventio cum Prælato præcesserit in scriptis, vel sine scriptis, vel an ulla intercesserit: sufficit enim nuda concessio ad culturam, vel etiam sola Prælati conniventia videntis aliquem sponte sua accedere ad terras Ecclesiæ nemorosas, ac ferè inutiles extirpandas, sive in novale reducendas, juxta text. *in cap. quid. per novale, de verb. signif.* Ita Host. *in ult. lect.* Carol. Ruin. *cons.* 116. *num.* 3. *vers. secundò idem probatur, & cons.* 157. *n.* 13. *&* 16. *vol.* 1. Bursat. *cons.* 330. *n.* 136.

*num.*136. *in* 4. *requisito*, *verf. vel saltem admissa*, *lib.* 3. Alex. Raudenf. *de contract. emphyt.*6. *part. num.* 35. Cald. Pereira *de nomin. emphyt. quæst.* 23. *num.*60. *ad finem*, D.Barbof. *in d. l.* 2. *num.*377. *verf. neque replices*, *cum seqq.*

De Precario.

Cap. Placuit XIV.

SVMMARIVM.

1 *Precarium licèt non finiatur morte concedentis, finitur tamen morte ejus, cui conceditur.*

2 L. 4. ff. locati, *intelligitur.*

Cap. Precarium III. & ult.

1 AD *n.*4. Precarium licèt non finiatur morte concedentis, finitur tamen morte ejus, cui conceditur, concordat *l. cùm precario*, §. *fin. ff. hoc tit.* Cov. *var. lib.* 3. *c.* 15. *n.*8. Petr. Greg. *syntagm. Iuris lib.* 23. *c.* 2. *n. fin.* Mozz. *de contractib. tract. de commodato, tit. quomodo finiatur commodatum, & precar. n.*5. Cardof. *in praxi judicum, verb. commodatum*, *n.*6. Molin. *de Iustit. disp.*298. *verf. precarium.*

2 Non obstat *l.*4. *ff. locati*, ibi: *Locatio, precariive rogatio, ita facta quoad is, qui eam locasset, dedisséve, vellet, morte ejus, qui locaverit, vel dedit, tollitur:* quia respondetur verum esse morte concedentis precarium finiri, quando ad voluntatem ejus fuit concessum, veluti si usque ad concedentis voluntatem, vel beneplacitum concessio fiat, vel dum voluerit, aut dum placuerit, secus autem si concessisset quousque revocetur, vel interim dum non revocetur. Ita Cov. *lib.* 3. *var. c.* 15. *n.*4. & 15. Valasc. *de jure emphyt. q.* 34. *n.*3. Molin. *de primog. lib.*1. *c.*21. *n.*4. Card. Tusch. *pract. concl. lit. P, concl.*472. *n.* 23.

De Commodato.

Tit. XV.

SVMMARIVM.

1 *Commodatarius de levissima culpa tenetur, nisi commodatum fiat gratia utriusque.*

2 *Commodatarius solùm tenetur de dolo, si commodatum fiat tantùm gratia commodantis.*

3 *Culpa alia lata, alia levis, & alia levissima.*

4 *Negligentia minima est quando quis adeo est negligens, aut ingenii, vel negotiorum expers, ut eam in rebus suis diligentiam non adhibeat, quam communiter solent adhibere homines illius artis & professionis.*

5 *Diligentia media est, quam diligens paterfam. adhibere solet in rebus suis.*

6 *Diligentia maxima ea est quam diligentissimus, & industrius paterfam. in rebus suis adhibet.*

7 *Levissima culpa est non præstare eam diligentiam quam diligentissimus paterfam. præstaret.*

8 *Commodatarius de interitu rei commodatæ tenetur, si culpa præcessit casum.*

9 *Culpa ad casum ordinata tribus modis dicitur.*

10 *Furti tenetur utens re ad alium usum, quàm ad quem sibi commodata fuit.*

11 *Casus fortuitus quis dicatur, ostenditur.*

12 *Maris tempestas, & naufragium dicitur casus fortuitus.*

13 *Fluminis impetus dicitur casus fortuitus.*

14 *Grandinatio, & sterilitas dicitur casus fortuitus.*

15 *Sturnorum, graculorum, & locustarum incursus dicitur casus fortuitus.*

16 *Casus fortuitus dicitur latronum insidiæ, incendium, furtum, vis privata, falsa testium depositio, iniqua sententia, & alia similia.*

17 *Ex casu fortuito nemo tenetur.*

18 *Casum fortuitum allegans tenetur illud probare.*

19 *Casus fortuiti probatio cum propriis famulis, domesticis, & etiam filiis, & uxore fieri potest.*

20 *Incendium dicitur casus fortuitus, quando sine culpa habitantium ortum habuit.*

21 *Ignis quando accenditur ex subita vi ventorum, aut tempestate exorta dicitur casus fortuitus.*

22 *Incendium quando oritur ex eo quod quis comburit spiculas, ut faciliùs serere possit.*

23 *Ignis quando immittitur à publicis hostibus, vel quando scintilla de uno loco in alium evolavit, & domum incendit, dicitur casus fortuitus.*

24 *Commodata res quando fuit ablata ex facto Principis, dicitur casus fortuitus.*

25 *Iudicis facto justo, vel injusto res ablata, dicitur evenire ex casu fortuito.*

26 *Furtum quando inter casus fortuitos connumeretur.*

Cap. Cùm gratia, unic.

1 Ad *num.* 2. Quod commodatarius de levissima culpa teneatur, ultra citatos docent Petr. Greg. *syntag. Iuris lib.* 23. *cap.* 1. *num.* 1. Mozz. *de contract. tit. de commodato, cap. de divisione, num.* 3. Sebast. Medices *in tract. de casib. fortuitis, part.* 2. *q.* 10. *numer.* 45. Madera *animadvers. Iuris cap.* 17. *numer.* 7. Lessi. *de Iustit. lib.* 2. *cap.* 7. *dub.* 8. *num.* 40. Nisi commodatum fiat gratia utriusque, quia tunc commodatarius solùm de culpa levi tenetur, Petr. Gregor. *d. lib.* 23. *cap.* 1. *n.* 10. Sebast. Medices *citato loco*, Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 9. *tit.* 2. *num.* 3. Pichard. *in §. item is cui, num.* 70. *Instit. quibus modis re contrah.* Azor. *Instit. moral. part.* 3. *lib.* 7. *de commodato, cap.* 7. *vers. quan-*
2 *do*, Lessi. *d. dub.* 8. *numer.* 42. Et si fuerit tantùm gratia commodantis, commodatarius solùm tenetur de dolo, *l. si ut certo*, §. *interdum, l. eum qui rem*, §. 1. *ff. commod.* Petr. Gregor. *d. cap.* 1. *num.* 10. Pichard. & Card. Mantic. *citatis locis*, Lessi. *d. dub.* 8. *num.* 41. Rebell. *de obligat. Iustit. p.* 2. *lib.* 16. *de commodato, q. unica, n.* 14.

3 Ad *num.* 3. De divisione culpæ in latam, levem, & levissimam, ultra citatos, agunt Nav. *in man. cap.* 17. *num.* 78. Decian. *in tract. crimin. lib.* 1. *cap.* 6. *tit. de culpa, num.* 7. Petr. Greg. *syntag. Iuris lib.* 21. *cap.* 11. *n.* 3. D. Barbos. *in l. si mora* 10. *num.* 2. *ff. soluto matr.* Anton. Fab. *de errorib. pragm. errore* 2. *decad.* 76. Parlador. *quotid. differ.* 2. *numer.* 7. Gregor. Lop. Madera *dict. cap.* 17. *à numer.* 1. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 3. *numer.* 124. Rebello *d. p.* 2. *lib.* 10. *quæst.* 10. *num.* 4.

4 Sicut plures dantur culpæ gradus, totidem diligentiæ quoque constituuntur. Ad primum diligentiæ gradum pertinet minima, quam vulgarem solent DD. nuncupare, & est quando quis adeò est negligens, aut ingenii vel negotiorum expers, ut eam in rebus suis diligentiam non adhibeat, quam communiter solent adhibere homines illius artis, & professionis, cujus quidem diligentiæ prætermissio culpam latam continet, quæ à Doctoribus definitur esse deviationem incircumspectam ab ea diligentia, quam communiter habent homines, qui sunt ejusdem professionis, & conditionis.

5 Ad secundum gradum diligentiæ media, seu minor spectat, quæ exacta nuncupari solet, & est quam diligens paterfamilias adhibet in rebus suis, cui diligentiæ repugnat culpa levis. Ad tertium, & ultimum 6
diligentiæ gradum pertinet diligentia maxima, seu summa, quæ solet nuncupari exactissima, *l. socius socio, ff. pro socio, l.* 1. §. *is verò, ff. de oblig. quæ ex quasi contr.* & ea quam diligentissimus, ac industrius paterfam. in rebus suis adhibet, *l. in rebus, ff. commodati*; atque ita non præstare eam diligentiam, quam 7
diligentissimus paterfam. præstaret, levissima culpa est, *l.* 1. §. *is quoque, ff. de act. & oblig. l. hæres*, §. *nam autem, ff. famil. ercisc.* Decian. *d. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 23. Farin. *de pœnis temper. q.* 88. *n.* 83. Molin. *de Iustit. disp.* 263. *vers. addidi*, Parlad. *d. differ.* 2. *num.* 1. Lessi. *d. dub.* 8. *num.* 40. *vers. culpa levissima.*

Ad *num.* 6. Commodatarius de interitu 8
rei commodatæ tenetur si culpa præcessit casum, & culpa esset ad eum ordinata, ita ut si non præcessisset, casus non eveniret, *l. qui insulam*, §. *qui meliùs, ff. locati*, Anton. Gom. *tom.* 2. *variar. cap.* 3. *num.* 18. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit. part.* 1. *capit.* 3. *à num.* 26. Seraphin. *de privilegiis Iuram. privileg.* 74. *num.* 209. *cum seqq.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 3. Carot. *de locato, part.* 4. *rub. de casibus, quæst.* 9. Morla *in emporio Iuris Civilis, p.* 1. *tit.* 8. *q.* 1. *num.* 7. Cardoso *in praxi judicum, & advocat. verb. Commodatum, n.* 16. Farin. *in praxi crimin. part.* 3. *quæst.* 100. *n.* 31. Molin. *de Iustit. disp.* 295. *vers. sed casu fortuito*, Rebell. *d. p.* 2. *lib.* 16. *de commodato, q. unica.*

Dicitur autem tribus modis culpa ad ca- 9
sum ordinata. Primò si non faciat quod diligens, seu diligentissimus paterfam. secundùm naturam contractus fecisset, qui æquè diligens est in alienis ac in propriis, & faciendo consueta, nunquam præsumitur esse in culpa, *l.* 3. *ff. ad SC. Maced. l. quis sit fugitivus*, §. *apud Labeonem, ff. de ædilit. edicto.* Secundò si faciat contra conventionem, *l. videamus*, §. 1. *ff. locati, l.* 1. §. *is verò, l. item quæritur, ff. de action. & oblig.* §. *furtum, Instit. de obligat. quæ ex delicto*, Cov. *var. lib.* 3. *cap.* 5. *in fine*, Stracch. *de nautis, part.* 3. *num.* 3. Rip. *de nocturno tempore, cap.* 12. *n.* 8. Surd. *cons.* 22. *num.* 30. Hect. Felic. *de societ. cap.* 21. *n.* 63. *& cap.* 23. *numer.* 26. Molin. *de Iustit. disputat.* 205. *vers. de casu fortuito*, dum resolvunt furti teneri utentem re ad alium usum quàm ad quem sibi commodata fuit, veluti si per loca periculosa iter fecerit commodatarius, si oneraverit equum nimio onere, si equum in alium locum quàm conventum duxerit, vel illum nimis fatigaverit, vel laborare coëgerit. Tertio modo culpa dicitur ad casum ordinata, si casus facto domesticorum contin

contingat si improbos, periculosos, malæ vitæ, ebriosos, ac diffamatos famulos domi retinet; nam tunc tenetur ex pacto famuli, *l. fin.* §. *de custodia, ff. de custodia reorum, l. videamus, ff. locati, l. qui non tam idoneam, ff. commodati.* Menoch. *consf.*55. *num.* 8. Tiraq. *ad leges connub.gloss.*6. *num.*6. Ioseph. Ludov. *Perus. decis.* 25. *num.* 18. D. Barbos. *in d. l. mora, num.*38. ubi quod videtur dominus in culpa præponendo illi officio minùs diligentem, Rota *decis.*6. *de officio vicarij*, aliàs 432. *n.*2. ibi, *imputandum est ei, qui opera malorum hominum utitur.*

11 Ad *num.* 7. Casus fortuitus est accidens quod per custodiam, curam, diligentiámve mentis humanæ non potest evitari, *l.*2. §. *si eo tempore, ff. de action empti, l. quæ fortuitis, ff. de pignorib. l. contractus, ff. de regul. Iuris, l.*2. §. *si eo tempore, ff. de administ. rer. ad civit.* Strach. *de assecurat. p.* 3. *num.*63. Sebast. Medices *in tract. de casib. fortuit. q.*12. *num.* 1. *tom.* 7. Carot. *de locato, p.* 4. *rub. de casibus, q.*12. Parlador. *differ.* 132. *num.* 15. Mar. Anton. *var. resolut. lib.* 1. *resol.* 26. Hect. Felic. *de societ. cap.*25. *num.* 1. Marta *voto* 58. *n.*3. Sigism. Scacc. *de commerc.* §.1. *q.* 1. *num.*134. Accidit casus fortuitus, ut tenet Petr.
12 Gregor. *syntagm. Iuris lib.*21. *cap.*12. *num.*4.
13 vel ex facto, seu causa naturæ, vel ex facto,
14 seu causa hominis. Ex causa naturæ, ut
15 sunt maris tempestas, & naufragium, §. *si*
16 *is qui res, Instit. quib. mod. re contr. obligat. l. contractus, ff. de regul. Iuris,* fluminis impetus, *l.*2. §. *si quis in judicio, ff. si quis caut.* Grandinatio, & sterilitas, *l. licet, C. locati, cap. propter sterilitatem, eod. tit.* Sturnorum, graculorum, & locustarum incursus, & damnum, *l. conducto,* §. *si vis tempestatis, ff. locati.* Mors, *l. merces,* §. *vis major, ff. eod. d. l. contractus,* & alia similia. Facto hominis, ut sunt latronum insidiæ, *d.* §. *si vis tempestatis, l.*1. *ff. depositi,* incendium, furtum, vis privata, falsa testium depositio, iniqua sententia, & alia similia.

17 Ex casu fortuito (quia etiam diligentissimo patrifam. contingere potest) nemo tenetur, *l. cùm duobus,* §. *damna fatalia, ff pro socio, l. quæ fortuitis, C. de pignor. act. l. in rebus, ff. commodati, l.*1. *C. eod. lib.* 1. §. *is quoque, ff. de oblig. & act.* Card. Mantic. *de conject. lib.*11. *tit.*17. Petr. Gregor. *d. cap.*12. *num.*3. Menoch. *de arbitr. casu* 390. *num.* 2. Azor. *instit. moral. part.*3. *lib.* 7. *tit. de commodato, cap.*7. *q.*2. Ludov. Turrian. *de Iustit. & jure, disput.*11. *dub.* 5. *num.*6. Sigism. Scacc. *d.* §.1. *q.*1. *n.*134.

18 Allegans casum fortuitum tenetur illum probare, *l.* 2. §. *si quis cùm posit, ff. si quis caut. l. scire oportet,* §. *sufficit, ff. de excus. tutor. l. creditor, C. de pignor. act. l. publicatis, C. de testam. l. testium, C. de testib. l.*2. *C. de naufrag. lib.*11. Franc. Marc. *decis.* 786. *num.*9. *part.* 1. Aloys. Ric. *in collect. decis. part.* 4. *collect. n.* 1085. Mascard. *de probat. concl.*272. Hect. Felic. *de societ. cap.*25. *num.* 6. Et non solùm casu, sed absque sua culpa contigisse probare debet in casibus, in quibus præsumitur culpa, ut in furto, incendio, morte non naturali animalium, & fuga servorum, & aliàs, ex Ioan. Anton. Trigon. *sing.* 57. *num.* 3. Franc. Marc. *decis.* 61. *n.* 2. *& decis.* 525. *num.* 2. *part.* 1. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 61. *numer.* 30. Mascard. *concl.*272. *num.*81. *& concl.* 468. *num.* 5. Seraph. *de privileg. Iuram. privil.* 37. D. Barbos. *in d. l. mora, numer.* 45. Hect. Felic. *de societ. cap.*25. *numer.* 49. Farin. *de pœnis temper. quæst.* 88. *num.* 4. Et hæc probatio, & 19
diligentia cum propriis famulis, domesticis, & etiam filiis, & uxore fieri potest, *cap. veniens, el* 2. *de testib.* Mascard. *concl.* 272. *numer.*15. Farin. *part.*3. *quæst.*110. *numero* 84. Felic. *d. cap.* 25. *numer.*35. ubi resolvit hanc probationem Iudicis officio relinqui.

Ibidem *num.* 8. ibi: *Secundò incendium.* 20
Casum fortuitum esse incendium, quando sine culpa habitantium ortum habuit, & fortuitò causatur, veluti quando subita vi ventorum, aut tempestate exorta ignis 21
accenditur, vel fulmine cœlo immissus sit, tenent Gail. *lib.*2. *observ.*21. *num.* 5. Afflict. *decis.*57. Magon. Flor. *decis.* 111. *numero* 40. *cum seqq.* Ioseph. Ludov. *Perus. decis.*10. *n.*15. *& decis.*25. Menoch. *de arbitr. casu* 390. *num.* 1. Surd. *decis.* 198. *num.* 5. Mascard. *de probat. concl.* 892. *num.* 20. Cardin. Tusch. *pract. concl. lit. I, concl.* 60. *num.* 8. Gutier. *pract. lib.* 5. *q.*29. *n.*6. Mex. *in pragm. taxæ panis, concl.* 6. *num.* 115. Cardos. *in praxi judicum, verb. incendium, num.* 6. Cened. *ad Decretal. collect.*40. *à num.* 1. Sebast. Medices *de casibus fortuit. p.*2. *q.*7. *n.*1. Farin. *in praxi crimin. part.* 3. *q.* 110. *num.*36. Et quando spiculas quis comburit, ut faciliùs serere pos- 22
sit, & uberiorem terram facere valeat, adhibendo ad id diligentiam circa tempus, locum, & cæteras circumstantias, sive ignis longiùs egrederetur, considerata vi ventorum, Ioseph. Ludov. *d. decis.* 25. *numer.* 21. Farin. *d. q.* 110. *num.* 40. *&* 141. Hect. Felic. *de societ. cap.* 25. *numer.* 51. Et quando ignis immittitur à publicis ho- 23
stibus, vel quando ignis scintilla de uno loco in alium evolavit, & domum incendit, Ioseph. Ludovis. *dicto loco;* Menoch.

Menoch. *de arbitr. casu* 390. Carot. *d. p.4. rub. de incend. num.*45. Magon. *d. decis.*111. *n.*40. Farin. *d. quæst.*110. *n.*40. *&* 130.

24 Ibidem *num.*9. ibi, *quartò, factum Principis,* &c. Casum fortuitum, in quo culpa non præsumitur esse quando ex facto Principis commoda res fuit ablata, docent *l. Lucius, ff. de evict. l. si fundum, §. fin. locati*, resolvunt Cravet. *cons.*95. Bertrand. *cons.*143. *n.*6. *vol.*1. Carot. *de locato, rub. de casibus, q.*12. Cabed. *Lusit. decis.*114. *n.*5. *p.*2.

25 Ibidem ibi, *injuria Iudicis*. Inter casus fortuitos connumeratur ubi res ablata fuerit facto Iudicis justo, vel injusto, ut per Carot. *d. q.*12. Sigism. Scacc. *de commerc. §.*1. *quæst.*1. *num.*137.

26 Ad *num.*10. Furtum inter casus fortuitos connumerari, si à conjunctis, vicinis, vel famulis perpetratum sit, contra quos non poterat esse suspicio, resolvunt Menoch. *de præsumpt. lib.*6. *præs.* 61. *n.*34. *cum seqq.* Peguera *decis. crim.*37. *p.*2. Marta *voto* 58. Farin. *de furtis, q.*169. *n.*21. Rot. *Genuen. decis.*101. *n.*1. præcipuè si constiterit rem furatam esse in loco cum propriis rebus illius, qui eam custodiebat, Mascard. *de probat. concl.*829. *n.*13. Hect. Felic. *de societ. c.*21. *n.*44. Farin. *d. q.*169. *n.*36. vel custodem alioquin esse diligentissimum, & probatissimum, Mascard. *d. loco*, Farin. *d. q.*169. *n.*39.

De Deposito.

TIT. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Clericus potest nominari depositarius à Iudice sæculari.*
2 *Clericus potest compelli ad depositi restitutionem per ipsum Iudicem secularem, qui eum nominavit.*
3 *Executio in bonis clerici ad depositum restituendum debet fieri per Iudicem Ecclesiasticum.*

CAP. Gravis I.

1 POST *n.*6. Abb. in præsenti tenet clericum posse nominari depositarium à Iudice seculari, & ad depositi
2 restitutionem per ipsum Iudicem compelli, si ipse acceptasset, vel recepisset: sequuntur Marant. *de ordine judic. p.*4. *dist.*11. *num.*34. Rebuff. *in l. sequester, n.*109. *ff. de verb. signif.* Menoch. *remed.*15. *recuper. num.*214. Olan. *in antinom. lit. C, num.*33. Aviles *ad cap.*10. *Prætor. verb. execution, num.*6. *&* c.20. *verb. usura, num.*10. Perez *in l.*1. *tit.*10. *lib.*3. *Ordinam.* Mexi. *in tract. taxæ panis, concl.*5. *n.*33. Franc. Marc. *decis.* 1037. *vol.*1. Azeved. *l.*10. *n.*39. *tit.*1. *lib.*4. *Recop.* Carot. *de deposito, p.*2. *q.*121. Christoph. de Paz *ad l.*11. *styli, num.*2. Mart. *de jurisdict. part.*4. *cent.*2. *casu* 104. Bobadill. *in sua politica, lib.*2. *cap.*18. *num.*130. Gironda *de gabell. part.*4. *§.*1. *n.*10. Gutier. *de tutel. part.*3. *cap.*1. *num.*9. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.*1. *cap.*8. *num.*28. *&* 29. Bonacin. *de contractib. disp.*3. *quæst.*14 *puncto* 2. Cevall. *comm. contra commun. q.*897. *num.*10. *& de cognit. per viam violent. q.*66. *per tot.* ubi ait quod Iudex Ecclesiasticus facit vim inhibendo Iu- 3
dicem secularem à cognitione causæ contra clericum depositarium, cùm nec ratione personæ, nec bonorum conveniatur, sed solùm ut restituat depositum, quod de manu Iudicis secularis accepit: & *n.*17. declarat intelligendum esse donec declaretur depositum restituendum; nam postea executio in bonis clerici est facienda per litteras requisitorias, implorando auxilium brachii Ecclesiastici.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius præsumitur in dolo, si rebus suis salvis existentibus, dicit depositas perdidisse.*
2 *Culpa omnis in depositario excluditur, si res suæ & depositæ simul perierunt.*
3 *Depositæ res quando sunt æqualiter pretiosæ cum suis, non tenetur depositarius, si prætulit suas.*
4 *Prælatus non tenetur præponere utilitatem suam utilitati Ecclesiæ.*
5 *Compensationis exceptio in deposito ad retardandam ejus restitutionem non admittitur.*
6 *Depositum committitur fidei depositarii, ea tacita conditione, ut illud restituat deponenti quando ipse voluerit.*
7 *Privilegium excludens exceptionem compensationis, locum tantùm habet in deposito vero, & non in confessato quando ex isto jus tertii læderetur.*

CAP. Bona fides II. & ult.

AD *num.*2. Quod depositarius præ- 1
sumitur in dolo, si rebus suis salvis existentibus depositas dicit se perdidisse, præter citatos *in collect.* docent Molin. *de Iustit. disput.* 296. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.*10. *tit.*9. *numer.* 40. Cardos.

Cardos. *in praxi Iudicum, verbo commodatum, num.*18. Carot. *de deposito, part.*1. *tit. de casu, num.* 99. Vnde omnis culpa excluditur si res suæ & deposita simul perierunt, Petr. de Vbaldis *in tract. de duobus fratrib. p.*8. *q.*14. *num.*15. Farin. *de furtis, q.*169. *num.*36.
3 Quando res depositæ sunt æquè pretiosæ, vel saltem æquales, non tenetur depositarius si prætulit suas; priùs enim debet quis sibi subvenire quàm alteri, ut per Abb. in præsenti, Mascard. *de probat. concl.* 509. *n.*4. Card. Mantic. *d. tit.* 9. *n.*41. *&* 42. D. Barbos. *in l. mora, num.* 28. *ff. soluto matrim.* Cardos. *d. verb. Commodatum, num.* 18. Carot. *de deposito, part.*2. *quæst.*2. *per tot.* ubi, *n.*2. distinguit quod aut quis tenetur de dolo, & potest res suas viliores præponere, aut de levi culpa, & tunc æquales, aut de levissima, & tunc solùm pretiosiores; nam præferre debet quis rem commodatam pretiosiorem, suæ
4 propriæ. Et quod Prælatus non teneatur præponere utilitatem suam utilitati Ecclesiæ, resolvunt Barbat. *de præstantia Cardinal. quæst.*3. *n.*30. Baëz *de decima tutor. cap.*2. *n.*91. Montan. *de tutel. cap.*32. *reg.* 9. *num.*11. ubi subdit hanc regulam procedere in omnibus illis, qui pro tutoribus, & curatoribus se gerunt.

5 Ad *num.*5. Quod compensationis exceptio in deposito ad retardandam ejus restitutionem non admittitur, etsi quantitas, quam depositarius compensare contendit, liquidissima sit, ultra citatos *in collect.* docent Tyndar. *de compensat. art.*5. *num.* 41. *&* 42. Sebast. Medices *eod. tract. p.*1. *q.*15. Cujac. *lib.*8. *observ.*16. *ad fin.* Surd. *cons.* 240. Iacob. Ravard. *lib.*1. *var. c.*11. Carot. *de deposito, tit. de casu, n.*15. *fol.*106. Seraph. *de privileg. juram. privil.*74. *num.*98. *&* 99. Salzed. *ad Bernard. reg.*99. *vers. quartò limita*, Mozz. *de contract. tract. de deposito, tit. de naturalib. depositi, n.*31. Gutier. *de juram. confirmat. p.* 3. *c.*6. *num.* 4. Azeved. *l.*1. *n.*70. *tit* 6. *lib.*4. *Recop.* Vincent. de Franchis *decis.* 151. Steph. Grat. *discept. forens. c.*265. *n.*14. Cancer. *var. p.*3. *c.*8. *de depos. n.*45. Cevall. *de cognit. per viam violent. p.*2. *q.*1. *n.*10.

6 Ratio est, quia depositum committitur fidei depositarii, ea tacita conditione, ut illud restituat deponenti quando ipse voluerit, *l.*1. *§. pen. ff. depositi*: & cùm fateatur compensans depositum, perfidè videtur agere si illud suæ fidei commissum quacunque ratione statim non restituat.

Ad *num.*6. Quod privilegium excludens exceptionem compensationis locum tantùm habeat in deposito vero, & non in confessato, ultra citatos resolvunt Plot. *de in litem jurando*, §.10. *n.*32. Roland. *cons.*17. *n.*3. *&* 4. *vol.*1. Avendan. *de censib. c.*45. Felician. *eod. tract. tom.*2. *lib.*1. *c.*8. *n.* 7. *vers. pro contraria verò sententia*, Cevall. *d. p.*1. *q.*1. *n.*39. Aliqui intelligunt quoad tertii præjudicium, non verò quoad ipsum confitentem, Thesaur. *decis.*26. *n.*3. Fachin. *controv. lib.*2. *c.*93. Cancer. *d. p.*3. *c.*8. *de deposito, n.*10. Matiens. *l.*9. *gloss.*4. *n.*6. *tit.*11. *lib.*5. *Recop.* Giurb. *decis.*87. *n.*35. Castill. *contr. lib.*3. *c.*16. *n.*10. Et sic prima resolutio intelligitur quando ex deposito confessato jus tertii læderetur, vel quando confessio esset facta inter partes prohibitas.

De Emptione, & venditione.

Tit. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de emptione, & venditione agentes.*

2 *Emptio definitur ut sit contractus jurisgentium bonæ fidei, ultro citroque obligatorius, qui consensu, re, & pretio perficitur.*

3 *Venditionis substantialia tria sunt, consensus scilicet contrahentium, res certa ex parte venditoris, & pretium ex parte emptoris.*

Ad Rubricam.

AD *n.*2. *in med.* ibid. *verb. Empt. & venditio.* Plures alios Doctores agentes de materia hujus rub. adde, Cardin. Tusch. scilicet *pract. concl. verb. Venditio*, Osvald. Illyger. *ad Donel. enucleat. lib.*13. *c.*1. Matiens. *l.*5. *gloss.* 6. *tit.*9. *lib.* 5. *Recop.* Morl. *in emporio juris, p.*1. *tit.*9. *de contrahenda empt.* Narbona *in l.*1. *gloss.* 3. *tit.*7. *lib.* 1. *Recop.* Pichard. *in rub. Instit. hoc tit.* 1

Ibid. in fine. Emptio variè à Doctoribus definitur, ut constat ex traditis per Pinel. *in rub. C. de rescind. vendit. part.*1. *cap.*3. *n.*28. Fab. de Monte *d. tract. de empt. quæst.* 1. Villadieg. *in l.*3. *num.*1. *cum seqq. tit.*4. *lib.* 5. *fori.* Rebuff. *l.*66. *ff. de verbor. signif.* Lassarte *de decima vendit. cap.*1. *à num.* 1. Petr. Greg. *syntagm. juris lib.*25. *cap.*2. Didac. Perez *l.*1. *gloss.* 1. *col.*5. *tit.* 7. *lib.* 5. *Ordin.* Nicol. Mozz. *de contractib. tract. de empt. & vendit. cap.*1. *à numer.* 9. Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.*4. *tit.* 2. *num.* 1. *&* 2. Pichard. *in rub. Instit. de empt. & vendit. numer.* 13. *cum sequent.* P. Molin. *de* 2

Iust. tom.2. tract.2. disp.336. Gutier. *in tract. de gabell. q.21. n.5. & 6.* ex quibus magis recepta est definitio, quæ colligitur ex Accursio *in gloss. verb. ex pretio, in l. pacta con-*
2 *venta 22. ff. de contrah. empt.* quod scilicet emptio est contractus jurisgentium bonæ fidei, ultro citróque obligatorius, qui consensu, re, & pretio perficitur, explicant Pichard. *citato loco,* Azor. *instit. moral. p.3. lib.8. tit. de emptione, c.1. num.1.* Rebello *de obligationibus Iustitiæ, lib.9. de contrahenda empt. q.1. n.4.* ubi etiam aliam assignat Martin. Bonacin. olim in Romana Curia mei amicissimus, *de contractib. disp.3. q.11. puncto 1.* & illam ab impugnatione Pinelli defendit Card. Mantic. *d. lib.4. tit.2. n.2.* Aliam definitionem præstat Sot. *de Iust. lib.6. q.2. art.31. ad fin.* dicens venditionem, & emptionem esse rei pro pretio distractionem, & eum sequitur Cald. Pereira *de empt. & vendit. c.18. n.1.* Lessi. *d. lib.2. c.21.* aliam tradit Franc. de Sousa, sive potius communis præceptor, & doctissimus olim Magister in celeb. Conimbricensi Vniversitate primariæ Iuris Civilis Cathedræ moderator insignis Rodericus Lopez de Vega *in repet. §. actionum, in Instit. de actionib. p.4. c.1. n.6.* dicens quod est contractus, qui consensu, & re pro certo pretio in pecunia numerata celebratur.

3 Tria sunt venditionis substantialia. Consensus scilicet contrahentium, res certa ex parte venditoris, & pretium ex parte emptoris, de quibus vide Anton. Gom. *var. tom.2. c.2. n.1.* Bertazol. *de clausul. instrument. in proœm. n.18.* Surd. *consil. 202. n.4. & 5. & decis. 114. n.6.* Franc. Milan. *Sicil. decis. 2. n.21. lib.2.* Felician. *de censib. lib.1. c.4. n.10.* Cevall. *communium contra commun. quæst.536. n.44.* Morl. *in emporio Iuris Civilis, p.1. tit. de contrab. empt. in princip. num.13.* Iacob. Cancer. *var. resolut. p.1. c.13. à princip.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.4. tit.4. n.1. cum seqq. & tit.5. & 19.* Steph. Gratian. *discept. forens. c.500. n.15.* Ludov. Cenc. *de censib. p.2. q.1. art.6. num.29. & q.3. art.1. num.24.* Rebello *d. q.1. n.7.*

SVMMARIVM.

1 *Excessus in pretio si non est materia parva, inducit culpam lethalem, & ad restitutionem obligat, & si est materia parva, inducit peccatum veniale.*

2 *Pretium justum, & legitimum dicitur à lege, Republica, vel Iudice taxatum, & non licet recipere aliquid ultra in quacunque etiam minima quantitate.*

3 *Iudex in taxatione facienda justi & legitimi pretii, attendere debet necessitatem rei, copiam, inopiam, laborem, curam, industriam, &c.*

4 *Pretium legitimum distinguitur à naturali.*

5 *Pretium naturale est arbitrarium, & nulla lege coarctatum.*

6 *Pretium naturale triplex est, supremum, infimum, & medium.*

7 *Iniquitas in triplici legitimi pretii specie consistere nequit.*

8 *Pretium non ex affectione cujuslibet constituitur.*

9 *Res tantum valet, quantum absque fraude, & injuria homini scienti ejus conditionem, & in egestate non constituto communiter vendi potest.*

10 *Venditioni exponens res proprias ad victum & vestitum hominum pertinentes, potest cogi ad justam earum venditionem, secus si de his non esset, ut n.12.*

11 *Venditor publicus ex æquitate cogi debet vendere res justo pretio à Iudice taxato.*

12 *Venditioni exponens res proprias, potest retrahere se à venditione, si justa adsit causa mutandi propositum.*

13 *Causa justa nolendi vendere rem jam venditioni expositam, si velit eam pro suo usu retinere.*

Cap. Placuit I.

Ad *n.6. in fine.* Quod excessus in pretio, 1
si non est materia parva, inducit culpam lethalem, & ad restitutionem obligat, & si est materia parva, inducit peccatum veniale, ex gloss. singulari *verb. constitue, in c. quæ in Ecclesiarum, de constit.* S. Thom. *1.2. q.69. art.4.* Felin. *in c.1. n.28. de sponsalib.* Sot. *de Iustit. lib.6. q.2. art.3. concl.3.* Franc. Vivi. *decis.28. p.1.* Matiens. *l.1. gloss.2. n.3. & 4. tit.25. lib.5. Recop.*

Iustum & legitimum pretium dicitur à 2
lege, Republ. vel Iudice taxatum, & ei standum est, nec licet recipere aliquid ultra in quacunque etiam minima quantitate, ut per Pinel. *in l.2. C. de rescind. vend. p.3. cap. fin. n.45.* Cov. *var. lib.2. cap.3. n.5. vers. vel ita accipiendum est,* Mascard. *de probat. conclus. 443. n.10. & concl.641. in fin. & concl.1403. n.39.* Aviles *ad c.17. Prætor. gloss. à razonables precios, n.1.* Perez *l.2. vers. prior pars, tit.23. lib.2. Ordin.* Avendan. *de censib. c.27. & 28.* Felician. *eod. tract. lib.1. c.3. n.15. vers. quartò potest, & lib.2. c.1. num.2. & n.12. vers. legitimum verò,* Matiens. *l.1. gloss.2. num.9. tit.11. lib.5. Recop.* Valasc. *consil.43. n.12.* Morl. *in emporio Iuris, p.1. tit.5. de contrab. empt. q.6. n.4.* Gasp. Roder.

der. *de annuis reddit. lib.* 1. *q.* 115. *in fine*, Mo-
3 lin. *de justit. tom.* 2. *disp.* 349. Sigism. Scacc. *de commerc.* §. 1. *q.* 7. *p.* 2. *ampl.* 10. *n.* 65. *in fine*, Farin. *fragm. crimin. verb. deceptio, n.* 41. Debet autem Iudex in hujusmodi taxatione facienda attendere necessitatem rei, copiam, inopiam, laborem, curam, industriam, & pericula negotiationis, bonitatem intrinsecam mercium, & emptorum frequentiam, ac alia id genus, ex adductis per Cov. *lib.* 3. *variar. c.* 3. *n.* 5. Mathienz. *in d. l.* 1. *gloss.* 2. *n.* 7. *tit.* 11. Bobadill. *in politica, lib.* 3. *c.* 4. *n.* 65. *&* 67. Guttier. *pract. lib.* 4. *q.* 61. *n.* 7. Sigism. Scacc. *d.* §. 1. *q.* 1. *n.* 436.

4 A legitimo pretio distinguitur naturale,
5 quia legitimum consistit in puncto indivi-
6 sibili, naturale verò est arbitrarium, & nulla lege coarctatum. Triplex à DD. consideratur pretium naturale, videlicet supremum, infimum, & medium: nam vix accidere potest rem præcisè centum valere, quin plus valeat, & minus; valet quippe centum pretio medio, centum & quinque pretio supremo, & nonaginta quinque pretio infimo: & in hoc triplici pretio iniquitas consistere ne-
7 quit, ut per Cov. *lib.* 2. *var. c.* 3. *num.* 1. Petr. Gregor. *syntagm. Iuris lib.* 25. *c.* 14. *n.* 13. *cum seqq.* Mathienz. *d. l.* 1. *gloss.* 1. *n.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop. & gloss.* 2. *num.* 9. Valasc. *consf.* 44. *n.* 1. *vers. & fulcitur*, Molin. *d. tom.* 2. *disput.* 347.
8 *vers. & quoddam aliud.* Non enim ex affectione cujuslibet pretium constituitur, quia ex deliciis hominum, vel singularibus nutibus res non sunt metiendæ, *l. illud, ff. de manum. vind. l. pretia rerum, ff. ad leg. falcid. l. si servum meum* 33. *ff. ad leg. Aquil. l. septem, C. de erog. ann. milit. lib.* 10. Mascard. *de probat. concl.* 657. *n.* 38. *&* 39. ubi ex Cremen. decem causas recenset, ex quibus singulare pretium
9 & affectio circa rem cadere potest. Sed tantum valet res, quantum absque fraude, & injuria homini scienti ejus conditionem, & in egestate non constituto communiter vendi potest, *l. si servus* 14. *ff. de condict. furt.* & *ibi* gloss. *verb. invenerit*, *l. quærebatur* 81. *vers. quare, & in fine, ff. ad l. Falcid.* Perez *l.* 2. *col.* 6. *vers. sed huic nostræ regulæ, tit.* 23. *lib.* 2. *Ordin.* Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. part.* 3. *cap. fin. n.* 17. *&* 18. Menoch. *consf.* 115. *num.* 20. Valasc. *consf.* 43. *n.* 1. *&* 4. Morl. *d. tit.* 9. *de contrah. empt. q.* 6. *num.* 3. *&* 6. Surd. *consf.* 151. *n.* 67. Guttier. *pract. lib.* 4. *q.* 61. *num.* 7. Sigism. Scacc. *d.* §. 1. *q.* 7. *p.* 2. *ampl.* 10. *n.* 56. *vers. nam in re mobili*, Garc. Mastril. *decis.* 17. *n.* 18.

10 Ad *num.* 9. Nota si quis res proprias ad victum & vestitum hominum pertinentes venditioni exposuit, etiam cessante inopia posse cogi ad justam earum venditionem; nam æquum est, & Reipub. consentaneum quod publicus venditor cogatur vendere res
justo pretio à Iudice taxato, *l.* 1. & ibi *gloss.* 1. 11
in fine, C. de Episcop. aud. Cov. *lib.* 3. *var. c.* 14. *n.* 1. Avil. *ad c.* 17. *Prætor. gloss. à razonables precios, n.* 1. *cum seqq.* Perez *l.* 2. *col. antepen. vers. tertius casus, tit.* 23. *lib.* 2. *Ordin. pag.* 434. Morl. *d. tit.* 9. *q.* 1. *n.* 13. Surd. *consf.* 205. *n.* 6. Azeved.
per text. *ibi, in l.* 15. *n.* 5. *tit.* 13. *lib.* 8. *Recop.* In- 12
tellige, ut dixi, quando res venditioni exposita esset de his, quæ spectant ad victum & sustentationem hominum, secus verò si de his non esset, ut per Surd. *consf.* 205. *num.* 27. *&* 28. Perez *ubi suprà*, *in vers. iste tamen*, Menchac. *de success. creat.* §. 10. *n.* 77. *vers. ad
ista contraria*, Aviles *citato loco, n.* 7. *&* 11. Nisi 13
justa causa adsit mutandi propositum; nam tunc etiamsi res exposita venditioni spectaret ad victum, posset pœnitere, ex Surd. *d. consf.* 205. *n.* 28. Steph. Gratian. *discept. forens.*
c. 149. *n.* 19. Iusta enim causa reputatur quod 14
velit rem pro suo usu retinere qui eam venditioni exposuit, in quo statur ejus juramento, ut per Surd. *d. consf.* 205. *num.* 12. *cum seqq.* idem Grat. *d. c.* 149. *n.* 28.

Cap. Vt mensuræ II.

AD *num.* 3. Nostram sententiam, quod 1
scilicet Ecclesiastici, qui falsa mensura triticum, vinum, vel oleum vendiderint, non possint puniri à Principe, ejusque sæculari ministro in bonis, vel in pœna pecuniaria, ultra relatos *in collectan.* tenent Filliuc. *in quæst. moral. tom.* 2. *tract.* 35. *cap.* 9. *num.* 94. Barthol. à S. Fausto *in speculo Confessor. disp.* 6. *quæst.* 44. *num.* 3. me citato *in hoc loco*, Thom. Delbene *de immunit. Eccles. dub.* 4. *subsect.* 11. *pag.* 54. addens quod licèt Ecclesiastici teneantur obedire statutis Principis justis, & in bonum commune ordinatis in iis rebus, quæ spectant ad regimen Communitatis, si sacris Canonibus, & clericali statui non repugnent, tamen ad id non tenentur directè, sed indirectè, id est, non ex vi legis, sed ex vi rationis naturalis: vel si directè, non tenentur secundùm vim coactivam, sed solùm secundùm vim directivam, ac proinde si statuta illa Ecclesiastici transgrediantur, nequaquam puniri poterunt à Iudice sæculari, sed ut puniantur, ad Iudicem Ecclesiasticum recurratur necesse est.

SVMMARIVM.

1 *Contrahentibus qualiter liceat in pretio se decipere.*

2 *Remedium subveniendi læso procedit in omnibus*

nibus bonæ fidei contractibus.
3 *Contractibus reciprocis ratio læsionis congruere non potest.*
4 *Feudi in concessione locus est remedio læsionis ultra dimidiam, quando conceditur ob pecuniam domino præstandam.*
5 *Remedio læsionis ultra dimidiam locus est in datione in solutum extrajudiciali.*
6 *In locatione etiam decimarum, aut vectigalium locum habet remedium læsionis ultra dimidiam.*
7 *Venditio jactus retis valet quando retis eo loco est jacienda, quò spes aliqua sit probabilis piscandi.*
8 *Mercium in assecurationibus habet locum remedium l.2. C. de rescind. vendit.*
9 *In divisione bonorum ex judicio familiæ erciscundæ habet locum remedium l.2. C. de rescind. vendit.*
10 *Divisio quando fit per sortes, an locum habeat dictum remedium* l.2. C. de rescind. vendit. *latè ostenditur.*
11 *Æstimatio rerum dotalium quando facit emptionem, tunc locum habet remedium* l.2. C. de rescind. vendit.
12 *Dotis nimia constitutio facit locum esse remedio* l.2. C. de rescind. vendit.
13 *Filia gratis, nihil accepto, sola dote contenta, si renuntiavit hæreditatibus parentum, an possit uti remedio* l.2. C. de rescind. vendit. *si læsa sit? ostenditur.*
14 *Filia si modica contenta dote Religionem ingreditur, & renuntiavit opulentissimæ hæreditati, an illa vel monasterium possit intentare remedium* d. l.2. C. de rescind. vendit. *ostenditur.*
15 *Conductori & locatori læsis ultra dimidiam justæ mercedis, conceditur beneficium* l.2. C. de rescind. vendit. *& multipliciter declaratur.*
16 *Emphyteusis concessio potest rescindi remedio* l.2. C. de rescind. vendit. *quando pensio præstatur in recompensationem fructuum.*
17 *Architecti & fabri lignarii non possunt uti remedio* l.2. C. de rescind. vend. *quando erant experti in suo officio.*
18 *Venditio facta sub publica subhastatione potest rescindi remedio* l.2. C. de rescind. vendit.
19 *Gabellarum & regiorum redditiuum Regi pertinentium in conductione locum non habet remedium* l.2. Cod. de rescind. vendit.
20 *Contractus ubi est validus, sed tamen rescinditur, gabella non potest repeti, nec laudemium, nec relevium, secus si annulletur.*
21 *Contractum rescindens ex quacunque causa, sive læsionis, sive pacti, solvere debet alteri quicquid vel fisco, vel domino ab altero solutum fuerit.*
22 *Melioramenta in re vendita penes emptorem facta solvere tenetur venditor.*
23 *Renuntiari à contrahentibus valet beneficium* l.2. C. de rescind. vendit.
24 *Renuntiatio tacita beneficii* l.2. Cod. de rescind. vendit. *sufficit nisi adsit læsio enormissima.*
25 *Emptor conventus remedio* l. 2. Cod. de rescind. vend. *si eligeret rem restituere, & non supplere justum pretium, non tenetur rem cum fructibus restituere.*
26 *Venditor si fuerit enormissimè læsus, tunc emptor ad fructuum restitutionem condemnandus est.*

Cap. Cùm dilecti III.

Ad *num.*4. Qualiter intelligatur regula 1
quod licet contrahentibus in pretio se decipere, de qua ultra citatos, vide Pinel. *in l.2. C. de rescind. vend. part.1. cap.1. num.*32. ubi Padil. *num.*10. Sot. *de Iustit. lib.*6. *quæst.*20. *art.*3. Medina *in C. de restit. quæst.*32. Menoch. *consil.*109. *num.*30. Cevall. *commun. contra commun. quæst.*511. *num.*5. Moila *in emporio juris, p.*1. *tit.*9. *de contrah. empt. q.*8. *n.*14. & 15. Avend. *de censib. cap.* 27. *num.* 4. ubi novam adducit interpretationem, Anton. Fab. *de errorib. pragm. decad.* 7. *errore* 10. *num.*9. Azeved. *l.*1. *n.*9. *tit.*11. *lib.*5. & *l.*19. *tit.*9. *lib.* 9. *Recop.* Sigism. Scacc. *de commerc.* §.1. *q.* 7. *part.*2. *ampl.* 10. *num.* 2. qui magis communiter intelligunt dictam regulam, scilicet naturaliter licere contrahentibus se decipere, non quod natura ipsa rerum hoc permittat, sed natura, hoc est, naturales regulæ contractus.

Ad *num.*8. Procedere remedium subveniendi læso ultra dimidiam justi pretii in omnibus bonæ fidei contractibus, ultra citatos resolvunt Molin. *de Iustit. disp.*349. *vers. prædicta locum habent*, Mathienz. *in d. l.*1. *gloss.*8. *n.*1. Anton. Gabr. *commun. lib.* 3. *tit. de empt. concl.*1. *n.*19. Alex. Trentacinq. *variar. resol. lib.*3. *tit. de emp. resol.* 3. *num.* 1. nisi sint contractus reciproci, quibus congruere non potest ratio læsionis, ut depositum, mandatum, & commodatum, Rebuff. *ad leg. Galliæ, tit. de rescind. contract. art. unic. gloss.*15. *n.*6. Pinel. *in d. l.*2. *part.*1. *cap.*3. *n.*4. Mathienz. *d. gloss.*8. *num.*2. Avendañ. *de censib. cap.*35. *n.*11. & 12. 2 3

Ad *n.*10. Etiam in concessione feudi ob 4
læsionem ultra dimidiam locum esse huic remedio, quando conceditur ob pecuniam domino præstandam; secus verò cùm pensio

sio, vel servitium datur in recognitionem dominii, prout regulariter fit, ut *in d. l. 2. de rescind. vend.* tenent Pantal. de Crem. *n.* 34. Padil. *n.* 29. & Pinel. *p.* 1. *c.* 4. *n.* 2. Rebuff. *d. gloss.* 15. *n.* 11. Anton. Gabr. *d. concl.* 1. *n.* 74. Fachin. *controv. lib.* 2. *c.* 22. *vers. nec huic sententiæ.* Mathienz. *d. gloss.* 8. *n.* 7. ubi ait sic esse intelligendam gloss. *in c. ad nostram, de rebus Eccles. non alien.*

5 Ad *num.* 11. In datione in solutum extrajudiciali, si dans, vel recipiens ultra dimidiam justæ æstimationis lædatur, huic remedio locum esse, secus in judiciali, cùm scilicet pignus creditori, ex eo quod emptor non reperitur, adjudicatur, ultra citatos tenent Alex. Trentacinq. *d. resol.* 3. *num.* 13. Fachin. *controv. lib.* 2. *c.* 21. *vers. tertia controversia est,* Ignat. del Villar. *in sylva respons. lib.* 1. *resp.* 11. *n.* 9.

6 Ad *num.* 12. In venditione, vel locatione rerum, quæ pendent ex futuro eventu, ut in jactu retis, vel in locatione decimarum, aut vectigalium, seu aliorum redditμum, læso hoc beneficium competere, resolvunt Padil. *in d. l.* 2. *n.* 15. Mathienz. *in d. l.* 1. *gloss.* 6. *n.* 3. *& gloss.* 8. *n.* 9. Scacc. *de commerc.* §. 1. *q.* 1. *p.* 2. *ampl.* 10. *num.* 5. *in princ.* nam jactus retis, & quæ nondum sunt, emi, & vendi possunt, Anton. Gom. *var. tom.* 2. *c.* 2. *n.* 5. *vers. in hoc tamen est,* Card. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 3. *& tit.* 18. *n.* 26. Lassarte *de decima vendit. cap.* 9. *num.* 4. Cevall. *commun.*
7 *q.* 536. *num.* 34. *&* 35. Pyrrh. Maur. Aretin. *de fidejussor. p.* 2. *princ. sect.* 4. *c.* 51. *n.* 47. Morl. *d. tit.* 9. *in præl. n.* 21. *&* 22. Intellige in hoc casu valere venditionem quando retis eo loco est jacienda, quò spes aliqua sit probabilis piscandi, secus verò si non sit: Sarmien. *lib.* 7. *select. cap.* 1. *n.* 7. quem sequuntur Solis *de censib. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 2. *vers. quartò,* Cevall. *d. q.* 536. *n.* 36.

8 Unde huic remedio locum esse in assecurationibus mercium, quæ per mare, & loca periculosa transire debent, tenent Petr. Santer. *de assecurat. & spons. p.* 5. *num.* 4. Padil. *in d. l.* 2. *n.* 25. Mathienz. *d. gloss.* 8. *num.* 62. Guttier. *pract. lib.* 2. *q.* 142. Valasc. *cons.* 18. *n.* 7. *&* 8. Scac. *d.* §. 1. *q.* 1. *p.* 2. *ampl.* 10. *num.* 5. *vers. infero* 2.

9 Ad *num.* 13. Eidem remedio locum esse in divisione bonorum ex judicio familiæ erciscundæ, si læsio ultra dimidiam in ea sit, ultra citatos tenent Fab. de Monte *de empt. q.* 8. *in princ. n.* 9. Anton. Gabr. *d. concl.* 1. *n.* 25. Mathienz. *in d. l.* 1. *gloss.* 8. *n.* 3. Morquech. *de divis. bonor. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 30. Alex. Trentacinq. *d. lib.* 3. *tit. de empt. res.* 3. *n.* 2. Greg. XV. *decis.* 496. *num.* 7. quicquid dicat Anton. Fab. *de errorib. pragm. decad.* 8. *errore* 1. *num.* 28. *&* 29.

Ibid. in fine, quatenus remissivè excitat quæstionem quid dicendum, si per sortes divisio facta fuerit? Invenio modò adesse duas contrarias opiniones. Una tenet in ea ultra dimidiam læso esse succurrendum; quam sectantur Bart. *in l. majoribus,* per text. *ibi, n.* 3. *C. communia utriusque judic.* Dec. in *c. licèt causam, n.* 28. *de probat.* Tiraq. *de jure primog. q.* 17. *n.* 97. *&* 98. Padil. *in d. l.* 2. *n.* 13. Avora *de partit. p.* 3. *q.* 10. *n.* 26. *&* 27. Aliàs illi ultra succurrendum non esse sustinent Pinel. *in d. l.* 2. *p.* 2. *c.* 1. *n.* 6. *vers. sed in contrarium, & n.* 7. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. vel dolo adversarii, num.* 13. Mathienz. *dict. gloss.* 8. *n.* 4. Morquech. *d. c.* 11. *n.* 37. Ant. Fab. *d. decad.* 8. *error.* 2. *n.* 10. Pro quibus facit quod quando quis ex conventione ex qua damnũ & lucrum potest consequi, licèt postea damnum passus sit, non dicitur læsus, & damnum cum utilitate, quam ipse consequi poterat, si aliter accidisset, debet compensari, & minori non datur restitutio, *l. de fideicommisso, C. de transact. l. ea lege, C. de usur. l. si pater puellæ, C. de inoff. testam.* Tiraq. *in l. si unquam, verb. donatione largitus, n.* 110. Menoch. *cons.* 843. *n.* 33. *& cons.* 844. *n.* 43. *& cons.* 1121. *num.* 6. Menchaq. *lib.* 3. *controvers. usufreq. c.* 68. *n.* 10. Sfort. *de in integr. restit. p.* 1. *q.* 4. *art.* 6. Surd. *cons.* 451. *& cons.* 488. *n.* 33. *&* 34. *& cons.* 435. *n.* 14. *& de alim. tit.* 9. *privil.* 11. *n.* 11. 13. *&* 15. ubi *n.* 16. dicit quod census ad vitam concessus si ex contingentia facti damnosus efficiatur, non retractatur, *& decis.* 178. *n.* 29. Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 27. *n.* 23. *& c.* 520. *n.* 31. *& c.* 756. *n.* 8. ubi ait quod non attenditur præjudicium quod potest contingere tanquam à casu, & eventu proveniens, Guttier. *de gabell. q.* 147. *n.* 13. *& Canon. lib.* 1. *c.* 39. *à n.* 61. ubi ratione dubii eventus multa permitti dicit, exemplificat Fontanel. *de pactis nupt. claus.* 4. *gloss.* 18. *p.* 3. *à n.* 103. Et licèt hæc ultima opinio sit verior & communiter recepta, nihilominus non displicet conciliatio, quam ad utramque ponit Pinel. *d. p.* 2. *c.* 1. *n.* 8. dicens primam procedere & minori, vel majori læso succurri in divisione facta per sortes, quando sortes ipsæ per errorem inæqualiter factæ sunt, & earum error postea deprehenditur, quia tunc partes nihil sorti, seu eventui commiserunt: contrariam quando partes scienter sortes inæquales fecerunt, ut alteri possit major portio obvenire, sequuntur Mathienz. *d. n.* 4. Cald. Pereira *n.* 13. *citatis locis,* Montan. *in addit. ad Oliban. de action. p.* 2. *lib.* 1. *c.* 39. *n.* 16. 10

Ad *num.* 4. Ob læsionem æstimationis rerum, 11

rum, quæ in dotem fuerunt datæ tam uxori, quàm marito, dictum remedium datur quando æstimatio facit emptionem, ultra citatos tenent Cremen. *in d.l.2.n.37.ampl.9.* Rebuff. *d.gloss.15.n.31.* Mathienz. *d.l.1.gloss.8. n.20.* quicquid teneat Anton. Fab. *de erroribus pragm. p.1. decad.8. errore 7.*

12 Remedium istud locum etiam habet in nimia constitutione dotis, ut si mulier dando ampliorem dotem læsa sit, vel vir deceptus minorem accipiendo, Cagnol. *hîc, n.63.* Phanut. *de lucro dotis, pag.432.* Ioan. Garc. *de expens. c.18. n.22.* D. Barbos. *in l. si æstimatis, n.23. ff. soluto matrim.* Fontanel. *de pactis nupt.*
13 *claus.5. gloss.8. p.8. n.30.* Idem in fratre notabiliter in promissione dotis læso, Honded. *cons.18. à n.32. lib.1.* Peregr. *decis.93.* Fontanel. *d. p.8. n.22. cum seqq.* Quid si filia gratis, nihilo accepto, vel dote contenta renuntiavit hæreditatibus parentum, & suis legitimis, & aliis quibuscumque sibi quoquo modo tam in bonis paternis, quàm in maternis spectantibus, & postea se læsam esse dicat, & hujusmodi renuntiationem rescindi contendat? Vide Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.3. q.79.* Iacob. Cancer. *var. resol. p.3. c.15 de renunciat.* Castil. *controv. lib.33. c.2. n.36.* Fontan. *de pactis nupt. tom.2. claus.9. gloss. unic. n.1. & 2.*

14 Quid in renuntiatione facta per filiam, quæ modica contenta dote Religionem fuit ingressa, & opulentissimæ hæreditati renuntiavit? Dic quod prætextu læsionis enormis, vel enormissimæ, nec ipsa, nec monasterium ex beneficio *d. l.2.* nec minoris ætatis poterunt rescindere. Ita Cov. *in cap. quamvis pactum, p.3. §.2. n.5.* & *ibi* Guttier. *super vers. dum nuptui tradebatur, n.3.* Burg. de Paz *cons.5. num.1.* Menchac. *de success. creat. lib.1. §.18. n.100.* Molin. *de primog. lib.2. c.3. n.27.* Fachin. *controv. lib.3. c.22.* Franc. Molin. *d. lib.3. q. ult. n.8. cum multis seqq.* Cancer. *var. tom.3. c.13. de renunciat. ex n.213.* Giurb. *in consuet. Messan. c.3. gloss.7. n.55.* Castill. *lib.3. c.2. num.74. & 75.* Steph. Gratian. *Marchia decis. 40. n.3. cum seqq.*

15 Ad *num.15.* Beneficium *legis 2.* locatori & conductori, qui in contractu locationis, & conductionis læsi ultra dimidiam justæ mercedis fuerunt, concedi, ultra citatos tenent Fab. de Monte *de empt. q.8. n.9.* Ioseph. Ludov. *concl.12. vers. & quoniam.* Suar. *in thesauro recep. sentent. lit. I, n.143.* Carot. *de locato, & conducto, tit. de rescind. locat. n.1.* Velasq. de Avendaño *de censib. c.35.* Fachin. *controv. lib.2. c.22. in princ.* Card. Tusch. *lit. L, conclus.193. n.19. & 20.* quicquid dicat Anton. Fab. *de errorib. pragm. decad.8. errore 8.* Et procedit in locatione & conductione herbarum pro pascendis ovibus, Padil. *in d. l.2. n.15.* Guttier. *de gabell. q.136. n.22. & q.147. n.7.* Cevall. *q.536. n.31.* ubi idem in conductione domus. Et locum habet etiamsi contractus locationis jam esset finitus, si conductor dicat se fuisse læsum ultra dimidiam justæ mercedis. Pinel. *in d.l.2. p.2. c.3. n.19. & 20.* Menchac. *usufreq. lib.3. c.61. num.12.* Mathienz. *d. l.1. gloss.6. n.5. tit.11. lib.5. Recop.* Guttier. *pract. lib.2. q.132. n.2.* Cevall. *dicta q.536. n.28.* Steph. Gratian. *d.c.185. num.2.* Fachin. *d. lib.2. c.22. in princ.* Azeved. *in d.l.1. n.4.* Gama *decis.19.* latè Brito *de locato, & conducto, p.2. rub. §.2.*

Ad *num.17.* Ampliatio procedit in concessione emphyteusis, quando pensio præstatur in recompensationem fructuum. Padill. *in d. l.2. n.28.* Pinel. *p.1. cap.4. n.37.* Anton. Gabr. *d. concl.1. n.75. cum seqq.* Rebuff. *dict. gloss.15. n.13.* Anton. Gom. *l.98. Tauri, num.4.* Mathienz. *d. gloss.8. n.7.* Gam. *decis.257.* Thesaur. *decis.102.* Fach. *d. lib.2. c.22. vers. sed major est.* Valasc. *de jure emphyt. q.11. n.19.* Morl. *d. tit.9. de contrah. empt. q.19. n.7.* Felician. *de censib. lib.1. c.3. n.14.* Avend. *eod. tract. c.35. n.8. cum seqq. & c.91. n.3. & 4.* Molin. *disp.452. vers. quod verò,* Cald Pereira *in l. si curatorem, verbo implorare, n.15.* ubi dicit in praxi obtinuisse quod Ecclesia pensione decepta non posset revocare concessionem emphyteuticam, sed quod pensio arbitrio boni viri suppleretur. Limitat tamen Fontanel. *de pactis nupt. claus.4. gloss.8. p.1. n.37. 43. & 44. & à n.62.* quando pensio vel servitium datur in recognitionem dominii, prout regulariter fit, vel quando res, quæ fuerunt datæ in emphyteusim, erant inutiles, ac ruinosæ, quia tunc non erit locus rescissioni ex remedio *d. l.2.* 16

Ad *num.26.* Intellige quando architecti, & fabri lignarii, ac alii similes officiales erant experti in suo officio, ex *l.3. tit.11. lib.5. Recopilat.* ibi, *Siendo expertos en su officio,* ubi notat Azeved. *n.30.* Guttier. *lib.2. pract. q.144. in fine,* Cevall. *d. q.536. n.30.* 17

Ad *num.27.* Ex quibus licèt aliqui teneant remedium d.l. locum non habere in re vendita in incantu publico, nihilominus quod procedat dictum remedium, etiamsi venditio facta fuerit sub publica subhastatione, alii meliùs sustinent, per *l.1. tit.11. lib.5. Recopil.* ubi Azeved. *num.31.* & Mathienz. *gloss.9.* Pinel. *in d. l.2. p.2. c.2. n.25. cum seq.* ubi Padil. *n.30.* Anton. Gom. *d.c.2. n.23.* Menchac. *d.c.61. n.1.* Alex. Trentacinq. *d. resol.3. n.4.* Cevall. *d.q.536. n.2. & 3.* Morl. *d. tit.9. de contrah. empt. q.23.* Parlad. *rerum quotid. lib.2. cap. fin.* 18

fin. 5. *p*. §.16. *n*. 10. Mastrill. *decis*.33. *num*.10. Steph. Grat. *discept. forens. cap*.7. *num*. 10. *&* *cap*.461. *n*.30. Surd. *cons*.39. *n*.4. Molin. *disput*.349. *vers. etiamsi res aliqua*, Rebel. *p*.2. *lib*.9. *q*.31. Anton. Fab. *in suo Cod. lib*.4. *tit*.31. *de rescind. vend. definit*.25. ubi subdit læsionem considerandam esse inspecta æstimatione juxta tempus subhastationis, & *definit. seq.* ait hunc qui emit in publico incantu, non teneri restituere fructus quos percepit ante litem contestatam, licèt intervenisset læsio enormissima ultra bessem, Cancer. *variar. resol. p*.1. *c*.13. *n*.26. ubi addit quod licèt res sit vendita in incantu publico, si doceatur de læsione ultra dimidiam, impetratur a Iudice ut res iterum vendatur, & reddito pretio illi qui priùs eam emerat, plus offerenti tradatur, vel ut emptor si velit rem restituere, justum suppleat pretium.

19 Remedium dictæ legis non habere locum in conductione gabellarum, & regiorum reddituum Regi pertinentium, tenent Mathienz. *d. l*. 1. *gloss*.5. *n*.4. *tit*.11. *lib*.5. *Recop.* ubi Azeved. *n*.31. Ceval. *q*.536. *n*.50. Guttier. *de gabell. q*.147. *n*.6. Nec in sciente justum rei pretium, & valorem: nam si viliori pretio vendat, vel aliquid ultra justum pretium emptor offerat, illi non succurritur *dict. l.* remedio, ut in ea tenent Cremen. *n*.86. & Cagnol. *num*.142. Fab. de Monte *de empt. q*.8. *num*.19. *&* 20. Tiraq. *de retractu lig*. §.1. *gloss*.18. *num*.14. Anton. Gabr. *d. tit. de empt. concl*.1. *num*.98. Cacheran. *decis*.40. *num*.12. Bernard. *reg*. 560. Suar. *in thesauro recept. sentent. lit. L*, *num*. 3. Stracch. *de sponsionib. q*.10. *n*.2. Mench. *controv. usufr. lib*.3. *c*.61. *n*.10. Carot. *de locato & conducto, tit. de rescind. locat. n*.6. Menoch. *cons*.1. *n*.351. 352. *&* 356. *&* *cons*.843. *n*.30. *&* *cons*.844. *n*.36. Mathienz. *in d. l*. 1. *gloss*.8. *n*.85. Avend. *de censib. c*.36. *n*.4. Gratian. *discept. forens. c*.461. *n*.28. Scacc. *de commerc*. §.1. *q*.7. *p*.2. *ampl*.10. *n*.5. *vers. adstringe* 1.

20 Ad *num*.32. *in fine*. Nota Parlad. Lassarte, Girond. Molinam & Guttier. citatos in collect. tenere gabellam deberi, & solutam repeti non posse, & idem tenet Ioan. Garc. *de expens. c*.18. *n*.48. *vers. & in hoc*, ubi dicit quod si contractus est validus, sed rescinditur, gabella non potest repeti, nec laudemium, nec relevium, & *in n*.46. *&* 47. subdit post Perez, Lassarte & Avendañ. quando contractus annullatur, gabellam, laudemium, & si quid aliud ratione contractus solutum fuit, repeti posse.

21 Qui contractum rescindit ex quacunque causa, sive læsionis, sive pacti, solvere debet alteri quicquid vel fisco, vel domino ab altero solutum fuerit. Ita *in d. l*.2. Cagnol. *q*.82. *n*.236. & Pinel. *p*.2. *c*.3. *n*.37. *&* 38. Ioan. Garc. *d. c*.18. *n*.53. *&* 54. Parlad. *lib*.1. *rerum quot. c*.3. §.5. *à n*.6. ubi latè agit, & actorem, qui contractus rescissionem postulat, ad solutionem teneri resolvit Guttier. *de gabell. q*.12. *n*.56. ubi *n*.7. *&* 8. cum Molin. contra Lassart. tradit quod quando emptor elegit supplere justum pretium, gabella hujus supplementi ad gabellarium, qui tempore venditionis extitit spectat, & quod idem est etsi venditor conventus eligat.

Et quod venditor melioramenta in re vendita penes emptorem facta solvere teneatur, resolvunt Bald. *in d. l*.2. *n*.23. *q*.19. ubi dicit quod venditor agens ex læsione ultra dimidiam, repelli poterit, nisi solvat expensas & melioramenta, per *l. intra utile*, §. *fin. ff. de minorib.* & eum sequitur Cagnol. *ibidem, in d. l*.2. *n*.155. Cremen. *n*.95. Padil. *n*.53. & Pinel. *p*.2. *c*.3. *n*.1. Magon. *Lucensi decis*.33. Valasc. *de jure emphyt. q*.25. *num*.6. Ioan. Garc. *d. c*.18. *n*.18. Fachin. *controvers. lib*.2. *c*.20. Giurba *decis*.105. *n*.18. 22

Ad *num*.33. Quod beneficio dictæ legis possit à contrahentibus renuntiari, & renunciatio valeat, resolvunt ibidem Cremen. *limit*.5. & Cagnol. *n*.134. Cov. *lib*.2. *var. c*.4. *n*.1. *vers. posteriori*, Villadieg. *l*.8. *n*.23. *tit*.4. *lib*.4. *fori juzgo*, Cacheran. *Pedem. decis*.41. *n*.9. Cevall. *commun. q*.551. *n*.2. *&* 3. Fachin. *controvers. lib*.2. *c*.20. *vers. sexta & postrema*, *&* *vers. porrò*, Carot. *de locato, p*.1. *tit. de rescind. locat. n*.41. Specialiter scilicet, non verò generali omnium remediorum renunciatione, Cremen. *n*.56. & Cagnol. *num*.134. *in d. l*.2. Guttier. *de Iuram. confirm. p*.1. *c*.26. *num*.1. Cevall. *d. q*.511. *n*.1. Mathienz. *d. gloss*.8. *n*.8. Morla *d. tit*.9. *de contrah. empt. q*.24. *n*.6. Fachin. *dict. c*.20. *vers. sexta*, Franc. Molin. *de ritu nupt. lib*.3. *q*.96. *n*.35. 23

Sufficit autem tacita renunciatio *d. l.* quæ resultat ex juramento, v. g. si major juravit non venire contra contractum, vel stare contractui, prætextu hujus remedii contractum impugnare non poterit, quia *dictæ legi*, & similibus per juramentum videtur renuntiasse, ut per Cov. *in c. quanvis pactum*, *p*.4. §.4. *n*.4. Ant. Gom. *var. tom*.2. *c*.2. *n*.25. Anton. Gabr. *d. concl*.1. *n*.68. Mench. *de success. creat*. §.18. *n*.126. Cacheran. *decis*.41. *num*.8. Guttier. *d. p*.1. *c*.26. *n*.5. Mathienz. *d. gloss*.8. *n*.45. Cevall. *commun. q*.171. *in princ*. Carot. *d. tit. de rescind. locat. n*.20. Seraph. *de privileg. Iuram. privil*.90. *n*.4. Benechend. *in addit. ad eundem, privil*.31. *n*.11. Fachin. *controv. lib*.2. *c*.17. *in princ*. Secus stante enormissima læsione, quia tunc non obstante juramento læsus ad rescissionem contractus poterit agere, etiamsi expressè eam renuntiaverit, Cagnol. 24

in

*in d.l.2.n.*87. *&* 88. Ioseph. Ludov. *concl.*73. *amp.*2. Cacher. *decis.*41. *num.*8. Pinel. *in l.* 2. *p.*3.*c.*1.*n.*7. & *ibi* Padil. *n.*32. Cov. *lib.* 2. *var. cap.*2. *n.*5. Guttier. *d.cap.*26. *n.*8. *& in Auth. Sacramenta puberum*, *num.*92. Anton. Gom. *tom.*2.*var.cap.*2.*n.*20.Mathienz.*d.l.*1.*gloss.*8. *n.*48. Molin. *de primog. lib.*2.*c.*3.*n.*18. Cevall. *commun. q.*115. *n.*4. Seraph. *de privileg. juram. privil.*83.*n.*103. *&* 104. Benechend. *in addit. ad eundem, privil.*61. *d. n.*48. Mancin. *de juram. effectu* 1. *q.*11. *n.*12. Farin. *fragm. crimin. p.*2. *verb. juramentum*, *num.*1282. *cum seqq.* Giurba *decis.*103.*n.*13. Castill. *controvers.lib.*3. *cap.*2. *n.*36. 41. *&* 53.

25 Ad *n.*32.*vers. An autem.* Adde Mathienz. *d.l.*1.*gloss.* 5. *n.*74. *cum seqq.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.*6. §.1.*n.*6. *& de expensis,c.*23.*n.*58. Menoch. *controvers. usufreq. lib.*3. *cap.* 71. *n.*2. ex quorum dictis colliges quod si emptor conventus hac actione eligeret rem restituere & non supplere justum pretium, tenetur rem cum fructibus restituere. Sed contrariam sententiam sequuntur magis communiter *in d. l.*2. Cremen. *col.*19. Cagnol. *num.*4. Padil. *n.*5. & Pinel. *p.*2. *cap.*4. *num.*1. *cum seqq.* Cald.Pereira *in l. si curatorem,verb. implorare*, *num.*13. *vers. contra quam*, Anton. Gom. sibi contrarius *tom.*2. *var. cap.* 2. *n.*24. *&* c.4.*n.*21.*in fine*,Azeved.*in d.l.* 1.*n.*25.*tit.*11. *lib.*5. *Recop.* Guttier. *pract.lib.*2.*q.*134. Parlad. *lib.*2. *rerum quotid. p.*5.*cap.fin.* §.16. *num.* 12. Gam.*decis.*94.*n.*2. Mena *ad eundem decis.*292. *vers. tertiò adde*, Cevall.*commun. q.*536.*à n.*17. Fachin. *controv.lib.*2.*c.*24. Felician.*de censib. tom.*2. *lib.*1. *c.*3. *n.*2.*in fine*, *& n.*4. Vinc. de Franchis *decis.*496. *n.*3. P. Molin. *disp.*349. *vers. contrarium autem*, Magon. *decis.*23. *n.*7. *&* 8. Anton.Fab. *in suo Cod. lib.*4.*tit.*36. *de rescind. vend. defin.*21.26.31. *&* 36. Giurb.*Sicil. decis.*105. Fontanel. *de pactis nupt. tom.*2. *claus.*7. *gloss.*2. *p.*5.*n.*10. Sigism.Scacc.*de commerc.* §.1. *q.*7.*p.*2. *amp.*10.*n.*39. *& vers. secunda opinio*: & hæc proculdubio sequenda, prior verò contraria procedere poterit in fructibus post litem contestatam per emptorem perceptis, quos emptor venditori restituere debet, si elegit, quia per eam litigantes in mala fide constituuntur.

26 Quando verò venditor enormissimè fuisset læsus, tunc emptor etiam ad fructuum restitutionem condemnandus erit, quia ex ea præsumitur dolus: ita Cevall. *q.*763. *n.*43. *vers. si verò*, Gom.de Leon *in sua cent.resp.*19. Gam. *decis.*40. *&* 94.*n.*9. Parlad. *d.lib.*2.*cap. fin.p.* 5. §.16. *n.*13. Anton. Fab. *d. tit. de rescind. vendit. diffinit.*3. *&* 31. Fontanel. *d. tom.*2. *claus.*7. *gloss.*2.*p.*5.*n.*59. *&* 60. Mastrill. *decis.*33. *n.*12.

27 Ad *n.*34. Nota quod pretii conventionalis justitia, ne detur locus læsioni intra terminos pretii naturalis, taliter regulanda est, ut nec summum excedat, nec de infimo discedat, sed intra ipsos terminos permaneat, attenta qualitate temporum, locorum, ac consuetudine regionis, ut per Cov. *lib.* 2. *var.c.*9. Petr.Greg. *syntagm. juris lib.*25.*c.*14. *n.*7. Pinel. *in l.*2. *C. de rescind. vendit. p.*3.*c.*2. *n.*9. Menoch. *cons.*817. *n.*30. Alvar. Valasc. *cons.*45.*n.*12. Ponte *cons.*53.*ex n.*30.*lib.*1. Card. Mantic.*de tacit. & ambig.convent. lib.*4.*tit.*18. *n.*28. *& tit.*20. *n.*4.

SUMMARIUM.

1 *Contractum usurarium an efficiat modicitas pretii cum pacto de retrovendendo, & n.*2.

3 *Claus.* Quomodocumque, *vel toties, vel semper, in pacto de retrovendendo non facit illud designatum præscribi spatio triginta annorum.*

4 *Nisi partes assignassent majus tempus quàm triginta annorum, vel si promissum sit toties retrovendere, quoties huic remedio fuerit præscriptum, vel quando intervenit juramentum.*

5 *Pactum de retrovendendo redditur usurarium quando convenitur non nisi post certum tempus rem venditam redimere cum conditione expressa de lucrandis interim fructibus.*

6 *Pactum de retrovendendo facit rem esse minoris valoris.*

Cap. Ad nostram V.

AD *num.*2. Partem quam sequor, quod scilicet modicitas pretii cum pacto de retrovendendo efficiat contractum usurarium, sustinent gloss. *in præsenti*, *& in l.conquestus, de usur.* Cravet. Nat. Roland. Cov. Cæpol. Mascard. Menoch. Cacheran. Gasp. Rod. Fachin. Card. Mantic. Valasc. Gama, Steph. Grat. quibus addo eundem Fachin. *cons.*28. *n.*2. *&* 23. *lib.*1. Azeved. *l.*4. *n.*24. *&* 25. *tit.*6. *lib.*8. *Recop.* Surd. *cons.*34.*per tot. & maximè n.*5. Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.*3. *tit. de empt. & vendit. resolut.* 10. *num.*7. Magon. *Lucensi decis.*60. *à n.*7. qui hanc opinionem dicit tutiorem, & in numero Auctorum superare contrariam, & habere glossas pro se, Cancer. *var. resolut. p.*1. *cap.*13. *n.*16. 1

Alii verò contendunt necesse esse cum pacto de retrovendendo, & modicitate pretii concurrere emptorem esse solitum fœnerari, vel aliam circumstantiam, ex quorum numero 2

numero videntur esse Tiraquel. Alexand. Menoch. Cald. Pereira, Felician. Farin. Roland. & alii citati *in collect.* quibus nunc addo eandem partem sequentes Carot. *de locato & cond. tit. de usur. quæst.* 11. Honded. *cons.* 31. *num.* 68. *lib.* 1. *& cons.* 33. *num.* 66. *lib.* 2. Parlad. *differ.* 53. §. 1. *num.* 3. Cevall. *commun. contra commun. quæst.* 224. *in fine*, Anton. Fab. *in suo Cod. lib.* 4. *tit.* 30. *de rescind. vendit. differ.* 5. *num.* 6. Grivel. *Dolana decis.* 74. *num.* 1. Castill. *controvers. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 50. *ubi num.* 82. in hac videtur residere.

3 Quas quidem contrarias opiniones nonnulli concordare nituntur, dicentes primam procedere quando læsio in pretio est ultra dimidiam justi pretii, secundam quando læsio est modica in pretio, & tunc ultra læsionem & pactum de retrovendendo aliæ fœnoris suspiciones debent concurrere. Ita Boër. *decis.* 102. *sub num.* 3. *&* 5. Franc. Marc. *decis.* 484. *num.* 25. *&* 28. *p.* 1. Roland. *cons.* 96. *num.* 19. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 358. *lib.* 4. Honded. *cons.* 33. *num.* 68. *lib.* 2. Mascard. *conclus.* 447. *num.* 7. *&* 9. Alex. Raudens. *de analog. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 256. *& seq.* Carot. *d. q.* 11. *num.* 14. Gasp. Roder. *de annuis redditib. lib.* 2. *q.* 3. *num.* 9. Azeved. *l.* 4. *num.* 25. *&* 26. *tit.* 6. *lib.* 1. *Recop.* Fachin. *cons.* 28. *n.* 2. *&* 23. *lib.* 1. Castill. *d. cap.* 24. *n.* 62. Rota apud Farin. *lib.* 2. *consil. decis.* 99. *à n.* 1. *& decis.* 256. *num.* 2. Et in hac materia discernenda plurimùm valet Iudicis arbitrium, qui quandoque ex pacto de retrovendendo, & modicitate pretii, juncta consuetudine fœnerandi, & ex aliis conjecturis, & præsumptionibus contractum simulatum existimare valet, ut per Cepol. *de simulat. contract. num.* 108. *conclus.* 9. *&* 10. Covarr. *lib.* 3. *var. cap.* 8. *n.* 4. *vers. Cæterum*, Mascard. *d. concl.* 442. *num.* 6. Hieron. Gabr. *cons.* 74. *num.* 5. *lib.* 1. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 122. *num.* 7. *& à num.* 40. *& de arbitr. casu* 217. Steph. Gratian. *cap.* 258. *n.* 6. Azeved. *d. l.* 4. *n.* 28. *cum seqq.* Card. Mantic. *de tacit. lib.* 8. *tit.* 20. Fachin. *controvers. lib.* 2. *cap.* 12. Molin. *disp.* 375. *vers. quamvis autem major*, Farin. *q.* 165. *n.* 43.

4 Ad *num.* 3. Quando in pacto de retrovendendo adest claus. *Quandocumque, vel toties quoties voluerit*, vel *perpetuò*, vel *semper*, tunc illud spatio triginta annorum præscribi sustinent citati *in collect.* quibus addo Rebuff. *in l. unic. C. de sent. quæ pro eo, notab.* 1. *n.* 53. Villadieg. *in l.* 8. *n.* 8. *tit.* 4. *lib.* 5. *fori.* Guttier. *de juram. confirm. p.* 3. *c.* 1. *n.* 8. *in fine*, *& n.* 14. Magon. *Florent. decis.* 105. *n.* 1. Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *tit. de empt. & vendit. resolut.* 10. *n.* 25. Morl. *in emporio juris, p.* 1. *tit.* 9. *de rescind. vendit. q.* 17. *n.* 5. *&* 6. Anton. Fab. *in suo Cod. lib.* 7. *tit.* 13. *de præscript.* 30. *defin.* 3. Surd. *decis.* 3. *n.* 7. Azeved. *ad l.* 6. *n.* 33. *cum seqq. tit.* 5. *lib.* 4. *Recop. & l.* 4. *à n.* 42. *tit.* 6. *lib.* 8. Parlad. *lib.* 1. *rerum quotid. c.* 1. §. 14. *n.* 11. Felician. *de censib. lib.* 1. *c.* 20. *à n.* 10. Thesaur. *qq. forens. lib.* 2. *q.* 72. *num.* 2. *&* 3. Card. Tusch. *pract. conclus. lit. P, concl.* 31. *n.* 1. Quamvis hoc pactum nunquam præscribi, quia dicta clausula est comprehensiva omnium temporum in infinitum, existimaverint Anton. Gabr. *comm. tit. de præscript. concl.* 6. *n.* 6. Cacher. *decis.* 115. Perez *l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 8. *Ordin. col.* 41. *vers. præterea est dubium*, Anton. Gom. *tom.* 2. *variar. c.* 2. *n.* 28. Cavalc. *de usufr. c.* 9. *n.* 175. Valasc. *de jure emphyt. q.* 11. *n.* 17. Steph. Durant. *quæst. juris, q.* 47. Cevall. *commun. q.* 207. *à num.* 14. Fachin. *controvers. lib.* 2. *c.* 13. Molin. *disp.* 374. *col.* 4. *vers. quando*, Cancer. *var. resol. part.* 1. *cap.* 13. *de empt. n.* 18. *in fine*, *& p.* 3. *c.* 7. *de pact. n.* 206. De jure tamen Regio Castellæ, *ex l.* 63. *Tauri*, quæ hodie est *l.* 6. *tit.* 5. *lib.* 4. *Recop.* hoc pactum spatio decem annorum præscribitur.

Hæc resolutio multis modis limitatur, & 5
primò quando partes assignarunt majus tempus quàm 30. annorum, ut per Valasc. *d. q.* 11. *n.* 17. Cald. Pereira *d. verb. sua facilitate*, *n.* 85. Azeved. *d. l.* 6. *n.* 25. Marta *de jurisd. p.* 1. *c.* 34. *à n.* 6. Secundò si promissum sit toties retrovendere, quoties huic remedio fuerit præscriptum, Azeved. *ubi suprà*, *n.* 29. Card. Mantic. *d. tit.* 10. *in fin.* Alex. Trentacinq. *d. resol.* 10. *n.* 31. Cald. Pereira *d. loco*, *n.* 85. *&* 87. qui declarant hoc non procedere in præscriptione centenaria & immemoriali. Tertiò, quando in dicto pacto de retrovendendo intervenit juramentum, Cov. *lib.* 1. *var. c.* 9. *n.* 7. Guttier. *de juram. confirm. p.* 3. *c.* 1. *à n.* 17. Azeved. *in l.* 6. *n.* 17. *&* 18. *tit.* 15. *lib.* 9. *Recop.* Alex. Trentacinq. *d. resol.* 10. *num.* 28. Gasp. Thesaur. *lib.* 2. *q.* 72. Seraph. *d. privil.* 51. *n.* 8. ubi Benecher. *n.* 1. Intellige quando juramentum appositum est in ipso contractu, quia tunc ad 40. annos producit præscriptionem. Quartò in contractibus usurariis, vel alio modo illicitis, & ubi adesset enormissima læsio, ut suo loco dicam.

Ad *num.* 4. Nota quod usurarium redditur pactum de retrovendendo quando convenitur, non nisi post certum tempus licere rem venditam redimere cum conditione expressa de lucrandis interim fructibus, *l. Castellæ* 4. *tit.* 6. *lib.* 4. *Recopilat.* ubi Azeved. *num.* 34. Anton. Gom. *d. tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 27. Covarr. *variar. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 9. Perez *l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 8. *Ordin.* Felician. *de censib. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 14. Parlad. 6

in sesquicent. differ. 53. §.1. *in fine*, præcipuè concurrente modicitate pretii, seu aliquo simili. Cancer. *d. part.* 1. *cap.* 13. *vers. veritas est.*

7 Ad *num.* 5. Pro exornatione conclusionis, quod pactum de retrovendendo facit rem esse minoris valoris, itaut æstimatio, seu valor rei debeat considerari habita ratione ad qualitatem diminutam pacti de retrovendendo, & non prout simpliciter res per se considerata vendi poterat, ultra citatos in collect. tenent Cacher. *decis.* 40. *num.* 14. Honded. *cons.* 31. *num.* 29. *lib.* 2. Carot. *d. tit. de usur. q.* 11. *n.* 1. Gasp. Roder. *de annuis redditib. lib.* 2. *q.* 2. *n.* 8. *&* 25. Ioseph. Ludov. *Perus. decis.* 97. *n.* 6. Sigism. Scacc. *de commerc.* §. 1. *q.* 3. *num.* 37. qui dicunt minuere paulò minus quàm tertiam partem, Castill. *controvers. lib.* 2. *c.* 25. *num.* 63. *cum seqq.* ubi Iudicis arbitrio relinqui ait. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 63. *num.* 13. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 258. *num.* 37. *cum duobus seqq.* Fontanel. *de pactis nupt. claus.* 4. *gloss.* 18. *part.* 1. *num.* 77. *&* 78. Sempron. Asc. *decis.* 90. *num.* 26.

SVMMARIVM.

1 *Venditori ultra dimidiam justi pretii læso subvenitur, eique ad rescissionem contractus actio datur, nisi emptor velit justum pretium supplere.*

2 *Hæreditatis in divisione facta inter cohæredes ei, qui lædit, datur electio, vel supplendi id quod deest cohæredi, & in quo læsus reperitur, vel quod iterum divisio fiat, nisi interveniat læsio enormissima.*

3 *Emphyteuticario datur electio supplendi pensionem, vel restituendi rem in emphyteusim acceptam, si est læsio, & de ea agatur.*

4 *Electio danda decipienti, illi non datur quando est dolosus, & dolus dedit causam contractui, vel intervenit læsio enormissima.*

5 *Libellus in actione rescissionis contractus ob læsionem ultra dimidiam quomodo formandus.*

Cap. Cùm causa VI.

1 AD *num.* 1. Venditori ultra dimidiam justi pretii læso subvenitur, eique ad rescissionem contractus actio datur, nisi emptor velit justum pretium supplere, *leg. Castellæ* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopilat.* ubi Azeved. & Mathienz. Rebuff. *ad constitutiones Galliæ, tom.* 2. *tit. de rescis. contract. art. unic. gloss.* 16. *num.* 5. Anton. Gom. *variar. tom.* 2. *c.* 2. *n.* 21. Petr. Greg. *syntagm. Iuris lib.* 25. *cap.* 24. Alex. Trentacinq. *variar. resol. lib.* 3. *tit. de empt. resol.* 3. Sigism. Scacc. *de commerc.* §. 1. *q.* 7. *part.* 2. *ampl.* 10. *à num.* 1. Similiter quoque emptori, contra quem de læsione agitur, datur electio supplendi justum pretium, vel restituendi rem emptam, Gregor. Lop. *per text. ibi, in l.* 56. *gloss.* 5. *tit.* 5. *part.* 5. Giurb. *decis.* 145. *num.* 8. Sic etiam in divisione hæ- 2
reditatis facta inter cohæredes ei, qui lædit, datur electio, vel supplendi id quod deest cohæredi, & in quo læsus reperitur, vel quod iterum divisio fiat. Vincent. de Franchis *decis.* 675. Mathienz. *d. l.* 1. *gloss.* 8. *n.* 3. Pinel. *in d. l.* 2. *p.* 2. *cap.* 1. *n.* 3. *cum seqq.* Gasp. Roder. *de annuis redditib. lib.* 1. *q.* 11. *num.* 33. Ayor. *de partit. p.* 3. *q.* 10. *num.* 51. Anton. Fab. *de errorib. pragm. decad.* 8. *errore* 3. ubi dicit in hoc casu in ejus electione esse supplere in pecunia, vel quod iterum divisio fiat. Nisi agatur de rescindenda pactione, seu divisione bonorum prætextu læsionis enormissimæ. Valasc. *de partit. cap.* 3. *à num.* 54. Emphyteuticario da- 3
tur quoque electio supplendi pensionem, vel restituendi rem in emphyteusim acceptam, si est læsio, & de ea agatur, qui invitus ad rei restitutionem & rescissionem contractus non est compellendus, Fontanell. *de pactis nuptial. claus.* 4. *gloss.* 18. *part.* 1. *à num.* 90. ubi limitat in contractu emphyteusis quando est læsio in pensione, & emphyteusis est Ecclesiastica, & nulla alia adest causa alienationis præterquam utilitatis, quia tunc emphyteuta rem præcisè restituere debet.

Limita principalem textus conclusionem 4
de electione danda decipienti, ut non habeat locum in doloso quando dolus dedit causam contractui, sed præcisè ea optio competit dolum passo. Gloss. *verb. transcribere*, *in l. item si pretio* 25. §. *fin. ff. locati.* Gregor. Lop. *in l.* 56. *gloss.* 7. *cum seqq. tit.* 5. *part.* 5. ubi tenet quod si emptor fuit in mala fide inducendo venditorem ut rem minùs justo pretio venderet, ipse teneatur præcisè eam restituere, nec potest justum pretium supplere, Covarruv. *lib.* 2. *variar. cap.* 4. *num.* 11. *vers. quoties verò*, Mathienz. *in l.* 1. *gloss.* 1. *num.* 11. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopilat.* Mex. *in comment. ad leges Toleti, in resp. ad* 6. *& part.* 8. *fundamento* 1. *num.* 61. *vers. Aretin. ipse, & in pragm. taxæ panis, concl.* 1. *num.* 158. Perez *in l.* 1. *gloss. unica, vers.*

verſ. ſi verò fuit, & verſ. & hæc eſt regula, tit. 7. lib. 5. Ordin. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 26. n. 61.* Farin. *fragm. crim. verb. decipere, num. 34. verſ. & deinde.* Idem quando in contractu læſio enormiſſima intervenit, quia tunc emptori nulla datur electio ſupplendi pretium, Anton. Fab. *in ſuo Cod. lib. 4. tit. 30. de reſcind. vendit. definit. 3. & 30.* Fontanel. *de pactis nupt. tom. 2. clauſ. 7. gloſſ. 2. p. 2. n. 56.* ubi *n. 60.* hoc ex eo procedere ait, quia ubi adeſt læſio enormiſſima, dolus eſt præſumptus.

5 Libellus in hac actione reſciſſionis contractus, ſi eſt venditor, qui de læſione agit, debet concludere, Peto rem mihi reſtitui cum fructibus, & pretium emptori reſtituam, vel ſuppleatur mihi juſtum pretium uſque ad ſummam tot aureorum, quod eſt juſtus valor rei à me venditæ. Si eſt emptor, qui agit, Peto ut venditor reſtituat mihi exceſſum juſti valoris, vel pretium integrum, & paratus ſum rem mihi venditam ei reſtituere, Greg. Lop. *l. 46. gloſſ. 7. tit. 5. part. 5.* Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 2. n. 21. verſ. item adde,* Mathienz. *in d. l. 1. gloſſ. 5. n. 1.* Azeved. *ibid. n. 24.* Magon. *Florent. deciſ. 108. n. 2.* Sigiſm. Scacc. *de commerc. & camb. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 10. n. 3.* Felic. *de cenſib. lib. 2. cap. 1. n. 41.* ubi tradit quomodo libellus formandus ſit quando læſio intervenit in pretio rei, quæ æſtimata data fuit ad cenſum.

SVMMARIVM.

1 *Emptor debet litem ſuper re empta motam venditori nuntiare, aliàs de evictione venditor non tenetur.*

2 *Vendens jus, quod habet ad rem, non tenetur de evictione.*

3 *Evictio non competit adverſus donantem, ſi donatio incipiat à traditione, etiamſi ſit ficta.*

4 *Donator ſi evictionem promittat, tenebitur de evictione, idem ſi promittat donationem fovere bonam.*

5 *Evictio ſi intercedat donatoris dolo, aut culpa, ipſe de evictione tenebitur.*

6 *Evictionis actio donatario contra donatorem datur, quando donatio eſt remuneratoria, vel ob cauſam facta.*

7 *Denuntiatio qualiter facienda venditori, ut de evictione teneatur, oſtenditur.*

8 *Proteſtatio & admonitio facienda eſt venditori, ut liti aſſiſtat, cauſamque defendat, ut teneatur de evictione.*

9 *Evictio ut competat, debet libelli copia adverſus emptorem produci, ad venditorem tranſmitti, ut omnino de litis mota qualitate ſit certus.*

10 *Denunciatio etiam venditori ſcienti litem motam eſſe, facienda ad hoc ut de evictione teneatur.*

11 Reg. qui certus eſt, ampliùs certiorari non debet, *intellectus.*

12 *Denunciatio neceſſaria non erit quando nulla venditori competeret defenſio, & res omnino erat evincenda.*

13 *Feudo evicto, contra dominum feudatarius de evictione agere poteſt.*

14 *Denunciatio ad effectum evictionis neceſſaria non eſt quando emptor eſt minor, ſi aliàs venditor ſciat litem eſſe motam.*

15 *Fiſcus quando eſt emptor, & venditor litem contra eum eſſe motam ſcit, non tenetur eam denuntiare.*

16 *Eccleſia quando eſt emptrix, non tenetur denuntiare ad effectum evictionis.*

17 *Denuntiandi neceſſitas quando fuit remiſſa per pactum, denunciatio aliqua non requiritur.*

18 *Emptor & venditor quando ſimul in eodem judicio conveniuntur, denunciatio non requiritur ad effectum evictionis.*

19 *Emptor ſi fuit contumax tempore ſententiæ, non poteſt agere de evictione.*

20 *Emptor de evictione agere non poteſt, ſi victus à ſententia contra eum lata non appellavit.*

21 *Venditor quando comparet poſtquam judicium cum emptore inchoatum fuit, invito actore mutationem obtinere non poterit.*

22 *Venditor ad cauſam admittitur in ſtatu & terminis, in quibus illa reperitur.*
Venditor veniens ad cauſam poſt finitam dilationem, non poteſt novas probationes facere, niſi ſit minor.

23 *Venditor ſi compareat non animo novandi actionem, ſed ea ſalva manente, & actor petat mutari judicium futurum, venditor audiendus eſt.*

24 *Niſi ex hac judicii mutatione actor prætenderit aliquod præjudicium ſibi inferri.*

25 *Clericus venditor tenetur emptorem laicum defendere coram ſuo judice.*

26 *Fiſcus poteſt ad ſuum Iudicem trahere actorem agentem contra emptorem ſuper re ab ipſo vendita.*

27 *Emptori non datur actio evictionis contra venditorem, quando per imperitiam, errorem, vel iniquitatē Iudicis res fuit evicta.*

28 *Vel quando facto Principis res ab emptore fuerunt ſublata, aut fuit compulſus eas alteri vendere.*

CAP. Si venditori VII. & ult.

AD *n. 2. in fine.* In text. ibi, *ut rem venditam ſibi defenderet, nuntiare,* &c. Notatur 1

ad hoc, quod emptor debet litem super re empta motam venditori nuntiare, alias de evictione venditor non tenetur: similis text. *in l. si rem 29. § quolibet, l. si fundo vendito 53. §. si cùm possit, ff. de evict. l. emptor fundi 8. l. si cùm quæstio 17. C. eod. l. 1. C. de peric. & comm. rei vendit. l. Castellæ 32. & 36. tit. 5. part. 5.* Duen. *reg.* 241. Socin. *reg.* 117. Rebuff. *ad constit. Galliæ, tom. 3. tit. de dilat. art. 5. gloss. unic. num. 7.* Anton. Gom. *variar. tom. 2. c. 2. num. 34.* Mascard. *de probat. concl. 615. num. 8. cum seqq.* Gasp. Caballin. *de evict. §. 3. n. 4.* Guttier. *de juram. confirm. p. 1. cap. 61. num. 2. cum seqq.* Anton. Quesada *diverss. quæst. juris c. 10. num. 3.* Mozz. *de contract. ubi de empt. & vend. tit. de naturalib. empt. num. 2.* Anton. Peregr. *decis. 89. num. 3.* Hieron. à Laurent. *Aven. decis. 111. num. 7.* Cæs. Barz. *decis. 16. num. 11.* Andr. Fachin. *controvers. lib. 2. c. 34.* Cald. Pereira *de empt. & vend. cap. 31. n. 55. & 56.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 3. tit. de empt. resol. 4. num. 2. vers. sed ea est opinio,* Anchar. Rhegiens. *lib. 1. quæst. 35. num. 2.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 2. c. 363. n. 1.* Marta *voto 65. n. 6.* D. Barbos. *in l. venditor 49. n. 7. ff. de judic.* Mar. Muta *decis. 59. num. 18. & 19.*

2 Ad *num. 4.* Quod non tenetur de evictione vendens jus quod habet ad rem, ultra Menoch. citatum tenent Lassar. *de gabell. cap. 9. num. 38.* Phanut. *de invent. quæst. 244. num. 247. & seqq. in nova imp.* Idem si venditor dicat simpliciter, Vendo jus quod habeo in tali prædio, etsi nullum habeat, Manent. *decis. 27. n. 39.* Carthar. *decis. 70. n. 40. cum seqq.*

3 Ad *num. 5.* Quod adversus donantem non competit evictio, si donatio incipiat à traditione, quanvis sit ficta, clausula scilicet *constituti*, secus quando incipit à promissione, quia tunc donans, si res donata evincatur, de evictione conveniri potest. Ita Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 2. num. 35. & cap. 4. num. 4.* Covar. *lib. 2. variar. cap. 15. n. 4. vers. agit autem,* Boër. *decis. 67.* Peregr. *Patavina decis. 93. num. 5.* Caballin. *de evict. §. 4. num. 2.* Valasc. *de partit. cap. 37. num. 3.* Cald. Pereira *de empt. cap. 32. num. 41.* Beltramin. *ad Greg. XV. decis. 340. num. 13.* Alex. Trentacinq. *var. resol. lib. 3. tit. de donat. resol. 2. num. 1. cum seqq.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. 1030.* Tepat. *tom. 2. var. tit. 413. num. 6.* Cancer. etiam *var. resolut. part. 3. cap. 4. n. 9. & à num. 10.* Fontanel. *de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. gloss. 8. part. 14. num. 34. cum seqq.* P. Molin. *de Iustit. disp. 380.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 657. à numero 47.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 13. tit. 4. numero 18.* ex quibus Tepat. Aloys. Ricc. & Molina declarant quod licèt donans non teneatur ad æstimationem, tenetur tamen ad expensas, & & damna.

In certis autem casibus actio evictionis contra donatorem datur, etsi à traditione incipiat donatio. Primò quando donator evictionem promittit. Caballin. *dict. §. 4. num. 2. vers. primus est;* Portol. *de consortib. cap. 11. num. 23.* Alex. Trentacinq. *d. lib. 3. tit. de donat. resolut. 2. num. 12.* Cald. Pereira *d. cap. 31. num. 42.* Valenz. *consil. 60. num. 23.* Stephan. Gratian. *d. tom. 4. cap. 657. num. 47. & 48.* Valenzuel. *consil. 60. num. 23.* Guzman. *de evict. quæst. 25. num. 47.* Vel promittit donationem facere bonam, Caballin. *in addit. ad d. §. 4. lit. B,* Stephan. Gratian. *dict. cap. 657. num. 49.* seu donatarium defendere, & respectu rerum donatarum eum indemnem servare, Monter. à Cueva *decis. 13. num. 14.* Stephan. Gratian. *num. 49.* & Alex. Trentacinq. *n. 17. dictis locis.* 4

Secundò quando donatoris dolo, aut culpa intercesserit evictio, ut si scienter rem alienam asserit esse suam, Card. Tusch. *lit. E, conclus. 366. num. 23.* Alex. Trentacinq. *num. 11. citato loco,* Guzman. *de evict. quæst. 25. num. 44.* Cancer. *var. tom. 3. cap. 4. num. 20.* 5

Tertiò, quando donatio est remuneratoria, quia tunc actio evictionis donatario contra donatorem datur, Tiraq. *in l. si unquam, verb. donatione largitus, num. 19.* Ioan. Garcia *de donat. remunerat. num. 24.* Azeved. *l. 1. num. 43. tit. 6. lib. 5. Recop.* Valasc. *cons. 60. n. 20.* Cabed. *Lusitan. decis. 119. num. 13. part. 2.* Cald. Pereira *de empt. c. 31. num. 44.* Monter. à Cueva *decis. 13. num. 20. in fine, vers. rursus,* Alex. Trentacinq. *var. resol. lib. 3. tit. de empt. resol. 4. num. 9.* Stephan. Gratian. *d. tom. 4. cap. 657. à num. 51.* Linglois *decis. 15. quæst. 5. num. 11.* Guzman. *d. quæst. 25. à num. 37.* Ioan. Baptista à Thoro *in compendio decis. verb. Evictio an debeatur ex donatione remuneratoria,* ubi ex servitiis, quæ ex necessitate officii erant facienda, evictionem non deberi decretum fuit. Idem in donatione ob causam, quia semper de evictione donatario dabitur actio, Fontanel. *d. claus. 5. gloss. 8. part. 14. n. 21. & 23.* 6

Ad *num. 7.* Pro exornatione conclusionis, de qua in hoc numero, quod scilicet ad hoc ut emptor, vel ille, à quo res evincitur, de evictione agere possit, requiritur quod denuntiet venditori, vel auctori suo, vel hæredibus eorum litem esse motam, ut assistat liti, & veniat ad ejus defensionem, ultra 7

ultra citatos vide hoc ipsum resolventes Duen. *reg.* 241. Anton. Gom. *var. tom.* 2. *c.* 2. *n.* 39. *col.* 2. *vers. item adde*, Vincent. de Franchis *decis.* 523. Viv. *decis.* 510. *num.* 1. *lib.* 3. Perez *l.* 2. *vers. dubitatur in casu*, *tit.* 7. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 194. *col.* 1. Ioan. Garc. *de expens. c.* 23. *n.* 18. D. Barb. *in l. venditor* 49. *n.* 7. *ff. de judic.* Molin. *de Iustit. disp.* 380. *vers. deinde*, Pichard. *in §. si finium regundorum* 6. *n.* 27. *&* 28. *Instit. de officio jud.* Cevall. *commun. q.* 381. *n.* 1. Marta *voto* 62. *n.* 2. 3. *&* 6. Card. Tusch. *lit. E, concl.* 353. *à n.* 1. Castill. *controv. lib.* 4. *c.* 42. *n.* 95. Cancer. *var. resol. p.* 1. *c.* 13. *de empt. n.* 63. *vers. & praeter id*, me citato *in hoc loco*, Pareja *de universa instrum. edit. tit.* 5. *resol.* 14. *num.* 2. Fontanel. *de pactis nupt. p.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 8. *q.* 14. *n.* 69. Guzm. *de evict. q.* 4. *à n.* 1. Et sic non sufficit simplex denunciatio, sed amplius requiritur protestatio & admonitio, ut liti assistat, causamque defendat, Greg. *l.* 32. *gl.* 4. *tit.* 5. *p.* 5. Cabal. *d. §.* 3. *à n.* 21. Molin. *d. disp.* 380. *num.* 9. *vers. existimo etiam*, Trentacinq. *d. resol.* 4. *n.* 2. *vers. secunda opinio*, D. Barb. *ubi sup. n.* 18. ubi tamen *numeris seqq.* contrarium
9 sequi videtur. Et ulteriùs requiritur, ut libelli copia adversùs emptorem producti ad venditorem transmittatur, ut omnino de litis motae qualitate sit certus, Duen. *reg.* 243. Cov. *d. num.* 3. *vers. tertiò*, Greg. Lop. *d. l.* 32. *gloss.* 4. *q.* 2. Gam. *decis.* 79. *n.* 1. Alex. Trentacinq. *d. resol.* 4. *n.* 3. Vincent. Carot. *de depos. p.* 1. *tit. de compensat. excus.* 3. *n.* 13. D. Barbos. *in d. l. venditor, n.* 15. Guzman. *d. q.* 4. *ex num.* 33. Pareja *d. tit.* 5. *resol.* 14. *n.* 3. Vlteriùs quoque requiritur quod emptor pariter litem prosequatur, quia non sufficit quod hujusmodi denunciatio solemniter, & cum requisitis necessariis fiat, nisi sequatur causae prosequutio, *l.* 1. *C. de peric. & commodo rei vend.* Gregor. Lop. *d. l.* 33. *gloss.* 4. *verbo comprador*, Guttier. *d. p.* 1. *c.* 61. *n.* 8. quicquid dicat Alex. Trentac. *d. resol.* 4. *n.* 5. *vers. secundò requiritur.*

10 Quod in tantum verum est, adeò requiri hujusmodi denunciationem, ut etiam venditori, vel actori scienti litem motam esse super re ab eo vendita, facienda sit ad hoc ut de evictione teneatur, ita Capell. *Tholos. decis.* 408. Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Galliae, tit. de donat. art.* 5. *gloss. unic. n.* 27. Ant. Gom. *d. tom.* 2. *c.* 2. *n.* 39. *vers. item adde*, Franc. Marc. *decis.* 581. *n.* 9. Caballin. *de evict.* §. 3. *n.* 4. *&* 5. Covar. *lib.* 3. *var. c.* 17. *n.* 3. Morl. *in emporio juris, tit.* 9. *in praelud. n.* 38. Mench. *controv. usufreq. c.* 9. *n.* 13. Nicol. Vander. *sing.* 33. *n.* 4. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 380. *n.* 9. Carot. *de deposito, p.* 1. *tit. de compensat. excusat.* 3. *n.* 13. Card. Tusch. *lit. E, conclus.* 353. *num.* 1. *in fine*, *& lit. I, conclus.* 339. *num.* 5. Gam. *decis.* 79. *num.* 1. Guttier. *d. c.* 6. *num.* 3. Cevall. *q.* 385. *num.* 1. Tepat. *tit. de denunciat. q.* 22 *cap.* 2. *vers. vana est*, D. Barbos. *in d. l. venditor*, *num.* 8. *&* 9. Cancer. *d. part.* 1. *cap.* 13. *de empt. num.* 63. *vers. quae denunciatio*, Fachin. *controvers. lib.* 2. *cap.* 35. *vers. quod attinet ad tertium*, Trentacinq. *d. tit. de empt. & vendit. resol.* 4. *num.* 5. *vers. quintò requiritur*, Fontanel. *d. p.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 8. *q.* 14. *n.* 71. Sempr. Asc. *determin.* 68. *num.* 4. 5. *&* 6. Castill. *controvers. lib.* 4. *c.* 42. *num.* 95. Guzman. *d. quaest.* 4. *num.* 4.
Ratio est, quia licèt qui certus est, certiorari ulteriùs non oporteat, juxta *reg. qui certus, de regul. jur. in* 6. ubi tamen non ad simplicem solùm scientiam, sed ut etiam sciens aliquem actum faciat, partis quoque desideratur renunciatio, *l. denuntiasse* 17. §. *quid ergo, ff. de adulter.* 11

Ad *num.* 8. Quando venditori nulla competit defensio contra jura illius, cui res fuit restituta, & omnino res esset evincenda, etiamsi facta fuisset denunciatio, illa nequaquam erit necessaria, ut per Aufrer. *ad Capell. decis.* 408. *num.* 5. Rebuff. *ad leges Galliae, tom.* 3. *tract. de dilat. art.* 5. *gloss. unic. n.* 45. *&* 46. Afflict. *decis.* 43. *num.* 3. & *ibi* Vrsill. *à num.* 1. Anton. Gom. *d. tom.* 2. *cap.* 2. *n.* 39. *col.* 5. Caballin. *de evict.* §. 3. *num.* 73. *cum multis sequentibus*, Covarruv. *dicto lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 6. Mascard. *de probat. concl.* 615. *num.* 15. Barz. *Bononiensi decis.* 85. *num.* 13. Surd. *Mant. decis.* 22. *n.* 8. *&* 9. *& de aliment. tit.* 9. *quaest.* 42. *num.* 28. Muta *decis.* 59. *n.* 3. *&* 4. Sebast. Medic. *decis.* 29. *num.* 5. Hieron. de Laurent. *Avenion. decis.* 111. *num.* 8. M. Anton. Peregr. *decis.* 89. *num.* 7. Cald. Pereira *de empt. cap.* 31. *num.* 71. Cavalcan. *decis.* 8. *num.* 25. *p.* 1. Mantic. *decis.* 30. *num.* 3. Seraph. *decis.* 1024. *num.* 5. Cardin. Tusch. *lit. E, concl.* 353. *num.* 29. 32. *&* 33. D. Barb. *in d. l. venditor*, *num.* 69. *cum seqq.* Fachin. *controv. lib.* 2. *cap.* 37. *& lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 3. Alex. Trentacinq. *d. lib.* 3. *tit. de empt. & vendit. resolut.* 4. *num.* 9. *&* 10. Morl. *in emporio juris*, *part.* 1. *tit. de empt. in praelud. num.* 40. Cevall. *quaest.* 385. *numero* 2. *& quaest.* 799. *per totam*, Gaspar Roderic. *de annuis redditibus*, *lib.* 2. *quaest.* 9. *num.* 19. Anton. Fab. *in suo Codice*, *lib.* 8. *tit. de evict. definit.* 25. *num.* 12. Sempron. Asc. *d. determinat.* 68. *num.* 11. Molin. *disputat.* 380. *vers. observandum est*, Fontanel. *dict. part.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 18. *part.* 14. *num.* 75. *&* 76. Guzman. *de evictionib. quaest.* 4. *à numero* 77. Intellige procedere si emptor qui litem venditori non denuntiavit, de justitia evincentis doceat, hoc est quod nulla erat omninò venditori defensio; aliàs si emptor hoc non probaverit, & docuerit, non poterit contra 12

suum authorem obtinere. Ita Anton. Gom. *num.* 39. *circa med.* Cov. *n.* 6. Caballin. *n.* 19. Sebast. Medices *num.* 5. Alex. Trentacinq. *vers. mihi placet, proximè citatis locis,* D.Barb. *in d. l. venditor, à n.* 43. Guzman. *d.quæst.* 4. *n.* 97. *&* 99.

13 Ad *n.* 11. Feudo evicto contra dominum feudatarius de evictione agere potest, *c.* 1. *de invest. de re aliena facta,* Boër. *d.decis.* 19. *n.* 3. Monter à Cueva *decis.* 13. *n.* 9. Alex. Trentacinq. *d. lib.* 3. *de donat. resol.* 2. *n.* 10. Caball. *de evict. in addit. lit. H,* ubi dicit quod si feudum in totum, vel in parte evincatur, & à principio infeudatio facta fuit gratis, & liberaliter, prout est natura feudi, tunc non est locus evictioni; sed quod solùm vassallus pro futuro tempore relevatur ab oneribus feudalibus pro rata respectu rerum evictarum. Aut verò apparet quod infeudatio est facta mediante pretio, vel æquivalente compensatione, & tunc locus est evictioni, quod intellige ut per Surd. *decis.* 296. *n.* 21. *&* 22. quando per modum gratiæ facta fuit concessio, & non per contractum, & sic est accipienda decisio Senatus Neapolitani; quam refert Ioan. Baptista Thoro *in compendio decis. verb. evictio* 1. ubi ait Senatum declarasse quod si servitia pro feudo debita sunt æqualia feudo, evictio debetur. Vide Thesaur. *forens. qq. lib.* 2. *q.* 23. Fachin. *controv. lib.* 7. *c.* 14. Cæs. Manent. *Mantuana decis.* 14. Guzman. *de evict. q.* 32. *num.* 33. ubi de hac evictionis feudorum materia latè agunt.

14 Ad *n.* 12. Quando emptor est minor, non est necessaria denunciatio, si aliàs venditor sciat litem esse motam, quia re ipsa absque interpellatione ejus debitor constituitur in mora, ut per Capel. Tholos. *decis.* 408. *n.* 2. Caballin. *de evict.* §. 8. *n.* 10. *& seq.* Cov. *d. lib.* 3. *c.* 17. *n.* 4. Mascard. *de probat. concl.* 615. *n.* 1 ;. Fach. *d. lib.* 2. *c.* 38. *in princ. vers. fundamentum,* Alex. Trentacinq. *d. lib.* 3. *tit. de minor. resol.* 4. *n.* 15. Escob. *de ratiocin. c.* 15. *à num.* 31. Molina *disp.* 380. *vers. quando emptor est minor,* Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 175. *n.* 33. Guzman.

15 *de evict. q.* 5. *n.* 20. *cum seqq.* Idem cùm fiscus est emptor, & venditor litem contra eum esse motam scit, nam tunc venditor absque interpellatione constituitur in mora, & adversùs eum de evictione agere poterit, Mascard. *d. concl.* 615. *n.* 17. Peregr. *de jure fisci, lib.* 6. *tit.* 4. *n.* 39. Steph. Gratian. *d. cap.* 175. *n.* 33. quicquid

16 dicat Caballin. *d.* §. 3. *num.* 105. *&* 106. Idem quando Ecclesia est emptrix, nam utitur jure minoris, & denunciatio non est necessaria. Cov. *d. n.* 4. Pichard *de mora, à n.* 38. Alex. Trentacinq. *d. n.* 15. & Gratian. *citato loco,* contra Caballin. *d.* §. 3. *n.* 103. *vers. ego credo,*

17 *cum seqq.* Idem quando per pactum necessitas denuntiandi fuit remissa, Anton. Gom. *d. c.* 2. *n.* 36. *vers. item adde,* Guttier. *d. c.* 61. *n.* 15. Molin. *d. disp.* 380. *vers. oblig.* Alex. Trentacinq. *d. resol.* 4. *n.* 7. Cald. Pereira *de empt. cap.* 31. *n.* 73. Sempron. Asc. *d. determ.* 68. *n.* 3. Guzman. *q.* 5. *n.* 30. Vel quando emptor, & 18 venditor simul in eodem judicio conveniuntur, Vincent. de Franchis *decis.* 523. *num.* 4. Viv. *decis.* 510. *n.* 8. Fachin. *lib.* 3. *cons.* 25. *n.* 1. Alex. Trentacinq. *d. resol.* 4. *n.* 8. D. Barbos. *in d. l. venditor, n.* 23. Card. Tusch. *lit. E, conclus.* 357. *n.* 7. Guzman. *d. q.* 5. *n.* 1. Bapt. Thoro *d. verb. evictio, in fin. col.* 3. ubi subdit sufficere quod sit in judicio per Procuratorem.

Ad *num.* 13. Quod etsi venditor emptorem defendere jurasset, sciatque emptori aliter quàm per ejus denunciationem litem motam, adhuc emptoris denunciatio, ut de evictione venditor teneatur, requiritur, ut per Rebuff. *d. gloss. unica, n.* 36. Marc. Anton. Baver. *de mora, p.* 2. *n.* 21. Caball. *d.* §. 3. *n.* 54. *cum seqq.* Cott. *verb. emptor malè defendens, vers. ultra eos limita,* Cov. *d. c.* 17. *n.* 5. Seraph. *de privil. juram. privil.* 49. Guttier. *d. c.* 61. *n.* 19. Cevall. *commun. q.* 385. *num.* 3. Alex. Trentacinq. *d. resol.* 4. *n.* 8. *ad fin.* Mar. Muta *decis.* 59. *n.* 14. Camill. Borrel. *in summa decis. p.* 1. *tit.* 60. *de juram. n.* 234. Fontanel. *d. p.* 14. *num.* 73. Cald. Pereira *d. c.* 31. *n.* 70. Rot. *decis.* 69. *n.* 3. 5. 7. *&* 8. *p.* 1. *divers.*

Ad *n.* 14. Emptor si fuit contumax tempore sententiæ, non potest agere de evictione. 19 Anton. de Burg. *in hoc c. n.* 14. Cov. *d. c.* 17. *n.* 9. Capic. *decis.* 106. *n.* 4. Caballin. *de evict.* §. 5. *n.* 5. Morla *d. tit.* 9. *de contrah. empt. in prælud. n.* 40. *vers. septimus & ultimus casus,* Guttier. *d. c.* 61. *n.* 13. Surd. *decis.* 22. *n.* 1. Card. Tusch. *d. lit. E, concl.* 367. *à n.* 1. Sempron. Asc. *decis.* 68. *n.* 7. Guzman. *de evict. q.* 39. *n.* 17. Et in dubio sententia lata contra contumacem præsumitur lata propter contumaciam, & non ob malam causam, & defectum juris. Anton. Gabr. *commun. lib.* 2. *tit. de sent. concl.* 3. *n.* 1. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 70. *n.* 1. *&* 2. Sempron. Asc. *d. decis.* 68. *n.* 8. Guzman. *d. q.* 39. *n.* 18. Et hoc procedit etsi venditor citatus, & emptor ei litem denuntiaverit, & comparuerit, ex Cremen. *sing.* 89. & Sempr. Asc. *determin.* 68. *n.* 9.

Nota emptorem de evictione agere non 20 posse si victus à sententia contra eum lata non appellavit. Anton. Gom. *d. tom.* 2. *cap.* 2. *n.* 39. *vers. secundus casus,* Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis matern. p.* 3. *n.* 50. *limit.* 3. Cov. *d. c.* 17. *n.* 9. Cald. Pereira *d. c.* 31. *n.* 26. D. Barbos. *in d. lege venditor, n.* 4. Fachin. *contr. lib.* 2. *c.* 40. Cancer. *d. p.* 1. *c.* 13. *de empt. n.* 68. Morla *d. tit.* 9. *in prælud. n.* 40. Guzman. *de evict. q.* 12. *n.* 16. cum quibus declarabis.

Ad

21 Ad *num.*15. Quando venditor comparet postquam judicium cum emptore inchoatum fuit, inviro actore mutationem obtinere non poterit, quia venditor admissus non consideratur ut principalis, sed ut assistens emptori, & illius defensor, Caballin. *d.* §.3. *num.*119. *in fine*, D. Barbos. *in d. l. venditor, num.*106. *&* 185. Giurb. *decis.*8. *n.*21. *&* 28. Guzman. *de evict. q.*6. *num.* 19. & ad causam admittitur in statu & terminis, in quibus illa reperitur, & illam prosequi debet in statu in quo erat tempore, quo ad judicium venit, *c. ult. ut lite pend. lib.*6. ubi DD.
22 citavi *in hoc libro*. Ita ut si veniat venditor post finitam dilationem concessam emptori ad probandum, non poterit novas probationes facere, etsi alleget dilationem datam emptori ignorasse. Surd. *decis.*60. *n.*6. *& decis.*146. *num.*6. Ioseph. Ludov. *decis.*26. *num.*6. Gutier. *pract. lib.*1. *quæst.* 66. *num.*1. Covarr. *pract. cap.*13. *num.*2. D. Barbos. *in d. l. venditor, num.*124. nisi assistens sit minor, qui beneficio restitutionis impetrato poterit novos testes producere, gloss. *verb. ex persona, in l. si parentes, C. de evict.* Parlad. *lib.*2. *rerum quotid. cap.*11. *num.* 5. Mier. *de major. part.*4. *quæst.*14. *à num.* 18. Gutierr. *d. q.*66. *num.*2. Cabed. *decis.*67. *num.*3. *part.*2. Cald. Pereira *d. c.*31. *num.*81. D. Barbos. *in l. maritum, num.*84. *ff. soluto matr. & in d. l. venditor, num.*125.

23 Si verò venditor compareat non animo novandi actionem, sed ea salva manente, ac actor tantùm petat mutari judicium futurum, ut scilicet cum eo inchoetur, & non cum emptore, venditor audiendus est, dummodo se obliget quod in re petita fiat executio, *l. sed etsi lege*, §. *item si rem, ff. de petit. hæred. l. plenè, famil. ercisc.* Capic. *decis.*197. *num.*6. Menoch. *cons.*488. *num.*4. Benintend. *decis.*92. *num.* 2. Card. Tusc. *lit. E, concl.*355. *num.*2. D. Barbos. *in d. l. maritum, n.*85. *& in d. l. venditor, num.*108. 109. *&* 111. Guzman. *de evict. quæst.*6. *à n.*12. & hoc locum habet quamvis actor reluctetur; nam invitus cogitur litem inchoare cum venditore, Ruin. *cons.*84. *num.*6. *lib.*5. Benintend. *d. decis.* 2. *num.*5. D. Barbos. *in d. l. venditor, n.*113.
24 Nisi ex hac judicii mutatione actor prætenderit aliquod præjudicium sibi inferri, utpote quod allegaret emptorem faciliorem esse ad conveniendum, *l. si actor, ff. de procurator.* Capic. *d. num.*6. Molin. *disp.*380. *vers. quando venditor si res evincatur*, D. Barb. *in d. l. maritum, num.* 85. *& in d. l. venditor; num.*115. vel si hoc prætextu velit causam ad forum suum, coram Iudice suo trahere; nam tunc non mutabitur judicium, sed hoc in dubio non videtur admittendum, quia actoris præjudicium considerari non potest in hoc casu, cùm regulariter nihil intersit cum uno, vel altero causam movere. D. Barbos. *in d. l. venditor, num.* 16. Guzman. *dict. quæst.* 6. *num.* 17. *&* 18.

Ad *num.*16. Venditor si sit clericus, ita tenetur emptorem laicum defendere coram 25
suo Iudice quo conventus est, ut licèt eum inhibeat Ecclesiasticus Iudex, ne in causa illa procedat, nihilominus de ea cognoscere poterit, & inhibitione non obstante ad cognitionem procedere, Gail. *d. observ.*71. *num.* 7. Anton. Burg. *in præsenti, num.* 20. Honded. *cons.*25. *num.*15. Bobadil. *in sua politica, lib.*2. *cap.*18. *num.*169. Cevall. *commun. quæst.*36. *num.*2. *& quæst.*588. *num.*627. *& de cognit. per viam violent. part.*2. *quæst.*45. Cald. Pereira *d. cap.*31. *à num.* 82. Giurba *decis.*8. *num.*27. Guzman. *de evict. quæst.*7. *num.*1. Perez de Lara *de vita hominis, cap.*21. *num.*62. *cum seqq.* Et quid fisco? Vide Brunor. à Sole 26
*in locis communib. verb. emptor, num.*2. Cavalcan. *decis.*8. *part.*1. Capic. *decis.*197. Peregr. *de jure fisci, lib.*7. *tit.* 1. *num.*9. Alfar. *de officio fiscal. gloss.*16. *privileg.*1. *à n.*21. Hering. *de fidejuss. cap.*23. *num.*34. Cancer. *var. p.*2. *cap.* 46. *num.* 42. *&* 45. Guzman. *de evict. quæst.*8. *à num.* 8. Perez de Lara *d. cap.*21. *n.*62. qui resolvunt posse fiscum ad suum Iudicem trahere actorem agentem contra emptorem super re ab ipso vendita, contra quos tenent Rebuff. Caballin. Burg. Thesaur. & alii citati à D. Barbos. *in d. l. venditor, num.*152. & à Cald. Pereira *d. cap.* 31. *n.*98. *&* 99.

Ad *num.* 17. Emptori non datur actio 27
evictionis contra venditorem, quando per imperitiam, errorem, vel iniquitatem Iudicis, qui injustè judicavit, res fuit evicta, ultra citatos tenent Anton. Gom. *tom.*2. *var. cap.*2. *n.*39. *in fine*, Caballin. *de evict.* §.2. *à n.*6. Morla *d. tit.*9. *de contrah. empt. in prælud. num.*47. Guttierr. *de juram. confirmat. part.*1. *cap.*61. *num.*10. *&* 17. Verall. *decis.*317. *p.*1. Bobadill. *in sua politica, lib.* 1. *cap.*6. *num.*33. *lit. H*, Carot. *de remed. advers. præjud. sentent. except.*70. *à num.*66. Molin. *d. disp.*380. *vers. quartus quando sententia est*, Guzman. *de evict. q.*40. *per tot.* Mar. Antonin. *var. resol. lib.*16. *n.*6. Vel quando facto Principis res 28
ab emptore fuerunt sublatæ, aut fuit compulsus eas alteri vendere, Caballin. *d.* §.5. *num.*56. Pute. *decis.*381. *num.* 2. *lib.* 3. Verall. *decis.*318. *part.*1. Quesada *divers. quæst. Iuris, cap.*10. *num.*8. Mari. Antonin. *d. resol.*16. *n.*8. Cevall. *commun. quæst.* 537. *in fine*, Thesaur. *quæst. forens. lib.*4. *quæst.* 10. Cald. Pereira *d. cap.*31. *num.*102. Steph. Gratian. *discept. forens.*

renf.tom.3. c.520. à n.23. Castill. *controv.lib.4. cap.42. n.69. &* 108. Guzman. *de evict.q.52. num.75.*

De locato, & conducto.

Tit. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Scholastici expelli non possunt etiam à domino domus, & ea indigente.*
2 *Vtilitas major resultat ex studio scholastici, quàm ex necessitate domini.*
3 *Vtilitas publica præfertur privatæ.*

Cap. Ex rescripto I.

1 AD *num. 2. in fine.* Nota quod scholasticos è domo expellere non potest illius dominus, etiamsi indigeat pro suis usibus; nam si ipsi possunt eundem dominum expellere, & eum compellere, ut sibi domum locet, ex Rebuff. *de privileg. scholar. privil.7.* & Horat. Lusit. *eod. tract. privil.93.* D.Barbos.*in l.1. p.7.n.51. ff. soluto matr.* multo potiùs quando domus est illis locata, non poterunt expelli, arg.
2 *c. quanto, de jurejur.* Et major utilitas resultat ex studio scholastici, quàm ex necessitate domini, siquidem in hac vertitur privata utilitas, in illa autem utilitas publica, ut notat Accurs. *in l.1. C. de stud. liber. verb. Romæ, lib.11.* per text. *in l.1. C. qui ætat. vel profess. se excus. lib.10.* Ias. *in l. stipulatio, ff. de novi*
3 *oper. nunciat.* D. Barbos. *citato loco, n.50.* At certum est utilitatem publicam præferendam esse privatæ, *l. utilitas, C. de primipil. lib.12. l.1. ff. soluto matrim.* quæ magis diligi debet, quàm propria persona. Et sic reg. *l. Præses, C. de servit.* tunc locum habet, quando ex utraque parte vertitur utilitas privata; nam etsi scholastici utilitas privata esset, adhuc locator contra pariter privilegiatum non poterit suo privilegio uti, *l. verum 11. §. item, ff. de minorib.* quam sententiam tenent Rebuff. *de privileg. scholasticor. privileg.* 8. Morl. *in emporio Iuris, part.1. tit.10. in prælud. n.26.* Alexand. Trentacinq. *var. resolut. lib.3. sub hoc tit. resol.4. n.7.* & ita se vidisse practicari etiam in officialibus sanctæ Inquisitionis, refert Cevall. *commun. contra communes, q.756. num.* 48. quicquid dicat Valasc. *de jure emphyt. q.22. n.5.*

SVMMARIVM.

1 *Sterilitas dicitur quando vel nulli omninò fructus nascuntur, vel tam pauci ut deducto semine, & expensis per colonum, nihil sibi superfit.*
2 *Inquilino qui domum propter pestem, aut bellum desiit habitare, facienda est remissio mercedis pro rata temporis.*
3 *Renunciatio casuum fortuitorum an comprehendat casus insolitos, & rarissimè contingentes.*
4 *Casus fortuitus propriè dicitur qui communiter solet evenire, insolitus verò qui rarissimè contingit.*
5 *Claus.* renuntians omnibus, & singulis casibus fortuitis, etiam, *&c. post expressionem aliquorum casuum specialium, an comprehendat majores, & graviores expressis.*
6 *Emphyteuta, qui moderatam soluit pensionem ratione dominii utilis, non est facienda illius remissio.*
7 *Beneficiario an debeat fieri pensionis, quam solvit, remissio pro rata damni, seu sterilitatis fructuum beneficii sibi contingentis? remissivè.*
8 *Mercedis, seu pensionis remissio cessat quoties casus fortuitus ex culpa coloni, vel alterius qui contendit sibi fieri remissionem, acciderit.*
9 *Necessitas propria propter quam potest conductor è domo sua inquilinum expellere, quæ dicatur ostenditur.*
10 *Relocans non dominus, non potest è domo expellere illum, cui relocavit, propter propriam necessitatem.*
11 *Pactum de non expellendo cum hypotheca non operatur quando ex nova causa debet fieri expulsio.*
12 *Domus reddenda est conductori post refectionem, donec conductionis tempus finem accipiat.*
13 *Scholaris potest expelli à domo conducta ex causa malæ conversationis, nisi locator tempore locationis sciat scholarem conductorem solitum esse meretricari.*
14 *Conductor cessans in solutione per biennium, an & quando expelli possit à locatore, declaratur.*

Cap. Propter sterilitatem III.

AD *num.3. in fine.* Novissimè Didac. de Britto *ad hunc text. num.58.* ubi post plures relatas opiniones videtur cum ea remanere, quod scilicet sterilitas quoad hunc 1

hunc effectum dicatur quando vel nulli omnino fructus nascuntur, vel tam pauci ut deducto semine, & expensis per colonum, nihil sibi supersit, addítque dari etiam sterilitatem efficacem ad effectum inducendi remissionem mercedis, seu pensionis, quando ita pauci fructus nascuntur, ut si colonus solvat integram pensionem, maneat deceptus ultra dimidiam justi pretii.

2 Deinde *num.62. cum seqq.* quærit an si conductor, seu inquilinus prædii urbani propter supervenientem casum fortuitum pestis, aut belli pro tempore domum desinit habitare, sit facienda remissio mercedis pro rata temporis, quo illam non habitavit, & resolvit faciendam esse remissionem, & habendam rationem non solùm temporis, quo inquilinus ex causa pestis, seu alia legitima non habitavit, sed etiam temporis, quo habitavit, vel cùm posset, quia cessavit causa pestis, noluit habitare, ita ut subducto tantum tempore illo, in quo propter casum fortuitum, & ita circa propriam culpam desinit habitare, & pro rata illius subducta pensione integri reliqui temporis, quo habitavit, vel non habitavit ex propria culpa, teneatur pensionem solvere, cum hac tamen differentia quod in colono requiritur grande damnum, & immodica fructuum calamitas, nempe inducens læsionem ultra dimidiam, ut dixi: cùm tamen in inquilino modicum damnum sufficiat, veluti si per unum mensem tantum desinat habitare ex casu fortuito, ut pro rata illius sibi fiat pensionis remissio.

3 Ad *num.*8. Adde Did. de Britto *in comment. ad hunc text. in princ. n.*70. *pag. mihi* 310. qui tenet renunciationem casuum fortuitorum, ac etiam pactum per quod conductor suscipit in se omne periculum, comprehendere quidem quoscumque casus fortuitos & insolitos, dummodo non sint omnino insoliti, & rarissimè contingentes, ad quos verosimilis mens contrahentium tanquam ad incogitata non protenditur: subdítque quando generalem casuum fortuitorum renunciationem præcedit specialis aliquorum casuum expressio, veluti si conductor dicat, renuntio pluviis, incendio, & omni casui fortuito, receptum esse ut in tali renunciatione non comprehendantur nisi casus similes, vel minores expressis, itaut specificatio, seu nominatio certorum quoad similes demonstrativè, non verò restrictivè quoad cæteros majores, & rarissimè contingentes sit intelligenda: & ampliat *num.*71. ut procedat etiam quando aliquis casus specialis exprimitur non solùm comprehensivè, sed etiam exceptivè, sive ante, sive post clausulam, sive renunciationem generalem, veluti si quis, excepto casu nivium, seu inundationum, generaliter renunciet quibuscumque aliis casibus fortuitis, in qua specie clausula, sive renunciatio generalis ad majores, & graviores ex defectu intentionis non extenditur.

Ad *num.* 8. *in princip.* Adde Didac. de Britto *super hunc text. in princ. num.*74. ubi ait casum fortuitum propriè dici, qui communiter solet evenire, insolitum verò qui rarissimè contingit, & tandem *num.*75. concludit quod cùm in hoc non sit aliquid determinatum in jure, nec ullum tempus certum, meritò debet totum hoc relinqui arbitrio judicantis, sicut etiam ut quis dicendus sit casus similis, non major expressis, ad denegandam, vel concedendam remissionem mercedis, quoties ultra clausulam generalem casus speciales aliqui exprimuntur, pariter relinquendum est arbitrio judicis qui inspicere debet regionis naturam ad discernendum, utrùm in eadem regione casus, qui contingit, dicendus sit insolitus, deinde recurrere debet ad lapsum temporis, facta computatione ab eo, in quo idem casus contigit, & ejusdem qualitatis. 4

Ibid. in fine. An post expressionem aliquorum casuum specialium in renunciationem factam, exptimatur etiam quod conductor renuntiat omnibus, & singulis casibus fortuitis, etiam nullo unquam tempore contingentibus, & ita omninò invitis & inauditis, operetur hæc clausula propter suam exuberantiam, ut in ipsa comprehendantur majores, & graviores expressis? Vide Didac. de Britto *citato loco, n.*71. 5

Ad *num.* 10. *in fine.* Pro exornatione conclusionis ultra citatos adde Gregor. *l.* 28. *verb. octava parte, tit.*8. *part.* 1. Clar. *§. emphyteusis, num.* 7. Anton. Gabr. *tom.* 3. *commun. tit. de jure emphyt. concl. unica, n.* 1. *cum seqq.* Ioan. Garc. *de expens. cap.*14. *num.* 9. Did. de Britto *ad hunc text. num.* 10. qui tenent non esse faciendam pensionis remissionem emphyteutæ, qui moderatam solvit ratione dominii utilis, quod sibi retinet, & in recognitionem directi penes directum dominum existentem: secus si sit magna, & fructibus correspondens, quo casu faciendam esse remissionem mercedis, & pensionis propter sterilitatem magno incommodo afficientem emphyteutam, aiunt: & idem Didac. de Britto *citato loco, num.* 12. cum Clar. Gabr. & Garcia *citatis locis*, tenet illo casu semper pensionis remissionem ex ipsa natura contractus emphyteutæ faciendam si ipsa res emphyteutica propter supervenientem 6

nientem calamitatem, & casum fortuitum, in totum pereat, secus si non in totum, sed pro parte, maximè si pars, quæ remanet, sufficiens non est ad ejusdem pensionis solutionem: ad quod illud passim vulgò adducitur, quod carmine continetur.

Si res pereat tota, liberabitur emphyteota:
Sed si pro parte, nulla liberabitur arte.

7 Sed an idem dicendum sit de beneficiario, qui tenetur ad solvendum onus pensionis, an videlicet sibi fieri debeat ejusdem pensionis remissio pro rata damni, seu sterilitatis fructuum beneficii sibi contingentis, vide Bellencin. *de charit. subsid. quæst.*34. Bapt. *de pension. quæst.*16. *n.*4. Gig. *eod. tract. quæst.*62. *num.*6. Didac. de Britto *super hunc text. n.*14.

8 Ad *num.*4. Adde Didac. de Britto *super hunc text. num.* 18. ad hoc quod remissio mercedis, seu pensionis cessat, quoties casus fortuitus ex culpa coloni, vel alterius, qui contendit sibi fieri remissionem, acciderit, & in idem est text. *in l. videmus*, §. *penult. & l. si merces*, §. *culpa, ff. locati*: additque non aliter culpam in proposito efficacem esse, quàm si fuerit ordinata ad casum, itaut immediatè ex ipsa culpa, & non aliunde casus eveniat: unde ait non esse legitimam culpam habendam, quæ provenit ex bello, & hostium incursu, cujus ipse colonus causa fuit, quia licèt talis culpa esset ad bellum ordinata, non tamen ordinata erat ad segetum devastationem.

9 Ad *num.*22. Adde Didac. de Britto *ad hunc text. in* §. *verum, num.*6. ubi dicit si strictum Iuris rigorem attendamus, necessitatem propriam, de qua textus agit, eam esse dicendam, quando sibi ipsi locatori post celebratum contractum de novo emersit ad habitandum, sed lato modo etiam propriam censendam necessitatem filiorum, quos in potestate habet, si fortè aliquis de novo uxorem duxit, cum qua debeat cohabitare, & ad id indigeat domo conducta, vel similis illi superveniat, quia necessitas filii reputatur necessitas patris, cujus pars censetur: itidem subdit propriam necessitatem dici quando ea supervenit parentibus locatoris propter mutuum amorem, & quia reciprocantur inter se, licèt in fratribus contrarium teneat.

10 Ad *num.*26. Idem in relocante; si enim is, qui locavit, non est dominus verè, vel præsumptivè rei locatæ, utpote quia rem ipsam habet à domino conductam, & relocavit eandem alicui tertio, minimè poterit ob sibi obvenientem necessitatem secundum conductorem expellere, etiamsi ab ipso causam habeat, cùm deficiat respectu ejusdem æquitatis ratio, quæ viget in locatore, qui est dominus domus locatæ, ut possit uti eadem propria domo. Ita Didac. de Britto *ad d.* §. *verum, n.* 8. ubi rationem reddit, quia *in l. æde, in princ. C. locati*, semel & iterum de domino fit mentio, quasi diversum sit omnino censendum respectu locatoris, qui dominus non sit, quinimò nec sufficere ait, quod quis sit dominus, sed requiritur insuper quod conductor, qui debet expelli ab ipso domino, causam habeat, utpote quia idem dominus sibi locavit: secus si ab alio.

Ad *num.*28. *in fine.* Nota quod pactum de non expellendo, cum hypotheca sive generali, sive speciali pro securitate ipsius, non operatur quando ex nova causa fieri debet expulsio, de quo Valasc. *de jure emphyt. quæst.* 22. *n.*4. Pichard. *in* §. *actionum, quæst.*17. *n.*30. *&* 31. *Instit. de action.* Molin. *de Iustit. disp.* 499. *vers. quamvis, & vers. utrùm autem*, Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.*3. *tit. de locato, resol.*4. *n.*8. Did. de Britto *ad hunc* §. *n.*10. 11

Ad *num.*30. *in fin.* Quamvis dicat reddendam esse domum conductori post refectionem, donec conductionis tempus finem accipiat, ibi citatis adde *l. Castella* 6. *tit.*3. *part.*5. *vers. si non fuesse adobada*, ubi Gregor. *l. Regia Lusit. lit.*4. *tit.*24. *in princ.* ibi, *Acabado ò reparo, è adulto lhe ternara à casa è ante se acabar ò tempo do aluquel.* Alex. Trentacinq. *d. resol.*4. *n.*9. Pichard. *d. quæst.* 17. *num.*32. Didac. de Britto *ubi suprà, num.* 5. ubi etiam tenet, quod si cessante causa refectionis, vel habitationis ex parte locatoris domus reddatur conductori, ipse verò minimè velit eandem habitare, debet sibi fieri pensionis remissio pro residuo temporis, saltem eo casu, quo inquilinus sic ejectus ex causa refectionis domus, aliam conduxerit pro majori tempore necessitate coactus: & *num.*3. declarat, quod tunc demùm poterit expelli conductor ex causa refectionis, quando refectio ipsa ejus fuerit qualitatis, ut fieri nequeat inquilino domum ipsam habitante, vel partem ejusdem; secus quando refectio domus fieri potest eodem ipso habitante, & isto casu conductor pro eo tempore etiam cum aliquo, modico tamen incommodo habitans, tenebitur ad integram pensionem solvendam, & *num.* 4. eandem conclusionem declarat quando causa refectionis domus non extabat, nec prævideri potuit locationis tempore, secus si jam extitisset, & prævideri potuisset tempore contractus, quo casu etiamsi de facto necessaria sit, non tamen ex ea causa poterit inquilinus expelli invitus. 12

Ad

13 Ad *num.* 35. *in fine.* Sentio cum Rebello posse expelli scholarem è domo conducta ex causa malæ conversationis, quia licèt id negarent Bologn. & Rebuff. *in collect.* citati, ex eo quod utplurimùm qualitas, & status scholarium est assuefacta talibus usibus, attamen dantur plures virtute præditi, & ab his pravis usibus abstinentes, & ideò in eis turpior apparet inhonestas, ob quod cùm graviùs delinquant, debent graviùs coërceri, arg. *l. Presbyteri* 8. *C. de Episcop. & cler. & cap. cùm quidam* 12. *de jurejur. & cap. homo*, 40. *dist.* cum similibus, resolvit Didac. de Britto *ad d. §. verùm*, *num.* 14. ubi hanc resolutionem limitat si locator tempore locationis sciat scholarem conductorem solitum meretricari, vel saltem sciens præsumatur, quia de hoc ipso scholaris conductor publicè est infamatus.

14 Ad *num.* 44. Adde Pichard. *d. quæst.* 17. *num.* 44. Alexand. Trentacinq. *d. tit. de locato, resol.* 4. *num.* 11. Didac. de Britto *ad hunc §. verùm*, *à num.* 21. ubi *num.* 22. ait hunc text. dum de biennio facit mentionem, nec aliter concedit domino locatori jus expellendi conductores, quàm eodem biennio transacto, varios pati intellectus: & *num.* 25. cōcludit hunc textum procedere specialiter in locatione rerum Ecclesiasticarū, quia Ecclesia pia mater mitiùs agit cum suis inquilinis, & conductoribus, quàm solent seculares personæ. Intellige etiam quando locatio ultra biennium extenditur, prout olim fieri solebat ad lustrum, sive ad quinquennium, ut constat ex *l.* 4. *§. res, ff. si cert. pet. l. item quæritur* 13. *§. qui impleto, l. si in lege* 24. *§. si colonus* 2. *ff. locati*, *l. qui quatuor* 30. *§.* 1. *ff. de legat.* 3. *l.* 3. *§. cùm in quinquennium, ff. de jure fisci*, nam si ad annum fortè fiat locatio, termino eo transcurso, poterit conductor expelli, non ea ratione quod cessavit in solutione, sed quia finitus fuit contractus. Didac. de Britto *citato loco*, *n.* 30.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteusis pensionem solvere cessans per biennium in Ecclesiasticis, à jure suo, in commissumque cadit.*

2 *Caducitatem inducit nummi unius defectus, etiamsi pensio magna sit.*

3 *Emphyteuta qui per biennium à canonis solutione ob paupertatem cessavit, excusatur.*

4 *Emphyteuta qui cum juramento solvere pensionem quolibet anno promisit, si primo anno deficit ab emphyteusi, cadit statim à jure suo.*

5 *Melioramenta in re emphyteutica facta non recuperat ab emphyteusi cadens ob non solutum canonem, sed ad dominum pertinent, secus si absque culpa cadat.*

6 *Pauper à solutione melioramentorum excusatur, si aliunde absque rei melioratæ venditione solvere non potest, nisi quando diminus pauper eadem similiave esset facturus.*

7 *Melioramenta in re emphyteutica de mandato, vel consensu domini facta tenetur ipse dominus solvere, quamvis pauper sit.*

8 *Melioramenta quando dominus ob paupertatem solvere nequit, qualiter illa tollere debet, qui fecit, ostenditur.*

CAP. Potuit IV. & ult.

AD *n.* 90. Quod cessans biennio in Ecclesiasticis pensionem emphyteusis solvere, à jure suo, in commissumque cadit, 1 præter citatos *in collect.* docent Covarr. *var. lib.* 3. *cap.* 17. *n.* 1. *vers. ex hac verò differentia*, Ioseph. Ludov. *Perus. decis.* 54. *num.* 1. *& Lucensi decis.* 46. *num.* 18. Ioan. Anton. Trigona *sing.* 33. *n.* 1. Veral. *decis.* 180. *n.* 1. *lib.* 1. Franc. Vivi. *decis.* 501. *num.* 1. Molin. *de Iustit. tom.* 2. *tract.* 2. *disp.* 453. *num.* 1. Barnab. Cornazan. *Lucensi decis.* 46. *n.* 1. Flamin. Carthar. *Genuen. decis.* 75. *num.* 10. Card. Tusch. *pract. conclus. lit. E, concl.* 192. *à n.* 1. Camill. Borrel. *in sum. decis. p.* 1. *tit.* 33. *de emphyt. n.* 95. *& n.* 174. novissimè Didac. de Britto Magister meus in comment. impressis *ad hunc text.* §. 4. *num.* 1.

Ad *num.* 92. *in fine.* Quod nummi unius 2 defectus caducitatem inducit, etiamsi canon, vel pensio magna sit, præter citatos, docent Tiraq. *de judicio in rebus exig. vers. quinquagesimoprimò*, Petr. Benintend. *Bonon. decis.* 6. Anton. Gam. *Lusit. decis.* 41. *n.* 2. *& decis.* 116. *num.* 1. Petr. Surd. *Mantu. dec.* 221. *num.* 21. Barnab. Cornazan. *decis.* 1. *num.* 33. Verall. *Rota dec.* 30. *num.* 3. *& decis.* 182. *n.* 2. *lib.* 1. Valasc. *cons.* 86. *num.* 6. Cardin. Tusch. *d. lit. E, conclus.* 192. *num.* 4. 10. 11. *&* 12. Alex. Raudens. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 27. Vincent. Carot. *decis. sive casu* 6. *num.* 8. Molin. *d. tract.* 2. *disp.* 453. *n.* 13. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 22. *tit.* 27. *n.* 14. ubi quod de æquitate potest excusari, Stephan. Grat. *discept. forens. tom.* 1. *c.* 152. *n.* 7. 9. *&* 11. Ovid. de Amicis *de jure emphyt. quæst.* 7. *n.* 3. *cum seqq.* Didac. de Britto *d.* §. 4. *num.* 12.

Ad *n.* 104. Quod emphyteuta, qui per 3 biennium à canonis solutione ob paupertatem cessavit, excusatur, nec à jure suo cadit

dit præter citatos *in collect.* tenent Franc. Milan. *decis.* 17. *num.* 38. *lib.* 2. Alphonf. Villagut. *decis.* 1. *num.* 65. Sebast. de Medices *de casibus fortuitis, p.* 2. *q.* 4. *n.* 19. Cornel. Benincas. *de paupert. spec.* 9. *in contract. num.* 9. *cum seqq.* Carot. *de locato & conducto, part.* 2. *de effectu locat. ad longum tempus, q.* 6. *num.* 38. Card. Tusch. *d. lit. E, concl.* 192. *n.* 195. Card. Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 27. *n.* 54. Mauric. Apicella *alleg.* 6. *num.* 18. Aloyf. Ricc. *in collect. decis. collect.* 2163. *vers. item est advertendum quod paupertas.*

4 Ad *num.* 129. Quod si emphyteuta cum juramento solvere pensionem quolibet anno promisit, si primo anno deficiat ab emphyteusi, non expectato biennio, vel triennio cadit, Aurel. Corbul. *de jure emphyt. c.* 15. *ampl.* 40. Ioan. Anton. Trigon. *sing.* 33. *n.* 2. Cassad. *decis.* 2. *de jurejur.* Vincent. de Anna *sing.* 286. Verall. *decis.* 300. *num.* 1. *lib.* 1. Cæs. Barz. *decis.* 16. *num.* 3. Gutier. *de juram. confirm. part.* 1. *c.* 31. *n.* 7. Marc. Anton. Baver. *in tract. de viribus juramenti, num.* 22. Alex. Raudens. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 1. *& var. lection. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 24. Farin. *fragm. crim. part.* 2. *lit. I, num.* 1143. *& lit. M, concl.* 373. *num.* 39. Camill. Borrel. *d. tit. de emphyteusi, num.* 249. *& tit.* 60. *de Iuram. num.* 72. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 19. *num.* 6. Ovid. de Amicis *de jure emphyt. quæst.* 27. *n.* 1. 2. *&* 3. licèt *numeris seqq.* contrarium defendat, Didac. de Britto *dict.* §. 4. *num.* 2.

5 Ad *num.* 138. Quod ab emphyteusi ob non solutum canonem cadens melioramenta in re emphyteutica facta non recuperat, sed ad dominum pertinent, probat text. *in Auth. qui rem, C. de sacros. Eccles. & in d. l.* 2. *C. de jure emphyt.* docent Corbul. *de jure emphyt. cap.* 15. *ampl.* 36. Ioseph. Ludov. *Perus. decis.* 117. *n.* 33. Vincent. de Franchis *decis.* 191. Camill. Borrel. *d. tit.* 33. *num.* 220. Anton. Fab. *in suo Cod. lib.* 4. *tit.* 42. *defin.* 24. Secus si absque culpa cadat, veluti per emphyteusim finitam, Gam. *decis.* 22. Vincent. de Franchis *decis.* 111. *num.* 1. Ioseph. Ludov. *d. decis.* 117. *à num.* 33. Ioan. Garc. *de expens. cap.* 12. *num.* 84. Carol. Bardel. *cons.* 23. *num.* 13. *&* 14. *lib.* 1. Marescot. *var. lib.* 2. *cap* 109. *n.* 3. Molin. *de Iustit. tractat.* 2. *disp.* 463. *n.* 2. Alex. Trentacinq. *d. tit. de jure emphyt. resol.* 9. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 22. *tit.* 2. *num.* 53. Valasc. *de jure emphyt. q.* 25. *num.* 6. *&* 10. Ovid. de Amicis *eod. tract. q.* 73. *à n.* 3. Anton. de Amato *var. resol.* 14. *à n.* 1.

6 A qua melioramentorum solutione excusatur pauper, si aliunde absque rei melioratæ venditione solvere non potest, *l. in fundo* 39. §. *finge pauperem, ff. de rei vindic. l. Castel.* 41. *tit.* 28. *part.* 3. Tiraq. *de retract. convent.* §. 7. *gloss.* 1. *num.* 5. Ari. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 5. Cornel. Benincas. *de paupert. q.* 4. *princ. n.* 19. Menoch. *remed.* 15. *recuper. num.* 525. *&* 553. Azeved. *l.* 1. *num.* 71. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop.* Vincent. de Franchis *decis.* 110. *num.* 4. Cavaler. *decis.* 44. *n.* 71. *p.* 1. Hieron. Magon. *Florent. decis.* 9. *n.* 6. *& Lucensi. decis.* 33. *à n.* 27. Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.* 225. *in addit. n.* 10. *cum seqq.* Vincent. Carot. *de locato, tit. de expens. n.* 42. Peregr. *de fideicom. art.* 50. *n.* 33. Maresc. *var. lib.* 2. *cap.* 109. *num. fin. & c.* 110. *num.* 29. Molin. *d. tract.* 2. *disp.* 463. *num.* 3. *vers. subjungit præterea, & n.* 10. Marc. Anton. Genuens. *in practicab. Eccl. q.* 69. D. Barbos. *in l. divortio*, §. *fin. p.* 1. *num.* 75. *ff. soluto matrim.* Cald. Pereira *de empt. cap.* 27. *n.* 65. Ovid. de Amicis *de jure emphyt. q.* 74. *n.* 10. Anton. de Amato *resolut.* 14. *num.* 8. nisi quando dominus pauper eadem, similiáve esset facturus, *d. l. in fundo*, §. *finge*, *l. sed an ultro* 11. §. 1. *ff. de negot. gestis*, Pinel. *d. n.* 5. Anton. Gom. *l.* 46. *Tauri, num.* 2. *vers. primò*, Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 17. Marescot. *d. cap.* 110. *num.* 30. Vincent. de Franchis *d. decis.* 110. *num.* 5. Vel nisi quando 7
melioramenta de mandato, vel consensu domini facta sunt, vel eadem postmodùm approbavit, *l. utilium* 8. *ff. de impens. in reb. dotal.* D. Barbos. *in d. l. divortio*, §. *fin. num.* 88. *vers. his sic explicatis*, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 437. *num.* 1. *cum seqq.* Dominus tamen cùm expensas & melioramenta ob paupertatem solvere non valet, patientiam præstare debet, ac permittere, ut qui necessariò, & utiliter expendit, melioramenta tollat, si absque prioris rei status detrimento fieri potest; licentia tamen & in prædicto casu domino conceditur ea sibi retinere melioramenta, si tantundem quantum alius pro eis solvisset, si ab ædificio separata essent, & ipse rependat, *d. l. in fundo*, §. 1. *d. l.* 41. *partitæ*, Vincent. de Franchis *d. decis.* 110. *num.* 1. Molin. *d. lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 16. *vers. illud autem præmittendum non erit*, Peregr. *d. art.* 50. *num.* 78. *vers. secundus casus est*, Maresc. *d. lib.* 2. *cap.* 114. *n.* 1. Molin. *d. tract.* 2. *disp.* 463. *n.* 10.

De Feudis.

TIT. XX.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus obligans se cum juramento ad non alienan*

alienandum, eo non adstringitur quoad bona in emphyteusim, ab antiquo concedi solita.

2 *Res consueta emphyteuticari, seu infeudari, potest iterum in emphyteusim, seu feudum concedi absque nova solemnitate.*

3 *Emphyteuticari, vel infeudari solitæ res quandò & ex quibus actibus dicantur? ostenditur.*

4 *Feudum domino irrequisito alienatum amittitur.*

5 *Renovationem petendi jus competit descendentibus, vel proximioribus ultimi feudatarii eo casu, quo per illius mortem feudum vacavit.*

6 *Feudum vacans ob culpam cum omnibus melioramentis liberè ad dominum revertitur, ut de eo pro libito disponat.*

7 *Feudum ob alienationem irrequisito domino factam amittitur, & ad dominum liberè redit.*

8 *Intellige in feudo novo, sive denuo acquisito ab alienante.*

9 *Feudum acquirens domino præjudicare nequit per alienationem eo irrequisito factam.*

Cap. Ex parte II.

1 AD *n.* 2. Probat hic textus Prælatum obligantem se cum juramento ad non alienandum, eo non adstringi quoad bona in emphyteusim ab antiquo concedi solita, ut per Imol. *in præsenti, num.* 1. 2. 6. 36. *in fine, & n.*37. Roland. à Valle *cons.*1. *n.*83.*vol.*1. Guillelm. Redoan. *de rebus Eccl. q.*60.*n.*8. Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q.*11.*num.* 30. Seraph. *de privil. Iuramenti, privil.*52. *n. ult. vers. fin.* ubi Martin. Benechendorfius plures congerens *n.*43. Henric. Rosenth. *de feudis, c.*4.*concl.*22. juncta *concl.* 33. & 34. ubi rectè cum communi limitat in rebus iterum mensæ Ecclesiæ incorporatis, & quando id contingat, rectè explicat. Evitat igitur Prælatus incursum perjurii concessionem faciens Romano Pont. inconsulto, non obstante juramento quo ad eam non aliter faciendam sese adstrinxisse videbatur, quia nimirum juramentum fuit de non infeudando de novo, & hæc non est nova infeudatio, sed veteris ritè factæ executio.

2 Ad *n.*3. Quod res consueta emphyteuticari, seu infeudari, potest iterum in emphyteusim, seu feudum concedi absque nova solemnitate, quæ in rebus olim infeudari, vel emphyteuticari solitis necessaria non est, ut præter relatos *in collect.* colligunt ex hoc text. Cephal. *cons.*155. *à n.*29. *lib.* 2. Masuer. *in praxi, tit. de feudis, n.*10. Redoan. *de rebus Eccles. q.*51.*c.*6. & *q.*60. Molin. *de primog. lib.* 4. *c.*1 *n.*32. Nicol. Intrigl. *de feudis, q.*53.*n.*27. & *à n.*37. Henric. Rosenth. *eod. tract. c.*4.*concl.*21.

3 Ad *n.*3. Res emphyteuticari, vel infeudari solitæ quoad hunc effectum dicuntur etiam ex unico actu, non quidem simplici absque temporis continuatione, ut voluere nonnulli relati à Iulio Claro §. *feudum, q.*13. *n.*4.*vers. multi etiam,* & ab Henrico Rosenth. *de feudis, c.*4. *concl.*29. *in notis lit. A, & E,* sed continuato per spatium temporis jure requisiti ad præscribendas res Ecclesiasticas, nempe 40. annorum, juxta *cap. illud* 8. *de præscript.* Ita philipp. Port. *lib.*4. *concl.*10. *post med. vers. contrarium verò,* Cephal. *cons.*155. *à n.*30. *lib.*2. citati à Rosenth. *d. concl.*29.*n.*2. *lit. B, cum duobus seqq.* Anton. Gabr. *commun. lib.*3. *tit. de locato, n.*3.*cum seqq.* Gam. *dec.*342. *n.*4. Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q.*16. *n. ult. post med. vers. consueta autem.* Quanvis Ias. Dec. Balb. Afflict. Ruin. Clar. Cavalcan. & Quaranta à me in præsenti citati, & alii apud Rosenth. *d. c.*4. *concl.*29. *n.*7. *lit. G,* & Nicol. Intrigl. *de feudis, q.*53.*n.*42. *juncto n.*52. ac Ovid. de Amicis *de jure emphyt. quæst.*62. *num.*1. apertè bonum actum intra spatium illud quadraginta annorum desiderent, idque crebriùs receptum esse testentur: quorum sententiam quasi ex communi sensu interpretantur Cæs. Vrsill. *ad Afflict. decis.*105. *numer.* 10. & nonnulli alii citati à Rosenth. *d. concl.*29. *n.*5. *lit. E, juncto num.*8. ut procedat eo casu quo ab initio cùm bona Ecclesiastica emphyteuticari, vel infeudari cœperunt, legitima solemnitas non intervenerit, qua in specie, ut illa ex tanti temporis cursu suppleatur, taliaque bona ex consuetudine præscripta emphyteuticæ, vel feudalis naturæ efficiantur, nec proinde solemnitatem imposterum postulent, bonus actus ejusmodi concessionis requiritur, tametsi contrarium hoc etiam casu, ut unicus sufficiat actus, velle videatur Zerol. *in praxi Episcop. part.*1. *verb. alienatio, §.*3. *in* 3. *conclus.* nisi adverbium *sine,* corruptè sit positum pro *cum*, quo nihil verisimilius est: secus si in prima concessione emphyteutica legitima solemnitas fuit adhibita, & res ita concessæ per longissimum illud tempus 40. annorum possessæ sunt, quo casu nos loquimur: nempe quod in primo casu non tantùm agitur de inducenda consuetudine, per quam bona mensalia Ecclesiæ perpetuò emphyteuticaria, vel feudalia addantur, ut in ultimo casu, sed etiam de præscri-

benda ſolemnitate, alioqui ad quamcunque alienationem rerum Eccleſiæ neceſſaria, ut quaſi illa interveniſſet, emphyteutica, vel feudalis conceſſio ſubſiſtat, arg. text. *in c.1.* §. *ſi quis per triginta, tit.46. ſi de feudo ſi contentio, lib.2. feudor. d. cap. illud, de præſcript.* D. Barboſ. *in d. l. 2. n. 172. C. de præſcript.30.* & conſequenter in priore illo caſu duo actus ſucceſſivi intra tempora legitima requiruntur tam præſcriptioni, quàm conſuetudini deſervientes, in poſteriore verò, quo de ſola conſuetudine tractatur, unicus ſufficit, ut diximus.

4 In text. *ſi vaſſallum tuum feudum alienare contingat,* &c. Collige ex text. feudum domino irrequiſito alienatum amitti, *cap. ſi quis miles, tit. 21. de feudo ſine culpa non amittendo, lib. 1. & cap. denique,* §. *ſi vaſſallus, tit. 24. quæ fuit prima cauſa beneficii amit. cap.1. titul. 28. de vaſſallo, qui contra conſtitutionem Lotharii benef. alienavit, cap.1.* §. *ſi quis, tit. 52. de prohibita feudi alienat. per Lothar. l. Hiſp.10. tit.26. part. 4.* ubi Gregor. Duen. *reg. 40.* Clar. §. *feudum, quæſt.31. cum ſeqq.* And. Gail. *lib. 1. obſervat. 117. num. 1.* Gaſp. Anton. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt.35. per tot.* Camill. Borrel. *in ſumma deciſ. part.1. tit. 34. à num. 1. uſque ad 66.* Henric. Roſenthal. *de feud. cap.9. concl.1. cum ſeqq.* Ioan. Zabarell. *Inſtit. feudal. exerc. 8. concl.4. lit. B,* Nicol. Intrigl. *de feud. quæſt.12. à n.32.* & in emphyteuſi *dixi ad c. fin. de locato, à n. 3.*

5 Adverte quod licèt deſcendentibus, vel proximioribus ultimi feudatarii jus petendi renovationem competat, & ei denegari non debeat eo caſu, quo ob finitam generationem per illius mortem feudum vacavit, juxta doctrinam Gloſſ. & Bart. *in*
6 *l.1.* §. *permittitur, ff. de aqua quot. & æſtiva,* nihilominus ſi vacatio contingat ob culpam, tunc feudum cum omnibus meliorationibus liberè ad dominum redit, ut de eo pro libito diſponere valeat, ut per Alex. Trentacinq. *var. reſolut. lib. 3. tit. de jure emphyt. reſol. 5. num. 5.* Mareſcot. *etiam var. reſolut. lib.1, cap. 3. numer. 10.* Intrigl. *de feudis, quæſt.64. num. 5.* Ioſeph. Ludov. *Lucenſi deciſ.63. n.23. & 24.* Henric. Roſenth. *de feudis, cap.7. concluſ.24. numer.11. in notis lit. N.*

7 In text. ibi, liberè, ſi videris expedire, concedas. Adverte regulam in feudo præſcriptam, ut ob alienationem irrequiſito domino factam nedum illud amittatur, ſed ad dominum liberè redeat, ut poſſit de
8 illo liberè diſponere, dumtaxat procedere in feudo novo, ſive denuo acquiſito ab alienante, vel ſimpliciter, quod informe dicitur, vel apertè pro ſe, & liberis, quod dicitur pactionatum, ſive ex pacto & providentia, ad quod illud reducitur, juxta tradita à Iulio Claro, §. *feudum, q. 6. & q.76. n.2.* & à Molin. *de Iuſtit. tom. 2. tract. 2. diſput.473. n. 2.* nempe ideo quod tale feudum 9
acquirens domino præjudicare nequit per alienationem eo irrequiſito factam, poſteris autem ſuis, utpote de re propria diſponens, utique poteſt, ex regula text. *in l. qua ratione 9.* §. *hæc quoque res, verſ. nihil enim, ff. de acquir. rer. domin.* cum ſibilibus: nec proinde poſterorum etiam requiritur conſenſus, ut ipſis alienatio à vaſſallo facta præjudicet, prout requireretur ſi feudum antiquum eſſet ab aliquo, nempe aſcendente, ſeu parente communis agnationis ſibi & ei acquiſitum, nec aliàs liberi, ſive agnati ab illo deſcendentes talem alienationem revocent, quemadmodum conſtat *ex c.1.* §. *hoc quoque, tit. 8. de ſucceſſ. feudi, lib.1. & in cap. unic. tit.39. de alienat. paterni feudi, & capit. unic. titul. 49. de eo, qui finem fecit agnato feudi paterni, lib. 2. feudor.* Clar. §. *feudum, quæſt.41. & 42.* Gail. *lib.2. obſerv.49. num.7. & obſerv.50. num.12.* Molin. *de primog. libr.2. cap.10. n.71. verſ. ſi verò ſolùm,* Ioan. Garc. *de expenſis, cap.12. numer.44. verſ. alind eſt,* Hartman. Piſtor. *quæſt. Iuris lib.2. q.4. cum decem ſeqq.* Henric. Roſenth. *de feudis, c.6. concl 69. à num. 27. & cap. 7. concl.7. per tot. & c.9. concl.63. cum pluribus ſeqq. & cap. 11. concluſ.1. & 2.*

De Pignoribus.

TIT. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus reprobatur non ſolùm quando pignora dantur ex cauſa mutui, ſed ex aliis cauſis, & debitis.*

2 *Pactum ut ſi debitum non ſolvatur ſtatuto tempore, pignus pro eo obligatum creditori pro ipſo debito cadat in ſolutum, non valet.*

3 *Pactum inter emptorem, & venditorem, ut ſi intra duos menſes pretium rei venditæ ſolutum non ſit, res ſit inempta, non valet.*

4 *Pactum legis commiſſoriæ directis verbis conceptum operatur reſolutionem contractus ipſo jure, & tranſlationem dominii in venditorem abſque nova tranſlatione.*

5 *Pactum*

5 *Pactum legis commissoriæ obliquis verbis conceptum non transfert dominium ipso jure.*

6 *Contractu resoluto ex pacto legis commissoriæ, tenetur emptor fructus ex re empta perceptos venditori restituere.*

7 *Pactum inter debitorem & creditorem mutuantem, ut si non solverit intra mensem, quod talis res, vel domus debitoris sit empta creditori pro debito, si nullum erat pignus constitutum, valet.*

8 *Lex commissoria non est improbata generaliter, aut in venditione specialiter, sed tantum in pignoribus, præcipuè cessante fraude.*

9 *Pactum legis commissoriæ in pignoribus ex intervallo appositum non valet.*

10 *Pactum legis commissoriæ in pignore dato, si dos non solvatur viro, favore dotis valet.*

11 *Dotans eo pacto quod si intra annum non sit persolutum reliquum dotis, domus quædam esset pro reliquo acquisita, seu data in dotem, valet pactum.*

12 L. Quanvis, ff. de solution. *qui respondeant.*

13 *Pactum legis commissoriæ in pignoribus, ut si debitor infra diem certum pecuniam mutuatam non solverit, res pignorata sit empta creditori justo pretio, arbitrio boni viri, valet.*

14 *Intellige quando pactum fit ad tutiorem cautionem debitæ pecuniæ, non verò quando venditor cogitur hoc modo vendere propriam rem, quam alioquin non esset venditurus.*

15 *Pactum legis commissoriæ in pignoribus non firmatur juramento, eo quòd usuræ vitium habet.*

Cap. Significante VII.

1 AD *n.*8. ibi, *tale peccatum*, lege, *tale pactum*. Ad *n.*2. Nota pactum legis commissoriæ in pignoribus reprobari non solùm quando pignora dantur ex causa mutui, sed etiam ex aliis causis, & debitis, ex generalitate hujus text. Ita Tiraq. *de retractu convent. ad finem tit. n.*20. Neguzant. *de pignor. p.*4. *in princ. n.*2. *vers. primò amplia*, Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. sua facilitate, n.*9. *vers. cæterùm, & de empt. & vend. c.*28. *n.*27. *vers. quod in quocunque*, Magon. *Florent. decis.*23. *n.*2. Surd. *decis.*248. *n.*12. Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.*3. *tit. de pignorib. resol.*11. *num.*3. Gasp. Roderic. *de annuis reddit. lib.*2. *q.*2. *n.*31. & 32. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.*11. *tit.*9. *n.*11. & *tit.*10. *n.*12.

2 Similiter non valet pactum, ut statuto tempore si debitum non solvatur, pignus pro eo obligatum creditori pro ipso debito cedat in solutum, *l. Castellæ* 41. *tit.* 5. *p.*5. ubi Grog. Lop. *gloss.*2. & *l.*12. *tit.*13. *eadem p.*5. Tiraq. & Neguzant. *citatis locis*, Cov. *lib.*3. *var. c.*2. *n.*7. Hónded. *cons.*31. *n.*5. *p.*3. Surd. *decis.*248. *n.*11. Cald. Pereira *d. verbo sua facilitate, n.*95. & *de empt. c.*28. *num.*27. Gasp. Roderic. *d. q.*2. *n.*1. *cum seqq.* Anton. Fab. *in suo Codice, lib.*8. *tit.*23. *de pactis pignor. definit.*1. *in princip.* Card. Mantic. *d. lib.*4. *tit.*29. *n.*6. & *lib.*11. *tit.*10. *num.*19. Alex. Trentacinq. *d. tit. de pignorib. resol.*11. *num.*1. Sigism. Scacc. *de commerc.* §. 1. *q.* 7. *part.*2. *ampl.*12. *n.*4. *in fine.*

Ad *num.*3. Nota valere pactum inter emptorem, & venditorem, ut si intra duos menses pretium rei venditæ solutum non sit, res sit inempta, *l.*1. & 2. & *l. si fundus* 4. *ff. de lege commiss. l. Castellæ* 37. *tit.*5. *part.*5. ubi Greg. *gloss.*3. Anton. Gom. *tom.*2. *var. cap.*2. *n.*30. Cov. *lib.*3. *var. c.*8. *n.*1. Petr. Gregor. *syntagm. Iuris lib.*25. *c.*17. *n.*9. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sua facilitate, n.*40. & *de empt. c.*28. *n.*20. Morl. *in emporio Iuris, tit.*9. *q.*14. *num.*6. Felician. *de censib. lib.*1. *cap.*6. *num.*1. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.*4. *tit.*29. *num.*2. & 3. Et dupliciter concipi potest, aut verbis directis, ut hic, & *in l.*2. *ff. de lege commiss.* aut verbis obliquis, ut vendo tibi fundum, & si intra duos menses non solveris, res reddatur, seu restituatur, Cov. *d. n.*1. *vers. secundò*, Anton. Gom. *d. n.*30. *vers. item adde*, Cald. Pereira *d. verbo sua facilitate, n.*54. Felician. *d. c.*6. *num.*6. Card. Mantic. *d. tit.*29. *n.*25. & 26. qui inter 4
hæc pacta maximam differentiam constituunt, quoniam pactum legis commissoriæ 5
directis verbis conceptum operatur resolutionem contractus ipso jure, & translationem dominii in venditorem absque nova traditione, & agi poterit rei vendicatione, conditione adveniente: secus verò quando verbis obliquis concipitur, nam tunc non transfertur dominium ipso jure, sed agetur actione ex vendito, vel præscriptis verbis ad observantiam contractus. Et resoluto contra- 6
ctu ex pacto legis commissoriæ, tenetur emptor fructus ex re empta perceptos venditori restituere, *l. si fundus* 4. *ff. de lege commiss.* Petr. Greg. *d. cap.*17. *n.*10. Cald. Pereira *d. verbo sua facilitate, n.*50. *vers. ult.* Felician. *c.*6. *n.*5. Card. Mantic. *d. tit.*29. *n.*27. Guttier. *de gabell. quæst.*10. *n.*13. *in med.* Sigism. Scacc. *de commerc.* §. 1. *q.* 1. *n.*483. ubi ampliat etsi pactum esset conceptum verbis obliquis, seu inflexis, & §. 1. *quæst.* 7. *part.*2. *ampl.*12. *n.*4. *vers. primus casus.* Venditor tamen tenetur emptori sumptus factos in eorum collectione restituere, Gregor. Lop. *l.*39. *gloss.*6. *tit.*5. *part.*5.

7 Valet quoque pactum inter debitorem,
8 & creditorem mutuantem, ut ſi non ſolverit intra menſem, quod talis res, vel domus debitoris ſit empta creditori pro debito, ſi nullum erat pignus conſtitutum; quia lex commiſſoria non eſt improbata generaliter, aut in venditione ſpecialiter, ſed tantum in pignoribus. Ita Crav. *conſ.* 327. *n.*4. Anton. Fab. *de errorib. pragm. decad.* 21. *errore* 3. *n.*5. & in ſuo *Cod. lib.* 8. *tit.*23. *de pactis pignor. definit.* 2. *n.*3. ubi dicit ita Senatum Sabaudienſem judicaſſe, Avendan. *de cenſib. c.*90. *n.*6. *in fine*, Card. Mantic. *lib.* 11. *tit.*10. *n.*8. *&* 30. *verſ. quamobrem, uſque ad fin.* præcipuè ceſſante fraude & ſimulatione, quæ ex qualitate perſonarum, & ex vero rei venditæ, vel in ſolutum datæ valore, & quantitate debiti, pro qua res fuit vendita, vel in ſolutum data, facilè comprobabitur. Quicquid in contrarium teneant Cov. *dict. c.*2. *n.*8. Cald. Pereira *d. verbo ſua facilitate, n.*99. *verſ. ex his, & de empt. c.*11. *num.* 21. *& c.*18. *n.*36. Surd. *deciſ.*248. *à n.*9. Alex. Trentacinq. *d. reſol.*11. *n.*11. *verſ.*11.

9 Ad *n.*4. Illa verior eſt, & tenenda opinio, quod pactum legis commiſſoriæ in pignoribus ex intervallo appoſitum non valet, quia contrarium tenere eſſet aperire viam fraudibus, ita Tiraq. *de retractu convent. in præfat. n.*7. *&* 8. *& ad finem tit. n.*136. Cov. *lib.*3. *var. c.*2. *n.*8. *verſ. tertiò*, Pinell. *in rub. C. de reſcind. vendit. p.*2. *c.*1. *n.*30. *&* 32. Menoch. *remed.*5. *adipiſc. n.* 43. Cald. Pereira *d. verbo ſua facilitate, n.*103. *& de empt. c.*11. *n.*19. *& c.*28. *n.*29. *&* 30 Gaſp. Roderic. *de annuis redditib. lib.*2. *q.*2. *n.* 22. Anton. Fab. *d. decad.* 21. *error.*2. *n.*13. *cum ſeqq & d. tit. de pactis pignor. definit.*1. *n.*5. Camill. Borrell. *in ſumm. deciſ. p.* 1. *tit.*60. *n.*267. *&* 270. ubi nec quoad excipiendum valere inquit Alex. Trentacinq. *d. reſol.*11. *n.*13. Quicquid teneant Neguz. *de pignor. art.*4. *princ. n.*6. Farin. *in praxi crim. p.*5. *q.*175. *n.*210. Card. Mantic. *d. tit.*10. *n.* 2. *cum ſeqq.*

10 Ibid. *ibi.* An autem favore dotis, &c. Pactum legis commiſſoriæ in pignore dato, ſi dos non ſolvatur viro, favore dotis valet. Ita Greg. Lop. *l.*41. *gloſſ.*4. *verſ. ſed an favore dotis, tit.*5. *p.* 5. Feder. Solis *de dote, lit. P, n.*11. Surd. *deciſ.*248. *n.*13. *verſ. ſed Bald. Novell.* Gaſp. Roderic. *d. q.* 2. *num.*45. *& ſeqq.* Card. Mantic. *d. tit.* 10. *n.*37. qui licèt *n.*38. *&* 39. pro contraria opinione plura expendat, in fine tamen dicti *n.*39. cum hac tranſit ſi pignus non excedit debitam quantitatem dotis, & intereſſe quod maritus patitur in ſuſtinendis oneribus matrimonii, quia in dote ceſſat ratio prohibitionis, Cald. Pereira
11 *d. verb. ſua facilitate, n.*104. ubi elevat quæſtionem de muliere vidua dotante eo pacto, quod ſi intra annum non ſit perſolutum reliquum dotis, domus quam vidua inhabitabat, eſſet pro reliquo acquiſita, ſeu data in dotem filiæ, & *de empt. c.*11. *n.*20. *& c.*28. *n.* 42. *&* 43. ubi refert id ſemel habuiſſe in facto, Alex. Trentacinq. *d. reſol.*11.
*n.*9. Et ad text. *in l. quamvis, ff. de ſolut.* qui 12
pro contraria opinione multum urget, reſpondent Cald. Pereira *d. verbo ſua facilitate, à n.*106. & Gaſp. Roderic. *d. q.* 2. *à n.*57.

Ad *n.*5. Nota valere pactum legis com- 13
miſſoriæ in pignoribus, ut ſi debitor infra diem certum pecuniam mutuatam non ſolverit, res pignorata ſit empta creditori juſto pretio, arbitrio boni viri, *gloſſ. in l. ſi fundus, §. fin. de pignorib.* Cæpol. *caut.* 241. Neguz. *de pignor. p.*4. *princ. n.*6. Parlad. *in ſexquicent. differ.*57. *n.*6. Farin. *in praxi crimin. p.*5. *q.*175. *n.*211. Alex. Trentac. *var. reſol. lib.*1. *tit. de pignorib. reſol.*11. *n.*14. Cald. Pereira *in d. l. ſi curatorem, verbo ſua facilitate, n.*95. *&* 99. ubi in mutuo non habere locum dicit, & eum
ſequitur Gaſp. Rod. *d. lib.* 2. *q.*2. *n.*19. qui ultra 14
plures alios in collect. citatos, tenent hanc opinionem accipiendam, & intelligendam eſſe quando pactum fit ad tutiorem cautionem debitæ pecuniæ, non verò quando actum eſt inter contrahentes quod venditor teneatur vendere propriam rem, quam alioquin non eſſet venditurus; nam iſto caſu pactio uſuraria eſſet, ſequitur Sigiſm. Scacc. *de commerc.* §.1. *q.*7. *part.*2. *ampl.*10. *ſub n.*89. *verſ. confirmatur hæc opinio, & verſ. tamen invenies.* Et procedit principalis reſolutio, licèt non dicatur in pacto quod vendit pro juſto pretio, dummodo non dicat pro debito; nam intelligitur quod vendit pro juſto pretio, Neguzant. *d. n.*6. *in fine*, Cald. Pereira *d. n.*95. *verſ. prima igitur, & de empt. c.*28. *n.*28. Alex. Trentacinq. *d. reſol.*11. *n.*15. Farin. *d. q.*175. *n.*212. & alii.

Ad *n.*8. Quod pactum legis commiſſoriæ 15
in pignoribus, ſi fuerit juramento firmatum, validum ſit, probat gloſſ. in præſenti, pro ea plures allegat Surd. *deciſ.*248. *n.*6. Seraph. *de privil. Iuram. privil.*131. Sed probabilius eſt pactum hujuſmodi non firmari juramento, at jurantem propter juramentum teneri ad pacti obſervationem. Ita Neguz. *de pignor. p.*4. *princ. n.*3. *&* 4. dum dicit juramentum non confirmare pactum, licèt debeat ſervari, Cov. *in c. quamvis pactum, p.*3. §.3. *n.*3. dum tenet juramento minimè confirmari, quia reprobatum eſt in odium creditoris, ex eo quod uſura vitium habet, Gutier. *de Iuram. confirm. p.*1. *c.*33. *n.*2. *verſ. ſed adverte*, Perez *in l.*1. *tit.*2. *lib.*8. *Ordin. col.*41. *verſ. quod autem*, Cald. Pereira *dict. verbo ſua facilitate, num.*95.

n.95. vers. quod verum est, & num.99. ubi tenet quod debitor non incurrit perjurium, etsi juramentum non observet, quia creditor tenetur illud relaxare, Surd. *decis.148. num.21.* Morl. *in emporio Iuris, tit.9. de contrah. empt. q.14. n.7. vers. usque adeò*, Menchaq. *de success. creat. §.28. n.47.* Gasp. Rodrig. *d. lib.2. q.2. n.34.* Beninchen. *in addit. ad Seraphin. privil.131. num. 1. & 2.* Camill. Borrel. *d. part. 1. tit.60. num. 264.* Cardin. Mantic. *d. lib.11. tit. 9. num.13.* Anton. Fab. *de error. pragm. decad. 21. error.8. num. 3.* ubi quod juramentum valet, & omni modo servandum est ad perjurii crimen evitandum, pactum verò non confirmari, & ipse conatur probare, quod nec juramentum valet, contra quem tenet Fachin. *controv. lib.10. cap.73.*

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca competit in bonis Prælati pro mala administratione bonorum Ecclesiæ.*
2 *Prælatus est tutor Ecclesiæ, & facit in ejus bonis quod tutor in bonis minoris.*
3 *Ecclesia non habet tacitam hypothecam contra bona Prælati pro debito contracto ex alia causa quàm administrationis.*

Cap. Ex litteris V.

1 AD *num.10.* Quod competit hypotheca in bonis Prælati pro mala administratione bonorum Ecclesiæ, ultra citatos in collect. docent Neguzant. *de pignor. p.2. princ. memb. 4. num.120. & seq.* Escob. *de ratiocin. cap.39. num.13. vers. sed prædictis non obstantibus*, Marc. Anton. Genuens. *in practicab. Eccles. q.138. n.3.* Iulian. Vivian. *in praxi jurispatron. p.1. lib.2. cap.5. n.54.* Alvarez *de privileg. miserab. personar. q.8. num.36.* latè Noguerol. *allegat. Iuris tom. 1. alleg. 1. n.91.* Et rationem reddit, quia Prælatus est tutor Ecclesiæ, & facit in ejus bonis, quod tutor in bonis minoris, ex Neguz. *de pignor. q.2. memb.4. n.120.* Escobar. *de ratiocin. c.39. n.13.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.11. tit.16. n.21.* Novar. *de privileg. miserabil. personar. privil.107. in 2. edit.* Et idem Noguerol *citato loco, num. 96.* advertit quod cùm hæc materia tacitæ hypothecæ introducendæ sit stricta, & non extensibilis, Ecclesia non habet tacitam hypothecam contra bona Prælati pro debito contracto ex alia causa quàm administrationis, & citat Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.3. tit. de pignorib. res.7. num.4.* Gaito *de credito, part.4. q.11. n.2040. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Pactum de fructibus ex pignore perceptis non computandis in sortem non valet.*
2 *Reditus quando virtute contractus illiciti percipiuntur, ipso jure sorti imputantur, & eam extinguunt.*
3 *Cambium quando constituitur contra formam Iuris, & Motus Pii V. interesse ex eo perceptum restitui, & sorti imputari debet.*

Cap. Cùm contra VI.

AD *n.4. in fine.* De fructibus cum sorte computandis perceptis ex juribus quæ data erant in pignus, ultra citatos in collect. vide *l. Castell. 2. tit. 13. part. 6.* ibi: *Pero qualquier que esquilme ò desfrute destas cosas sobredichas, el que las tuviere à penos, tenudo es de lo descontar de aquello que dio sobre aquella cosa empeñado, de lo dar al señor de la cosa.* Neguzant. *de pignorib. 5. p. princ. memb.5. per tot.* Lup. *de usur. commento 3. §.6. n.135.* Quod procedit etiamsi pactum expressum interfuerit quod creditor fructus lucretur, quia sicut non valet pactum de usuris percipiendis, ita nec de fructibus ex pignore perceptis non computandis in sortem. Abb. *per text. in cap. 1. not. 1. de usur.* Surd. *cons. 194. num.4. vol. 1.* Quando enim redditus virtute contractus illiciti, & à legibus reprobati percipiuntur, ipso jure sorti imputantur & eam extinguunt, ut in contractu census probant Surd. *decis.328.* latè Testay *alleg.6. n.313. & seq. & alleg.14. à num.166.* Gasp. Roder. *de annuis reddit. lib.1. quæst.9. num.14.* Larata *cons.90. à n.67.* Guttier. *practic. lib.2. quæst.176. num.6. vers. si autem contractus*, Salas *de censib. dub.23. n.4. vers. ratio verò, pag.448.* Cenc. *eod. tractat. p.2. c.2. q 4. art.7. num. 5. pag.171.* Manent. *de contract. libellat. quæst.6. num.37.* Cancer. *var. resol. lib.2. c.13. n.42. in 2. edit.* Rota *apud Mangil. post suum tract. de subhastat. decis.74. & seq.*

Et in cambio contra formam Motus Pii V. aut contra dispositionem Iuris, & absque requisitis necessariis, ad illud constituendum reale, & verum, quod interesse ex eo perceptum restitui, & sorti imputari debeat, tenent Cavalc. *decis.2. n.32. part.2.* Peguera *decis.33. in fine*, Carol. Tapia *ad jus Regni, lib.4. titul. de camb. ad pragm. 1. numer. 31.* Paschal. *de patria potest.* 3

*p.*1. *cap.*8. *num.*238. Muta *decis.*52. *num.*18. & 24. Stephan. Gratian. *discept. forens.c.*387. *num.*18.

SVMMARIVM.

1 *Cautio ab usufructuario præstanda, de utenda arbitrio boni viri, requiritur pro forma, & non sufficit juratoria.*

2 *Cautio juratoria sufficit quoties ob paupertatem satisdatio cum fidejussoribus vel pignoribus præstari non potest.*

3 *Debitor ut dilatione concessa gaudere possit, si fidejussorem ob paupertatem invenire non potuit, præstando juratoriam cautiotionem, dilatione remissa, satisdatione fruetur.*

4 *Satisdatio omninò requiritur ubi moratoria ob aliquam aliam quàm paupertatis causam concessa est.*

5 *Fidejussorem invenire difficile in quolibet reputatur, in paupere verò impossibile.*

6 *Cautionis fidejussoriæ præstandæ impotentia probatur partis juramento, quo se credere asseveret de facili fidejussorem invenire non posse.*

7 *Fidejussorem quod debitor non inveniat, sufficit probare per ipsius debitoris juramentum, nisi creditor in eadem, vel majori egestate sit.*

8 *Debitor non admittitur ad beneficium cessionis bonorum contra creditorem in pari, seu majori egestate existentem.*

9 *Beneficium, ne quis conveniatur ultra quàm facere potest, non conceditur contra existentem in pari, vel majori egestate.*

Cap. Cùm constet VIII. & ult.

1 AD *num.* 4. Pro exornatione conclusionis, quod scilicet cautio ab usufructuario præstanda de utendo arbitrio boni viri, requiratur pro forma, nec cautio sufficiat juratoria, adde Ari. Pinel. *in l.*1. *part.*2. *num.*75. *C. de bonis mat.* Cavalcan. *de usufr. mulieri relicto,num.*146.& 150.*cum seqq.* Anton. Gabr. *commun. opin. lib.*5. *tit. de usufr. concl.*1. *num.*1. *cum seq.* Cornel. Benincas. *de paupert. spec.*7. *in ultim. volunt. num.* 13. Octavian. Ozasch. *Pedem. decis.*152. *num.* 1. Guttier. *in l. nemo potest, num.*299. Surd. *decis.*141. *num.*1. *cum seqq.* Paul. Æmil. Gall. *de except. except.* 15. *aliàs* 2. *tit.* 4. *part.* 2. *numer.*93. *cum seqq.* Card. Tusch. *pract. conclus. lit. C, conclus.*166. *num.*1. & *concl.* 174. *n.*1. & *concl.*175. *num.*8. Cevall. *commun. q.*408. *n.*5. plures refert Castill. *de usufructu, c.*18. *num.*11.

Ad *num.* 11. quod juratoria cautio sufficiat quoties ob paupertatem satisdatio cum fidejussoribus vel pignoribus præstari non potest, probat text. *in auth. generaliter, C. de Episcop. & cleric. l. omnes* 31. §. *in hac autem inclyta, C. eodem, auth. ut nulli Iudicum,* §. *si verò crimen, gloss. verbo quam potest, per text.* ibi, *in cap. per vestras, de donat. inter virum, & verbo idonea, in cap. Odovardus, de solut. verbo idoneè, in cap.*2. *de usur. lib.* 6. & *etiam verbo inidoneè, in c. felices* 5. §. *cùm autem, de pæn. eod. lib.* Cornel. Benincas. *de pauper. spec.*8. *in judic. num.* 34. & *spec.*7. *in ultim. volunt. num.*12. *cum seqq.* Anton. Gravat. *ad Vestr. in pract. lib.*4. *cap.* 4. *de dolo & contum. n.*27. *in fine, verbo paupertas,* Tiraq. *de retract. lig. tit.*1. §.1. *gloss.*18. *num.* 46. Sebast. Medices *de casib. fort. part.* 2. *quæst.* 5. *num.* 23. Perez *in l.*12. *verbo confradores, tit.*11. *lib.*4. *Ordinam.* Octavian. Ozasch. *decis.* 70. *num.* 2. Aviles *ad cap.* 6. *Prætor, verbo pobres, numer.* 11. Vincent. de Franchis *decis.*317. *num.*8. Surd. *decis.*141. *num.*7. *cum seqq.* & *cons.* 68. *num.*7. Petr. Pech. *in tract. de jure sistend. quæst.* 11. *princ. numer.* 11. Petr. Ruiz *Lituan. decis.* 4. *num.*289. Seraph. *de privileg. juram. privil.* 18. *numer.* 1. & 37. Anton. Sola *ad constit. Sebaud. tit. de appellat. gloss.* 16. *numer.* 3. & *tit. de conclus. in causa, gloss.*1. *num.*12. Gutier. *in d. l. nemo potest, num.* 292. *cum seq.* Cevall. *commun. q.* 66. *num.* 7. Vincent. Mancin. *de Iuram. n.*4. *effectu* 149. *num.*14. D. Barbos. *in l. divortio* 8. §. *interdum, n.*26. *vers. ultimò ad complementum, & numeris seqq.* Carol. de Grassis *de except. ad stat. exclud. omnes except. except.*221. *n.*118. & 119. Farin. *in praxi crimin. q.*107. *n.*38. Anton. Fab. *in suo Cod. lib.*2. *tit.*30. *definit.* 4. *num.* 5. & *lib.* 3. *tit.* 2. *defin.*2. Antonin. Henriq. *de fidejussor. cap.*18. *n.* 87. Pyrrh. Maur. *eod. tract. part.*1. *princip. in prælud. sect.*3. *cap.* 25. *aliàs* 34. *num.* 1. *cum seqq.* Camill. Borrel. *cons.* 54. *numer.* 9. Marta *voto* 158. *num.* 8. Mar. Giurba *decis.*4. *numero* 14. Alexand. Raudens. *cons.* 6. *num.*17. *libr.*1. Andr. Fachin. *controvers. lib.*12. *c.*63. Alexand. Trentacinq. *var. resolut. libr.* 1. *titul. de verbor. signific. resolut.* 3. *n.*13. Sanch. *de matrim. lib.*10. *disputat.*18. *quæst.*2. *num.*18.

Impotentia enim liberat ab obligatione 3
dandi pignora, & fidejussores, & facit sufficere cautionem juratoriam, *auth. generaliter, C. de Episcop. & cleric.* §. *sed hodie, Instit. de satisdat.* Aviles *ad cap.* 6. *Prætor. verb. probres, num.*11. Perez *l.*12. *verbo confradores, tit.*

[illegible] 4. *Ordin.* Cevall. *commun. q.*66. *n.*7. [illegible]iter. *in l. nemo potest*, *n.*292. *& seq. ff. de* [illegible]1. Farin. *in praxi crimin. p.*1. *q.*23. *n.*43. *& q.*107. *n.*38. Sanch. *de matrim. lib.*10. *disp.*18. *n.*8. Idem in debitore, ut dilatione concessa gaudere possit, si fidejussorem ob paupertatem invenire non potest, quia præstita juratoria cautione, dilatione remissa, satisdatione fruetur, Greg. Lop. *l.*33. *verbo fradores, tit.*18. *part.*3. Anton. Fab. *in suo Cod. lib.*1. *tit.*9. *definit.*20. *circa fin. vers. si cavere nullo modo velit*, D. Barbos. *d.* §. *interdum* 27. Farin. *in praxi crimin. q.*29. *n.*30. Nicol. Genoa *de privata script. tit. de annali & quinquen. dilat. n.*31. *cum seqq.* Et licèt hoc in casu juratoriam cautionem non sufficere tenuerint aliqui, inter quos Anton. Hering. *de fidejuss. c.*5. *n.*132. Pyrrh. Maur. *eod. tract. p.*1. *princip. in prælud.* 3. *particulæ & sectionis, cap.*2. *aliàs n.*2.
4 *& c.*25. *aliàs* 34. *num.*22. Intelligi tamen debent ubi moratoria ob aliquam aliam quàm paupertatis causam concessa est, quia tunc satisdatio omnino requiritur, secus si paupertatis ratione, ob quam fidejussorem invenire non potest debitor, quia juratoria sufficiet cautio. Ita Gregor. Lop. *citato loco*, Cornel. Benincas. *de paupert. specul.* 8. *in jud. num.*34. Bald. Novel. *de dote, p.*8. *privil.*12. Ioseph. Ludov. *decis.*63. *n.*9. Marchesan. *de commiss. p.*3. *cap.*1. §. 1. *de commiss. super dilat. morat. à num.*21. Farin. *d. num.* 30. Vincent. Caror. *de remed. contra provis. sentent. except.* 168. *n. fin.* Carol. de Grassis *except.*32. *n.*119. Alexand. Trentacinq. *var. lib.*3. *tit. de solut. resol.*1. *n.*9. Pyrrh. Maur. *d. c.*25. *aliàs* 54. *n.*13. Luc. Matth. Apicel. *in tutam. pauperum, tit.*2. *de moratoria Princip. num.*11. & ibi ejus addit. *n.*492. *& in tract. de donat. p.*1. *c.*2. *q.*7. Garc. Mastrill. *in comment. ad indulta general. c.*46. *num.* 20.

5 Ratio est, quia invenire fidejussorem difficile in quolibet reputatur, *gloss. verbo quibus, in l.*3 §. *quanvis, ff. si cui plus quàm per leg. falcid.* Guttier. *in d. l. nemo potest, n.*193. Cevall. *commun. q.*66. *n.*5. Mar. Giurb. *decis.*4. *n.*9. in paupere verò impossibile penè, magna enim difficultas impossibilitati comparatur, Surd. *decis.* 141. *num.*9. *&* 10. Mar. Giurb. *dicta decis.*4. *n.*9. *&* 10. Pyrrh. Maur. *de fidejussor. p.*1. *in præl ud. sect.*3. *cap.*25. *aliàs* 34. *num.* 8. *&* 9.

6 Ad probandam impotentiam fidejussoriæ cautionis præstandæ sufficit partis juramentum, quo se credere asseveret de facili fidejussorem invenire non posse, ut probat text. *in d. auth. generaliter*, *C. de Episcop. & cler.* ibi, *tactis sacrosanctis Evangeliis affirmabit se fidejussorem dare non posse*, &c. & resolvunt Benincas. *d. spec.*9. *in jud. n.*15. Clar. §. *fin. q.*46. *n.*15. Franc. Becc. *cons.*1. *n.*18. Cott. *in memorab. verbo juramentum*, Seraph. *de privil. juram. privil.*18. *in fine*, Ozasch. *d. decis.*60. *n.*6. Surd. *decis.*141. *n.*11. Frec. *de præs. instrum. p.*9. *q.*6. *n.*2. Carol. de Grass. *in tract. de except. except.* 32. *n.*120. *cum seqq.* Ioan. Bapt. Costa *de remed. subsidiar. remed.*58. *num.*11. Giurb. *decis.*4. *n.*34. Pyrrh. Maur. *d. p.*1. *in prælud.*3. *partic. & sect. c.*25. *aliàs* 34. *n.*4. Sanch. *de matrim. lib.*10. *disp.*18. *q.*2. *n.*38.

Et in materia concedendæ dilationis ad 7
solvendum, quod fidejussorem debitor non inveniat, per ipsius debitoris juramentum, cui statur, probare sufficiat, tenent Clar. *d. q.*46. *n.*315. Anton. Scapp. *de jure non scripto, lib.*5. *c.*74. *num.*5. Camill. Borrel. *in summa decis. p.*1. *tit.*60. *de juram. num.*219. *&* 220. Maurit. Apicella *in addit. ad patrem in tutamine pauperum, tit. de moratoria Principum, n.*492. nisi creditor in eadem, vel majori egestate sit, Anton. Fab. *d. definit.*20. *vers. si contra pauperiorem*, Ant. Thesaur. *decis.*186. *n.*7. Osvald. Hilliger. *ad Donel. enucleat. lib.*22. *c.*9. *lit. M*, *col.*282. *in princ.* ut in simili, quod 8
ad beneficium cessionis bonorum contra creditorem in pari seu majori egestate existentem debitor non admittitur, latè Matth. Apicell. *in tutamine pauper. tit.*1. *de quinquennali dilat. n.*60. *& tit.*4. *de cessione bonor. n.*69. Et quod similiter beneficium, ne quis conveniatur ultra quàm facere potest, non concedatur contra existentem in pari, vel majori egestate, resolvunt Covar. *in reg. possessor, p.*2. §. 2. *n.*4. *vers. hinc etiam deducitur*, Padil. *in l. si præses*, *n.*8. *C. de servit. & aqua*, Brun. *de cess. bonor. p.*4. *princ. q.*2. *n.*30. Aviles *ad c.*18. *Prætor. verbo qual convenga, n.*7. *post vers. his & aliis*, Guttier. *de juram. confirm. p.*3. *cap.*15. *num.*44. Surd. *de alim. tit.*1. *q.*78. *n.*34. *cum seqq.* D. Barbos. *in l. maritum, n.*46. *vers. quartò principaliter, ff. soluto matrim.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. c.*3. *n.*14. Ioan. Bapt. Costa *de remed. subsidiar. remed.*28. *num.*7. Osvald. *in Donel. enucleat. lib.*27. *c.*9. *lit. Oo, in annotat.* Matth. Apicell. *in tutam. pauper. tit.*4. *de cessione bonor. num.*19. *vers. idem dicimus*, *& num.*29. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. c.*799. *num.*8. *&* 9.

✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠

De Fidejussoribus.

Tit. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia non tenetur ex mutuo, nisi ex parte*

mutuantis probetur versum fuisse in ejus utilitatem.

2 *Procedit quamvis Prælatus & Capitulum reciperent mutuum, si per solutionem deveniendum esset ad distractionem bonorum mobilium pretiosiorum, vel immobilium Ecclesiæ.*

3 *Versio mutui in utilitatem Ecclesiæ quibus modis, & conjecturis probetur, remissivè.*

Cap. Quod quibusdam IV.

1 D *num.*8. Quod Ecclesia non tenetur ex mutuo, nisi ex parte mutuantis probetur versum fuisse in ejus utilitatem, præter citatos in collect. resolvunt Redoan. *de rebus Ecclesiæ, in rub. an & quando ex mutuo obligetur Ecclesia, q.*4. *n.*1. Rebuff. *de alienat. rerum Eccles. num.*39. Cov. *lib.*2. *var. cap.*17. *num.*3. Mascard. *de probat. concl.*1165. *num.*3. Mozz. *de contract. tract. de mutuo, tit. quomodo deficiat, seu resolvatur mutuum, num.*7. Mathienz. *l.* 22. *gloss.* 2. *num.*2. *tit.* 11. *lib.*5. *Recop.* Avend. *de censib. c.*64. *num.*5. Felician. Solis *eod. tract. lib.*2. *tom.*3. *n.*9. *& in append. c.*3. *n.*7. *vers. ult.* Gasp. Roder. *de annuis reddit. lib.*1. *q.*14. *n.*33. *&* 34. Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.*2. *tit. de actionib. resol.*1. *num.*1. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.*8. *tit.*6. *num.*13. *& tit.*12. *n.*4. *&* 15. *& tit.*13. *num.*16. *vers. unde cum aliis*, Seraph. *decis.*366. *n.*3. Matth. Coler. *de processib. exequut. p.*1. *c.*10. *n.*28. *&* 29. Fachin. *controvers. juris lib.*2. *c.*77. *lit. A, & cap.*78. *lit. D,* Marcel. Cala *de modo articulandi, & probandi, num.*675. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.*1. *cap.*45. *n.*1. *& c.*94. *num.*46. *& cap.*196. *n.*8. *&* 9. Alphons. Narbona *l.* 25. *gloss.* 10. *n.*18. *&* 24. *tit.*21. *lib.*4. *Recopilat.* Azor. *instit. moral. p.* 3. *lib.*7. *cap.*3. *q.*6. Less. *de Iustit. lib.*2. *c.*20. *de mutuo, dub.*2. *n.*12.

2 Ad *num.*9. Procedit licèt Prælatus, & Capitulum reciperent mutuum, si per solutionem deveniendum esset ad distractionem bonorum mobilium pretiosiorum, vel immobilium Ecclesiæ, ut ultra citatos docent Mathienz. *d. gloss.*2. *num.*5. Marcel. Cala *d. loco, num.*675. *vers. nota tamen unum, fol. mihi* 459. Alex. Trentacinq. *d. resol. n.*5. ubi dicit principalem conclusionem, videlicet ex mutuo contractu Ecclesiam non teneri, habere locum quando pro satisfactione oportet pervenire ad distractionem rerum immobilium, secus verò si potest satisfieri creditori de fructibus.

3 Ad *num.* 18. De modis, & conjecturis, quibus probari potest versio mutui in utilitatem Ecclesiæ, vide Card. Mantic. *d. lib.*8. *tit.*14. *&* 15. Fachin. *d. lib.*2. *cap.*46. Hector. Felic. *in tract. de societ. c.*31. *à n.*19. Gasp. Roder. *de annuis redditib. lib.*1. *q.*14. *n.*51. Rot. *apud Ludov. Cenc. post suum tract. de censibus, decis.*29. *n.*3. ubi dicit quod versio in causam expressam probatur conjecturis, & præsumptionibus, Azeved. *l.*6. *n.*7. *tit.*2. *lib.*1. *Recop.* Montan. *de tutel. c.*33. *n.*117. *cum seqq.*

De Donationibus.

Tit. XXIV.

Ad Rubricam.

D *num.*4. Hanc Azonis definitionem, qui donationem dicit esse rei licitæ nullo jure cogente mera liberalitate factam collationem, sequi videntur Anton. Gom. *tom.*2. *cap.*4. *num.*1. Sebast. Medices *de definit. part.*2. *c.*54. Mozz. *de contractib. tract. de donat. in princ. num.*3. Azeved. *in rub. n.*1. *tit.*10. *lib.*5. *Recop.* Mathienz. *l.*1. *gloss.* 2. *n.*1. *eod. tit.*10. Anton. Fab. *in suo Cod. tit. de inoff. donat. definit.*6. *n.*15. Mendoza *de pactis, lib.* 3. *c.*3. *q.*3. *n.*16. Mieres *de major. p.*1. *q.*22. *n.*177. Cardos. *in praxi judicum, verbo donatio, n.*1. Castill. *controvers. lib.*5. *c.*89. *n.*19. Camill. Borrel. *in summa decis. part.* 3. *tit.*8. *n.*87. *& tit.*10. *num.*1. 3. *&* 7. 1

SUMMARIUM.

1 *Donatio propter ingratitudinem donatarii revocari potest.*

2 *Ingratitudinis in detestationem qui scripserint referuntur.*

3 *Ingratitudo displicet Deo, & dicitur hostis gratiæ, & inimica salutis.*

4 *Majoratus per viam donationis facti institutio potest revocari, si ingratitudo adversùs instituentem sit commissa.*

5 *Beneficiatus si ingratus fuerit illi, qui contulit gratiam, amittit beneficium, nisi necessitate officii scribat, aut agat pro valde conjunctis.*

6 *Vassallus ingratus feudo privatur.*

7 *Dos à patre data propter ingratitudinem non potest revocari.*

8 *Donatarius si ob suimet paupertatem donatori egenti subvenire non potest, ob id donatione privari non potest.*

9 *Filius pauper patrem alere non tenetur.*

10 *Pauper alium pauperem alere non tenetur.*

11 *Victum*

11 *Victum suum arctare quis non debet, ut alium alat.*

12 *Donatio revocatur ex gravi injuria verbali facta donatori.*

13 *Ius revocandi donationem ex causa ingratitudinis non transit ad hæredes.*

14 *Donator [illegible]verit causam ingratitudinis, ad ejus [illegible]redes transit jus revocandi donationem.*

15 *Donator contra hæredes donatarii agere non potest propter ingratitudinem à donatario commissam, si eo vivente de ea non fuit conquestus.*

Cap. Propter, fin.

1 AD *num.*2. Pro exornatione principalis conclusionis hujus textus, quod scilicet donatio propter ingratitudinem donatarii revocari potest, ultra citatos in collect. vide Mandos. *in tractat. de ingratitud. cap.* 121. Donel. *enucleat. comment. lib.*14. *c.*27. Castill. *controvers. lib.*3. *c.*10. *n.*59. Card. Tusch. *pract. conclus. littera D, conclus.* 711. *à numero* 1. Camill. Borrel. *in sum. decis. part.*3. *tit.*12. *de revocand. donat.* Alvarez *de privileg. pauperum, p.*1. *q.*42. *n.*10.

2 Ad *num.*3. In detestationem hujus vitii ingratitudinis, ultra citatos plura cumulant Palat. Rub. *in rub. de donat. inter virum & uxorem*, §.78. *n.* 18. Surd. *de aliment. tit.*6. *q.*2. *n.*11. *& q.* 37. *n.*9. *& tit.*8. *privil.*65. *n.*10. Seraph. *de privileg. juram. privil.*33. *num.*86. ubi multa specialia refert quæ statuta sunt contra ingratos, Mozz. *de contract. tit. quomodo annulletur, vel revocetur donatio, numero* 21.

3 Ad *num.*4. Adde S. Bernard. *super Cantic.* ita dicentem: *Ingratitudo est hostis gratiæ, inimica salutis, quoniam nihil ita displicet Deo quemadmodum ingratitudo*, &c. Seneca *de benef. lib.*4. ibi: *Pro se fugienda est res, ingratum esse, quoniam nihil æquè concordiam humani generis dissociat ac distrahit quàm hoc vitium*, &c. Plura adducit Alvarez *de privil. pauperum, p.*1. *q.*42. *à princ.* ubi *n.*2. *in fine*, dicit inter alia, quæ à jure contra ingratitudinis vitium constituta sunt, eam maximè vigere pœnam, ut ingratus beneficii accepti amissione puniatur.

4 Ad *num.*5. De majoratu, si per viam donationis sit factus, & ingratitudo adversus instituentem sit commissa, vide præter citatos Mier. *de major. p.*1. *q.*22. *n.*191. *cum seqq.* Spin. *in speculo testam. gloss.* 20. *n.*57. ubi refert Tiraq. Gom. Peraltam, & Mench.

5 Ad *n.* 6. De clerico instruente judicem, vel scribente contra suam Ecclesiam, qui tanquam ingratus potest beneficio suo privari, vide Ludov. Roman. *cons.*459. *per tot.* & ibi ejus *addit. n.*1. *lit. A, verb. concludo quod sic*, quem sequuntur Card. Tusch. *pract. conclus. lit. I, concl.*132. Alvarez. *d. q.*42. *num.*11. Mandos. *in tract. de ingratitud. cap.*70. ubi ex Innoc. & Abb. limitat si ex necessitate officii scribat, vel si agat pro valde conjunctis.

Ad *n.*12. De vassallo ingrato, qui feudo privari potest, agunt Mandos. *d. tract. de ingratitud. c.*62. ubi *c.*139. causas ingratitudinis refert, quæ respectu vassalli considerari possunt, Camill. Borrell. *d. tit.*10. *n.*14. Alvarez *d. q.*42. *n.*8. 6

Ad *n.*16. De dote à patre data, quæ propter ingratitudinem non potest revocari, præter citatos in collect. vide Boër. *decis.*27. *num.*3. Mathienz. *l.*1. *gloss. fin. n.*3. *tit.*6. *lib.*5. *Recop.* Mier. *de major. p.*1. *q.*22. *num.*196. *& n.*199. Guttier. *de juram. confirmat. p.*1. *c.*10. *n.*4. Pinel. *in l.*1. *C. de bonis mat. p.*3. *n.*62. *illat.*32. *vers. sed contra*, Cevall. *commun. q.*73. *n.*5. nisi respectu uxoris soluto matrimonio, Pinel. *citato loco*, Mathienz. *d. l.*1. *gloss. fin. n.*3. *vers. sed quoad mulierem*, Mieres *d. quæst.*22. *n.*197. *&* 198. Cancer. *var. p.*3. *c.*2. *de inventar. n.*221. ubi tradit privilegia, quæ conceduntur rei gestæ favore alicujus matrimonii, cessare soluto eo per mortem viri sine liberis, Angul. *in l.*1. *tit.*6. *de meliorat. lib.*5. *gloss.*10. *n.*2. Cevall. *d. q.*73. *n.*6. Fontanel. *de pactis nupt. claus.*4. *gloss.*28. *n.*21. ubi *n.*18. intelligit hoc non procedere si antequam de ingratitudine donator conquereretur, mulier secundas contraxerit nuptias, & eandem dotem viro tradiderit. 7

Ad *n.*17. *in fine.* Limita denique quando donatarius ob suimet paupertatem donatori egenti subvenire non potest, ut per Surd. *de aliment. tit.*1. *quæst.*48. *n.*34. *cum seqq.* qui *tit.*7 *q.*28. *n.*4. *cum seqq.* idem dicit de liberto, qui patrono ob paupertatem de necessariis non providet: & *q.*29. idem comprobat in servo quoad dominum de jure saltem Canonico, & in terris Ecclesiæ: & ibidem *num.*10. agit de filio quoad patrem, quem alere non teneri filium pauperem resolvit, 9 & *eod. tit.*7. *q.*8. *per tot.* idem in patre quoad filios, *& q.*30. *à n.*2. *& q.*31. *per tot.* de vassallo, vel subdito quoad dominum agit. Quorum omnium evidens ratio est, quia pauper 10 alium pauperem alere non tenetur, ab obligationeque alendi aliàs subsistente paupertas eximit, *l. pen. in fine*, *& l. si quis à liberis* 5. §. *fin. ff. de liber. agnosc.* Charitas namque bene ordinata à seipso incipit, ut in omnium ore versatur, *l. Præses, C. de servit. & aqua*, cum ibi per me notatis. Nec victum suum arctare quisque debet, ut alium alat. 8

Natt.

Natt. *conf.*387. *n.*8. Surd. *d. tit.*7. *q.*8. *n.*9. *& q.*29. *in princ. ante n.*1. *& quæst.*14. *num.*9. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 552. *num.*2.

12 Ad *num.*19. Quod ex gravi injuria verbali facta donatori donatio revocetur, ultra citatos tenent Anton. Gom. *var. tom.*2. *c.*4. *num.*14. Menoch. *de arbitr. casu* 130. Donel. *enucleat. comment. lib.*14. *c.*27. *in princip.* & ibi Illiger. *lit. A*, Guttier. *conf.*24. *n.*1. Camill. Borrel. *d. p.* 3. *tit.*12. *n.*6. Ioan. Bapt. Costa *de facti scient. & ignor. dist.*53. *n.*18.

13 Ad *num.*23. Quod jus revocandi donationem ex causa ingratitudinis non transeat ad hæredes, præter citatos tenent Covar. *in c. Raynutius, n.*7. *de testam.* Tell. *in l.*7. *Tauri, n. fin.* Petr. Greg. *syntagm. juris lib.*28. *c.*15. *n.*8. Anton. Gom. *tom.*2. *var. c.*4. *n.*14. Thesaur. *decis.*121. *n.*1. *& decis.*124. *n.*2. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.*48. *& tit.*7. *q.*15. *n.*6. Molin. *de primog. lib.*1. *c.*9. *n.*36. *& lib.*4. *c.*11. *n.*44. Anton. Fab. *in suo Cod. lib.*8. *tit.*38. *de revoc. donat. definit.*14. Illiger. *ad Donel. comment. juris Civilis lib.*14. *cap.*28. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.*28. *n.*35. Camill. Borrel. *d. tit.*12. *num.*9. Cald. Pereira *qq. forens. lib.*1. *q.*20. *n.*50.

14 *Ibid. in vers. intellige.* Nota quod si donator ignoraverit causam ingratitudinis, vel si scivit, & non habuit tempus competens ad agendum, tunc ab hæredibus objici potest, & ad eos hoc jus transit, ut per Molin. *de primog. lib.*1. *c.*9. *n.*37. D. Barbos. *in l* 2. *in princ. n.*128. *ff. soluto matrim.* Camill. Borrel. *d. tit.*12. *n.*12.

15 Contra hæredes donatarii donator agere non potest propter ingratitudinem à donatario commissam, si eo vivente de illa non fuit conquestus. Ita Molin. *de primog. lib.*4. *cap.*11. *num.*44. Mathienz. *l.*7. *gloss.*5. *num.*14. *&* 15. *tit.*10. *lib.*5. *Recopilat.* Surd. *de aliment. tit.*1. *q.*48. *n.*43. D. Barbos. *d. l.* 2. *in princ. num.*134.

De Peculio clericorum.

TIT. XXV.

CAP. Si quis, ult.

1 AD *num.*2. Quod Prælatus, vel Clericus debet utiles expensas & melioramenta in rebus Ecclesiæ de bonis ipsius clerici, vel Prælati facta deducere, ultra citatos *in collectan.* docent Abb. *in præsenti, num.* 2. *& in cap. de multa, n.* 14. *de prabend.* Boër. *decis.* 44. *num.*14. *versic. idem in eo, qui expensas fecit*, Gregor. Lop. *l.*41. *gloss.*5. *verbo que descuente en ella, propè fin. tit.*28. *part.*3. Menoch. *remed.*11. *recup. n.*16. Peregr. *de fideicomm. art.* 50. *num.*43. Surd. *cons.*183. *n.*6.

De Testamentis.

TIT. XXVI.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus de patrimonialibus, & aliunde, non autem intuitu Ecclesiæ quæsitis, liberè disponere potest.*
2 *Episcopo regulari de bonis etiam patrimonialibus, vel aliunde acquisitis testari non licet.*

CAP. Quorundam I.

AD *num.*6. Quod Episcopus de bonis patrimonialibus, & aliunde, non autem intuitu Ecclesiæ quæsitis liberè disponere possit, probat hic text. cui consonant *c. cùm Episcopi*, 12. *q.* 1. *& c. placuit*, 12. *q.*3. *& cap. fixum, etiam* 12. *quæst.*5. resolvunt ultra citatos *in collect.* Sarmien. *de redditib. Eccles. p.*3. *c.*3. *n.*4. Maurit. de Alzedo *de præcellentia Episcop. dignit. p.*1. *c.*14. *n.*2. Ioan. de Solorzano *de Indiarum gubernat. tom.* 2. *lib.*3. *c.*10. *n.*1. *&* 2. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, p.* 3. *alleg.* 114. *ex n.* 10. me citato, novissimè Pareja *de universa instrum. edit. tit.*5. *resol.*5. *n.*3. *&* 4. 1

Ad *num.*7. Quod Episcopo regulari testari, vel in ultimo elogio disponere de bonis etiam patrimonialibus, vel aliunde quæsitis non liceat, ultra citatos docent Maurit. de Alzedo *d. cap.*14. *num.*7. *cum seqq.* Ego ipse *d. alleg.*114. *ex num.* 10. me citato, Pareja *d. resol.*5. *num.*9. 2

SUMMARIUM.

1 *Monachus testari non potest.*
2 Auth. si qua mulier, C. de sacros. Eccles. *intelligitur.*

CAP. Quia ingredientibus II.

AD *num.*4. Monachum testari non posse probat hic text. & Doctores *in collect.* citati *sub hoc n.* Sed obstat maximè §. *si qua mulier, in Auth. de sanctiss. Episcop.* repetitus *in Auth. si qua mulier, C. de sacros. Eccl.* Decretorum 1

totum libro inserta *in cap. si qua mulier*, 19. *q.* 3. ac proinde Ecclesiasticorum moribus comprobata, in qua agens de patre intrante Religionem sic dicitur: *Sed si persona liberos habens antequam de rebus suis inter eos disponat, monasterium intret, liceat ei postea inter eos dividere, legitima nulla diminuta, & quod eis non dederit, monasterio competet. Sed si omnem substantiam inter eos filios dividere voluerit, partem sibi retineat, quæ monasterio competere debet*, &c. Et ita videtur licere Monacho disponere de rebus suis dividendo sua bona inter filios; & sunt qui affirment divisionem verè testamentum esse, inde sumpto argumento, quod unaquæque bonorum dispositio per modum quotæ & universitatis testamentum credi potest, allegant *leg. quoties, C. famil. hercisc. l. hæreditatem, Cod. de codicill.* Negant alii, & non testamentum, sed puram divisionem quotæ contendunt esse, quam professus facere permittitur, non quasi dominus, sed quasi minister constitutus à lege. Cum hac negativa sententia pertransit Læl. Mancin. *disquisit. genialium, & anniversar. juris disp. cent.* 2. *cap.* 122. dicens se in ista simplici bonorum distributione non invenire testamenti rationem. Testamentum est sententia libera nostræ voluntatis, *l.* 1. *ff. de testam.* Religiosus enim in sua illa bonorum divisione facienda inter liberos nihil potest proprio affectu, & voluntate decernere ultra id, quod ei præscribitur ab Imperiali lege, unde fit quod divisio illa nihil aliud est, quàm simplex administratio dependens ab indulgentia legis absque ullo dominio, vel jure; nam verba legis rem valde limitant, ex Suar. *de Relig. tom.* 3. *lib.* 8. *de paupert. cap.* 16. & concessio illa valde singularis est, quæ propterea non facilè dilatari potest extra proprios fines, quasi contra rationem legis generalis, *l. quod verò, ff. de legib.* Nec repugnat jus istud dividendi inter filios votivæ paupertati, quia pura administratio est pendens à lege, quæ ministrum facere Monachum potest, & quasi divisorium arbitrum, licèt non dominum, *cap. cùm ad monasterium, de statu monach.*

Cap. Cùm in officiis VII.

1 AD *num.* 6. Quod secundùm nostræ Hispaniæ consuetudinem possunt clerici omnes Præbendati, aut beneficiati, dummodo Episcopis inferiores sint, tam de bonis patrimonialibus, quàm de intuitu Ecclesiæ acquisitis testari; & si testamentum non condiderint, abintestato consanguinei succedere valent tanquam in bonis cujuscumque laici, ultra citatos *in collect.* Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 132. *aliàs* 135. *lit. A, in novissima impressione*, Valasc. *cons.* 165. *num.* 11. Castill. *controvers. lib.* 1. *c.* 79. *n.* 7. *in fine*, Solorzan. *de gubernat. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. *num* 11. novissimè Pareja *de universa instrum. edit. tit.* 5. *resolut.* 5. *num.* 20. novissimè Fr. Hieron. *in sum. morali, tract.* 1. *diffic.* 4. *dub.* 3. *num.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum in alterius voluntatem collatum quomodo valeat?*
2 *Textus in præsenti varii intellectus, & n.* 3. *&* 4.
5 *Verus intelligendi modus ad hunc textum refertur.*

Cap. Cùm tibi XIII.

POst *num.* 2. Urget dispositio hujus text. 1
pro eorum opinione, qui existimant valere testamentum jure Canonico, quod fuerit in alterius voluntatem collatum, ut apparet ex illis verbis, ibi: *In secunda quæstione dicimus, quod qui extremam voluntatem in alterius dispositionem committit, non videtur decedere intestatus.* Constat autem non valere ex testamento isto hæredis institutionem, si jus civile inspiciamus, *ut in l. illa institutio, ff. de hæred. instituen. Illa*, inquit, *institutio, quos Titius voluerit, ideo vitiosa est, quòd alieno permissa est arbitrio.* Nam satis constanter veteres decreverunt testamentorum jura ipsa per se firma esse oportere, non ex alieno arbitrio pendere.

Nonnulli intelligunt textum in præsenti 2
procedere in favorem piæ causæ, nec dubium hoc, si piæ causæ interfit, testamentum valere, tunc enim consentiunt omnes, solas jurisgentium solemnitates (si quæ ab eo jure sint, aut esse possint) servari oportere, *cap. relatum* 11. *c. cùm esses, hoc tit. cap. ult. de success. ab intest.* sed an appareat de interesse nullibi invenitur, non enim in hac re favor vertitur animæ, non Ecclesiæ, non Religionis, & adeò absoluta sunt verba Pontificis, ut qui de pia causa intelligi ea vellent, manifestè divinent, immò constat in testamento ipso piæ causæ servatam à Pontifice juris civilis subtilitatem: cum enim mero juris rigore prohibeatur ne testari filiusfam. possit de adventitiorum proprietate, quæ ex novissimis constitutionibus ei servabatur, *l. pen. C. qui testam. facere poss.* Connan. *comm. lib.* 9. *c.* 4. *n.* 4. Læl. Mancin. *sacri juris controv. dissert.* 6. *c.* 5. *&* 10. fuit tamen maximus hic rigor

gor in piæ causæ dispositione servatus per Bonif. *in c. licèt, de sepultur. in 6.* ibi: *Quanvis autem filiusfam. absque patris assensu sibi possit liberè eligere sepulturam, pro anima tamen sua præter ipsius assensum, nisi peculium castrense, aut quasi castrense habeat, aliquid judicare*, hoc est, supremo judicio relinquere, *nõ potest.*

3 Quidam hunc Innocentii III. locum de commissione distributoria capiunt, aut quando hæredis incerti ex certis electio alteri demandatur, ut sic non recedat Innocentius à juris Civilis ratione.

4 Alii ut Civilium legum correctionem evitent, existimarunt Innocentium nostrum de extremo judicio loqui voluisse, quod non in alterius liberam voluntatem committitur, sed dispositionem, hoc est, prudens arbitrium.

5 Quare novissimè Læl. Mancin. *disquisit. genial. & anniversar. juris disputat. centur. 2. cap. 110. num. 5.* putat aliam fuisse causam Pontificis, fuisse enim illi propositum, an quis videatur hæres institutus per hæc verba, *Committo meam voluntatem in dispositionem Titii*, aut his non absimilia: & respondisse, videri hunc hæredem institutum, quasi dictum esset: Titius hæres meus esto; qui enim de aliqua re liberè disponere jubetur, is dominus ejus rei est, cùm dominium nihil aliud sit ex Bart. quàm jus de re liberè disponendi, & mos veteribus fuerit ut hæredes quasi heros pro dominis appellarent, §. *ult. Instit. de hæred. qualit. & differ.* Sed & illa quoque institutio antiquitus valuit. Titius hæreditatis meæ dominus esto, *l. his verbis, ff. de hæred. instit.* Quid si quis ita dixerit, *Titium de hæreditate mea disponere volo*, utique idem erit: nam qui disponendi jus nanciscitur, is dominus est. Sic disponere testator dicitur, quia dominus, §. *disponat, in auth. de nupt.* & qui eo jubente disponit, dominus est; at ab eo, qui dixerit: Titium de hæreditate mea disponere volo, non longè est is, qui extremam suam voluntatem commiserit, seu contulerit in dispositionem Titii. Et denique sic Innocentius Pontifex interpretatus est, ut hæc verba institutionem faciant.

De Sepulturis.

Tit. XXVIII.

Cap. De his IV.

1 AD *num. 2.* Pro exornatione conclusionis ex textu desumptæ, quod scilicet ingressus Religionem tempore mortis non præjudicat portioni Canonicæ, debitæ Parochiæ, ultra Ludov. Miranda *in collect.* citatum, adde novissimè Noguerol *allegat. juris tom. 1. allegat. 26. num. 241.* ubi cum Alex. *cons. 81. num. 3. vol. 1.* subdit hujusmodi translationem esse causa mortis, quando infirmi transferunt se ad loca religiosa cum bonis suis, & ex illa infirmitate decedunt, *& n. 242.* cum *l. Castella 6. tit. 13. part. 1.* tenet in terminis hujus textus translationem bonorum dici factam in articulo mortis quando infirmus ex illa ægritudine decedit, *& num. 243.* hoc ipsum confirmat per *l. alumnæ*, §. *si post apertas, ff. de adimend. legat.* ubi asseruit testator, *quoniam cognovi Priscillianum filium meum in extremis esse*; & ad hoc verificandum dicit text. *si ex illa infirmitate Priscillianus decessit*; ex quo Bald. *in cap. 1. de pact. num. 234.* resolvit ex aliqua infirmitate decedentem dici omni tempore, quo durat, esse in articulo mortis.

De Decimis.

Tit. XXX.

Summarium.

1 *Prædium vinearum, ex quo tributum vini solvebatur, si reducatur ad aliam speciem, tritici scilicet, dominus prædii tenetur ex illa specie tributo satisfacere.*

2 *Decima debetur ex arboribus de novo plantatis in solo ubi nuces, vel vites erant.*

3 *Decimam præscribens in certa terra videtur quoad omnes illius terræ fructus præscripsisse.*

4 *Existens in quasi possessione decimandi fructus unius fundi, ex quo solum frumentum antea colligebatur, dicitur etiam in quasi possessione decimandi milium & alios fructus, qui postea loco frumenti sati fuerunt.*

5 *Quasi possessionem percipiendi decimas in aliena Parochia habenti de una specie fructuum, non datur manutentio respectu alterius speciei.*

6 *Possessio non continuatur, nec extenditur ad alios actus, quanvis sint ejusdem speciei, ubi manifestè jus resistit.*

7 *Manutentio an & quando detur ex possessione habita in re, quæ mutavit formam?*

Cap.

Cap. Commissum IV.

1 AD *num.* 4. Celebris est hic text. juncto *cap. cùm in tua*, *inf. hoc tit.* ad probandum quod si prædium vineatum, ex quo tributum certarum amphorarum vini solvebatur, ad similem, vel aliam, tritici scilicet, speciem reducatur, dominus prædii tenetur ex illa specie tributo satisfacere, elegans *textus in l. certo generi*, *ff. de servit. rustic. præd.* juncta gloss. cum addit. Bart. cujus verba sunt: *Certo generi agrorum acquiri servitus potest, veluti vineis, quòd ea ad solum magis, quàm ad superficiem pertinent, ideo sublatis vineis servitus manebit*, ubi *gloss. verb. actum*, dubium excitat, an si loco vineæ aliæ arbores plantentur, servitus consistat in earum fructibus, cui videtur satisfacere additio Bart. *ad ipsam gloss. pro intellectu ipsius textus, & glossa dic secundùm Bart. quod sic debet intelligi fructus vineæ, hoc est illius terræ vineatæ, hoc est, ut debeantur fructus arborum per istam legem*, &c. Ias. *in l. si fundum sub conditione*, §. *qui fundum* 18. *ff. de legat.* 1. *& in l.* 1. *num. fin. C. de jure emphyt.* Felin. *in c. auditis*, *n.* 19. *de præscript.* Chassan. *in consuet. Burg.*
2 *rubr.* 11. §. 6. *num.* 23. Rebuff. *de decim. q.* 14. *n.* 18. ibi, *Et de novo plantentur nuces, vel vites in uno prædio, in quo quis præscripserit decimam, eo casu etiam habebit decimam ex illis arboribus de novo plantatis, per d. cap. cùm in tua, ubi communiter DD. nam præscribens in certa terra decimam, videtur quoad omnes illius terræ fructus præscripsisse*, &c. Gam. *Lusit.*
3 *decis.* 244. *num.* 5. dicens conclusum fuisse in Senatu teneri ad quotam cujuscumque fructus, qui loco frumenti succedit, licèt de frumento solummodo convenisset. Cov. *pract. c.* 37. *n.* 5. ibi, *Nec poterit adversùs eum allegari quod non est in ea possessione, quia mutat speciem fructuum, & agriculturam: est ad hoc text. celebris in cap. cum in tua, de decim. ubi probatur quod possidens, & ratione possessionis præscribens jus percipiendi decimas, exceptis agris, censetur præscripsisse illud jus, non tantum quoad fructus consuetos colligi, & percipi, sed & quoad noviter plantatos, & seminatos: ecce igitur quod possessio in una specie fructuum, quæ procedit ab una radice, nempe à jure decimandi, prodest, ac censetur obtineri quoad alias quascumque fructuum species*, idem Cov. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 13. Burg. de Paz *cons.* 50. *à num.* 14. ibi, *Et cùm tam herbarum fructus, quàm frumenti sit ejusdem agri & terræ, diverso jure censeri non debent*, &c. & paulò inferiùs: *Item & si culturæ mutetur qualitas, non verò substantia, una eademque res judicatur*, *l. pacta conventa*, *ff. de contrah. empt. l. quæsitum*, §. *illud*, *ff. de legat.* 3. Mieres *de major. part.* 1. *quæst.* 10. *num.* 117. Marescot. *var. lib.* 1. *cap.* 11. *numero* 31. *&* 32. Guttier. *canon. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 97. *cum seqq.* latè & eleganter Valasc. *cons.* 58. *à num.* 14. Monet. *de decim. cap.* 1. *num.* 79. Valenzuel. *consil.* 33. *numero* 54. *cum seqq.* quem refert & sequitur, ac copiosè exornat Castill. *tom.* 7. *de tert. cap.* 15. *à num.* 23. Salgad. *de protect. Reg. part.* 3. *cap.* 10. *à num.* 120. & meliùs *num.* 314. *cum tribus seqq.*

Vnde existens in quasi possessione decimandi fructus unius fundi, ex quo solùm frumentum antea colligebatur, dicitur etiam in quasi possessione decimandi milium, & alios fructus, qui postea loco frumenti sati fuerunt, Rebuff. *de decim. quæst.* 14. *num.* 18. *&* 25. Posth. *in tract. de manutent. observat.* 73. *num.* 155. nisi quis probaret quasi possessionem percipiendi decimas in aliena parochia de una specie fructuum, quia tunc non daretur manutentio respectu alterius speciei, quia jus resistit huic possessioni, Marescot. *variarum resolut. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 30. Posth. *d. observat.* 73. *num.* 181. Ubi enim manifestè resistit jus, possessio non continuatur, nec extenditur ad alios actus, quanvis sint ejusdem speciei, Beltramin. *ad Gregor. XV. decis.* 557. *num.* 12. *in fine*, Rot. apud Vivian. *decis.* 88. *num.* 8. & coram Cavaler. *decisione* 487. *num.* 4. plures per Post. *d. obser.* 73. *numero* 177. quia tunc non dicitur possessio, vel quasi, sed potiùs iniqua occupatio, quæ nihil occupatori prodest, ex eodem Post. *dict. tractat. observat.* 44. *à numero* 20. An autem & quando manutentio detur ex possessione habita in re, quæ mutavit formam? Resolve quod manutentio datur quando mutatio est extrinseca, secus quando mutatur substantia, vel totalis forma in aliam diversam, de quo latè Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 314. *num.* 22. *cum sequentibus*, Posth. *d. observat.* 73. *n.* 12. *cum seqq.* Rota *apud eundem decisione* 117. *&* 146.

Marginal numbers (right column): 4, 5, 6, 7

Cap. Ex litteris XIV.

AD *n.* 4. Pro exornatione receptæ conclusionis, quod decimæ quoad congruā à jure divino descendunt, quoad quotā verò à jure positivo habentur, præter citatos in collect. docent Villalob. *in summa, tract.* 33. 1 *diffic.* 1.

*diffic.*1. *num.*7. Bleinian. *de benef. lib.*1. *c.*4. *à n.*9. Gilchen. *ad Auth. quas actiones, n.*11. *cum seqq. C. de sacros. Eccles.* Guttier. *canon. lib.*2. *c.*21. *n.*7. *cum seqq.* Less. *de Iustit. lib.*2. *c.*39. *dub.*1. *n.*4. *cum seqq.* Reinos. *observ.*50. *num.*1. Squillante *de privil. clericor. c.*3. *n.*5. Castill. *tom.*7. *de tert. c.*10. *n.*7. *cum seqq.* Valenzuel. *cons.*114. *n.*5. *cum seqq. & cons.*146. *n.*5. Didac. de Britto *in c.*2. *de locato, p.*1. *n.*30. *cum seqq.* Felician. de Vega *in cap. clerici, de judic. n.*43. Machado *en su perfetto Confessor, y Cura de Almas, lib.*2. *p.*4. *tract.*10. *docum.*1. Ioan. Franc. Ansald. *de jurisdict. p.*2. *tit.*4. *c.*1. *ex n.*1. Ego *de jure Eccles. univers. lib.*3. *c.*26. *in init. n.*6. & 7. & §.3. *n.*64.

Cap. Cùm sint XVIII.

1 AD *num.* 3. Quod ad hoc ut decimæ non solvantur, vel minus solvantur, locus est consuetudini, præter in collect. relatos tenent Covar. *lib.*1. *var. cap.*17. *n.*2. Vincent. de Franchis *decis.*124. *num.*2. Monet. *de decim. cap.*5. *num.*87. Cardin. Mantic. *decis.*341. *num.*2. Villalob. *in sum. tractat.*33. *diffic.*1. *num.*6. Valenz. *cons.* 114. *num.* 12. Castill. *tom.*7. *de tert. c.*13. *num.*28. Machado *en su perfetto Confessor, y Cura de Almas, lib.*2. *p.*4. *tract.*11. *docum.*2. & 3. Ioan. Franc. Ansald. *de jurisd. p.*2. *tit.*4. *c.*4. Cujus consuetudinis virtute Paul. de Castro *cons.*17. *lib.*2. tenet posse præscribi ut de certis fructibus, ac ex pascuis præcipuè decima non solvatur, sequuntur Covar. *dict. cap.*17. *num.*8. Guttier. *canon. lib.*2. *cap.*17. *num.*8. Monet. *d. cap.*5. *n.*92. Azor. *instit. moral. p.*1. *lib.*7. *c.*37. *q.*2. Ottero *de pascuis, c.*35. *n.*2. & 9. Valenz. *cons.*146. *n.*10. Vasq. *in opusc. de benef. cap.*1. §. *unic. dub.*7. Ego *de jure Eccles. univ. lib.*3. *c.*26. §.3. *num.*65.

SVMMARIVM.

1 *Papa eximere potest laicos à solutione decimarum.*

2 *Papa potest concedere alicui Principi laico quod percipiat decimas omnium locorum infidelium, vel hæreticorum, quos poterit subjugare.*

3 *Hispaniarum Regibus concessit Alexander VI. ut Indiarum decimas & primitias haberent cum certo onere, de quo hîc.*

4 *Regia suprema Tribunalia privativè cognoscunt de litibus, & quæstionibus exortis super decimis, quæ semel Regibus concessæ sunt.*

Cap. A nobis XXIV.

AD *num.*1. Quod Papa possit laicos eximere à solutione decimarum, præter citatos in collect. docent *l. Castel.* 23. *tit.*19. *part.*1. ibi, *Soltar puede el Apostolico por su privilegio, si los quiere facer gracia que no den diezmo de algunas Iglesias por tiempo señalado, ò por siempre, segun lo tubiere por bien,* ubi Greg. Lop. *gloss.*2. ibi, *Potest ergo Papa secundùm Host. concedere alicui Principi laico quod percipiat decimas omnium locorum Paganorum, vel hæreticorum, vel schismaticorum, quos poterit subjugare, & ad unitatem Ecclesiæ adducere, vel reducere,* &c. ob maximos scilicet labores & expensas in locorum hujusmodi acquisitione factas, ut per Bellug. *in speculo Principum, rubr.* 13. §. *tractemus, num.*36. Æn. Robert. *lib.*3. *rerum judic. cap.*1. *fol.*552. in universum quod laico possit Papa decimas concedere, resolvunt D. Barbos. *in lege Titia, num.* 40. *ff. soluto matrim.* Gilchen. *in auth. quas actiones, num.*11. *Cod. de sacrosanct. Eccles. & de præscript. p.*3. *cap.*8. *num.*18. Fr. Emman. *quæst. regular. tom.*2. *quæst.*44. *art.*3. Camill. Boriel. *de præstantia Regis Catholici, cap.*59. Mart. *de jurisdict. p.*2. *cap.*43. *à n.*46. Bobadil. *in politica, lib.*2. *cap.*18. *num.*146. & *seq.* Calixt. Ramirez *de lege Regia*, §.31. *ex num.*3. Cabed. *decis.*63. *ex num.*1. *p.*2. Melch. Reinoso *observat. lib.*1. *observat.* 50. *à num.*5. Franc. de Leon *Valent. decis.*3. *num.*11. *part.*1. Valenz. *cons.*71. *num.*22. & *cons.*88. *num.*27. Solorz. *de jure Indiarum, tom.*2. *lib.*3. *c.*21. *num.*21. 1 2

Vnde *Alexander VI. summus Pontifex in Const.*1. *sua incip. Eximiæ devotionis, sub Dat.*16. *Kalend. Decembris* 1591. concessit Hispaniarum Regibus ut Indiarum decimas, & primitias haberent cum onere Fidei prædicandæ, & propagandæ, & Ecclesias, ac ministros Ecclesiasticos, vel quos pro tempore erigi, & nominari desiderarent, fundandi, ac erigendi, & competenter dotandi, & sustentandi, quam refert Solorzan. *d. lib.*3. *cap.*1. *n.*7. 3

Et de litibus & quæstionibus super decimas exortis, quæ semel Regibus concessæ sunt, sive in facto, sive in jure consistant, Regia suprema Tribunalia privativè cognoscunt, & pronuntiant. Ita Covar. *pract. cap.*35. *num.*12. *vers. tertiò quoties*, Guttier. *pract. lib.*1. *quæst.*14. *n.*4. Cabed. *d. decis.*63. *num.*4. Calixt. Ramirez *d.* §.31. *n.*4. D. Barb. *in d. l. Titia, num.*42. Fontanel. *de pactis nupt. claus.* 4. *gloss.*13. *part.*2. *num.* 58. Franc. Hieron. Leon *d. decis.*3. Anastas. Germon. 4

de sacror. immun. lib.3. cap.19. num.90. Steph. Gratian. *disceptat. forens. cap.238. num.58.* Anguian. *de legib. lib.2. controv. 13. num.27.* Castill. *d. tom.7. de tert. cap.12. à num.20.* Felician. de Vega *in cap. qualiter & quando, n.10. de judic.* Didac. de Britto *ad cap.2. de locato, p.2. num.36. in fine*, Solorzan. *d. lib.3. cap.1. n.42. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Pauper à decimarum præstatione excusatur.*

2 *Ecclesia, seu ejus ministri debent cum paupere misericorditer se gerere.*

3 *Tributum dicitur reale, & prædio inhærere, ex eo quod debeatur de fructibus alicujus prædii, & soli.*

4 *Servitus super terris vineatis imposita, ut ex fructibus persolveretur, realis est.*

5 *Partem fructuum alicujus prædii habens dicitur habere partem prædii.*

Cap. Tua XXVI.

1 Ad *num.8.* Vnde pauperem à decimarum præstatione non excusari tenent Perez *l.1. gloss.1. verb. temporale, vers. ulterius & quintò, tit.5. lib.1. Ordinam.* post Menoch. Ioseph. Ludov. Petr. Gregor. Anastas. Germon. Cevall. & alios Camill. Borrel. *in sum. decis. part.1. tit.19. de decim. num.1.* Card. Tusch. *pract. conclus. lit. D, conclus.62. num.4. cum seqq.* Et saltem nisi extrema necessitate prematur, agnoscunt Bellencin. *de charit. subsid. quæst.77. num.2.* Cornel. Benincas. *de paupert. spec.4. princip. num.29.*
2 subdens Ecclesiam, vel ejus ministros debere cum paupere misericorditer se gerere, tantumque ei relinquere, quo vivere possit, Marc. Anton. Genuens. *in praticab. Eccles. quæst.200.* Vincent. Carot. *decis.52. num.6.* Buccaron. *de different. inter judicia civil. & crimin. differ.100. numero 12.* Quicquid teneant Cevall. *commun. contra commun. quæst.729. numero 22.* Aloys. Ricc. *in praxi var. resolut. resol.115. per tot.*

3 Ad *num.13.* Quod tributum censetur reale, & prædio dicitur inhærere ex eo tantum quod debeatur de fructibus alicujus prædii & soli, & ex eis persolvi debeat, videtur expressè probari *l. certo generi, ff. de servit. urb. præd.* ex quo in-
4 fertur notandum, servitutem super terris vineatis impositam, ut ex fructibus persolveretur, esse realem, id est ad solum magis quàm ad superficiem pertinere, textus celebris *in lege annua 20. §. Attia, ff. de annuis leg.* melior text. *in l. cùm certus, ff. de tritico, vino, & oleo leg.* text. *in l. nihil proponi 123. ff. de legat.1.* ibi; *salva tamen causa legati*, &c. secundùm interpretationem Bartholi & aliorum *ibi*, Perez de Lara *de anniversar. & capellan. lib.1. cap.2. à num.2.* Salazar *de usu & consuet. cap.11. numero 34.* Valasc. *consult. 82. num.8.* Ratio est, quia habens partem fructuum alicujus prædii, dicitur habere partem prædii, ex eleganti textu *in lege si alii fundum, ff. de usufruct. legato, l. ususfructus 4. ff. de usufructu*, quam rationem expressè amplectuntur Moneta *de decim. cap.4. quæstione 3. numero 89.* Valenzuel. *consil.33. à num.44.* Molin. *de primogenit. lib.2. cap.17.* Castill. *tom.7. de tert. cap.15. numero 23.* ibi, *Et dicuntur reales præstationes: nam qui habet partem in fructu, censetur etiam habere partem in fundo, unde non mirum si prædia afficiat, prout insinuat text. in c. cùm in tua, de decim.* &c. 5

SVMMARIVM.

1 *Decimarum exemptio nunquam censetur concessa per extensionem, aut communicationem privilegiorum aliarum Religionum.*

2 *Exemptio à decimis non suffragatur, nisi in specie derogetur dispositioni* cap. nuper, de decim.

Cap. Nuper XXXIV.

Ad *num.4.* Et est conclusio recepta in Rota, quod nunquam censetur concessa exemptio decimarum per extensionem, aut communicationem privilegiorum aliarum Religionum, ut videre est apud Farin. *decis.214. num.5. part.2. recent. & decis.40. part.4. recent.* & coram Coccino *inter ejus impressas decis.279.* ubi fuit dictum exemptionem monasterii de Guadalupe super decimarum exemptione concessam, alii monasterio non prodesse ad ipsius exemptionem, & redditur ratio ibi: *Et quanvis Papa processerit per viam communicationis omnium & singulorum privilegiorum, & præcipuè illorum, per quæ eximuntur à decimarum, procurationum, visitationum, præstationum, & subsidiorum, ac aliorum onerum quorumcunque præstatione, à quibus est exemptum monasterium de Guadalupe, tamen ista communi-* 1

nicatione non veniunt illa, quæ de facili concedi non solent, nisi de eis sit facta specialis mentio, &c. & coram Card. Cavaler. *decis.*247. *num.*10. & 11. resolvunt Cancer. *var. resolut. lib.*1. *c.*23. *de decim. n.*13. *in* 2. *edit.* Camill. Borrel. *in summa decis. p.*1. *tit.*19. *de decim. num.*34. Tamburin. *de jure Abbatum, tom.*1. *disp.*15. *q.*18. *à n.*34. *usque ad* 38. & *disp.*17. *q.*2. *n.*6. Trullench *in præcepta Decalogi, lib.*3. *cap.*3. *dub.*11. *n.*4. *vers. hinc fit*, *pag.*611. Ego ipse *de officio, & potest. Parochi, c.*28. §.3. *n.*41. & *de jure Ecclesiast. univ. lib.*3. *cap.*26. §.3. *num.*41.

2 Ad *num.*2. *in fine.* Quod exemptio à decimis non suffragatur, nisi in specie derogetur dispositioni hujus text. ultra citatos in collect. docent Ioan. Franc. de Leon *in thesauro fori Eccles. p.*2. *c.*12. *n.*69. *cum seqq.* Guttier. *canon. lib.*2. *cap.*21. *n.*136. Camill. Borrel. *d. p.*1. *tit.*19. *de decim. num.*42. Rota *decis.*122. *per tot. præcipuè n.*4. & *decis.*123. *p.*1. *divers.* & apud Posth. *in fine sui tract. de manutent. decis.*157. *n.*4.

De Regularibus.

Tit. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in supplementum probationis semplenè probanti in causa matrimoniali non deferendum, secundùm unam sententiam.*

2 *Matrimonialis causa est gravis, & ardua.*

3 *Iuramentum suppletorium in causa matrimoniali deferendum, secundùm aliorum sententiam.*

4 *Tertia opinio distinguit an petens juramentum suppletorium nitatur pro matrimonio, aut contra matrimonium.*

5 *Aliter distinguunt alii inter casum, in quo solum adest semiplena probatio, & inter illum, in quo aliquid ultra semiplenam probationem probatum est.*

Cap. Vidua IV.

1 D *num.*6. Dubia quæstio est, an & quando juramentum in supplementum probationis in causa matrimoniali semiplenè probanti deferendum? In qua duplex est dire-
2 ctè contra scribentium opinio. Prima tenet deferri non posse, quia est causa gravis & ardua: ita Gloss. Panormit. & nonnulli alii *in cap. mulieri, de jurejur.* Zaz. *cons.*3. *in princ. lib.*2. Ioan. Bapt. Ferret. *cons.*197. *n.*7. *p.*1. Selv. *in tract. de jurejur. part.*2. *q.*3. Socin. sen. *reg.*104. *num.*78. Petr. Andora *lib.*9. *commun. opin. verb. juram. fallent.*63. Nic. Gravat. *cons.*82. *n.*6. & *cons.*83. *n.*13. *inter consilia matrimonialia Ziletti* Card. Tusch *pract. conclus. lit. T, concl.*540. *n.*48. Camill. Borrel. *in sum. decis. p.*1. *tit.*54. *de juram. supplet. n.*45. plures per Farin. *frag. crimin. part.* 2. *lit. I, num.*1243.

Altera verò est opinio præcedenti contraria, quinimò nullam in hoc esse specialitatem inter causas matrimoniales & alias, posseque indistinctè juramentum suppletorium in causa matrimoniali deferri; & probari videtur *in cap. attestationes, de despons. impub.* ubi in causa matrimoniali juramentum delatum fuisse legitur. Et hanc partem sustinent *gloss. in præsenti*, Azor. *in summa, circa med. C. de rebus cred.* Host. *in sum. de clandest. despons. num.*5. & *de jurejur.* §. & *super quibus, num.*5. *vers. quid de causa monachationis*, idem Host. *in d. cap. mulieri*, & *in cap. ult. de jurejur.* Archid. *in cap. si quis Presbyter*, 2. *q.*4. & *in cap. viduas autem velare*, 27. *q.*1. Socin. *reg.*204. *fallent.*78. Curt. jun. *in l. admonendi, num.*67. *ff. de jurejur.* & ibi Roman. *num.*85. Zaz. *cons.*9. *in fine, lib.*2. Ioan. Bapt. Villalob. *lib.*9. *commun. verbo juramentum defertur, fol.*604. Nicol. Mozz. *in tractat. de contractib. tit. de matrim. cap. de naturalib. matrim. incip. Capio quartam columnam, num.*35. 3

Sed utraque opinio sub fœdere distinctionis conciliända est. Quod aut petens juramentum suppletorium nititur pro matrimonio, aut contra matrimonium. Si contra matrimonium, procedat prima opinio denegans juramentum suppletorium. Si verò pro matrimonio, procedat secunda opinio admittens in causa matrimoniali delationem juramenti, dummodò non tractetur de infringendo alio posteriori matrimonio. Ita distinguendo tradidit Archid. *in d. cap. viduas*, post disputationem tandem concludens, quod melius & tutius est ei deferri juramentum, qui matrimonium asserit esse contractum, Crav. *cons.*73. *num.*4. *vers. videmus in simili*, Roman. *cons.*367. *num.*2. Capell. Tholos. *decis.*171. ubi Nicol. Aufrer. Gozadin. *cons.*77. *num.*12. Seraphin. *in tract. de juram. privil.*33. *num.*113. generaliter dicens in causa matrimoniali non deferri juramentum quando peteretur ad infirmandum, seu dirimendum matrimonium, secus si pro matrimonio, & ad illius favorem jurandum esset, ut in præsenti specie. 4

Vel

5 Vel alio modo possunt prædictæ duæ opiniones conciliari, quod prima delationem juramenti denegans procedat ubi solùm adest semiplena probatio, & ultra eam nihil concurrit. Deferri verò debeat, juxta secundam, quando aliquid ultra semiplenam probationem probatum sit, vel per alios testes minùs concludentes, vel per testes de auditu, vel per quamlibet aliam præsumptionem, seu conjecturam. Ita *gloss. ult. in præsenti*, Abb. *in d. c. mulieri, n. 6. vers. quid enim si actor*, Paul. de Castro *in l. 3. in princ. col. ult. de jurejur.* ibique Ias. *n. 26.* Bald. *in d. l. in bonæ fidei*, ubi Salic. *C. de rebus cred.* & post Bald. Roman. & Alex. Ias. *in d. l. admonendi, in 1. lect. n. 105. & in repet. num. 231. & n. 181.* ubi egregiè limitat casus omnes in quibus (quia gravis est & ardua quæstio) juramentum suppletorium non defertur, non habere locum quando in causâ probatio plusquam semiplena facta est: tunc enim & in spiritualibus causis, & matrimonialibus, cæterisque arduis tale juramentum deferri asserit. Hanc limitationem, seu concordiam necessariam, & notandam asserit Ias. & consentiunt Boër. *consf. 40. n. 69.* Corn. *consf. 135. col. fin. n. 1.* Socin. Sen. *consf. 136. lib. 1.* Bald. *consf. 122. & 113. lib. 2.* Paul. de Castro *consf. 87. lib. 1.* Tiraq. *de pœnis temperan. causâ 51. n. 47.* Lancel. Conrad. *in praxi, lib. 1. cap. 8. de offic. Prætor. in causa civili, §. 2. de juram. n. 5. limit. 8.* Crav. *consf. 73. n. 24. & 26. & consf. 198. n. 10. lib. 1.* & hæc opinio communibus suffragiis recipitur, teste Curt. Iun. *in d. l. admonendi, n. 67. vers.* postremò nota perpetuò, ubi ait facilè quempiam ultra semiplenam probationem aliquid probare posse, sicque obtinere ut juramentum sibi deferatur, Barbat. *in d. cap. mulieri, col. 4.* Aufrer. *in addit. ad Capell. decis. 161.* Ias. *in l. ait prætor, in fin. principii, ff. de jurejur.* Bald. *consf. 289. p. 2.* Et inter communes opiniones tradunt Petr. Andora *verbo juramentum, limit. 60. vers. limita secundò, & limit. 63. vers. subjicit*, Paul. Fichard. *verb. juramentum suppletorium fol. 617.* Suar. *commun. verb. jusjurandum in causis*: & in hanc sententiam omnes DD. convenire testatur Nicol. Gravat. *d. consf. 82. n. 15.* Corrasf. *lib. 3. miscel. cap. 4. n. 6. in fine*, Ioan. Bapt. Azin. *in tract. de exequut. §. 9. c. 37. col. 6. & 7. vers. attamen in hoc*, Covar. *de sponsalib. p. 1. cap. 4. n. 5.* Mascard. *de probat. concl. 957. num. 32.* Philip Mancin. *in tract. de jurejuran. part. 2. art. 6. n. 8. & 10.* Seraph. *d. privil. 33. n. 114.*

De Conversione conjugatorum.

TIT. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Conjux an & quando de consensu alterius in sæculo manentis, Religionem ingredi valeat, ostenditur.*

2 *Ætas quinquaginta annorum in fœminis, & sexaginta in viris est legitimum tempus, quo non eget Religionis ingressu conjux si alter velit de ipsius consensu Religionem ingredi.*

3 *Incontinentia in sexagenario non præsumitur.*

CAP. Cùm sis IV.

AD *num. 2.* Pro exornatione principalis conclusionis ex hoc textu desumi solitæ, quod scilicet consensus, etiamsi liber & spontaneus conjugis in sæculo manentis, sufficiens non sit, ut alter licitè ac rectè Religionem ingrediatur, sed utriusque conversio, & ingressus necessariò exigitur, nisi remanens in sæculo adeò sit senectute affectus, ut circa continentiæ suspicionem solo castitatis voto emisso possit in sæculo remanere, præter jam citatos *in collectan.* vide Gregor. Lop. per text. *ibi, in l. 38. in fine, tit. 6. p. 1.* Covar. *de sponsalib. p. 2. c. 6. §. 3. n. 4.* Nav. *in man. cap. 22. n. 52.* Petr. Greg. *in pr. juris Canon. lib. 3. tit. 21. c. 15. n. 2.* Fr. Emman. *qq. Regular. tom. 3. q. 13. art. 1.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 1. q. 6. vers. si quæras quid dicendum*, Rebell. *de oblig. Iustit. p. 2. lib. 3. de matrim. impedim. q. 4. sect. 2. num. 18.* Villalob. *in sum. tom. 1. tract. 3. diffic. 14. n. 2.* Accac. Ant. Ripol. *resol. juris c. 8. n. 268.* Hurtad. *de matrim. disp. 11. diffic. 9. num. 8.* Perez de Lara *in compendio vitæ hominis, c. 31. n. 41.* Ratio est, quia si maritus de consensu uxoris juvenis, ac in sæculo manentis, & è contra posset ad Religionem transire, proculdubio illius conversio uxori in sæculo relictæ perditionis, & incontinentiæ afferret periculum, cùm vix in adolescentia constitutus lascivientis naturæ titillationes comprimere, & contra ætatis fervorem resistere possit. 1

Ad *num. 5.* Hanc Thomæ Sanchez opinionem, resolventis quinquaginta annorum ætatem in fœminis, & sexaginta in viris, senectutis esse legitimum tempus, quo non eget Religionis ingressu conjux, sed potest in sæculo manere castitatis voto obstrictus, quoties de ipsius consensu 2

alter Religionis habitum suscipit, sequuntur Guttier. *de matrim. cap. 95. num. 2.* Bonacin. *eod. tract. quæst. 3. puncto 4. num. 12.* Filliuc. *in quæst. moralibus, tom. 1. tract. 10. p. 2. cap. 4. num. 133.* Perez de Lara *in compendio vitæ*
3 *hominis, cap. 31. num. 52.* dum asserit incontinentiam in sexagenario non præsumi, Ripol. *d. cap. 8. num. 272.* P. Antonin. *moral. resol. part. 4. tract. 4. resol. 73. vers. tertia opinio.* Quanvis in utroque sexaginta annos requirant Cordub. Ovand. Angl. & alii, quos refert Sanch. *d. disp. 32. n. 15.* quibus addo Azor. *d. part. 1. lib. 18. cap. 14. quæst. 11.* Rebell. *d. q. 4. sect. 2. num. 18.* Barthol. à Sancto Fausto *in thesauro Religiosor. lib. 5. quæst. 55.* Aloys. Variola *in aphorismis, lit. M, verb. maritus sexagenarius*, Aloys. Ricc. *in praxi, p. 2. decis. 131. & 135.* Et licèt id totum omnino ex arbitrio pendere, ex circumstantiis personæ, valetudinis, roboris & anteactæ vitæ, dicat Basil. Pont. *in tract. de matrim. lib. 9. cap. 12. n. 3. ad finem.*

De Voto, & voti redemptione.

TIT. XXXIV.

SUMMARIUM.

1 *Vovens adolescentiæ tempore religionem, si adeò senex sit, ut viribus ad religionis onera subeunda destitutus sit, à voti obligatione liber manet.*
2 *Senis valetudo infirmitas est.*
3 *Senes aliqui licèt sint annosi, bona gaudent valetudine.*
4 *Indicus homo trecentos & triginta quinque vixit annos.*

CAP. Magnæ VII.

1 AD *num. 5.* Notatur etiam hic textus ad hoc, quod vovens adolescentiæ tempore Religionem, si adeò senex sit, ut viribus ad Religionis onera subeunda destitutus sit, à voti obligatione liber manet, ut per Ludov. Lop. *in instructor. conscient. part. 1. c. 44. col. 1. vers. sed de illo*, Suar. *de Relig. tom. 2. lib. 4. c. 19. num. 14. ad fin.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. c. 2. q. 2. n. 30.*

2 Ad *num. 6.* Quod senex præsumitur moriturus. Adde quia vulgò dicitur eorum valetudinem infirmitatem esse. Didac. de Narbona *de ætate ad omnes humanos actus requisita, anno 60. q. 2. n. 7. pag. 618.* Vel quod senectus ipsa est morbus; *l. Castel. 41. tit. 18. part. 3.* Erasm. *adag. chiliad. 1. cent. 6. adag. 37.* Lazar. Phanut. *de momento tempor. c. 5. n. 11.* Hieron. Laurent. *Avenion. decis. 20. num. 7.* Ioan. Maria Novar. *in praxi elect. fori, q. 18. n. 2.* Giurba *in consuet. Messanen. c. 2. gloss. 14. n. 2. p. 1.* Gabr. Alvarez *de privileg. miserabil. personarum, q. 16. n. 6.* Perez de Lara *in com-*
pendio vitæ hominis, cap. 31. num. 34. sunt tamen, qui licèt sint annosi, bona gaudent valetudine. 3

De quodam Indico homine, qui longa 4
& propagata vita gavisus fuit, is è Gangaridum gente, quam Bengalam vocant, apud Indiam Orientalem, annos trecentos & triginta quinque excessisse, cui aliquoties jam deciderant dentes, aliis continuò subnascentibus, & barba ubi prorsus incanuisset, in atrum denuo colorem, idque paulatim semetipsa vertebat, ut latiùs ex Ferdin. Castañeda *lib. 8.* & aliis Lusitanicis rerum Indicarum scriptoribus commemorat Maffæ. *lib. 11. histor. Indic. pag. 259.* Petr. Mariz. *var. histor. dialog. 5. cap. 1. pag. 322.* Fr. Anton. de San Roman *in historia Indiæ Oriental. lib. 3. c. 18.* Martin. Delr. qui rem istam aliis exemplis confirmat, *disquisit. magic. lib. 2. q. 23.* Malvenda *de Paradiso, cap. 52. pag. 164.* P. Anton. de Vasconcelos *in anacephal. Regum Lusitaniæ, pag. 297.*

CAP. Quod super his VIII.

AD *num. 3.* Quod inops dicitur, qui ex 1
operis, vel artificio victum quærere debet, præter in collect. citatum docent Gig. *de pension. q. 80. n. 9.* Azeved. *l. 2. n. 46. tit. 18. lib. 4. Recop.* Cæs. Barz. *decis. 69. n. 43.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect. 1096. vers. cæterùm*, plures quos refert & sequitur Alvarez *de privil. pauperum, p. 1. quæst. 4. §. 3. n. 146.* Quicquid dicant *gloss. verbo Quantum donavit, in fine, in l. si quis argentum 35. §. sed si quis, C. de donat.* Mascard. *de probat. conclus. 1159. n. 36.* Anton. Thesaur. *decis. 211. num. 17.* Mar. Giurb. *in consuet. Messanens. cap. 7. gloss. 13. n. 34. propè med.* Matth. Coler. *in tract. de aliment. lib. 1. cap. 2. num. 8.* Seraph. *decis. 1279. num. 5.*

De Statu Monachorum.

TIT. XXXV.

CAP. Cùm ad Monasterium VI.

AD *num. 14. lin. 13.* ibi, *recentiores.* Ad- 1
do latè de hujus textus intellectu

agentes

agentes Alvar.Pelag. *de planctu Ecclesiæ, lib.*1. *art.*46. Vasq. 1. 2. *disp.*165. *c.*9. *n.*104. post omnes Basil. Pont. *var. disp. p.*1. *q.*3. *Scholastica*, *c.*9. *pag.*184. *vers. quare*, ubi ait, sive in hoc textu nomine Summi Pontif. intelligatur Episcopus, sive Romanus Pontif. (id enim ad rem parum referre ait) proprietatis voce nequaquam intelligi in hoc capite bonorum dominum, sed usum rei ex propria auctoritate sine consensu, & scientia Prælati; addit dicere verissimè Pontificem nulla ratione posse fieri, ut alicui in Religione manenti concedatur usus rerum, inconsulto suo Prælato, & ad subditi nutum, & arbitrium, id enim ex diametro pugnare dicit cum paupertatis voto: si enim id indulgeretur, tolleretur omninò paupertatis votum, & tamen Religio absque his tribus votis nequaquam consistere potest; & ideò abdicationem proprietatis interpretatur abdicationem usus ex propria auctoritate, & libito, absque Prælati scientia, & dispositione; hoc enim sensu abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, regulæ monachali intrinsecè annexa est.

De Iurepatronatus.

TIT. XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Patronatus ad quoscumque hæredes de sui natura transitorius est.*

2 *Iuspatronatus non transit cum hæreditate in fideicommissarium omnium bonorum, sed apud hæredem remanet.*

CAP. Perlatum I.

1 D *num.*4. Quod patronatus de sui natura ad quoscumque transit hæredes, præter citatos in collectan. docent Aloys. Ricc. *in praxi jurispatron. resol.*174. *& seq.* Ciarlin. *controvers. cap.*1. *n.*19. *&* 20. Catol.Marant. *lib.*2. *resp.*16. *n.*23. Lotter. *de re benef. lib.*2. *q.*11. *n.*19. *&* 20. Ego *de jure Ecclesiast. univ. lib.*3. *c.*12. *n.*21. *cum seqq.* Rot. *decis.*707. *n.*8. *& decis.*756. *num.*1. *part.*1. *recent.* & coram Butatto *decis.* 647. *num.*1. *& decis.* 679. *n.*1. & apud Posth. *in fine sui tract. de manutent. decis.*172. *n.*20.

2 Ad *num.* 10. Quod juspatronatus non transit cum hæreditate in fideicommissarium omnium bonorum, sed apud hæredem remanet, ultra citatos in collect. tenent Aloys. Ricc. *in praxi jurispatron. resol.* 179. Giurba *ad statuta Messanen. cap.*1. *gloss.*2. *num.*53. Noalis *de transmiss. cap.*60. *num.*9. Fusar. *de substit. quæst.* 634. *num.* 1. Ciarlin. *d. cap.*1. *num.*40. 52. *&* 53. Lotter. *d. quæst.*11. *ex num.*29.

CAP. Quod autem V.

LÆl. Mancin. *disquisit. genial. & anniversariarum Iuris disp. cent.*1. *c.*38. *pag.*99. post relata hujus textus verba, *antequam præsentatio per diœcesanum approbetur, ratum non est quod à patrono fuerat inchoatum*, &c. quærit si jus, quod exercere incipit patronus, initium est, vel inchoatio spiritualis negotii, cur & ipsum quoque spirituale simpliciter non dicitur, sed spirituali rei annexum, ut *in cap. quanto, de judic.* Et præsupponit nihil aliud esse inchoationem patroni quàm præparationem quandam; etenim neque aliud patronus facit quàm ut personam præparet Episcopo, in quam deinceps Episcopus jus conferat spirituale per institutionem: qui autem personam, & quasi materiam præparat, is nihil confert spirituale, quod nec conferre quidem patronus potest, quia laicus est incapax, & sic inquit simpliciter materiam præparare, non esse negotium inchoare: quo supposito respondet patronum, qui clericum obtulit Episcopo ut institueretur, non materiam purè, & simpliciter applicasse videri, sed sua oblatione, seu præsentatione egisse, ut in materia illa efficeretur proximè capax institutionis ad beneficium. Vnde etiam evenit, ut si idonea persona sit, institui necessariò debeat, sique institutio absque prævia præsentatione fiat, nullitati subjaceat, *cap. suggestum, c. illud, hoc tit.* Ac proxima ista moralis capacitas cùm ordinetur ad spiritualem formam institutionis, quæ induci in materia debet, ipsa quoque spiritualis dici potest, quo sensu negotium inchoat spirituale, ut *in hoc textu.* Quia verò propriè nullum jus spirituale confert præsentato, propterea laico patrono conceditur ex gratia, ut sic invitetur ad fundandas, construendas, vel dotandas Ecclesias, & ideò concludit juspatronatus, nec merè temporale quid esse, nec merè spirituale, sed annexum, ut loquuntur, antecedenter, *d. cap. quanto, cap. de jure, hoc tit.*

CAP. Præterea XXIII.

POst *num.*8. In textu ibi, *forum, albergarias, Regium*, &c. De significatione horum verborum agit Boët. Epo *de Regalibus, vel Iure Principum in benef. Eccl. in princ. n.*23. pag.10.

pag. 10. & dicit *fodrum* esse vocem Germanicam, & propriè pabulum denotare. Et *albergarias* desumi à voce etiam Germanica, *herberghe*, quod est hospitium, seu *herbergben*, quod est hospitio excipere, & quoque Lusitano idiomate *albergarias* in illo Regno dicuntur quædam receptacula more hospitaliorum, ubi Peregrini transeuntes hospitio recipiuntur. Et quatenus in hoc textu cujusdam Regii mentio fit, illud ab Ecclesiis per patronos laicos extortum Lucius Papa III. improbat, nisi quatenus tale quod onus ab initio fundatoris per Episcopos locorum creari contigerit, quod Regium ait Boët. Epo diversum esse à Regalibus, cùm pertineat ad exactiones quasdam, vel annuas, vel extraordinarias etiam, sede non vacante, nec ad solas Prælaturas restringatur.

SVMMARIVM.

1 *Patronus pauper unà cum familia, filiisque ab Ecclesia pro dignitate est alendus.*

2 *Ecclesia excusabitur à præstandis alimentis patrono pauperi, si nihil illi supersit præter necessaria Rectoris alimenta, & necessarios sumptus in ea faciendos.*

3 *Alimentorum in præstatione attendenda est conditio, & qualitas ejus, cui alimenta præstanda sunt, & pro conditione familiæ, ministrorumque ratio habenda, ut n. 4.*

CAP. Nobis XXV.

1 AD *num.* 7. Quod patronus pauper unà cum familia, filiisque ab Ecclesia pro dignitate est alendus, ultra citatos docent Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 552. *n.* 12. Alvarez *de privileg. pauperum, p.* 1. *quæst.* 4. *in*
2 *princ. n.* 30. Si tamen præter alimenta Rectoris, & familiæ necessaria, vel præter necessarios ad ipsius Ecclesiæ reparationem, vel ornatum sumptus, nihil superest, Ecclesia excusabitur, ut tenent Surd. *de aliment. tit.* 7. *q.* 32. Steph. Gratian. *d. c.* 553. *num.* 11. & 14. Alvarez *d. tract. p.* 1. *q.* 42. *n.* 19.

3 Ad *num.* 11. Adde in alimentorum præstatione conditionem, & qualitatem ejus cui alimenta præstanda sunt, attendendam esse, *l. Mela* 14. *l. pen. ff. de aliment. & cibar. legat. l. tutor, la* 2. 13. *in ord. ff. de administr. tutor. l. si cui* 14. *ff. de ann. leg.* Tiraq. *de nobilit. c.* 10. *n.* 142. *cum seqq.* Cordub. de Lara *in leg. si quis à liberis, §. sed si filius, num.* 43. *ff. de liber. agnosc.* Ascan. Clemens *de patria potest. effectu* 17. *num.* 35. & 36. Hojed. *de incompabil. benef. part.* 1. *cap.* 19. *num.* 24. Pontan. *de aliment. c.* 7. *per tot.* Matth. Coler. *eod. tract. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 28. Surd. etiam *eod. tract. tit.* 9. *quæst.* 39. *num.* 3. Menoch. *de arbitr. casu* 170. *num.* 13. & *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 157. *num.* 33. *vers. cæterùm*, & *cons.* 1210. *num.* 20. P. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disput.* 168. *num.* 2. Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 5. *quæst.* 6. *num.* 135. Ioan. Garc. *de expens. cap.* 3. *num.* 37. Paul. Æmil. Gall. *de except. part.* 2. *tit.* 4. *except.* 13. *n.* 69. Covall. *commun. contra commun. q.* 780. *num.* 46. *cum seqq.* Camill. Borrel. *consil. sive controvers.* 71. *num.* 21. Ioseph. Sesse *decis.* 26. *num.* 101. Mar. Giurb. *in consuetud. Messanen. cap.* 7. *gloss.* 14. *num.* 11. *part.* 1. & *decis.* 6. *num.* 1.

Nec ipsius solùm alimentandi, sed & ejus 4
pro conditione familiæ, ministrorumque rationem habendam, *l. habitatio* 4. *ff. de ventre in possess. mit. l. tutor secundùm dignitatem* 13. *ff. de administr. tutor. l. cùm dotem* 22. *§. sin autem in sævissimo, ff. soluto matrim. gloss. verb. necessitatem, in c.* 1. 21. *q.* 1. *gloss. in cap. studeat,* 50. *dist.* Cavalc. *de usufr. num.* 17. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 157. *num.* 28. & 29. Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis, §. sed si filius, num.* 50. *ff. de liber. agnosc.* Matth. Coler. *de aliment. lib.* 1. *cap.* 15. *num* 27. Cevall. *d. quæst.* 780. *num.* 44. Mar. Giurb. *dict. gloss.* 14. *num.* 2.

De Censibus.

TIT. XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas excusat à collectis, & tributis.*

2 *Intellige de extraordinariis, & personalibus, non verò de realibus, & ordinariis.*

CAP. Licèt IV.

AD *n.* 2. Pro exornatione conclusio- 1
nis, quod paupertas excusat à collectis, & tributis, vide Palat. Rub. *in repet. c. per vestras, §.* 1. *vers. nota secundò, n.* 8. Hippol. de Marsil. *sing.* 619. Gerard. de Petra Sancta *sing.* 73. & *sing.* 101. *in fine, vers. & prædicta faciunt*, Remig. de Gonny *de charit. subsidio, quæst.* 37. *num.* 10. & 11. Benincas. *de paupert. spec.* 4. *princ. n.* 26. Franc. Marc. Delphin. *decis.* 198. *n.* 5. *part.* 2. Nicol. Festas. *in tract. de exam. & collect. part.* 4. *cap.* 2. *num.* 6. Quintil. Mandos. *de monitor. quæst.* 38. *n.* 4. & 5. Avendañ. *de exequend. mand. part.* 2. *c.* 14. *num.* 88. Petr. Ruiz *Lituan. decis.* 4. *num.* 183. Roland.

Roland. à Valle *conf.66. num.20. cum seqq. lib.1.* Aviles *ad c.33. Prætor. verb. pobres, n.1.* Card. Tusch. *pract. concl. lit. C, concl.447. n.16.* Mar. de Apicella *alleg.6. num.34.* Alex. Raudens. *de analog. lib.1. c.40. num.23. cum seqq.* dum tenet eum qui intolerabili paupertate premitur, id est, qui operibus tantùm suis vivit, ab omni onere, contributioneque excusari.

2 Quod quidem intelligitur de collectis, & tributis extraordinariis, & personalibus, non verò in realibus, & ordinariis, in quibus pro rata cum aliis contribuere pauper, miserabilisque tenetur, ut per Seball. Medices *in tract. Mors omnia solvit, p.1. n.103. pag.4. vers. quintò paupertas excusat ab oneribus personalibus,* Aloys. Ricc. *in praxi var. resolut. resol.115. num.* 3. post Bart. Ioan. de Platea & Nicol. Festas. ac alios idem tenet Flores de Mena *var. quæst. lib.2. quæst.21. num.130.*

Cap. Cùm instantia XVII.

1 AD *n.6.* Quod Episcopus, aliúsve Prælatus Ecclesiam suam, diœcesimque visitans à pauperibus clericis procurationem exigere non potest, ultra Tiraq. *in collect.* citatum, addo Mar. Socin. *in tract. de visitat. lib.1. q.8. vers. octavò quæro,* Remig. de Gonny *in tract. de charit. subsidio, q.37. n.12. & 13.* Franc. Marc. *Delphin. decis. p.2. dec.198. n.4.* Petr. Ruiz *Lituan. decis.4. n.307.* Gasp. Baëz. *de decima tutor. c. 10. n.14.* Aloys. Ricc. *in praxi var. resol. 115. n.3.* quia quando Ecclesiæ Rector est pauper, Episcopus visitando de proprio expendere tenetur, Surd. *de aliment. tit.4. q.22. n.6.* Homobon. de Bonis *de examine Eccles. tract.11. c.12. q.17. resol.2.* Ego *de officio, & potest. Episcopi, p.3. alleg.73. num.52.*

Cap. Olim XX.

1 AD *num.2.* Quod quando ex contractu constat de promissione certæ monetæ, sunt necessarii quadraginta anni contra Ecclesiam, & 30. contra particularem ad solvendum in alia moneta, itaut currat præscriptio per 30. aut 40. annos contra debitorem solventem in moneta diversa à conventa, ut per Martin. Lauden. *de monet. ad fin. n.31. vers. prædicta verò,* Albert. Brun. *eod. tract. limit.4. à n.1.* Rener. Budel. *in simili tract. p.2. cap.24. ex num.18.* Bertazol. *cons. civili 71. num.57. cum seqq.* Menoch. *cons.49. num.20.* Surd. *cons.335. num.28. & cons. 454. num.46.* Pacian. *cons. 101. num. 13. & 14.* Gasp. Anton. Thesaur. *de augmento monetæ, p.1. concl.14. num.76. cum seqq.* Cancer. *var. p.2. c.6. de solut. n.146. & 147. in 2. edit.* Cyriac. *tom.2. c.225. ex n.19. & c.388 ex n.22.* Rota apud Cenc. *in fine sui tract. de censib. decis.216. n.4.*

Intellige quando certa aliqua species monetæ numerata fuit, aut aliàs notorium qualis pecunia fuerit exposita, & in obligationem deducta, secus si dubium sit de qua moneta senserint contrahentes, quia tunc sufficiet præscriptio longi temporis decem annorum, ut per Menoch. *d. cons. 49. n.20.* Budel. *d. tract. de monet. p.2. cap.24. num.37.* Surd. *d. cons.335. num.28.* Pacian. *d. cons.101. num. 14. cum seqq.* Alex. Raudens. *cons.33. num.20. lib.2.* Cyriac. *d. tom.2. controv. 387. n.17. cum seqq.* 4

De Celebratione Missarum.

Tit. XLI.

Cap. Presbyter I.

AD *num.17.* Hinc occultissimæ septenarii numeri virtuti tribuunt aliqui effectus climacterici, & fatalis anni, in quo plurimi moriuntur, qui sexagesimo tertio completur, de quo Aul. Gell. *noctium Atticar. lib.15. cap.7.* ibi: *Observatum in multa hominum memoria, expertumque est, in senioribus plerisque omnibus sexagesimum tertium vitæ annum cum periculo, & clade aliqua venire, aut corporis, morbique gravioris, aut animi ægritudinis, propterea qui rerum verborumque istiusmodi studio tenentur, cum ætatis annum appellant climactericum:* idem asserunt Petr. Gilchen. *in l. fin. num.10. C. de sacros. Eccles.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.48. §. 1. n.4.* Dom. Tasson *observ. jurid. vers.12. observ.1. num.136. in fine.* Petr. Bung. *de myster. numeror. ubi de numero septenario,* Læl. Bisciola *horarum succisivarum lib.15. cap.7.* Ex medicis Andr. Laurent. *tom.2. lib.2. de crisibus, cap.9.* Alex. Massar. *in praxi medica, lib.5. cap.14. circa fin.* Feder. Bonavent. *de octomestri partu, lib.6. c.5. cum seqq.* 1



De Immunitate Ecclesiarum.

Tit. XLIX.

SUMMARIUM.

1 *Doctores referuntur de collecta certa & invariabili*

variabili impoſita ſuper bonis clerici, & ab eo ſolvenda.

2 *Princeps exigente bono communi conſtringere poteſt vaſſallos ad refectionem pontium, & murorum civitatis, & ad conſtructionem turrium.*

3 *Clerici non poſſunt per judicem laicum compelli ad reparandas vias.*

4 *Clerici non poſſunt compelli ad ſolvendam pœnam impoſitam iis, qui effuderint amurcam, vel his ſimilia vetita effundi per vias publicas.*

5 *Principes ſeculares, ſive ejus miniſtri in nullo caſu poſſunt Eccleſiaſticos coërcere.*

6 *Principes ſeculares attentè conſiderare debent ne tributis, & exactionibus Eccleſias gravent.*

7 *Petri Bleſenſis epiſtola refertur.*

8 *Carolus Brabantiæ Dux poſtquam Clerum exactionibus oneravit, omnia ei infeliciter ſucceſſerunt.*

9 *Petro Caſtellæ Regi omnia infeliciter evenerunt, eo quòd Eccleſiæ bona diripuiſſet.*

10 *Vrraca Regina Regis Alphonſi filia cum Eccleſiæ bona occupaſſet, & cum ei extra Eccleſiam pedem fixit, illicò crepavit.*

Cap. Non minus IV.

1 AD *n.6. in fine.* Vltra citatos ſub hoc numero, adde Duard. *in Bull. Cœnæ, lib.2.can.18.q.6.n.5.* Layman. *in ſum. Theolog. moral. lib.4. tract.9.c.6. n.5.* Turrian. *in 2.2. S. Thom. tom. 2. diſp.44. n.13.* Souſa *in Bullam Cœnæ, cap. 19. diſput.92. num.5.* latè D. Sperel. *in deciſ. fori Eccleſ. deciſ.35. per tot.* me citato *in hoc loco,* Thom. Delbene *de comit. ſeu parlament. dub.27. ſect.1. n.1. pag.336.* Quamvis nonnulli alii DD. & non improbabiliter oppoſitum ſentiant, nempe quod perſona Eccleſiaſtica non tenetur ſolvere etiam collectam certam, & invariabilem impoſitam ſuper bona, priuſquam ad ipſam perſonam Eccleſiaſticam perveniſſent, ut docent plures, quos refert & ſequitur Carol. de Graſſis *de effectib. clerical. effectu 3. à n.162. uſque ad 176.* quibus addo Card. Alban. *in tract. de immun. Eccleſ. tom. 13. tract. p.2.* Peſant. *in tract. de immun. Eccleſ. num.7.* Ioan. Beltran. de Guevara *in propugn. libert. Eccl. aſſert.1. §.6. n.27.*

2 Ad *num.9. in fine.* Quod Princeps exigente bono communi conſtringere poſſit vaſſallos ad refectionem pontium & viarum, ac murorum civitatis, necnon ad conſtructionem turrium, illarumque cuſtodiam in locis maritimis pro defenſione à piratis, reſolvit noviſſimè Thom. Delbene *de comitiis, ſeu parlamentis, dub. 4. ſect. 10. pag.21.* Et licèt Tiraq. *de retractu lign. §. 32. gloſſ. unica, n.80.* Mexia *in pragm. taxæ panis, concl.5. n.70.* Humada *l.54. gloſſ.2. n.18. tit.6. part.1.* Cened. *ad Decretum, collect.37. num.4.* exiſtimaverint Eccleſiaſticos poſſe per Iudicem laicum compelli ad reparandas 3
vias, aut domus ſuas, necnon & compelli 4
ad pœnam impoſitam iis, qui effuderint amurcam, vel ſimilia vetita effundi per vias publicas; nihilominus contrarium verius eſt, ut tenet Vivald. *in candel. ſuper Bullam Cœnæ, caſu 18. num.9.* Molin. *de Iuſtit. tom.3. tract.2. diſp.262. n.5.* Layman. *in Theolog. morali, lib.4. tract. 9. cap.6. num. 7.* In nullo 5
enim caſu poſſunt Principes ſeculares, aut eorũ miniſtri coërcere Eccleſiaſticos, immò neque poſſunt abſque eo quod incidant in excommunicationem Bullæ in Cœna Domini, eos occultè proceſſare, etiamſi haberent animum præſentandi proceſſum Summo Pontifici, vel Iudici Eccleſiaſtico, ut contra Iacob. de Graſſiis *in ſuis aureis deciſ. p.1. lib.4. c.18. n.135.* & Duard. *in Bull. Cœnæ, can.15. q.5. n.2.* docent. Fillinc. *in quaeſt. moralib. tom.1. tract.16. c.11. num.312.* Souſa *in Bullam Cœnæ, c.20. diſp.95. concl. 3. n.2.* Bonac. *in Bulla Cœnæ, tom.3. diſp.1. q.20. puncto 1. n.7.* Aloyſ. Ricc. *in praxi, tom.4. reſol. 460. n.5.* quos refert, & ſequitur Thom. Delbene *d. dubit.4. ſubſect.15. à num.1. pag.65.* ubi *n.3.* excipit caſum, ſi non adeſſet aditus ad Prælatum qui juridicè ſe informare poſſet de facto criminali Eccleſiaſtici, & in tali facto Eccleſiaſticus continuaret, & periculum eſſet in mora; nam tunc, ait ille, licitè poſſet Iudex laïcus occultè Eccleſiaſticum proceſſare, dummodo haberet animum præſentandi proceſſum Papæ, vel alteri Iudici Eccleſiaſtico.

Videant ergo ſeculares Principes, & at- 6
tentè conſiderent ne tributis, & aliis exactionibus, & gravaminibus Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas vexent, exemplo aliorum quibus ob id plura damna obvenerunt, Inſignis, & notatu digniſſima eſt epiſtola Petri Bleſenſis Archidiaconi Vatonienſis, quam refert Card. Baron. *in annalib. Eccl. tom.12. anno 1188.* cujus ſunt hæc quæ 7
ſequuntur verba. *Quæ ratio eſt, ut qui pro Eccleſia pugnant, Eccleſiam ſpoliant, quam inimicorum ſpoliis donis triumphalibus ampliare debuerant: putántne inſipientes, & miſeri quod Chriſtus, qui ſumma juſtitia eſt, velit ſibi de injuriis, & ſacrilegio exhiberi ſacrificium? aut ſuſtineat commiſſa ex his ſpolia proſperari: ſi enim teſtimonio Veritatis, in ignem æternum mittitur*

tur, quia sua pauperibus non dedit, ubi quaeso mittendus est, qui bona pauperum, & Ecclesiae rapuit, aut fraudavit? Pro his, & consimilibus filii Ephrem intendentes, & mittentes arcum conversi sunt in die belli, nunquam Ecclesiae spolia propterea habuerunt eventus auspicium. Et paulò inferiùs: *Quid aliud à Pontificibus, vel Clero potest, vel debet princeps exigere, quàm ut incessanter fiat oratio ab Ecclesia ad Deum pro eo? Omnis Pontifex ab hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis, quae sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro Rege & populo, & si iratus est in eis Dominus, Sacerdos medius intercedat, & in tempore iracundiae fiet reconciliatio.*

8 De Carolo Brabantiae Duce narrat Batland. illorum Principum historiographus, *c.*128. quod cùm felices de inimicis suis reportasset victorias, postquam exactionibus Clerum oneravit, fortuna faciem mutavit, & illi infeliciter omnia evenerunt. Omni, inquit, favore numinis destitutum eum, postquam nunquam feliciter pugnasset cum hoste, quòd eodem tempore gravissimis exactionibus Clerum onerasset.

9 De Petro Castellae Rege narrat Petrus Lopez de Ayala *in ejus historia, anno Regnatus sui* 19. *fol.*112. quod cum quodam Mauro deliberasset super morte antea sibi infeliciter vaticinata, qui respódit eam certò eventuram, eo quòd bona Ecclesiae diripuisset, ibi: *porque tomas los algos de las Iglesias, y casas de oracion, y que te no vence conciencia.*

10 De Regina Vrraca Regis Alphonsi filia dicitur pro substentatione militaris exercitus à Monachis sancti Isidori Legionensis postulasse, ut sibi de bonis & divitiis monasterii partem accommodassent, sed cùm illi retulissent id facere non posse, nec audere bona praedicta auferre, quod ea propria manu, si vellet, deprehenderet, eo ipso quod Ecclesiae bona occupavit, & extra Ecclesiam cum eis pedem fixit, illicò crepavit.

Cap. Cùm Ecclesia V.

1 AD *num.*3. Adde: Anathema, quod frequentissimè detestationem, & execrationem significat, unde anathematizare pro detestari, & execrari, multoties accipitur pro excommunicatione majori, non simplici, sed solemni, in qua certae quaedam solemnitates, & caeremoniae ex usu Ecclesiae ad majorem excommunicati detestationem observantur, *cap. debet* 11. *quaest.*3. Intendit text. sic vulgò intellectus *in c. cùm non ab homine, de judic.* ubi Dec. *n.*13. gloss. *verb. anathematicis, in c.* 2. *de re judic. in* 6. post alios Cov. *in c. alma mater, part.* 1. §.8. *à n.*6. Henriq. *in sum. lib.*13. *de excommun. c.*20. *n.*2. & 3. Navarr. *à communi recedens*, quem vide *in Extravag. de datis, & promissis, notab.*4. *n.*10. apud quos ex sacris, & aliis Auctoribus videbis multa circa etymologiam verbi *Anathema*, & quid importet anathema Maranata *in c. Guilisarius*, 23. *q.* 4. ubi gloss. & DD. non satis explicant. 2

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiae tectum gaudet immunitatis privilegio.*
2 *Immunitatis privilegio gaudet qui pedem, vel manum in Ecclesia, vel coemeterio habet.*
3 *Immunitate Ecclesiae gaudet ille qui parietem ipsius Ecclesiae partis exterioris tetigerit.*
4 *Aer ipsi coemeterio respondens gaudet privilegio immunitatis.*
5 *Ecclesia nomen strictè, quandoque largè sumitur.*
6 *Ecclesia largè sumitur quando tractatur de privilegio immunitatis, strictè verò ad effectum inducendi sacrilegium.*

Cap. Ecclesiae IX.

AD *n.*7. & 8. Quod Ecclesiae tectum gaudet immunitatis privilegio, ita ut existens supra illud dicatur esse intra situm Ecclesiae, ultra citatos *in collect.* docent Peregr. *de immunit. Eccles. c.*4. *num.*40. Farin. *de immun. n.*282. Fagund. *in quinque Eccles. praecepta, praec.*2. *lib.*4. *c.*4. *num.*63. Trullench *in prae. Decalogi, lib.*1. *cap.*11. *dub.*1. *num.*12. Sum. Dianae *verb. Immunitas quoad loca, n.*11. Ego *de jure Eccl. universo, lib.*2. *c.*3. *post n.*66. 1

Pedem, vel manum in Ecclesia, vel coemeterio habere sufficit ad eam confugienti ad hoc ut privilegio immunitatis gaudere valeat. Ita Vincent. de Franch. *decis.*402. *num.*5. & 11. Farin. *in praxi crim. quaest.*28. *num.*14. *in fine*, Ambrosin. *de immun. cap.*10. *num.*5. Peregr. *eod. tract. c.*4. *num.*91. *vers. & idem dicendum*, ubi rationem reddit, quia anima est in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis, optimè Decian. *in tract. crim. lib.*6. *c.*25. *n.*17. *in fine*, ibi: *Ex quibus infertur unum notandum, quod dato quod quis foret extra fines Ecclesiae cum corpore, si tamen manum haberet ad fines ipsos, putà ad coemeterium, tutus esset, & ita vidi observari, & observavi dum essem assessor*, &c. Qua quidem immunitate etiam gaudet ille, qui parietem ipsius Ecclesiae partis exterioris tetigerit, ut per Aloys. Ricc. *tom.*3. *resol.* 560. *n.*8. Trullench. *d. c.*11. *dub.*1. *n.*4. ibi, *Partes parietum exteriores, quia materia haec favorabilis est, & ideo extendenda*, &c. Diana *moral. resol. p.*3. *tract.*1. 2 3

tract.1.reſol.73.& p.6.tract.1.reſol.3.verſ.ad argumentum, *& reſol.6. in fine*, Summa ejuſdem,verb.*Immunitas quoad loca*,*n.*11.ibi, *Porrò ad Eccleſias revertendo non ſolùm aula ipſa*, *& corpus Eccleſiæ quoad ſuperficiem concavam gaudet immunitate*, *ſed etiam muri ejus extrinſecus*, *ſi quis illos tangat*. Adhuc enim ſufficit manu tangere locum ſacrum, licèt corpus foret extra illum, Farin. *d. tract. de immunit. n.*279. *in fine*, Trullench. *d. lib.*1. *c.*11.*dub.*1. *n.*12.bene Decian *d.lib.*6.*c.*23.*ſub n.*17. ibi, *Et licèt manu tantùm tangat loca ſacra*, *& totum corpus foret extra locum ſacrum*, *attamen tutus eſſet toto tempore*, *quia anima tota eſt in toto*, *& tota in qualibet parte totius*, *arg.l. via*, *fin.ff. de ſervit. præd. ruſtic. & in l. ſi cui*, *ff. de ſervit.* &c. Et quod plus eſt, etiam

4 aër ipſi cœmeterio reſpondens gaudet privilegio immunitatis: ita in terminis tenet Cardoſ. *in praxi judicum*, *& advocat. verb. Eccleſia*, *n.*77. ibi, *Projiciens ſe ex janua*, *ubi eſt Eccleſia*, *aut cœmeterium*,*gaudet immunitate Eccleſiaſtica*, *quamvis pedibus terram non tangat*, *cum Eccleſia*, *vel cœmeterium retineat ſuam immunitatem in aëre uſque ad cœlum eidem cœmeterio reſpondens*,*per text. in l. ſi opus*, §. *in opere novo*, *& in l.fin.*§. *ſi quis projectum*, *ff. quod vi aut clam*, *& l.fin. ff. de ſervit.*&c.

5 Quia nomen Eccleſia quandoque ſtrictè, quandoque largè ſumitur, ſciendum eſt quod quando tractatur de ſacrilegio commiſſo ob pollutionem, ſumitur ſtrictè, & hoc caſu ſcalæ, campanile,atrium,tectum, & domus Eccleſiæ non veniunt appellatione Eccleſiæ, nec gaudent ejus immunitate: quan-

6 do verò tractatur de privilegio immunitatis, largè ſumitur, & Eccleſiæ appellatione illa omnia comprehenduntur, ut cum aliis reſolvunt Peregr. *de immun.c.*4. *n.*43. *& c.*6. *n.*33. Diana *moral. reſol. part.*6.*tract.*1. *reſol.*1. *verſ.ſed quæro*, Sum. ipſius *verb. Immunitas quoad loca*, *n.*11. optimè Sperel. *in deciſ. fori eccleſ. deciſ.*62.*n.*24. ibi: *Quia locus ſacer ad effectum inducendi ſacrilegium non ita latè ſumitur*, *ſicut ad effectum gaudendi eccleſiaſtica immunitate*, *ut dixi ſuprà*,*deciſ.*60.*n.*27.*&* 28. *ubi alios adduxi*, *quibus addi poſſunt Nald.in*

7 *d. verb.ſacrilegium*, *n.* 4. *ubi quod id omnes docent*,*Vincent. de Franchis deciſ.* 402.*ſub n.*9. *&* 11.*ubi etiam tangit rationem*, *quia nempe quando agitur de immunitate*, *ſumus in favorabilibus*, *quando autem agitur de graduando delictum*, *ſumus in odioſis*, *& pœnalibus*: *eandem opinionem firmat Suarez tom.* 1. *de Relig. lib.*3.*c.*9.*n.*2.*qui ait aliud eſſe loqui de violatione Eccleſiæ quatenus polluitur*, *aliud quatenus ejus libertas*, *ſive immunitas ad defendendos reos ad illam confugientes violatur*: *nam in caſu de Pollutione*, *nomine Eccleſiæ non venit*, *niſi corpus ipſum internum*, *neque ipſa polluitur per effuſionem ſanguinis*, *vel ſeminis factam ſuper tectum*, *vel in ſacro*, *vel in alio ſimili loco cum ea conjuncto*, *& extra illam exiſtente*, *& ad ſacros uſus non deputato*: *at verò quoad immunitatem omnia illa comprehenduntur ob eandem rationem*, *quia quod Eccleſia per actus prohibitos in ea perpetratos polluatur*, *eſt gravamen & damnum*, *quod verò ipſa poſſit tueri reos ad ſe confugientes*,*privilegium eſt*, &c.

Ne Clerici, vel Monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant.

TIT. L.

CAP. Multa ſunt I.

POſt *n.*2. In text. ibi, *propter neceſſitates diverſas*, &c. Notatur ad hoc quod negotiatio, vel mercatura permittitur clericis in ſacris conſtitutis, ſi pauperes ſint, nec aliunde commodè vivere, & ſe, ſuoſque decenter alere poſſint, ut per Albert. Trot. *de vero & perfecto clerico*, *c.*52. *n.*5. Salzed. *ad Bernard.in pract. c.*55. *lit. A*, *verſ. neceſſitatis tamen cauſa*, Farin. *fragment. crimin.p.*1.*lit.C*, *n.*163. *&* 169. Carol. de Graſſis *de effect. clericalib. effectu* 6. *n.*9.*&* 24. *cum ſeqq.* Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ. c.*57. *n.*24. quos refert, & ſequitur Alvarez *de privileg. pauperum*, *& miſerabilium perſonarum*, *part.*1. *q.*8. *n.*14. & illis addo per me citatos *de Iure eccleſiaſtico univerſo*, *lib.*1. *cap.*40.*n.*119.dummodo ſcilicet ob negotiationem à divinis non ſubtrahantur, nec deſiſtant ab officiis, quibus debent incumbere. Molin. *de Iuſtit. diſput.*342. *n.*13. Iſidor. Moſcon. *de majeſt. milit. eccleſ.lib.*1. *part.*2.*cap.*2.*verſ.artificia autem*, Alvarez *dict. q.*8. *n.*15. 1

CAP. Sicut VIII.

AD *num.* 2. Quod clericis in ſacris tabellionatus officium interdicitur, ultra citatos *in collectan.* docent Anton. Cuch. *inſtit. canon. major.lib.*3. *tit.*37. *num.*10. Franc. Marc. *deciſ.*194. *à princ. p.*2. Iacob. de Graff. *in aureis deciſion. part.* 2. *lib.*3. *cap.*2. *num.*17. Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol.c.*77. *n.*16. Alvarez *de privilegiis pauperum*, *p.*1.*q.*10. *à princ.* Ego ipſe *de jure eccleſ. univerſo*,*lib.*1.*c.*40.*n.* 19. noviſſimè Machad. *en ſu perfetto Confeſſor*, *y cura de Almas*, *lib.*4. *p.*1.*tract.*13.*docum.* 3. *num.* 8. & de jure Regio Caſtellæ conſtitutum eſt *in l.*43. *tit.*6. *p.*1. *verſ. e otros*, *& in l.*15. *tit.*18. *lib.*2.*Ordinam. & in l.*10. *tit.*3. *lib.*1. *nova Recop.*

LIBER

LIBER QVARTVS.

DE SPONSALIBVS, ET MATRIMONIIS,

TITULUS I.

CAP. Veniens XV.

1 AD *n.*4. Vltra Reginald. *in collect.* citatum, idem, nempe quod si pater, de quo in hoc text. fuisset mortem adolescenti comminatus in vindictam acceptæ injuriæ, eo quòd illum cum filia repererat, utique validum fuisset matrimonium, quia tunc metus non ad matrimonium extorquendum fuisset incussus, sed potiùs per ipsum matrimonium metus jamjam in flagitii vindictam illatus tolleretur, quasi secus dicendum foret si ad finem extorquendi consensum metus incuteretur, resolvunt Vivald. *in candel. aureo, tit. de Sacrament. n.*64. Henriq. *in sum. lib.*2. *de matr. c.*9. *n.*2. Sanch. *de matr. lib.*4. *disp.*12. *n.*14. ubi rectè dicit procedere in probabili suspicione metus inferendi ad finem extorquendi consensum: secus si suspicio est ut vis inferatur, non ad eum finem, sed ad vindictam de stupri injuria sumendam, latè & eleganter D. Sperel. *in decis. fori Eccles. decis* 6. *per tot.*

CAP. Commissum XVI.

1 AD *n.*3. *in fine.* Dixi *in collect. sub hoc n.* verbum, *tutius*, de quo in text. ad consilium, & non ad præceptum referendum esse, & ibi citatis addo Sot. *in* 2. 4. *dist.*27. *art.*5. *col.*2. Sylvest. *in sum. verb. Matrimonium* 7. *q.*5. *n.*5. Cov. *de sponsal. p.*1. *c.*1. *in initio, n.*11. Nav. *in c. non dicatis, n.*3. Verùm novissimè Anguian. *de legib. lib.* 3. *controv.*21. *n.*13. longè probabilius asserit, verbum *tutius*, de quo hic, necessariò præceptum involvere, duplici fundamento. Primò, quoniam in his rebus, quæ ad salutem animæ spectant, multò verius est teneri nos de præcepto tutius eligere, arg. *c. ad audientiam, de homicid.* prout saltem in foro interiori voluit Nav. *in c. si quis autem, n.*37. *de Pœnit. dist.* 7. Cov. *in Clem. si furiosus, p.*1. *in init. n.*3. ubi latè insistit circa intellectum regulæ, quæ docet in dubiis tutiorem partem esse eligendam, de qua plures per me citati *Axiom.* 78. *n.*2. Non est igitur cur verbum, *tutius*, de quo in hoc text. cogamur ad consilium, non verò ad præceptum referre. Secundò, quia de præcepto tenemur omne illud juramentum observare, in cujus implemento nullum reperitur peccatum, arg. text. *in l. nam quod liquidè*, §. *ult.* ubi, *omnes, ff. de penu leg. c. cùm contingat* 28. *de jurejur.* & Religionem ingredi, non observato juramento facto de contrahendo cum aliqua, peccatum non includit, ac proinde observari non debet ex consilio, sed ex præcepto.

CAP. Cùm in Apostolica XVIII.

AD *n.*2. Quod matrimonium lite pendente contractum valeat, ultra Cov. 1
& Mascard. *in collect.* citatos, docent per hunc text. Bald. de Vbaldis Perus. *cons.*3. *inter consil. matr. n.*11. *tom.*1. ibi: *His tamen non obstantibus contrarium dico, scilicet secundum matrimonium valere, & prolem esse legitimam, & hoc ideo, quia fuit à primo separata per sententiam,* &c. & *num.*13. ibi: *Nec obstat pendentia litis, vel appellationis, quia illa non impedit matrimonium contrahi, c. cùm in Apostolica, de sponsal. c.*2. *de matr. contra interd. Eccles. quæ jura procedunt cùm prima lis pendebat, & nulla sententia erat lata pro contrahente, & sic nullum habet colorem contrahens; fortiùs enim procedent in illo, qui jam habet unam sententiam pro se, ut in casu nostro,* &c. Benè Angel. de Castro *cons.*30. *inter matrim. n.*3. *tom.*1. ibi, *ad validitatem ipsius secundi matrimonij ab ea contracti requiritur, quod primum contractum cum Matthæo non valuerit propter illius impotentiam, &c.*

Optimè Lancel. *de attent. p.*2. *c.*4. *lim.*17. 2
ibi: *Decimoseptimò fallit in actu matrimonii secundi, qui si fiat lite pendente super validitate primi matrimonii, valet, non obstante litis pendentia, quando scilicet primum matrimonium declaratur nullum,* &c. & citat hunc text. respondetque ad objectionem, ibi: *Et ita debet intelligi quod aliàs simpliciter dicunt DD. quod lite, vel appellatione pendente super validitate primi matrimonii, non licet ad secundum matrimonium transire, prout tenet text. & ibi notat expresse Abb. num.*3. *in c. tua, extr. de sponsa duor. videlicet quod non licet impunè ad secundum transire, non autem quod matrimonium in se non sit validum, si primum declaretur nullum,* &c. & repetit idem Lancel. *cap.*20. *limit.*18. & *p.*3. *c.*24. *q.*17.

Idem resolvunt Paul. de Castro *cons.*354. *n.*1.

n.1. vol.1. Mazz. *de contract. tit. de matrim. ſub n.16.* Franc. Marc. *deciſ.713. incip. Quæritur an pendente lite, tom.2.* Cardoſ. *in praxi judicum, verb. Sacramentum, ubi de Sacram. Matrim. num.16.* Gutier. *de matrim. q.72. num.8.* Sanch. *eod. tract. lib.7. diſp.2. n.15.* ubi ſupponit validum de jure matrimonium ſecundum pendente lite ſuper nullitate primi, dum ait ſeparandos eſſe ſic contrahentes, ac inter eos prohibendam eſſe cohabitationem interim dum lis ſuper validitate, vel invaliditate primi matrimonii finitur. Caſſad. *deciſ. unic. num. 3. de ſponſalib.* Scip. Rovit. *tom.1. conſ.86. per totum*, ubi *in fine* refert ad literam quandam Rotæ deciſionem in Neapolitana matrimonii coram D. Peña. Et ſic intelligendi ſunt text. *in c. pen. de deſponſ. impub. & in d. cap. tua, de ſponſa duor.* ubi dicitur quod matrimonium ſecundum pendente lite ſuper primo contractum debet irritari, quia procedit illius reſolutio non quoad vinculum (quia ſecundum matrimonium eſt validum, ſi primum fuit declaratum nullum,) ſed tantùm quoad uſum, & cohabitationem, ut explicant gloſ. *verb. irritum, in d. c. pen. & verbo poteris irritare, in d. c. tua*, Lancel. Sanch. & cæteri citati.

5 Quorum omnium principalis reſolutio non ſolùm procedit reſpectu actus ipſius matrimonii, ſed etiam reſpectu effectuum ab ipſo matrimonio provenientium, prout eſt legitimatio filiorum, quæ fit per ſubſequens matrimonium, talis enim legitimatio dicitur valida, etiamſi dicti filii eſſent concepti lite pendente. Ita Port. Imol. *concl.35. verſ.9. lib.4.* Pariſ. *conſ.13. n.24. lib.2. & conſ.15. col.1. n.2. eod. lib.* Lancel. *citatis locis*, Gutier. *d. n.8.* Et ſic filii concepti, vel nati lite pendente ex ea cum qua ſecundum matrimonium tunc contraxit, vel ex alia ſoluta, dicuntur naturales, & non ſpurii; quia ex eventu deinde ſequuto, & declaratione facta nullitatis primi matrimonii, ſequitur illud non poſſe impedire quin validè aliud contrahatur, ut per tex. *in c.2. de eo, qui duxit in matr. quam polluit per adulter.* tenent Marc. Ant. Cuch. *inſtit. major. tit.12. n.84.* Matienſ. *in rub. tit.1. n.183. lib.5. Recop.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.31. n.135.* Sanch. *de matrim. lib.7. diſp.79. num.30.* Mier. *de majoratu, tom.1. q.51. n.385.* Eſcobar *de purit. & nobilit. probanda, q.4. §.7. n.66. & 72.* quorum duo ultimo loco citati reſpondent ad *l.82. Tauri*, hodie *l.4. tit. 20. lib. 8. Recop.* noviſſimè D. Tranſiniera mei amiciſſimus *de polygamia, lib.2. q.7. per totam*, ubi latè defendit pœnas contra duo matrimonia ſimul contrahentes jure ſtabilitas ceſſare quando primum matrimonium erat nullum.

Cap. In præſentia XIX.

Poſt *n.1.* In text. ibi, *Et pro juvenilitate, ſeu fragilitate carnis nequeunt continere.* 1
Collige ex text. quàm difficile ſit inducere puellam ut virgo maneat, & adoleſcentiorem adhuc ut ſit continens, quod his verbis ſignificavit S. Athanaſ. *An quæſo non ingens ſignum puellam inducere ut virgo maneat, & adoleſcentiorem adhuc ut ſit continens?* quorum verborum meminit Ioan. Gabr. Biſciola *in epit. annalium Baronii, anno Chriſti 328.* Vnde meritò notant Ioan. Nevizan. *in ſylva nupt. tit.1. n.124.* Sebaſt. Medices *in ſumma omnium virtutum, tit. de fortitudine, quæſt.6.* & Dionyſ. Paul. *de vera quatuor Patriarchal. Sedium erect. c.5. n.41.* juvenem caſtum eſſe martyrem abſque ſanguinis effuſione, tertiúmque locum in martyrii genere obtinere caſtitatem in juventute.

SVMMARIVM.

1. *Legis præſumentis in foro poli nulla eſt poteſtas, ſi veritas pateat.*
2. *Lex an ſtatuat ſuper præſumpto quaſi comperto.*
3. *Lex ob duas cauſas præſumere ſolet.*
4. *Præſumptio, quæ præſuppoſitiva dicitur, aut facti, conſcientiam non obligat.*
5. *Præſumptio, quæ definitiva appellatur, vel moralis periculi, conſcientiam ſemper ligat.*
6. *Præſumptio moralis periculi quando adeſt, cauſa legis ſemper manet, licèt nullus inde pendeat effectus.*
7. *Præſumptio ubi præſuppoſitiva, vel facti eſt, tunc non tam periculum quàm factum creditur fundamentum eſſe legis.*

Cap. Is qui fidem XXX.

Ad *num.16. in fine.* Hic ſedet materia de poteſtate legis præſumentis in 1
foro poli, de qua Abb. *in cap.1. de conſtit. num.10.* Salas *de legib. diſp.10. ſect.4. num.18.* Suar. *in ſimili tract. lib.3. cap.23. n.1.* ex quorum dictis videtur dicendum, nullam eſſe poteſtatem legis præſumentis in foro Poli, ſi veritas pateat, cùm forus conſcientiæ ſit forus veritatis, & veritati cedere præſumptio debeat. Ita ſi ſponſalia contraxerit quis cum fœmina aliqua, eámque poſtea cognoverit, præſumit lex conjugalem conſenſum, ut patet ex hoc text. quia tamen ſi abfuerit verè matrimonium, non facit

facit licèt præsumptus, *c. tua nos, hoc eod. tit.*

2 Sed obstat quod super præsumpto lex statuit quasi comperto, ut videmus in exemplo illius, qui professionis votum ante legitimum tempus emisit, quod lex irritat, quia non plenè deliberatum præsumit, & tamen si professum deliberasse appareat, adhuc invalida professio est. Ita lex, quæ statuit votum ab impubere emissum posse irritum à patre fieri, valet semper in foro animæ, licèt certò constiterit puerum in ea ætate prudenter, & quasi majorem deliberasse.

3 Pro materiæ cognitione præsupponendum est duas esse causas, ob quas præsumere lex solet. Vna est puritas judicii & actionis, cùm præsumit legislator in tali casu, aut cum talibus circumstantiis accidere aliquid, nec tamen definit hic & nunc ita contigisse; & quia in unoquoque eventu idem suspicatur fore, propterea ad modum suæ præsumptionis legem promulgat. Huc redit exemplum Gregorii in hoc textu. Statuit enim sponsalia de futuro in matrimonium legitimum migrasse censeri, si carnalis copula successerit, non ut illa sufficiat absque novo consensu de præsenti, sed quia prævaluit ut conjugalis consensus præsumeretur, ne crederentur sponsi turpiter convenisse: & solet hæc præsumptio dici, *præsuppositionis, seu facti*: facti, inquam, illius, de quo lex præsumendo judicat. Altera est morale aliquod periculum, quod ut caveat legislator præsumit, & præsumendo definit hoc, vel illud ita factum esse: aut si non præsumit in casu aliquo particulari, judicat tamen non rarò dolum, fraudem, metúmve, aut imperfectionem consensus in re aliqua contingere posse; proptereaque ex his aliquid intervenisse determinat, ut cùm votum professionis irritat ante legitimum tempus ætatis: & dicitur hæc præsumptio *moralis periculi, vel definitionis.*

4 His ita præsuppositis, patet veritatis conciliatio. Prima enim præsumptio, quæ præsuppositiva dicitur, aut facti, conscientiam non obligat, si verum non est quod præsumitur; nam hoc sublato, fundamentum simul, & materia tollitur legis, ut in allato exemplo, si præcipiat lex permanere cum muliere cognita post sponsalia, & contingat non fuisse cognitam affectu maritali, legis tunc obligatio nulla est, cessante scilicet materia: quippe intentio legis est, ut accessum præcipiat ad conjugem, illa autem conjux non est. Secunda autem præ-
5 sumptio, quæ *definitiva* appellatur, vel *moralis periculi*, conscientiam semper ligat, licèt in particulari aliquo casu factum non sit periculo consentaneum, nec re ipsa contingat quod metui poterat. Sic lex, quæ professionis votum ante tempus factum irritat, ab ea præsumptione causam capit, ut minori ætati perfecta animi deliberatio desit, & tamen licèt professus perfectum judicium, deliberationémque habuerit, professio nulla est.

Inter utramque præsumptionem est illa 6
discriminis ratio, quod ubi moralis periculi præsumptio est, causa legis semper manet, licèt nullus inde prodeat effectus: aut meliùs, ratio illa periculi magis ex certo, ac vero judicio, quod legislator de periculo habuit, effluxisse videri potest, quàm ex præsumptione. Vbi verò præsuppositiva, 7
vel facti est, tunc non tam periculum, quàm factum creditur fundamentum esse legis: quapropter si facti deficiat veritas, obligationem quoque legis auferri necesse est. Ita ingeniosè admodum Læl. Mancin. *disquisit. genialium, & anniversar. Iuris disput. cent.* 3. *c.*237. *per tot.*

De Desponsatione impuberum.

Tit. II.

Cap. Puberes III.

AD *n.*3. quod tam nostrorum, quàm 1
Theologorum, & Medicorum commune placitum sit masculos non antea generandi potentiam accipere, quàm decimumquartum annum peregerint, & fœminas similiter nonnisi post duodecimum concipere posse, tenent ultra citatos *in collect.* Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius, de testam. verb. qui cum alia, n.*67. *p.*3. Petr. Greg. *syntag. Iuris lib.*9. *c.*65. *n.*5. *&* 6. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 540. *n.*2. *&* 3. Guttier. *de matrim. c.*95. *n.*3. Ioan. à Ruicibus *in medicina medicorum insipientium, luminari* 2. *vers. patres, fol.*59. Federic. Bonavent. *de octomestri partu, lib.*7. *c.*32. Paul. Zachias *in quæst. medicolegal. lib.*1. *tit.*1. *quæst.*6. *n.*29. *cum seqq.*

Ad *n.*5. Quatenus ibi mentio fit quod Sa- 2
lomon & Achaz Reges cùm essent undecim, aut etiam decem annorum, filios genuerunt, ultra citatos hoc idem narrantes, adde Farin. *in praxi crimin. q.*92. *n.*80. Cassanate *cons.*4. *n.*185. Bened. Ægid. *de privileg. honestatis, art.* 14. *n.*8. Perez de Lara *in compendio vitæ hominis, c.*20. *n.*92.

Cap. De illis IX.

AD *n.*3. *in fine.* Vnde sola discretio, & ha- 1
bilitas ad copulam potest ætatē legitimā supplere, quæ ad matrimonium quatuor-

decim annorum eſt in maſculis, & duodecim in fœminis, tunc enim tam viri, quàm fœminæ habiles præſumuntur non ſolùm ad conſenſum, ſed etiam ad venereos amplexus, ut per Quintil. Mandoſ. *de minore ætate,c.5. n.49.* Chriſtoph. Locat. *in floribus Sacrament. de Matrimon. verſ. matrimonium puerorum,pag. mihi* 69. Anaſtaſ. Germon.*animadverſ. lib.2.c.6.*Galgan.*de jure publico,lib.3. tit.*100. *num.* 93. Ioan. Gutier. *de matrimon. cap.2. n.*17. Baſil. Pont. *in ſimili tract. lib.*12. *c.5. num.3. & 4.* Gaſp. Hurtado *eod. tract. diſp.*12. *diffic.*12. *in princ.* Salazar. *etiam de matrim. art.4.num.7.* Paul. Zachi.*in quæſtion. Medicolegal. lib.1. tit.1. q.6. num.*11. Quam ætatem ad valorem matrimonii licèt dicat Rebell. *de obligat. Iuſtit. lib.* 3. *q.*16. *ſect.*2. *n.*16. non requiri eſſe mathematicè completam, ſed moraliter; nihilominus verius eſt ultimam diem anni decimiquarti in maſculis, & duodecimi in fœminis cœptam ſaltim eſſe debere, ex Sanch. *d. diſp.* 104. *n.*2. Nald. *in ſum. verb. ætas,n.*1. & Anton. Diana *reſol. moral. p.5. tract.5. reſol.*16. *in fine.*

Qui clerici, vel voventes, &c.

Tit. VI.

SVMMARIVM.

1 *Caſus hujus text. proponitur.*

2 *Religioſis jure novo Concilii Trid. non licet habere annuos redditus, neque de Superiorum licentia.*

3 *Redditus annuos quo caſu licet hodie Religioſis habere, oſtenditur.*

4 *Depoſita pecuniarum Religioſorum quo jure hodie permittantur.*

5 *Vtenſilia ſuperflua Religioſorum quæ dicantur, & intra quem terminum permittenda? oſtenditur.*

Cap. Inſinuante VII. & ult.

1 AD *n.3. in fine.* De intellectu hujus textus latè, & eleganter Baſil.Pont.*var. diſput. p.1. q.9. Scholaſt. c.4. verſ. idque manifeſtè colligitur,pag.*523. ubi ait quod in terminis hujus text. quædam fœmina verè Religionis ſubſtantialia vota emiſit in manibus Auguſtiniani Fratris,eo editio tenore,ut cum ſubſtantia ſua domi ſuæ remaneret, illam verò Religioſam fuiſſe conſtat ex fine capituli, ubi Matrimonium poſtea initum declaratur nullum,& ad malè dimiſſum habitum redire jubetur, voto ergo paupertatis emiſſo, nihilominùs annui ſuppeditabantur redditus, ex Prælati ſcilicet voluntate pendentes: nam ſi & propria bona ſua retinere vellet,planum eſt nullam profeſſionem fore, cùm repugnet ſubſtantiæ voti paupertatis; 2
& deinde *in verſ. præterea*, exiſtimat jure novo Concilii Trid. non licere Religioſis habere annuos reditus, neque de Superiorum licentia. Sed jam hodie de conſuetudine à temporibus Concilii, inter Religioſos 3
tam viros, quàm fœminas introducta, & recepta credit tuta conſcientia poſſe Religioſos hujuſmodi annuos redditus habere,dummodo & illi imponantur de licentia Prælati, & affectus erga illos corrigatur, paratuſque ſit animus exhibere Prælato quoties ille velit in monaſterii uſus inſumere, & id intelligit ſive annui redditus impoſiti ſint nomine Conventus, vel ipſius monachi de Superioris facultate.

Poſtmodum idem Baſil. Pont. agens de 4
cenſibus vitalitiis, ait ad eos obtinendos, & poſſidendos non poſſe ab aliquo Prælato ſine peccato concedi licentiam, & *in c.5.* agit de pecuniarum mobilium depoſitis, & ſupellectili, ubi *pag.*324. proſequitur quod quamvis non minus perfectum paupertatis affectum iſtud genus depoſitorum redoleat, attamen neceſſariò concedendum eſt hanc depoſitarum pecuniarum formam ex natura rei non repugnare cum voto paupertatis, quia ſtare poteſt cum abdicatione proprietatis, cùm deponantur apud officialem à Prælato deſignatum, inde non extrahantur ſine ejuſdem copia, quam non concedit niſi ad licita,& honeſta,illique ſit injunctum,ut depoſita Fratrum viſitet frequenter, depoſiti, & extracti rationem ineat, videat, & animadvertat in eum,qui aliquid ſine Prælati facultate inſumpſerit. Nec obſtare, ut Concilium, cùm præcipit ut etiam mobilia Priori tradantur,Conventuique incorporentur: tum quia contraria conſuetudine abrogatum eſt, vel quia eo ipſo quod apud depoſitarium deponuntur deſignatum à Priore, qui poteſtatem habet de eis diſponendi ad libitum, cenſentur ſuperiori tradi, & incorporari Conventui: & licèt multi vellent intactas remanere pecunias, ac ſi propriæ eſſent, Religioſi pravè affecti vitium hoc eſt, non vivendi modi, itaque affectus reprehendendus; non verò vivendi ratio reprehendenda, aut arguenda peccati. Tandem concludit quod ſi pecuniæ depoſitæ ſint in ſatis magna quantitate, quanta in neceſſitatibus regulariter Religioſo occurrentibus inſumi non poteſt, prout etiam ſi ſuperfluum aliquid fuerit inter ornamenta cellarum, habita ratione ſtatus,& perſonæ, id vitioſum quidem eſſe reſolvit, nec ſine pec- 5
cato poſſideri, ſive retineri poſſe, nec permitti à Prælato. Superflua utenſilia exiſtimat ornamenta

ornamenta pretiosa, vestes exquisita arte confectas, & ex materia, quæ seculares divites potiùs quàm pauperes Religiosos decet, ex auro fabrefacta plura, gemmæ, adamantes, multæ magni pretii imagines, capsulæ, aut scriptoriola ingentis summæ, qualia apud nonnullos multa lectorum exquisita stragula, & rarus ornatus. Hæc omnia collegi ex Basilio Pontio *citato loco*.

De eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.

Tit. VII.

SVMMARIVM.

1 *Mater, sive legitima, sive alia, tenetur partum lactare, & nutrire quousque is trimus efficiatur, & ejus ætatis, qua ablactari possit.*

2 *Mater licèt teneatur lac intra triennium filio exhibere, cæteros tamen sumptus etiam intra id tempus pater facere tenetur.*

3 *Mater à lactationis onere excusatur ubi ipsa adeò pauper existeret, ut propria industria victum quæreret, vel si uberum siccitate laboraret.*

4 *Filiam spuriam tenetur pater dotare.*

5 *Dos filiæ spuriæ à patre danda, ad mensuram debitorum alimentorum taxanda.*

6 *Filius spurius nec ex testamento, nec ab intestato, aut alio contractu inter vivos quicquam præter alimenta à patre obtinere potest.*

7 *Filius naturalis in bonis parentum an, & quando succedere possit, ostenditur etiam de jure Regni Castellæ.*

8 *Filii naturales, si præteriti sint in testamento patris, qui filios legitimos non habet, an possint aliquid prætendere præter alimenta, ostenditur, & n. 9.*

Cap. Cùm haberet V.

1 AD *n.* 7. Nota tamen matrem sive legitimam, sive aliam, teneri partum lactare & nutrire, quousque is trimus efficiatur, & ejus ætatis, qua à lacte depelli, exuberari, aut ablactari possit. Ita Covar. *de sponsal. p. 2. c. 8. §. 6. n. 13.* Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis, §. si mater, n. 2. ff. de liber. agnosc.* Rojas *de successionib. c. 22. n. 11.* Ludov. Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 15. n. 3.* P. Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 168. vers. mater,* Ioan. Garc. *de expens. cap. 13. n. 29.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 14.* Matth. Coler. *eod. tract. lib. 1. c. 7.* Philip. Pascal. *de virib. patriæ potest. p. 2. c. 3. num. 48.* Valasc. *cons. 92. à num. 1.* Sanch. *de matrim. lib. 10. disp. ult.* Bonacin. *eod. tract. quæst. 4. punct. 15. n. 7.* Cardos. *in praxi Iudicum, verb. alimenta, num. 12. & verb. pater, n. 18.* Lessi. *de Iustit. lib. 1. cap. 10. dub. 7. n. 42.* Rebell. *de obligat. Iustit. lib. 3. quæst. 10. n. 15.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 5. cap. 6. quæst. 2.* Perez de Lara *in compendio vitæ hominis, cap. 13. num. 59.* Carranza *de vera humani partus designat. c. 3. §. 4. num. 25.*

Quorum resolutionem intelligas, ut mater solùm teneatur lac intra triennium filio exhibere, cæteros verò sumptus etiam intra id tempus pater facere tenetur, secundùm Panorm. *in cap. ex litteris 2. num. 4. de convers. infidel.* Bald. Novel. *in tract. de dote, p. 6. privil. 16. vers. quod tamen suprà dixi,* Palat. Rub. *in c. per vestras, not. 3. §. 23. num. 8. de donat. inter,* Lambert. *de jure patron. art. 63. quæst. 1. num. 21.* Valasc. *cons. 92. num. 6.* securiorem sententiam dicit Coler. *d. cap. 6. num. 4.* & cum illa pertransit Carranza *d. §. 4. num. 38.* 2

Excusatur tamen mater à lactationis onere ubi ipsa adeò pauper, & inops existeret, ut propria industria, aut obsequio victum quæreret, & si lactationi vacaret, inedia periret, *l. sed etsi 11. §. 1. vers. ego autem arbitror, ff. ad exiben. l. Castel. 3. tit. 19. part. 4.* ibi: *Empero si la madre fuesse tam pobre que non lo podiesse criar, el padre es tenudo de dar lo que aviero menester,* &c. Benincas. *de privileg. paupert. quæst. 7. spec. 2. num. 32.* Ioan. Garcia *d. cap. 3. num. 31.* Lancel. Gallia *in consuet. Alexand. verb. solidos, n. 142.* Surd. & Coler. *citatis locis,* Perez de Lara *d. c. 13. n. 61.* Carranza *d. §. 4. n. 28.* Vel si mater uberum siccitate laboraret, aut parum illi lactis suppeteret, vel quovis alio modo ad nutritionem inepta redderetur, Valasc. *d. cons. 92. n. 4.* Perez de Lara *d. c. 13. n. 64.* 3

Ad *n. 10.* Quod pater teneatur dotare filiam spuriam, ultra citatos *in collect.* docent Gail. *lib. 2. observ. 88. n. 4. cum seqq.* Philip. Paschal. *de viribus patriæ potest. part. 2. c. 3. n. 36.* Gam. *decis. 149. num. 7.* Ioan. Matiens. *l. 8. gloss. 1. n. 36. tit. 8. lib. 5. Recopil.* Mar. Giurba *ad consuet. Messanen. part. 1. cap. 3. gloss. 3. n. 13.* Alvarez *de privileg. pauperum, p. 1. quæst. 13. num. 12.* Ioan. Bapt. Ciarl. *controv. forens. c. 7. à princ.* Etiamsi nata sit ex damnabili coitu, ut in filia Presbyteri; nam eam patrimonialibus bonis deficientibus, tenetur etiam ex beneficii redditibus alere, & dotare, ut resolvunt Avend. *resp. 19. num. 5.* Cord. de 4

Lara *in l. si quis à liberis*, §. *idem rescripsit*, *n.*25. *&* 26. *ff. de liber. agnosc.* Anton. Petra *de fideicomm. q.*8. *n.*462. Spin. *in speculo testament. gloss.*14. *rub. n.*9. Surd. *de aliment. tit.*8. *privil.*9. *n.*5. Ioan. Bapt. Costa *de remed. subsidiar. remed.*66. Mar. Giurba *d. cap.*3. *gloss.*3. *n.*19. Rebell. *de obligat. Iustit. p.*2. *lib.*5. *q.*4. *n.*22. Alvares *d. p.*1. *q.*15. *n.*18. ubi *n.*24. *&* 25.
5 post multos quos refert, tenet hujus dotis quantitatem ad mensuram debitorum alimentorum taxari, ita ut si dos alimenta excedat, pro excessu revocetur; & idem Alvarez *p.*1. *q* 16. *n.*18. ampliat ut etiam pater clericus dotare filiam de redditibus beneficii in aliorum bonorum defectum, prima dote amissa, teneatur.

6 Ad *fin. text.* Circa successionem filii spurii in bonis parentum est sciendum, ejusmodi filium, nec ex testamento, nec ab intestato aut alio contractu inter vivos quicquam præter alimenta à patre obtinere posse, *l. sicut, C. de natur. liber.* Cov. *de sponsal. cap.*8. §.5. *n.*5. Clar. §. *testamentum, quæst.*32. novissimè Machado *en su perfetto Confessor, y Cura de Almas, lib.*3. *part.*6. *tractat.* 2. *do-*
7 *cum.*4. *n.*1. *&* 2. Circa verò successionem filii naturalis in bonis parentis variè fuit à Iure communi sancitum, ut videre est *in l. humanitatis, C. de natural. liber. & in Auth. licet, C. eod. & in auth. quibus modis natur. effic. sui*, §. *ne igitur, vers. si verò filios*, *&* §. *de nepotibus, Auth. si qua illustris, juncta gloss. C. ad SC. Orfician. l. Castel.* 11. *tit.*13. *part.* 6. *& l.*8. *tit.*13. *p.*10. At Iure Regni Castellæ majoris *in l.*10. *Tauri*, quæ est *l.*8. *tit.*8. *lib.*5. *Recopil.* sancitum est quod pater qui habuerit legitimos descendentes, licèt non caruerit legitimis ascendentibus, poterit dictis descendentibus, filiis scilicet, aut nepotibus naturalibus omnia sua bona, aut eorum partem sibi bene visam relinquere, sed eo casu, quo habuerit legitimos descendentes, quintam tantummodo suorum bonorum partem filiis naturalibus, prout cuicumque extraneo, relinquere poterit. Ab intestato verò, licèt olim Iure communi antiquo, de quo *in d. l. humanitatis*, filii naturales non succederent patri, nihilominus hodie noviori Iure, de quo *in auth. licet*, *vers. ab intestato, C. eod. tit. de natur. liber.* deficientibus filiis legitimis succedit naturalis in sexta parte bonorum patris, si ille uxorem propriam non habuerit: hoc idem sancivit *l. Castel.*8. *tit.*13. *p.*6. additque in his Regnis procedere, licèt pater uxorem habuerit: refert Machado *d. l.*3. *p.*6. *tract.*2. *docum.*3.

Sed dubium est, an si hujusmodi filii naturales sint præteriti in testamento patris, nec de eis mentionem aliquam faciat ipse pater, neque ascendentes, neque descendentes legitimos hæredes habens, an dicti filii præter alimenta de bonis patris aliquid prætendere possint? Vide *l.*8. *tit.*13. *p.*6. ibi, *E si por aventura el padre no se accordasse de tal hijo como este, no dexandole ninguna cosa de lo suyo, entonces los herederos del son tenudos de le dar lo que fuere menester para su govierno y para su vestir.* Vbi Greg. *in gloss. accardasse*, ibi: *Satis hic probatur testamento facto per patrem nihil posse pratendere filios naturales contra tale testamentum patris: licèt enim admittantur secundùm voluntatem, non tamen contra voluntatem patris, ut etiam voluit gloss. in l.*1. *in princ. ff. de bonorum possess. contra tabul.* Anton. Gom. *l.*12. *Tauri*, *n.*11. cum multis probat, quod filii naturales præteriti sunt exclusi, nec illis competit aliquod remedium contra testamentum patris: & rationem præstat, de qua suprà, *& n.*12. secus dicit respectu matris, quæ si decedat cum testamento, & tales filii naturales non sint instituti in sua legitima, possunt rumpere, & subvertere testamentum matris.

De frigidis, & maleficiatis.

TIT. XV.

SVMMARIVM.

1 *Senes etiam decrepitæ ætatis validè matrimonium contrahunt.*

2 *Annus sexagesimus generandi finem in hominibus facit.*

3 *Potentia concipiendi in fœminis post quinquagesimum annum absumitur.*

CAP. Quod sedem II.

AD *num.*6. Ex allegatis Doctoribus, excepto Anton. Gom. & Henriq. colligitur quod senes etiam decrepitæ ætatis, cùm invicem copulari, carnaliterque commisceri possint, dummodo nullo alio impedimento laborent, validè matrimonium contrahunt, nisi adeo debilis & exhaustæ naturæ existant, ut prorsus impotentes ad venereos congressus eousque sint, ut judicio medicorum, quorum ea res est, nulla arte possint, aut medicamento juvari, quod etiam placuit Perez de Lara *in compend. vitæ hominis*, *c.*31. *num.*37. Torrebl. *in tract. de jure spirit. lib.*2. *c.*15. *n.*19. 1

Ad *n.*7. Quod sexagesimus annus generandi finem in hominibus facit, ultra citatos *in collect.* docent Sylv. Nupt. *lib.*2. *n.*16. Steph. Forcat. *in cuped. Iurisper. c.*15. *n.*5. Petr. Greg. *syntag. Iuris lib.*9. *cap.*6. *n.*3. *cum seqq.* 2

Farin.

Farin. *de falsitate*, *q*.150. *n*.152. Ludov. Mercat. *de sterilium & pragnantium affectionibus, lib*.3.*c*.14. *vers. conjugum*, Melch. Phœbos *Lusit. decis*.51.*n*.25 *p*.1. Alex. Trentacinq. *var. resol. lib*.1. *tit. de verbor. significat. resol*.4. *à n*.2. Perez de Lara *in compendio vita hominis, c*.10. *n*.32. Acac. Anton. Ripol. *var. resol. juris c*.8. *n*.272. Sed propter exempla, quorum plures meminere de nonagenariis senibus liberos gignentibus, ut videre est apud Feder. Bonavent. *de octomestri partu, lib*.7. *c*.32. & Læl. Bisciola *horarum succisivar. lib*.8. *c*. 2. *in fine, & lib*.10. *c*.15. & aliorum, qui centenarium annum agentes potentiam generandi habuerunt, quos hoc in loco commemoravi, non sine ratione Alphons. Carranza *in disp. de vera humani partus designat. c*.5. *sect*. 2. *num*.65. innuit nullam certam ætatem nec à natura, nec à lege viris prolificandi terminum accersere.

3 Ad *n*.8. Quod post quinquagesimum annum potentia concipiendi in fœminis absumitur, ultra citatos *in collect*. tenent Boss. *de partu supposito, n*.15. Steph. Forcat. *d. c*.15. *num*.5. Mascard. *de probat. concl*. 1147. *n*.4. *cum seqq*. Petr. Gregor. *syntagm. juris lib*.9.*c*.6.*n*.3. Ripa *de nocturno tempore, c*.162. *n*.4. Farin. *de falsit. q*.150. *n*.252. Valenz. *cons*.96. *à n*.13. Parens meus Emman. Barbos. *in remiss. ad Ordin. Regias Lusit. lib*.4. *tit*.105. *n*.1. Perez de Lara *in compendio vita hominis, c*.10. *num*.30. Alphons. de Carranza *d. c*.5. *n*.67.

SVMMARIVM.

1 *Arte magica homines ad mulieres inutiles reddi possunt.*

2 *Coëundi impossibilitas ex quibus possit procedere.*

3 *Maleficium ut tollat non potest quis petere à malefico etiam parato.*

Cap. Ex litteris III.

1 AD *num*.3. Quod arte magica homines ad mulieres inutiles reddi possunt, Doctores per text. *in c. si per sortiarias*, 33. *quæst*.1. Cov. *in opere posthumo de frigid. & malefic. q*.2. Nicol. Remig. *lib*.2. *de dæmon. c*.5. Paul. Grilland. *de sortileg. lib*.2.*q*.6. *à n*.11. Menoch. *de arbitr. casu* 388. Binsfeld. *in confess. malef. p*.2. *conclus*.6. Martin. Delr. *disquis. magicar. lib*.3. *p*.1.*q*.4. *sect*.8. Sanch. *de matrim. lib*.7. *disp*.94. *à num*.1. Simon Majol. *dierum canicular. tom*.2. *colloq*.3. Campan. *in divers. juris canon. rubr*.11. *c*.17. *num*.19. *cum seqq*. Bapt. Codronch. *de morbis venef. lib*.3. *cap*.5. & 6. Ratio est, quia hæc coëundi impossibilitas 2 procedere potest ex castratione, allisione, ruptione, infrigidatione, desiccatione, & similibus ex causis, quas cùm novit dæmon, benè poterit illis uti, ut probant Martin. Delr. & Thom. Sanch. *citatis locis*, Cardan. *lib*.2. *contradict. medic. tract*.2. Ioan. Malder. *de virtutib. Theolog. tract*. 10. *cap*.8. *dub*.9. Quot modis possint homines ligari, ut mulieribus reddantur inutiles, vide *in addit. ad c. ult. infrà hoc tit*.

Ibidem in fine. Non est enim licitum etiam 3 post tentata divina, & naturalia remedia in vanum, à malefico etiam parato petere, ut tollat maleficium. Ita Navarr. *in man. c*.11. *num*.29. Cov. *in cap. quamvis pactum, p*.1. §.1. *num*.10. Fr. Emman. *in sum. tom*.1. *c*.7. *conclus*.11. *n*.11. & *cap*.235. *num*.3. *concl*.3. Iacob. de Graff. *in aureis decis. p*.1. *lib*.2. *cap*.6. *n*.10. Martin. Delr. *magic. disquis. lib*.6. *cap*.2. *sect*.1. *quæst*.2.

Cap. Laudabilem V.

AD *num*.2. *in fine*. Vnde triennii experientia (de quo *in hoc textu*) injicitur 1 ubi de impotentia constare non potest, quia id tempus videtur necessarium ad veritatem inveniendam, & in his terminis loquitur text. *in præsenti*. Ita Greg. Lop. *l*.6. *tit*.8. *part*.4. Franc. Marc. *decis*.677. *num*.2. Gaëta *in c. ad limina* 30. *q*.1. §.4. *q*.221. *num*.522. Sanch. *de matrim. lib*.7. *disp*.108. *num*.5. Hurtado *eod. tract. disp*.22. *different*.11. *à num*.36. Ægid. Trullench *novissimè in praxi Sacramentor. lib*.7.*c*.9. *dub*.16. *num*.22. Torrebl. *de jure spirit. lib*.2. *cap*.15. *sect*.4. *n*.35. Quando certò, aut ferè certò constat impotentiam esse perpetuam, quia signa sunt evidentia, aut ferè evidentia, tunc non est expectandum triennium, sed statim absque expectatione alicujus temporis declarandum est 2 matrimonium esse nullum, & in hoc casu procedit dispositio *c*.1. *hoc tit*. Greg. Lop. *in l*.5. *tit*.8. *p*.4. Petr. Gregor. *syntagm. juris lib*.9. *c*.12. *n*.6. & *lib*.34. *c*.9. *n*.4. Cardin. Toler. *in sum. lib*.7. *c*.12. *n*.2. Mathienz. *ad rubr. tit*.1. *gloss*.1. *ex n*.202. *lib*.5. *Recop*. Iacob. de Graff. *in aureis decis. p*.1. *lib*.2. *c*.85. *n*.25. Basil. Pont. *de matrim. lib*.7. *cap*.66. Hurtad. *d. disput*.22. *differ*.11. *n*.38. *cum seqq*. Torrebl. *dict. sect*.4. *n*.36. Machado *en su perfetto Confessor, y Cura de Almas, lib*.3. *p*.1. *tract*.11. *docum*.15. *n*.6. Ægid. Trullench *d. dub*.16. *n*.23.

SUMMARIUM.

1 *Impotentia correspectiva simul & perpetua potest esse.*
2 *Impotentiam correspectivam quando dicatur habere vir? ostenditur.*
3 *Medium deflorandi fœminam artificio aliquo an sit licitum?*

Cap. Fraternitatis VI.

1 Ad *num.4.in fine.* Unde omnes ferè consentiunt evenire posse, ut sit aliqua impotentia respectiva, simul & perpetua, quæ dirimat matrimonium contrahendum respectu illius, qui est impotens, non verò alterius respectu, qui non est impotens, ut docent Palud.*in 4.dist.34.q.2.* ubi Duran. etiam *quæst.2.* S. Antonin. *part.3. tit.1. c.12.* Sylvest. *in sum. verb. diuortium*, §.19. Verac. *in speculo conjug. part.1. art.38.* Turrecrem. *in cap.quod autem*, 33.*q.*1.Filliuc.*tom.1.tract.10. cap.3. num.66.* Hurtado *de matrim. disp.22. differ.6. num.19.* Sanch.*eod.tract. lib.7.disp.93.* novissimè Trullench *in praxi resolut. Sacram. lib.7.cap.9.dub.16.num.7.* quorum plures ex antiquioribus refert, & sequitur doctissimus Basil.Pont. *var. disput. part.1. quæst.5.Scholast. cap.2.fol.203. cum seqq.* ubi *in versic. ex his,*
2 id probat exemplo, scilicet quando virum aliquantulum debilem cum fœmina adeò arcta jungi matrimonio continget, qui perpetuò ad congressum erunt inhabiles, & tamen ille aliam quæ zonam solverit, objectare poterit, & fœmina alium valentiorem non respuat: probat deinde ex *l. Castel. 3. tit.8. part.4.* in qua casum istum expressè videri contineri ait: & in postremo casu hujus textus suam sententiam insinuari refert, cùm de fœmina quadam sermo sit ita arcta, ut à primo viro, cui nupserat, cognosci non posset, & ab illo separata nupsit alteri, à quo tandem violata fuit: quamvis enim in hoc textu (ait ille) nec decrevit, nec apertè dixit Pontifex validum esse hoc secundum matrimonium, tacitè tamen id sensisse indicavit. Quod ex eo colligit, tum quia in eo loco explicavit glossam, tum etiam, quia postquam Pontifex in posterioribus loquutus est de fœmina, quæ sine magna vi, & periculo vitæ rem habere cum viro non poterat, in quo casu expressè decreverat esse matrimonium invalidum, subjicit casum alterum: *Similiter illa quæ viro, cui nupserat, adeò arcta est*, &c. quod verbum *supradicta* refert, & id, quod sequitur, simile illi esse, & ejusdem rationis adstruit, atque adeò indicat se idem in isto casu statuere, quod decreverat in primo: demùm multis exinde rationibus suam tuetur sententiam.

Ad *num.5. in fine.* Disputat doctissimè, ut solet M. Fr. Basil. Pont. *d. q.5. scholast. c.2. vers. cæterùm, pag.206. cum seq.* an medium deflorandi fœminam artificio aliquo, secluso viri congressu, sit licitum: itaut stante hoc medio, non possit dici impedimentum perpetuum, seu impotentia perpetua? Et contra Thomam Sanch. validissimis fundamentis defendit, nunquam medium ejusmodi licitum esse posse, cùm horreat natura, honestasque non patiatur fœminam virginem artificio corrumpi, ut possit viro incumbere, quia in contractu matrimonii celebrati in ordine ad copulam est traditio corporis apti in usum etiam pro corpore apto: tradit itaque fœmina corpus aptum ut utatur eo etiam vir ex se aptus, non verò se tradit viro inepto. Hinc oritur jus quod confert, matrimonium non esse aliud quàm ut vir aptus utatur apto corpore: si ergo ineptus fuerit ad corpus, quod de se aptum illi in usum traditur, nullum habet jus ex matrimonio vir in corpus fœminæ: qui ergo impotens est ad virginem agnoscendam, cùm revera ille sit ineptus, nullum jus habet ad ejus usum, quia cùm hoc jus solùm conferri debeat ex vi contractus, non censetur contractus validus, nisi subsistente conditione mutuæ aptitudinis. 3

SUMMARIUM.

1 *Maleficium respectivum ex quibus inducatur, remissivè.*
2 *Impotentia respectiva quando detur?*
3 *Homines in quibus casibus ligari possint, ut mulieribus reddantur inutiles.*

Cap. Literis VII. & ult.

Ad *num.5.* De hoc maleficio respectivo agit Torrebl. *de jure spirituali, lib.12. cap.11. num.31.* ubi *num. 35.* post Ioannem Schenk. *tom.2. observat. medic. lib.4. tit. de impotent. vener. observ. 50.53. & 54.* resolvit naturaliter contingere posse, ut ex membri incongrua proportione, inæqualitate, curvatione, gracilitate, vel quid simile quis possit aliquas mulieres magis ore hiantes, quàm nimis arctas, vel virgines cognoscere, & nonnunquam à dæmone etiam 1

dari

darī posse maleficium respectivum.

Ad *num.*10. Vide Torrebl. *d. lib.*12. *c.*11. *ex num.*11. ubi tradit posse homines ligari ut mulieribus reddantur inutiles variis modis. Primò si feminis decisio impediatur ad vasa generationis, obturando venas, vel alio modo. Secundò si spiritus animales prohibeantur transire ad membrum generationis, in quibus virtus motiva existit. Tertiò, si virga flaccida fiat saltim quando quis vult actum venereum exercere, itaut ei vis coëundi quovis modo tollatur. Quartò si viri genitalia retrahantur, abscondantur, vel adimantur. Quintò si corpora impediantur ne ad se mutuò appropinquent, vel aliter phantasmata media injiciantur. Sextò, si alterum alteri reddat odiosum, quod dæmon præstare potest.

Qui filii sint legitimi.

TIT. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Disparitas qualitatum inter contrahentes non attenditur ad hoc, ut filii naturales per matrimonium subsequens legitimentur.*

2 *Matrimonium in articulo mortis contractum validum est.*

3 *Matrimonium operatur retrotractionem legitimitatis ad diem nativitatis.*

4 *Legitimatio per subsequens matrimonium operatur veram, & non fictam legitimationem.*

5 *Filii legitimi ubi vocantur ad majoratum, absque dubio succedunt legitimati per subsequens matrimonium.*

6 *Verba* legitimi, & de legitimo matrimonio nati, *sunt synonyma.*

7 *Legitimati quando excluduntur, censentur exclusi legitimati per rescriptum, & non per subsequens matrimonium.*

CAP. Tua VI.

1 AD *num.*3. Quod non attendatur qualitatum disparitas inter contrahentes, ad hoc ut filii naturales per matrimonium subsequens legitimentur, ultra citatos *in collect.* docent Cov. *de sponsal. p.*2. *cap.*8. §. 2. *num.*9. Anton. Gom. *l.*6. *Tauri*, *n.*59. Lup. *de illegit. commento* 2. §. 3. *num.*55. *vers. & licèt.* Giovagn. *respons.*59. *num.*18. & 19. Æmil. Gall. *de except. except.*2. *num.*90. Marescot. *lib.*4. *var. cap.*18. *num.*21. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.*4. *cap.*653. *num.*10. & 13. Fusar. *de substitut. q.*409. *ex num.*95. Iordan. Vrsin. *de success. feudor. p.*1. *q.*3. *art.*2. *ex n.*34. *pag.*92. Rot. *decis.*662. *n.*5. *p.*4. *recent. aliàs p.*2. *in posthum. Farin.*

Ad *num.*8. Quod matrimonium in articulo mortis contractum validum est, & filii antea geniti per illud legitimentur, ultra relatos tenent Bamacar. *de feudis, ad tit. si de feudo defuncti contentio sit, q.*7. *num.*52. Cancer. *lib.*3. *var. cap.*11. *num.*243. Marescot. *lib.*3. *var. c.*18. *num.*14. Lup. *de illegit. commento* 4. §. 1. *num.*17. & 19. Fusar. *de substitut. quæst.*409. *num.*80. Jordan. Vrsin. *d. p.*1. *q.*4. *art.* 3. ubi per tria dubia hanc quæstionem examinat, Merlin. *de legitima, lib.*1. *tit.*2. *q.*7. *n.*27. 2

Ad *num.*13. Quod matrimonium operatur retrotractionem legitimitatis ad diem nativitatis, ultra citatos tenent Ioan. Bapt. Costa *de retrotract. c.*7. *casu* 32. *num.*3. *pag. mihi* 190. addens *num.*4. quod si matrimonium non operaretur hanc retrotractionem, esset magnum absurdum, filium considerari certo tempore naturalem, & non legitimum, & in alio simul legitimum, & naturalem, Giurba *ad consuet. Messanenses, cap.*1. *gloss.*4. *n.*119. Marta *voto* 94. *n.*5. & 6. Lup. *de illegit. comm.* 4. §. 3. *n.*14. *vers. ratio hujus opinionis colligitur*, Fusar. *de substit. q.*409. *n.*21. *vers. responderi potest*, & *n.*25. *vers. respondetur secundò.* 3

Ad *num.*14. Quod legitimatio, quam subsequens matrimonium operatur, sit vera, & non ficta, & quod verbum, *habeantur*, in hoc textu proprietatem, & non fictionem significet, ultra adductos *in collect.* tenent Maresc. *d. lib.*3. *c.*17. *ex n.*46. Greg. Lop. *l.*1. *gloss.*7. *verb. son legitimos, tit.*13. *p.*4. Lotter. *de re benef. lib.*2. *q.*48. *ex n.*81. 4

Ad *num.*22. Quod ubi ad majoratum vocantur filii legitimi, absque dubio succedant legitimati per subsequens matrimonium, quia verè, & realiter legitimi sunt, ultra citatos resolvunt Jordan. Vrsin. *d. p.*1. *q.*4. *art.*2. *in princ.* novissimè Solorzan. *de jure Indiarum, tom.*1. *lib.*2. *c.*17. *num.*49. *cum seqq.* Et dum dixi non sine fundamento resolutionis à me firmatæ, nonnullos Doctores asserere quando dispositio non est contenta vocatione filiorum legitimorum, sed addit eos esse debere ex legitimo matrimonio natos, succedere legitimatum per subsequens matrimonium: nunc mihi videtur eorum sententiam esse per alios plures DD. comprobatam, & defensam, eamque sustinent Gregor. Lop. *l.*1. *gloss.*1. *verbo, y se casò con ella, vers. quartò limita, tit.*13. *part.*4. Fortun. Garc. *in l. Gallus*, §. *& quid si tantùm*, *n.*267. 5

num.267. verſ. ex ſuperioribus infero, ff. de liber. & poſthum. Cov. de ſponſal. p.2. c.8. § 2. n.30. Villalob. commun. verb. legitimatus, verſ. ſed major difficultas, & verſ. legitimatus per ſubſequens matrimonium, Alvar. de conjectur. mente defuncti, lib.2. c.3. n.9. Roch. de Vargas ſuper hunc text. num.80. Ioan. Garc. de nobil. gloſſ.21. n.22. & 62. Nicol. Garc. de benef. p.7. c.2. n.43. Hieron. Gabr. conſ.21. num.39. lib.1. Lancell. Gallia conſ.122. n.19. Cavalc. p.3. deciſ.32. n.12. verſ. & ſic apparet, Menoch. conſ.227. n.64. & conſ.799. num.8. lib.8. Mareſc. lib.3. var. reſol. c.18. n.45. cum ſeqq. Balthaſ. Thomaſ. tract. de legitim. tit.9. num.61. pag.28. & n.68. & 77. verſ.49. amplia, Cevall. commun. q.2. à n.66. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. lib.3. cap.468. n.53. Marta voto 94. ex num.3. Aloyſ. Ricc. p.3. deciſ.137. num.3. cum ſeqq. Simon de Prætis de interpretat. ult. volunt. lib.3. interpr. 1. dub.3. ſolut.3. num.6. fol.316. Ovid. de Amicis de jure emphyt. q.92. per tot. præcipuè ex n.6. Giurb. ad conſuetud. Meſſanenſ. c.1. gloſſ.4. n.121. poſt med. Merlin. de legit. lib.1. tit.2. q.7. num.10. & 11. Caſtill. controverſ. tom.4. cap.31. n.105. verſ. ſecundus caſus eſt, & tom.5. c.75. & 105. num.34. & 35. Fundantur in multis, & præcipuè in eo quod verba illa, legitimi, & de legitimo matrimonio nati, præſumuntur communiter ſcribi à tabellionibus ex ſuo capite pro nota ordinaria: tum etiam, quia ſunt ſynonyma, & geminatio operatur excluſionem legitimatorum per reſcriptum: quando enim proferuntur plura verba ſynonyma idem ſignificantia, potiùs ponuntur gratiâ tollendæ dubitationis, quam augendæ diſpoſitionis, l.1. §. ſciendum, ff. de ædilit. edicto, Abb. in c. ſolitæ, de major. & obed. Mareſc. d.c.18. n.50. & ſeq. Anguiſſol. conſ.73. n.52. verſ. quartò.

7 Ad eundem n.22. in fine, ibi, Vel niſi fundator excluderet legitimatos per ſubſequens matrimonium. Aliàs ſi excluderet legitimatos, tantùm cenſerentur excluſi legitimati per reſcriptum; nam ut excludatur legitimatus per ſubſequens matrimonium, neceſſaria eſt expreſſa diſpoſitio loquens de legitimatis per ſubſequens matrimonium. Ita Iſern. in c.1. §. naturales, ſi de feudo def. controv. ſit, n.9. ubi Afflict. notab.5. ſub n.3. & Bamacar. q.2. n.18. Lup. de illegit. com.4. §.3. num.10. verſ. advertendum eſt tamen, pag.273. & n.16. & 17. Mier. de major. p.2. q.1. n.38. in 2. edit. Menoch. conſ.227. n.18. Roſenth. de feud. cap.7. concl.19. n.32. pag.212. Roch. de Vargas in repet. hujus text. n.82. in fine, Mareſc. d. c.18. n.51.

Cap. Per venerabilem XIII.

Ad num. 37. Quod Summus Pontifex 1
in terris Principum Chriſtianorum, ſi non habet directè, habet tamen indirectè ex vi Pontificalis officii ſufficientem poteſtatem ſuper omnia negotia ſecularia, quando id Eccleſiæ expedierit ad ipſius Eccleſiæ quietem, & defenſionem conſervandam, ſeu ad bonum ſpirituale, ac finem Eccleſiaſticæ poteſtatis ſupernaturalem aſſequendum, ultra citatos in collect. probant Sylv. in 2.2. quæſt.66. art.1. Maynard. de privileg. Eccleſ. part.1. art.6. num.1. Param. de origine Inquiſitionis, lib.3. q.1. opin.4. Malder. in 2.2. quæſt.1. art.10. dub.8. Anguian. de legib. lib.2. controv.17. n.29. cum ſeqq. Cevall. de cognit. per viam violent. in prolog. n.9. & 12. Benedict. Ægid. in repet. l. ex hoc jure, p.1. c.3. num.17. ff. de Iuſtit. & jure, Juniper. à Drapono pro juris Pontificii defenſ. q.1. c.2. num.9. cum ſeq. Joan. Salgado de Araujo in l. Regias Luſit. diſcurſu 1. n.41. cum ſeqq. Balboa ad cap. fin. num.4. de præſcript. Valenz. pro monitor. Pauli V. p.7. à n.45. Fajard. ad c. tanta, hoc tit. memb.1. num.72. cum ſeq. Solorzan. de jure Indiarum, tom.1. c.22. n.40. cum ſeqq. noviſſimè Thom. Delbene de immun. Eccleſ. dub.4. ſect.21. n.3. pag.185.



De Divortiis.

Tit. XIX.

Cap. Porrò III.

Post num. 5. Præter conciliatio- 1
nes in collect. per me relatas ad text. in præſenti cap. ſignificaſti, hoc eodem tit. nunc mihi non diſplicet illa, quam ingenioſè præſtat Morl. in emporio Iuris Civilis, part.1. tit.1. quæſt.9. num.56 dicens hunc text. non affirmare uxorem eſſe reſtituendam, etiamſi parentela eſſet notoria, ſed ſolùm aſſerere quod maritus non debuit eam propria auctoritate expellere, etiamſi parentela eſſet notoria, ut patet ex contextura hujus textus. Vnde quod ille ſtatim dicit, uxorem eſſe reſtituendam, ideo eſt, quia ibi parentela non erat notoria, quo caſu uxor ſpoliata abſque judicio Eccleſiæ ante omnia reſtitui debet, ex interdicto unde vi, aſſignatque textus rationem, cur dimitti non debet abſque judicio Eccleſiæ, etiamſi parentela eſſet notoria, quia verba

potiùs

potius ad dimissionem, quàm ad restitutionem referri debent, & sic non significat text. in specie hic proposita fuisse notoriam patentelam, imò si notoria fuisset, impediretur restitutio, quia jus commune resistit spoliato, & fundat intentionem spoliantis, juxta textum secundùm verum intellectum *in c. ad decimas, de restit. spoliat. lib. 6.* At verò cùm *in d. cap. significasti*, notorium adulterium de jure communi resistat uxori ne petat thorum conjugalem, & fundet intentionem viri, qui eam admittere non tenetur, ut patet *Matth. 19. & cap. dixit Dominus, 32. q. 1. & cap. si cui, hoc tit.* ideo ea exceptio impedit restitutionem illa ratione, quam suprà deduxi *ex d. cap. ad decimas.*

De secundis nuptiis.

Tit. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ fœminis intra annum luctus statutæ à jure civili, an videantur omnes jure Canonico abrogatæ, plures sunt sententiæ.*
2 *Prima tenet solùm infamiæ pœnam sublatam videri.*
3 *Secunda habet jure Pontificio omnes pœnas legales è medio sublatas.*
4 *Tertia sustinet nullam omnino pœnam abrogatam videri.*
5 *Prima opinio recipitur.*
6 *Et probatur.*
7 Cap. Gemma, de sponsal. *intelligitur.*
8 *Relictum pro viduitate, an possit hodie intra annum peti? remissivè.*

Cap. Super illa IV. & cap. cùm secundùm V. & ult.

1 Circa illam quæstionem disputandam an pœnæ fœminis intra annum luctus statutæ à jure civili, videantur omnes jure Pontificio abrogatæ? solent hæc jura multipliciter interpretari, & triplex referri Do-
2 ctorum sententia. Prima tenet, solam infamiæ pœnam sublatam videri, cùm de ea illi textus expressè decernant, ut *in d. cap. pen.* ibi, *possit sine infamia nubere*, & ibi, *ejus infamia aboletur*, & *in d. c. ult.* ibi, *non debet legalis infamiæ sustinere jacturam*, &c. reliquas verò pœnas stare adhuc, & obstare mulieri, ne intra annum convolet ad nuptias; quæ videtur verior: nam & ex verbis Canonum prædictorum, quibus infamia nominatim abraditur, & ex sententia Pontificum, ni fallor, volunt enim sartam tectam Apostoli Pauli concessionem, quæ in hoc tota est ut mulier mortuo viro sit ab ejus lege soluta, & nubendi cui vult, habeat potestatem *tantùm in Domino.* Quod ait Apostolus, & cum eo Romani Pontifices, *tantùm in Domino*, eum sensum habet ex Tertulliano, ut nullam aliam formam repetundarum nuptiarum, nisi à Domino præscriptam habeat. *Cui ergo voluerit*, Christiano scilicet, non Pagano, quia *tantùm in Domino.*

Secunda tenet jure Pontificio omnes pœ- 3
nas legales è medio sublatas, utcumque in utroque capite fiat mentio de sola pœna infamiæ. Ratio autem præcipua hujus sententiæ est, quia scopus ille fuit utriusque Pontificis, tam Vrbani III. *in d. c. pen.* quàm Innocentii III. *in d. c. ult.* ne mulier rem licitam faciens cum permissu Apostoli, atque jure suo utens pœnam sustineret, & quia libera oportet esse matrimonia. Atqui si pœna aliqua deberetur, non esset voluntas libera, *l. Titia, in princ. ff. de verb. oblig. cap. Gemma, de sponsalib.* & qui licentia utitur concessa ab Apostolo, non potest videri delinquere, *l. Decuriones, C. ex quibus causis inf. irrog.*

Tertia sustinet nullam omnino pœnam 4
abrogatam videri, licèt duo illi Pontifices de ignominiæ pœna nominatim loquantur. Atque hujus opinionis sectatores supplent verba utriusque cap. *quod non debent*: deinde considerant diligentiùs non puniisse jus civile secundas nuptias, sed volatum, seu nimiam festinationem: & quidem optima ratione, ne ex turbatione, seu commixtione sanguinis incerta proles efficiatur, dum ambigi potest cujusnam filius ille sit, qui editus postea fuit. Cùm itaque, inquiunt, justissima hæc ratio sit, non potuit lex Pontificis rem tam justam, tamque honestam, & quæ litibus finem imponat, emendare, eoque potissimùm quod lex infamiæ relata in Decretum fuit, *cap. infames, in fine 3. q. 7.* & ubi causa non vertitur peccati, jus Canonicum nihil potest super leges: atque sic quidem hujus opinionis Auctores, licèt nimis audacter, nec tam emendatione digni, quàm censura.

Quare primam opinionem ex tribus re- 5
latis veriorem duco, quam etiam novissimè tenet Læl. Mancin. *disquisit. genial. & anniversar. juris disputat. cent. 2. c. 140. pag. 331. cum seqq.* & subdit si interpretari libeat cum utroque Pontifice, ut plenam mulier habere debeat nubendi licentiam, quasi soluta à lege viri, nec debeat intra annum luctus

luctus coërceri, videndum cur de sola infamiæ pœna loquatur uterque, reliquis omnibus omninò posthabitis, quæ multæ sunt.

6 Putat autem quia sola illa pœna corrigenda fuit, quæ vim faceret quasi præcisam, & metum induceret, quo bene constans mulier posset à contrahendis nuptiis dimoveri. Hæc autem est infamiæ pœna; nam reliquæ familiaris rei jacturam aliquam faciunt, quam negligere mulier potest, aut cum secundarum nuptiarum utilitate compensare: sola infamia libertatem aufert contrahendi; licèt enim infamiæ metus non sit talis, ut restitutionem promeruerit ex edicto Prætoris, *l. nec timorem, Cod. quod metus causa*; si tamen habeat effectum juris, restitui potest, *l. isti quidem*, §. *quod si, ff. eod. tit.*

7 Non obstat text. *in cap. Gemma, de sponsal.* ubi Gregorius inter sponsos irritat promissionem pœnæ, licèt pecuniaria illa sit: *cùm*, inquit, *libera matrimonia esse debeant*; nam respondetur pœnam inter sponsos stipulatione promissam ipso jure Civili non deberi, *d. l. Titia*, cùm tamen in specie nostra lex ipsa Civilis mulierem opprimat, & quidem justa causa suadente: & cùm matrimonia libera esse debeant, videmus tamen Canones inducere eos interdum qui sponsalia juraverint ad contrahendum matrimonium per comminationem censuræ, quæ inducere metum potest cadentem in constantem virum, per ea quæ tradit Læl. Mancin. *fac. jur. controvers. differt.* 10. *c.* 2.

Vtrùm autem relictum pro viduitate possit hodie intra annum peti, vide Læl. Mancin. *disquisit. genial. cent.* 2. *c.* 141. *ad Auth. cui relictum, C. de indicta vid. tollen.* 8

LIBER QUINTUS.

DE ACCVSATIONIBVS.

TITULUS I.

SVMMARIVM.

1 *Famulos improbos, & malæ vitæ qui retinuerint, possunt pro eorum delictis puniri.*

2 *Domus si comburatur facto famulorum malæ opinionis, dominus non ad pœnam incendii criminaliter, sed solùm ad interesse tenetur.*

3 *De culpa lata solùm quis tenetur ad interesse, sive in committendo, sive in omittendo culpa sit.*

CAP. Nulli V.

1 AD *num.* 4. Domini retinentes famulos improbos, & malæ vitæ, pro eorum delictis possunt puniri, *l. fin. ff. de abigeis*, Felin. *in cap. Petrus, n.* 7. *de homicid.* Duen. *reg.* 303. Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *q.* 110. *à num.* 120. & *p.* 1. *q.* 24. *n.* 41. & tenetur ex illorum facto, *l. fin.* §. *de custodia, ff. de custod. reorum, l. videamus, ff. locat. l. si vendita, ff. de periculo, & commodo rei vendit.* Cæpol. *consf.* 79. *n.* 5. Gozadin. *cons.* 63. *n.* 14. Menoch. *cons.* 55. *num.* 8. *lib.* 1. Ioseph. Ludov. *Perus. decis.* 15. *n.* 18. *p.* 1. D. Barb. *in l. si mora, n.* 38. *ff. soluto matrim.* Rot. *decis.* 6. *de officio vicar.* aliàs 432. *num.* 2. ibi: *imputandum est ei, qui opera malorum hominum utitur*, &c.

Quando verò facto famulorum malæ opinionis domus comburitur, dominus non ad pœnam incendii criminaliter, sed solùm ad interesse tenetur, quia in electione famuli non adest dolus, sed culpa lata domini: & ubi abest dolus, pœna ordinaria delicti cessat, *l.* 1. §. *Divus, ff. ad leg. Cornel. de sicar. leg. absentem*, §. *fin. l. respiciendum*, §. *delinquunt, ff. de pen.* Socin. *in cap. si quis domum, n.* 19. *de injur.* ubi tenet quod de culpa lata solùm quis tenetur ad interesse, sive in committendo, sive in omittendo culpa sit, Menoch. *de arbitr. casu* 390. *num.* 24. Ioseph. Ludov. *decis.* 15. *n.* 10. *p.* 1. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 24. *n.* 2. & *q.* 110. *n.* 18. 2 3

SVMMARIVM.

1 *Monachus litigans cum Abbate, vel eum accusans, à monasterio ad vivendum, & ad litigandum sumptus consequi debet.*

2 *Monachus in possessione existens, si monasterio injustè expellatur, sumptus consequi debet.*

3 *Alimenta*

3 *Alimenta litisque sumptus sequestrum passo subministrandi sunt.*
4 *Etiamsi bona sint ob delictum sequestrata.*

Cap. Ex parte XI.

1 AD *n.2.* Quod Monachus litigans cum Abbate, vel eum accusans, à monasterio & ad vivendum, & ad litigandum sumptus consequi debet, ultra citatos *in collect.* docent Ioan. Bapt. Pontan. *de alim. c.13.n.3.* Castill. *controv. lib.3.c.27. n.48. & 49.* Aloys. Ricc. *decis.35.n.7. & 8.p.4.* Marc. Anton. Genuens. *in pract. Eccles. q.575.n.4.* Cevall. *comm. contra commun. q.780.n.36.* Sigism. Scacc. *de appell. q.17.lim.7.n.4.vers. secundus casus,* Alex. Trentac. *var. resol. lib.1. tit. de alim. resol.1.n.36.*

2 Quos etiam sumptus consequi debet Monachus in possessione existens, si à monasterio expellatur, ipseque quasi injustè expulsus monasterium conveniat, ut per Cornel. Benincas. *de paupert. spec.2. in judic. n.4.* Pontan. *d.c.13.n.3.* Valasc. *cons.1.n.3.* Castill. *d.c.27. n.45.* Et etiam Monachus ad aliquod officium discorditer electus, ad quod judicialiter se admitti petit, Crescent. *dec.7. aliàs 175. de judic.* Pontan. *d.n.3.* Aloys. Ricc. *decis.56. n.19.p.1.*

3 Ad *n.9.* Quod sequestratis bonis semper dominus rerum positarum sub sequestro ali debet de bonis sequestratis; & sic alimenta, litisque sumptus sequestrum passo subministrandi sunt, præter in collect. citatos tenent Franc. Curt. *in tract. de sequestro, n.10.* Cov. *pract. c.6.n.5.* Ioan. Bapt. Pont. *d.c.13.n.4.* Cavalc. *decis.3.n.41.p.1.* Card. Tusch. *pract. concl. tom.1. lit. A, concl.309.n.16.* Aloys. Ricc. *dec.251. n.10.p.2.* Sigism. Scacc. *de appell. q.17. limit.7. n.4. vers. sextus casus est,* Castill. *d.c.27.n.33.* Camill. Borrel. *in sum. decis. p.2. tit.37. n.160. cum seqq.* Quod & in bonis ob delictum sequestratis procedit, ut per Carpan. *super novis Constit. Mediol. in §. omnium, n.696. cum seqq.* Corduba de Lara *in l. si quis à liberis, §. si vel parens, n.62.* Surd. *de alim. tit.1. q.72. & q.129.n.1.* Valasc. *d. cons.1.n.2.* Aloys. Ricc. *d. decis.251. n.7.* Sebast. Guazzin. *de defens. reorum, defens.6. circa privil. carcerator. c.1.n.2.* ubi quoque etiam post sententiam hujusmodi alimenta litisque sumptus sequestrum, vel confiscationem passo administranda sunt donec Curia sententiam exequatur.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia oritur ex testimonio prolato in causa criminali intra testem, & eum contra quem deposuit.*
2 Cap. cùm P. hoc tit. *intelligitur.*
3 Text. in præsenti *interpretatur.*

Cap. Meminimus XIII.

POst *num.1.* Affirmant communiter scribentes *in c.1. de judic.* eum qui mihi adversatus fuerit, aut adversetur in causa criminis repelli à me posse, ne in alia causa Iudex sit. Et *in c. cùm P. hoc tit.* probatur quod ex testimonio prolato in causa criminali oritur inimicitia inter testem, & eum contra quem testis deposuit. Et *in hoc textu* dicitur manifestum inimicum præsumi illum, qui in eadem causa criminali, vel in alia fuit testis, alio accusante. Sed nondum se intelligere ait Læl. Mancin. *disquisit. genialium, & anniversariarum juris disputation. cent.1. c.42. pag.107.* cur is, qui de crimine accusat, plus ex inimicitia agere credendus sit, quàm pietate erga Principem, erga patriam, vel publica aliqua necessitate, aut causa, cui maximè consultum velit? & concludit, qui dicit eo ipso quod accuset aliquem quis, videri inimicum, malè dicere, & qui dicit absolutè posse eum quasi suspectum removeri, redarguendum quoque esse, putatque audiendos eos esse qui mandatum hoc velint religioni judicantis, ut ipse æstimet quæ causa fuerit accusandi, & nunquid inimico animo actum videri possit, an etiam capitale certamen fuerit, aut saltem eo modo, quo suspicionem facere posset. 1

Nec contradicit Alexander Pont. *in d. c. cùm P.* nam neque id exprimit quod volunt, videlicet eum, qui testimonium dixerit in causa criminis, præsumi inimicum, sed dumtaxat fieri suspectum: quin nec ob id solum rejicit eum Pontifex ne accusare possit quasi suspectus, sed ex aliis, quæ simul juncta suspicionem augebant, utpote ex reciproca accusatione, & conspiratione duorum fratrum, qui instanti vicissitudine, ait Pontifex, unus post alium accusabant. Ita Læl. Mancin. *d.c.42.n.2.* 2

Minùs urget idem Pontifex in præsenti, si species hujus text. attendatur. Fuit Monialis in Abbatissam electa, & cùm orta de electione quæstio erat, electionem Papa confirmavit, mandavitque Episcopo, ut benedictionis munus electæ conferret; id cùm exequi Episcopus vellet, is qui contra Abbatissam testis antea fuerat, objecit de simonia, appellavitque Pontificem, qua recepta appellatione distulit Episcopus mandatum exequi benedictionis, cui ideo sic à Pontifice rescriptum fuit. Quia verò te non decet in hac parte appellationi ejusdem H. deferre, cùm idem illius manifestus fuerit 3

fuerit inimicus, & contra eam testimonium tulerit, mandamus quatenus cùm inde fueris requisitus, præfatæ Abbatissæ munus benedictionis non desinas impertiri: ex quibus verbis vulgò colligitur, quod qui crimen objecerat simoniæ, non simul potuerat esse adversarius, & testis: ergo testis duntaxat, & quia testis, propterea inimicus, quanto magis si accusasset. Sed perperam (inquit Læl. Mancin. *d. c.42. n.3.*) nam qui testis adversùs aliquem est in causa criminis, is si fortè leviter suspectus, inimicus certè neque est, neque esse creditur, & tamen in præsenti inimicus dicitur manifestus: ergo aliunde quàm ex testimonio lato inimicitia procedit; nam & duo ista quasi diversa legimus hic, videlicet ut manifestus fuisset inimicus, utque contra mulierem testimonium tulisset assuum: ergo manifesta inimicitia aliunde affluxerat; & fortè eo modo testificatus iste fuerat, ut se inimicum præberet, & ideo, ut loquuntur, repulsatus, quare nec obesse potuit Abbatissæ.

Cap. Super his XVI.

1 AD *num.6.* Quod ubi aliqua succedunt negotia, quæ legibus certa & determinata non sunt, arbitrio ipsorum Iudicum relinquuntur, ultra Menoch. *in collect.* citatum, vide Matth. de Afflict. *in cap.1. ex quibus caus. feud. amit.* Pinel. *in l.1. Cod. de bonis mat. p.2. n.72. col.2.* Tiraq. *in l. si unquam, verb. omnia, n.13.* Anguian. *de legib. lib.2. contr.9. n.9.* ubi *n.3.* subdit non adeò latè patere hanc arbitrandi facultatem, quin attendere debeant Iudices plures diversasque circumstantias delicta aggravantes, vel minuentes, scilicet personas, tempora, delictorum gravitatem, quibusque in locis, & circumstantiis fuerint perpetrata.

De Simonia.

Tit. III.

Cap. Et si quæstiones XVIII.

1 AD *n.2.* Quod donatio facta à divite pauperi in moderata quantitate, præsumitur facta ratione paupertatis, ut ultra citatum Ant. Gom. docent Benincas. *de paupert. spec.1. n.26.* Menoch. *de præs. lib.3. præs.24. n.4.* Sebast. Medices *de casibus fortuit. p.2. q.4. n.16.* Vincent. Carot. *de deposito, p.2. q.25. vers. primus est si quantitas sit parva,* quos & alios refert Alvarez *de privileg. pauperum & miserabilium personar. part.1. q.21. numero 8.*

Summarium.

1 *Provisus de beneficio per simoniam ignoranter, etiam probabiliter, tenetur tali beneficio renuntiare.*

2 *Defectus substantialis per ignorantiam quantumcunque probabilem non suppletur.*

3 *Beneficium recipiens quando aliquid dat ipsi conferenti, seu alicui tertio qui est causa immediata ut beneficium conferatur, provisio non valet.*

4 Cap. de simoniacè 22. hoc tit. de simon. *declaratur.*

5 Cap. ex insinuatione, hoc eod. tit. *explicatur.*

Cap. Nobis XXVII.

AD *n.1. in fine.* Probat hic text. illum qui provisus est de beneficio per simoniam ignoranter, etiam probabiliter, teneri tali beneficio renuntiate, in idem est text. *in cap. ex insinuatione, sup. hoc eod. tit. & in c. præsentium, 1. q.5.* notant *gloss. in cap. de simoniacè 22. hoc eod. tit.* dum docet de jure renuntiare debere beneficio illum, qui ignoranter per simoniam acquisiit, scribentes per text. *in cap. pen. de elect.* S. Thom. *2.2. q.100. art.6. ad 3.* Sylvest. *verb. simonia, q.20.* Ioan. de Medina *de restit. q.27.* Sot. *de Iustit. lib.9. q.8. art.1. ad 3.* Cov. *in reg. peccatum, p.2. §.3.* Nav. *in man. c.23. n.121.* Ratio est, quia cùm in provisione simoniaca deficiat aliquid substantiale, nempe quod gratis concedatur beneficium, necesse est ut necessariò illi renuntiandum sit, non obstante ignorantia provisi, quoniam 2 si bene consideres, præfatus defectus substantialis per ignorantiam quantumcunque probabilem non suppletur: ideoque meritò Romanus Pontifex Clemens III. in effectu decrevit in citato *c. ex insinuatione,* beneficium esse dimittendum, nec posse licitè teneri. Ita Anguian. *in tract. de legib. lib.4. controvers.6. n.7.* ubi *à n.13.* pro veriori prædictorum, & similium jurium intelligentia triplicem modum dandi temporalia distinguit.

Primum quando recipiens aliquid dat ipsi conferenti, seu alicui tertio, putà consanguineo, vel alteri, qui est causa immediata ut beneficium conferatur: quo casu expeditum est, nullo modo provisionem valere, & ad obtinendum idem beneficium necessariam esse Pontificis Max. dispensationem, propter manifestam simoniam ex parte recipientis commissam, ut advertit gloss. *verb. remanere, in dict. cap. de simoniacè,* & in his terminis

terminis intelligendus text. *in præsenti, ad fin.* dum ait consultationi respondens, quod si aliquis in Ecclesiæ Prælatum fuisset electus per pravitatem simoniacam ab Episcopo suo, dispensationem aliquam de jure obtinere non posset, sicut intellexit, & explicavit Gloss. *ibi, verb. ab Episcopo suo*, quando electus simoniam commisit, vel alius, inquit gloss. eo sciente & ratum habente.

4 Secundum quando temporale datur ab aliquo tertio, eidem tamen conferenti, quo casu licèt provisio non valeat, juxta text. sic intelligendum in præsenti, ibi penitus reprobanda, eo quòd talis datio tollit potestatem conferendi in recipiente spirituale, si tamen per ignorantiam probabilem provisi spirituale datum fuit, ex dispensatione tamen Episcopi poterit iterum prædictum beneficium ab eodem proviso obtineri: qua ratione explicari debet text. *in d. cap. de simoniacè*, ubi cum ordinato simoniacè, qui simoniacus non est, dispensari posse, rectè docuit Lucius III. ibi, & admonuit gloss. super illo text. *verb. remanere*, dicens etiam post liberam resignationem posse Episcopum

5 cum talibus dispensare, ut in eisdem Ecclesiis recipiantur. Et similiter interpretandus est text. *in d. c. ex insinuatione, post princ.* ibi, *tibi compatientes, de novo te in suum Canonicum elegerunt*, &c. quippe ignoranter per simoniam assumptus fuerat, ideoque rectè potuit assumi postea de novo. Et in hoc textu *in princ.* ubi electio simoniaca cassanda est, si propter hoc electoribus promissa fuit pecunia, quanvis electus ignoret, non alia ratione quàm quod talis datio potestatem abstulerat conferendi in recipiente spirituale.

Tertium quando contingit dari temporale pro spirituali ab eodem tertio, alteri, quo casu provisio à principio suam retinet firmitatem, & ad beneficium obtinendum nulla dispensatio necessaria est, juxta text. qui sic etiam intelligi potest *in d. c. de simoniacè*, quia ut dixi, talis datio nec aufert potestatem conferendi beneficium, neque inducit inhabilitatem in illo, cui beneficium confertur, & ideo minimè dubitandum est, quin valida & firma fuerit talis provisio.

Cap. Per tuas XXXII.

1 AD *n.4.* Vide Læl. Mancin. *disquisit. genialium, & anniversar. juris disp. cent. 1. c. 39. pag. 101.* ubi postquam retulit obscura hujus text. verba, *cùm ageretur non criminaliter, ut deponeretur ab ordine, sed civiliter ut ab administratione amoveretur, tanquam immeritus, ac damnosus*, dicit quod si amoveatur Prælatus à sua administratione, nec fisco pœnam, nec parti exsolvi, & concludit si criminale judicium non est, nec civile quidem esse. Respondet amotionis pœnam parti, hoc est, monasterio, dari debuisse; actum enim fuisse inibi, ut solummodo ab administratione pro utilitate monasterii privatim publica Prælatus non amoveretur, perindeque quasi agentibus Monachis luendam pœnam fuisse, & se remittit *ad suum tract. de sacr. juris controv. dissert. 3. c. 10.* Vide addita *ad cap. tua, de procurat.* quod cum hoc textu concordatur.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas vera excusat simoniacos à pœnis contra eos statutis.*
2 *Monasterium si paupertate prematur, absque simoniæ labe poterit cum ingredientibus de sustentatione pacisci.*
3 Text. in præsenti *declaratur.*

Cap. Quoniam XL.

AD *n.3.* Ex hoc textu colligunt Vital. de Cambanis *in tract. de clausi. tit. de metu matrim. n. 15.* & Guillelm. Redoan. *de simon. mentali, p. 2. c. 29. n. 16. cum seqq.* quod paupertas non excusat simoniacos à pœnis contra eos statutis, dum in eo probari videtur, nec paupertatis prætextu licere monasterio de aliquo pretio absque simoniæ labe cum ingrediente pacisci. Sed verius est, textum in præsenti talem non prohibere monasterio pauperi pactionem, aut receptionem pro Monachi ingressu, sed ei quod pauper non est, paupertatisque prætextu simoniæ vitium palliare intendit, ut ex eo constat in illis verbis, *Paupertatis prætextu volentes hujusmodi vitium palliare*, &c. quinimò à contrario sensu deducitur veram, non palliatam paupertatem in simoniæ labe hoc in casu excusare: ita hunc textum intelligunt Suar. *tom. 1. de relig. lib. 4. de simon. c. 17. n. 14.* Less. *de Iustit. lib. 2. c. 35. dub. 12. n. 72. in fine.* 1

Et ideo si paupertate monasterium prematur, itaut plures sustentare commodè nequeat, absque simoniæ labe poterit cum ingredientibus de sustentatione pacisci. Ita Less. *d. n. 71. in fine, & dub. 23. n. 131. vers. adverte tamen*, nec dissentit Redoan. *d. p. 2. c. 29. n. 11. cum seqq.* ubi *n. 13.* respondet objectioni, quæ poterat ex hoc text. desumi, illum scilicet loqui, ut nihil pro religionis ingressu recipiatur, non verò pro relevatione sumptus, si monasterium pauper est. Suar. *d. lib. 4. cap. 17. n. 9.* qui *ibidem n. 8.* probat, docetque eleganter in hoc casu nullum esse decretum, quod talem prohibitionem sufficienter ostendat, vel si est, contraria consue- 2 3

tudine derogatum existere, qua humana prohibitio potuit derogari.



De Magistris.

TIT. V.

CAP. Quoniam I.

AD *num.* 3. Quod magistri discipulos suos pauperes gratis docere tenentur, ultra Tiraq. *in collect.* citatum, adde Petr. Rebuff. *de privileg. schol. privil.* 90. *n.* 6. Horat. Luc. *eod. tract. privil.* 88. Roland. à Valle *cons.* 87. *n.* 41. *lib.* 2. Petr. Ruiz *Lituan. decis.* 4. *n.* 304. *cum duobus seqq.* Vincent. Carot. *de locato, p.* 2. *tit. de Ambasciatore infirmo, q.* 8. *in quæst. de magistris.*

CAP. Super specula V. & ult.

1 POst *num.* 5. In text. ibi, *per annos quinque.* Licèt olim quadriennii tempus fuisset legalibus studiis præstitutum, sed ordine usque adeò præpostero, ut vix possent eo elapso studiosi divorum Principum constitutiones intelligere; deinceps tamen Iustiniano auctore nova discendi methodus instituta, præfixumque fuit absolvendo juris Civilis studio quinquennale tempus, & primo quidem anno jussum audiri Institutiones, aliis verò sequentibus aliæ juris partes, ut *in proœmio Institutionum, & Digestorum,* ubi Professoribus quid quoquo anno legere debeant, eleganter distributum, studiorumque tempora Auditoribus definita. Ita docent Bald. & Mynsinger. *in proœm. Instit.* Læl. Mancin. *disquisit. genialium & anniversf. juris disput. cent.* 2. *c.* 150. *pag.* 364. *& seqq.* ubi *n.* 6. quinquennale saltem spatium juris studioso transigendum, vel ab incepto desistendum ait: hoc prudentes veteres, hoc Iustinianum suasisse, hoc Romanum Pontif. in hoc textu approbasse, hoc denique scholas omnes, & legibus, & moribus retinuisse affirmat. Sed nostra hac tempestate deplorat Cujac. *lib.* 2. *observat. cap.* 40. Nam si quinquennium, inquit, vel quadriennium illa ætate, qua mores, & jura, & verba civilia sanè erant notiora, aut faciliora perceptu, quid non erubescimus ista, qua horrere spinis omnibus videntur omnia quæcumque de jure ab antiquis prodita sunt, vix tamen in eis non transigere triennium plurimùm vitio parentum, qui, ut Petronius Arbiter ait, cùm ad vota prosperant, cruda adhuc studia in forum impellunt.

De Hæreticis.

TIT. VII.

SUMMARIUM.

1 *Dubius in fide qualiter habeatur pro hæretico, ostenditur.*

2 *Dubitans circa interpretationem alicujus loci sacræ scripturæ, vel circa ea, in quibus variæ sunt Doctorum opiniones, eligens unam non dicitur hæreticus.*

3 *Ignorantia in iis, quæ fidei sunt, non excusat, nisi in rustico, & omninò ignaro.*

CAP. Dubius I.

AD *num.* 2. *&* 3. Adde dubium in Fide 1
haberi pro hæretico, quando in dubitatione haberet pertinaciam, & non sit paratus corrigi, imò haberet complacentiam dubitando, ut tenent ferè omnes in præsenti, Ioan. Andr. Anchar. Panorm. Zabar. Felin. & alii, Albertin. *de agnoscen. assert. q.* 33. *num.* 4. Clar. §. *hæresis, n.* 2. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *c.* 17. *& seq.* Bañez *in* 2. 2. *q.* 11. *art.* 1. cum aliis per Torreblanc. *de jure spirit. lib.* 13. *c.* 1. *n.* 33. ubi *n.* 34. secus dicendum asserit si talis dubitatio procedat ex scrupulosa conscientia & ex primis motivis, quia si post dubitationem se firmat in Fide, meretur, sicut qui resistit contra carnis stimulum, *& n.* 35. Item 2
secus asserendum ait de dubitante circa interpretationem alicujus loci S. Scripturæ, vel si dubius esset in iis, in quibus variæ sunt Doctorum opiniones, vel nondum sunt determinatæ ab Ecclesia, quia tunc non solùm dubitans, sed eligens unam, non est hæreticus. Novissimè Thom. Delbene *de immunit. Eccles. lib.* 4. *subsect.* 31. *n.* 2. *pag.* 87. sic hac de re ait: *Non obstat quod Stephanus Papa in c.* 1. *de hæret. dicit dubium in Fide esse hæreticum, seu infidelem: nam respondetur id esse verum privativè, & impropriè, non autem positivè & propriè: vel secundò id esse verum præsumptivè, & quoad forum externum, non autem verè, & quoad forum internum: vel tertiò id esse verum de eo, qui est dubius conscientia objectivè dubia; non autem de eo, qui est dubius conscientia formaliter dubia.*

Post *num.* 5. Nota ignorantiam in iis 3
quæ Fidei sunt, non excusare, ut per Squillacen. *de Fide Cathol. cap.* 21. *numero* 1. Peña *in director. Inquisit. part.* 1. *q.* 7. *commento* 22. Decian. *dicto lib.* 5. *capite* 37. *numero* 24.

Param.

Param. *de origine S. Inquisit. lib.3.q.3.ex n.43. & q.9. ex n.142.* Azor. *instit. moral.p.1. lib.8. cap.6.q.7.* nisi ignorans sit rusticus, & omnino, itaut ejus ignorantia sit invincibilis. Simanch. *de Cathol. instit.tit.26.n.3.& tit.15. n.2. & tit.55.n.8. & in enchirid. tit.48. num.4. & tit.49. n.5.* Farin. *in praxi crimin. q.179.§.3. n.26.* quos refert Torreblanc. *de jure spirit. lib.13. c.2. n.33. & 34.*

De Infantibus expositis, & languidis.

Tit. II.

SVMMARIVM.

1 *Infantia tam in viris quàm in fœminis terminatur septimo anno expleto.*

2 *Filii expositi, de quorum parentibus non constat, legitimi sunt censendi.*

3 *Expositi an admittantur in collegiis, ubi requiritur ut admittendi sint sanguine puri?*

4 *Expositi dicuntur cives, & naturales illius loci, in quo fuerunt expositi.*

Ad rubricam.

1 AD *num. 2.* Quod infantia tam in viris, quam in fœminis terminatur septimo anno completo, probant *l. si infanti 18. in principio, & in §. si autem septem annos, C. de jure deliber. l.1. §. sufficit, ff. de admin. tutor. l.Castellæ 4. tit.11.p.5.* ultra citatos Cov. *de sponsal. p.1. cap.2.n.1.* Bertaz. *de clausf. instrum.clausf.8. gloss.2. n.1.* Montan. *de tutel. cap.5. n.25.* Petr. Gregor. *syntagm.juris lib.15. c.28. n.5.* Felic. *de censib. lib.1.c.2.* Ioan. Sorapan. *de medicina Hispana, aphor.1. p.2.n.17.* Melch. de Valentia *tract. illustr.2. cap.7. n.14.* Calvin. *in Lexic verb.ætas, vers. ætatum gradus,* Hieron. Buccaron. *de different. inter judicia civilia & crimin. differ.78. num.3.* Perez de Lara *in compendio vitæ hominis, cap.14.n.6.* D. Acuña *ad cap. in singulis 2.n.2. dist.77.* Alphonf. Carranza *de partu, c.10.n.9. vers. ab hisque,* Alvarez *de privileg. paup.p.2. q.65. à n.180. cum seqq.*

2 *Ibidem ad finem.* Ad illam comprobandam conclusionem, quæ habet filios expositos, de quorum parentibus non constat, legitimos esse censendos, præter citatos in collect. adde Greg. Lop. *l.4. gloss.6. verb.en se toma libre, tit.20. part.4.* Fr. Emman. *qq. Regul. tom.1.q.13. art.1.* Philip. Paschal. *de viribus patriæ potestatis, p.1.c.6. n.10.* Campan. *in divers. Iuris Canon. rubr.11. cap.13. num.157.* Basil. Pont. *de matrim. lib.11. cap.9.n.4.* Carranza *d. tract. de partu, cap.4. à n.49.* Alvarez *de privileg. pauperum, p.2. q.65. §.2. num.198.* Quanvis cum Garc. & aliis novissimè contrarium teneat Alphonf. de Escobar y Loaysa *de Pontificia & Regia jurisdict. cap.2. n.24.*

3 Et ad aliud dubium, an admittantur expositi in collegiis ubi requiritur ut admittendi sint sanguine puri? Addo Carranza *d.cap.4.n.54.* & Alphonf. de Escobar *d.tract.8. c.2. à n.29.*

4 Dicuntur expositi cives & naturales illius loci, in quo fuerunt expositi, de quo vide Greg. Lop. *l.4. gloss.1. ad fin. tit.20. part.4.* Carranza *d. c.4. n.53.* Alphonf. de Escobar *d. tract. c.1. n.79. & d.cap.2. n.23. in princip.*

SVMMARIVM.

1 *Paupertas est justa causa ad excusandum parentes, & dominos, qui filios, servosque exponunt.*

2 *Filium exponere ob mortis timorem, vel ob infamiam vitandam, licet parenti.*

3 *Exponens septennio minorem filium, vel servum, puniendus est.*

4 *Abjecti à patre vel domino post septennium, non expositi, sed pro derelicto habiti dicuntur.*

5 *Patriam potestatem amittunt parentes filios exponentes, exponique consentientes.*

Cap. Si à patre, unic.

1 AD *num.2. in fine.* Justa autem causa paupertas, inopiaque est, quæ etiam scienter filios, aut servos exponentes parentes, vel dominos excusat, si in aliquo Xenodochio non omnino eos deserendo quoquo potuerint adjuvent modo, filios exponant, vel servos. Ita gloss. *hic, verbo liberatus,* Montalv. *in l.1. tit.23. lib.4. fori leg. gloss. 1.* Greg. Lop. *l.4. gloss.2. tit.20. p.4.* Ioan. Vela *de delict. c.9. prope fin. vers. has autem pœnas,* Petr. Fernand. de Ottero *divers. qq.p.3.q.11. n.6.* quos refert & sequitur Alvarez *de privil. pauper. p.2. q.65. §.2.n.207.* ubi *numeris seqq. per gloss.1. in c.fin. 87. dist.* tenet excusari patrem, qui filium egestate cogente exposuit, si Xenodochium, in quo expositio fiat, præstò non sit, saltem quoad pœnæ excusationem in foro exteriori, in interiori verò non utique intelligit, quia potiùs pro se, filioque alendo mendicare debuisset, nisi fortè expositio eo modo fieret quod nullum inde periculum immineret; dominum tamen excusari negat, quia potiùs servum vendere, aut donare debuerat, ex *l. unica, §. sed scimus, C. de Latina libert. tollen.*

2 Deinde idem Alvarez post Menoch. Gregor. Lop. Velam, & Orterum subdit licere parenti filium exponere ob mortis timorem, vel ob infamiam vitandam, cùm non impietas tunc parentes moverit; sed qui non modò filiis, sed vitæ propriæ antefertur honor.

3 Nota parentem vel dominum posse tantum puniri, qui septennio minorem filium, vel servum exposuerit, ut per Quintil. Mandos. *de minori ætate*, *cap.* 4. *num.* 31. Petr. Gregor. *syntagm. juris lib.*15. *cap.*28. *num.*5. Ferdin. de Arrojo *in comment. ad hunc text. n.*31. Sanch. *in consil. moralib. lib.*1. *c.*4. *dub.*4. *num.*2. Alphons. Carranza *de partu*, *cap.*4. *sect.*1. *n.*127.

4 Et ideo qui post septennium abjiciuntur, non expositi, sed pro derelicto habiti dicuntur, ex Rodulpho Fornel. *lib.*1. *rerum quotid. c.*10. *ad finem*, Carranza *d. c.*4. *in princ. n.*6. *& d. sect.*1. *n.*117. ubi etiam subdit hos adultos pro derelicto habentes nullum crimen committere, quo puniri debeant, quanvis civiliter compelli possint filios alere ex propria substantia.

5 Ad *num.*3. Quod parentes filios exponentes, exponive consentientes, dominiumque in servis domini habentes, exponentes servos, ab aliisve exponi permittentes, patriam potestatem amittunt, ut præter in collect. citatos, docent Montalv. per text. *ibi, in l.*1. *gloss.*1. *circa fin. tit.*23. *lib.*4. *fori legum*, Ioan. Vela *d. c.*9. §. *puniuntur autem*, *vers. & sciente patre*, Tiber. Decian. *tract. crim. lib.*9. *c.*8. *n.*9. Campan. *in divers. juris Canon. rub.*11. *c.*13. *n.*158. Petr. Fernand. de Ottero *d. q.*11. *n.*3. Alvarez *d. p.*2. *q.*65. §. 2. *n.*192. ubi *n.*196. per text. *in præsenti*, *& in c. fin.* 87. *distinct. & in l.*2. *&* 3. *C. eod. tit.* tenet non ex eo, quod patriam potestatem in filios à se, vel de consensu & patientia sua expositos parentes amittant, dominiumve in servos domini, jus aliquod in eis, hos qui eos alendos susceperunt, acquirere, quinimò sui juris manere, libertatemque omnimodam, servi licèt aliàs nascerentur, obtinere.

De Homicidio.

Tit. XII.

Cap. Suscepimus X.

1 Post *num.* 1. Vulgò ex hoc textu, & ex *cap. Ioannes* 23. *& cap. fin. hoc tit.* colligitur danti operam rei illicitæ propter annexam culpam, quæ in actu illicito & reprobato reperitur, imputanda omnia, quæ sequuntur ex tali actu, ac proinde non videri venia dignum, quanvis probabilem habuerit ignorantiam, cum in radice, idest in actu illicito culpabilis existat: quam resolutionem, & horum jurium decisionem non procedere ait Anguian. *de legib. lib.*4. *controvers.*4. *num.*36. quando ex ignorantia etiam probabili resultat defectus voluntatis, quæ voluntas requiritur ad culpam, & malitiam constituendam, ut respectu illius pœna imponatur: vel subdit intelligendam quoad pœnam irregularitatis, quæ sæpè sæpiùs à jure imponitur absque culpa, quarenus culpam, dolum, & malitiam formaliter significat.

Cap. Significasti XVIII.

In text. ibi, *Cùm de cæteris credendum sit ipsi, qui non accusatur, vel denuntiatur ab aliquo, sed per seipsum consilium appetit salutare*, &c. Notatur ad hoc, quod credendum est relationi petentis consilium, & interpretandum ab eo, qui illud petivit, vel dedit, ut per gloss. magnam *circa fin. in cap. ad audientiam*, *de rescript.* Felin. *in tract. de conatu*, *n.*7. Foller. *in pract. crimin. verbo item quod comm. crim. læsæ Majest. n.*25. Bero. *q.*10. *à num.*3. *usque ad fin.* Bald. *cons.*98. *n.*5. *vol.*1. Gerard. Mazol. *cons.*101. *à n.*38. *usque ad* 42. Marsil. *cons.*132. *n.*17. Hippol. Rimin. *cons.*88. *n.*26. Magon. *decis.* 150. *n.*4. Tiber. Decian. *in tract. crimin. tom.*2. *lib.*4. *c.*34. *n.*6. *& cons.*8. *n.*125. *&* 126. *vol.*1. Cravet. *cons.* 9. *num.*34. Honded. *cons.*96. *n.*17. *lib.*1. *& cons.*87. *à n.*32. *& n.*158. *vol.*2. Menoch. *cons.*82. *num.*9. *& cons.*776. *n.*9. *cum seqq.* 1

De Furtis.

Tit. XVIII.

Summarium.

1 *Furtum committens paupertatis, miseriaque levandæ causa, excusatur.*
2 *Necessitate in extrema existens aliena furari, vel contrectare non dicitur.*
3 *Commune quod est, meum est.*
4 *Furti crimen excusat necessitas famis.*

Cap. Si quis propter III.

Ad *num.*5. Excusat furti crimen necessitas famis, ut probat text. *in præsenti*, rationem 1

tionem reddit Gloss. *verb. pœniteat*, quia talis necessitas communem rem facit; & commune quod est, meum est, *l. servi electione* 5. §. 1. *ff. de legat.* 1. *l. in re communi* 26. *ff. de servit. urban. præd.* Franc. Milan. *decis.* 19. *num.* 5. *lib.* 2. Hieron. Buccaron. *de different. inter judicia civilia & crimin. different.* 100. *num.* 24. Fontanel. *de pactis nupt. claus.* 4. *gloss.* 9. *n.* 5. *p.* 2. Giurba *in consuet. Messan. p.* 1. *c.* 1. *gloss.* 5. *n.* 32. Necessitas legem non habet, nec nescit distinctionem dominiorum, ut & aliam quamlibet. Vel ea ratione (inquit gloss.) quia credere fur mendicus debuit permissurum dominum, §. *placuit*: debuit, inquam, nam & potuit, & debuit scire, agere se ex consensu domini omninò præsumpto, quia debito, cùm teneretur dominus necessitate & fame laboranti inopi eodem modo subvenire. Et ideo certum est eum, qui paupertatis, miseriæque suæ levandæ causa furtum committit, excusari tam à peccato, quàm ab infamia, aliisque pœnis immunem esse, ut per hunc text. resolvunt Cov. *in reg. peccatum, p.* 2. §. 1. *n.* 3. Cornel. Benincas. *de paupert. sect.* 9. *in judic. n.* 20. Hieron. Buccaron. *de different. inter judicia civilia & crimin. differ.* 100. *n.* 23. Trullench *in expos. Decalogi, lib.* 7. *cap.* 4. *dub.* 6. *à n.* 2. Et nec modò in extrema, sed in gravi necessitate constitutum posse rem alienam absque mortali peccato accipere, si aliter grave illud malum avertere nequeat, ait Nav. *in man. cap.* 17. *n.* 15. Ioan. à Medina *in Cod. de eleemosyna, q.* 7. Less. *de Iustit. lib.* 2. *cap.* 12. *dub.* 12. *n.* 17. *vers. respondetur, & n.* 70. Petr. Navar. *de restit. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 373. Diana *moral. resol. p.* 1. *tract.* 3. *miscel. resol.* 29. Trullench *d. dub.* 6. *n.* 6.

2 Nunc ad quæstionem hujus glos. devenio. Est qui mortem omnino subiturus sit, nisi fornicetur: est, inquam, qui fame laboret, nec impetrare panem à muliere possit, ni coëat cum illa, licetne fornicari? Necessitas frænum non habebit legis, & tamen consentiunt omnes non licere. Cur enim Christianis permitti debuerit, quod vel Ethnicis vituperandum visum sit? Ecce enim Vlpian. *in l. palam, ff. de rit. nupt.* Non est ignoscendum ei, inquit, quæ obtentu paupertatis turpissimam vitam egit; nulla enim ratione, nec etiam vitæ conservandæ fas est peccare, potiusque famem, mortem, ac mala omnia debet quis pati quàm peccato consentire, *cap. sicut sanctius*, 32. *q.* 2. *cap. Lotharius*, 31. *q.* 3. *cap. sacris* 5. *de his quæ vi*, Senec. *declam. lib.* 6. *declam.* 7. pro filio contra patrem inquit: Mori potius debuit frater quàm sanari turpiter: multa in id Sigism. Scacc. *de commerc.* §. 1. *q.* 7. *p.* 2. *ampl.* 19. *n.* 67. *vers. secunda species, cum seqq.*

Sed angit ratio discriminis, cur liceat quidem furari metu mortis, nec fornicari tamen? Quare ex Cov. *in reg. peccatum, p.* 2. §. 1. *num.* 5. & Læl. Mancin. *disquisitionum genialium, & anniversariarum juris disputat. cent.* 2. *cap.* 109. *à num.* 3. dicendum puto duo esse præcepta à Deo, non furtum facies, non mœchaberis, quorum ut auctor Deus, ita & dispensator solus. Dispensationem verò exequitur recta ratio hominis, quæ vicem in hac re subit Dei. Videamus an æqualis in utroque præcepto causa sit. Furtum inde malitiam habet suam, quia contrectatio est alienæ rei cum injuria domini: ergo si injuria procul absit, jam nulla furti malitia est; & ideo qui necessitate famis aliquid subtraxerit, non peccavit; nam vel re usus quasi communi est, vel domini consensum habuit præsumptum, aut debitum, quem credere valuit omninò permissurum. Præceptum quoque illud, *Non occides*, inde causam suam habet, quod innocens per injuriam morti datur: tolle injuriam, præceptum simul tollas necesse est. Sic aggressor justè perimitur: sic Princeps, & judex publica auctoritate gladium justè distringit ad puniendos facinorosos. 3

Non idem in fornicatione est; nam hæc inde malitiam capit suam, quod ex inordinato quodam appetitu carnale commercium cum ea fœmina habeatur, quæ uxor non est, cùm nisi conjugalem coitum recta ratio non recipiat, ut probatur *in l.* 1. §. *jus naturale, ff. de Iustit. & jure, & cap. jus naturale*, 1. *dist.* Pone periculum mortis unde evadere non possit quis, nisi fornicetur, non hercle tollitur malitia: nam non inde evenit ut uxor fiat, quæ uxor non est, aut ut inordinatus ille coitus speciem sumat conjugalis conjunctionis, & matrimonii; in hoc itaque recta hominis ratio non dispensat, cùm nec Deus ipse dispensare possit, ut seclusa ratione conjugii fornicari possit quis. 4

De Vsuris.

TIT. XIX.

CAP. Super eo IV.

AD *num.* 7. *in fine.* Notatur hic textus ad hoc, quod nec pro redemptione captivorum usurarum exactio permittitur, ut per Ioan. Capistr. *de usuris, part.* 1. *secundæ partis princip. num.* 2. Ozasch. *Pedem. decis.* 137. *num.* 19. *vers. præterea, si pro vita* 1

captivi, Petr. de Biaxio *in direct. elect. cap.* 33. *num.*6. ubi etiam quod nec pro cultu divino uſura committenda eſt, Fabian. Genuenſ. *de camb. num.*33. ubi *n.* 32. *verſ. & ſi quiſpiam diceret*, ſubdit nec pro alendis pauperibus pupillis, viduis, vel quibuſvis aliis miſerabilibus perſonis, quavis ve cauſa pia, refert Alvarez *de privileg. pauperum*, *p.*2. *quæſt.*65. *à num.*6.

Cap. Cùm tu V.

1 AD *num.*3. Licèt uſurarius propter paupertatem à reſtitutione excuſetur, ut probat hic text. quia uſurarius in foro animæ ultra id, quod facere poteſt, non tenetur, Petr. Fernandez de Ottero *diverſ. quæſt. part.*1. *quæſt.*27. *n.*7. *&* 8. Ioan. Maria Novar. *in collect. ſuper pragm. Regni Neap. collect.* 230. *num.* 11. id tamen locum non habet quando ex culpa ſua ad eam devenit. Maurit. Apicella *alleg.*6. *num.*4. Si ad caſum fuerit ordinata, non aliter, ad not. per Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. collect.* 2163. *verſ. ſed tunc prodeſt*, Alvarez *de privileg. pauperum*, *q.*54. *num.*36. ubi *num.*38. ſubdit illum, qui dicit quem ſua culpa ad caſum præordinata in paupertatem incidiſſe, probare debere.

SVMMARIVM.

1 *Pactum an valeat ſi mutuum tibi triticum dedi quando ſtabat decem denariis, ut ſolvas menſe Auguſti, quando veriſimile eſſet quod ſtaret quinque denariis, oſtenditur.*

2 *Quid quando timetur triticum, vel oleum minus valiturum?*

3 *Pactum valet quod mutuatarius interim quod non reſtituit mutuum, ſolvat redditus ejus pecuniæ, quam creditor accipit in cenſum.*

4 *Quid in pacto mutuatarii petentis à mutuante nummos, quos paratos habebat ad redemptionem cenſus?*

5 *Pactum valet, in quo debitor promiſit à principio ſolvere nuntio, qui ad exigendum debitum ierit, certam quantitatem.*

6 *Non poteſt aliquid pretio æſtimabile extra mutuum exigi.*

7 *Mutuans propter onus, quod ſuſtinet in numeranda pecunia, vel in metiendo triticum, non poteſt ultra ſortem quicquam recipere.*

8 *Mercatori mutuanti ſolito negotiari debetur intereſſe ratione ſolius moræ.*

9 *Intereſſe quādo debeatur non ſolito negotiari?*

Cap. In civitate VI.

1 AD *num.*2. Ex deciſione hujus text. diſſolui poſſunt nonnulla dubia facillimè occurrentia. Primum dubium petit, utrùm ſi in menſe Maii tibi mutuem triticum quando ſtabat decem denariis, ut ſolvas menſe Auguſti, quando veriſimile eſſet quod ſtaret quinque denariis, valeat pactum quod ratione damni intrinſeci, hoc eſt diminutionis pretii, mihi aliquid tribuas? Reſp. licitè poſſe exigi tale damnum, ſi uſque ad illud tempus non eſſem ſervaturus frumentum: ſicut è contrario ſi veriſimile ſit augmentum, ſi triticum non eram ſervaturus, non poſſum, ut in eadem menſura, ſeu æſtimatione tempore ſolutionis ſolvas, mutuare ſine labe uſurarum: ergo ſi mutuatarius propter exceſſum valoris rei reddendæ compenſationem exigit, ſimiliter ut me conſervem indemnem juſtè exigere poſſum compenſationem propter diminutionem tritici, cùm utrimque ſervanda ſit æqualitas. Ita Nav. *in man. c.*17. *num.*219. *&* 226. Rebello *de oblig. Iuſtit. p.*2. *lib.*8. *de uſur. q.*8. *n.*4.

2 Secundum dubium. An quando timetur triticum ſeu oleum minus valiturum, poſſit quis licitè mutuare petenti, ut poſtea reddat juxta pretium, quod tempore mutui dationis ſtabat? Reſp. poſſe, quia in effectu hoc pactum eſt contractus emptionis. Sot. *de Iuſtit. lib.*6. *q.*1. *art.*2. *in* 2. *condit. uſurarii contractus*, Nav. *in man. c.*17. *n.*115. Tolet. *in inſtruct. Sacer. lib.*5. *cap.*34. *num.*1. Azor. *inſtit. moral. p.*3. *lib.*5. *c.*4. *q.*6. Sigiſm. Scacc. *de commerc.* §.1. *q.*7. *p.*1. *n.*56. Si verò non ſit venditum, ſed mutuatum, tunc eadem quantitas ſpeciei mutuatæ reddenda eſt, & pretium, quod res mutuata valet tempore reſtitutionis, ut ſi ſtabat decem tempore traditionis, & quinque tempore reſtitutionis, erunt ſolum reſtituenda quinque. Ita P. Azor. *ubi ſuprà*, *q.*7. Sigiſm. Scacc. *d.* §.1. *q.*1. *n.*418.

3 Tertium dubium, utrùm valeat pactum quod mutuatarius interim quod non reſtituat mutuum, ſolvat redditus ejus pecuniæ, quam creditor accepit in cenſum? Reſp. valere, quia per hanc conventionem mutuans nihil lucratur, ſed ſolùm ſe conſervat indemnem. Ita Boccac. *de cenſib. p.*1. *num.* 28. *&* 29. Felician. *eod. tract. tom.*2. *lib.*1. *c.*7. *n.*5. Avendan. *in ſimili tract. c.*101. *num.*9. Cenc. etiam *de cenſib. p.*1. *c.*3. *q.*1. *art.*6. *n.*44. *&* 45. Azor. *Inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 5. *tit. de uſur. c.*4. *q.*1. ubi tradit licitè me centum mutuantem poſſe exigere uſuras à te mutuum petente, quas ego dabam alii tertio, qui antea centum mihi mutuavit ſub uſuris: idem in redditibus

bus census. Molin. *de Iustit. tom.2. disp.* 394. *numer.* 2. Quamvis contrarium defendant Nav. *in commento de usur. num.* 117. *vers.* 14. Gasp. Rodriq. *de annuis redditib. lib.* 2. *q.* 13. *n.* 28. *in fine*, Rebell. *de obligat. Iustit. lib.* 10. *q. fin. n.* 12. *vers. sexta difficultas.*

4 Quartum dubium petit, an valeat pactum mutuatarii petentis à mutuante nummos, quos paratos habebat ad redemptionem census impositi super re sua; obligando se interim quod non redemerit, solvere redditus decurrendos? Resp. affirmativè cum Sylvest. *in sum. verbo usura* 1. *num.* 22. *&* 23. Lopez *in instruct. Conscient. p.* 1. *cap.* 213. *col.* 2. *in* 4. *conclus.* Azeved. *l.* 9. *num.* 14. *tit.* 5. *lib.* 7. *Recop.*

5 Quintum dubium quærit, an valeat pactum, in quo debitor quantitatis promisit à principio ultra sortem principalem solvere nuntio; qui ad exigendum debitum ierit pro unaquaque die certam quantitatem, si tempore statuto non solverit? Resp. affirmativè cum Rebuff. *tom.* 3. *tit. de expens. art.* 1. *n.* 42. Gutier. *de Iuram. confirmat. p.* 1. *c.* 36. *n.* 10. *vers. rursus*, Gasp. Roderic. *de annuis reddit. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 9. *&* 10. Azeved. *l.* 1. *n.* 19. *&* 30. *tit.* 22. *lib.* 5. *Recop.* Sigism. Scacc. *de commerc.* §. 1. *q.* 7. *ampl.* 8. *n.* 293. Felician. *de cens. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 15. *&* 16. Avendan. *eod. tract. c.* 9. *n.* 17. *& c.* 92. Cenc. *in simili tract. part.* 2. *cap.* 1. *q.* 3. *art.* 5. Quamvis in contractu censuali hoc non procedat propter naturam & rigorem pretii, stante Bulla Pii V. super censibus, expressè prohibente tale pactum.

6 Sextum dubium, utrùm aliquid pretio æstimabile extra libertatem mutuatarii procedens quasi de justitia pro mutui recompensatione debitum, exigi possit sine labe usurarum? Resp. non posse, per *cap. putant* 14. *cum seq.* 14. *q.* 3. Bald. *in auth. ad hæc, C. de usur.* ubi tradit usuram esse aliquid ultra sortem exigere, Roch. de Curt. *in c. ult. vers. septimò amplia, de consuet.* Tiraq. *de judicio in rebus exig. num.* 128. *vers.* 24. Rebell. *de obligat. Iustit. part.* 2. *lib.* 8. *de usur. quæst.* 3. *num.* 4. Alphons. de Narbona *l.* 30. *gloss. unic. num.* 18. *tit.* 7. *lib.* 1. *& l.* 15. *gloss.* 2. *n.* 20. *tit.* 18. *lib.* 5. *Recop.*

7 Septimum dubium, Vtrum mutuans propter onus quod sustinet in numerando pecuniam, seu in metiendo triticum, ultra sortem possit aliquid recipere? Resp. non posse, quia prædictum onus, seu labor intrinsecè hæret ipsi mutuo, ut post Mar. resolvit Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 7. *vers. decimò quæritur*, ubi limitat quando alius numerat pecunias; nam ille poterit pretium sui laboris locare.

Octavum dubium, utrùm & quando mercatori mutuanti solito negotiari, vigore solius moræ sine alio pacto debeatur interesse extra rem lucri cessantis? Resp. deberi non solùm in mutuo, sed etiam in aliis contractibus, ut per Hieron. Magon. *Florent. decis.* 32. *num.* 6. Anton. Gabr. *commun. lib.* 3. *tit. de empt. & vendit. concl.* 4. *num.* 20. Sigism. Scacc. *de commerc.* §. 1. *quæst.* 7. *part.* 2. *ampl.* 8. *num.* 98. Castill. *controvers. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 44. Nisi debitor sit in penuria, seu egestate constitutus, Sebast. Medices *de casibus fortuit. part.* 2. *quæst.* 4. *num.* 27. Rot. Genuens. *decis.* 99. *num.* 3. Putc. *decis.* 273. *lib.* 1. Scacc. *de commerc.* §. 1. *quæst.* 7. *part.* 2. *ampl.* 8. *n.* 81. *&* 82. Vincent. Carot. *de locato, tit. de lucro cessante moroso*, *quæst.* 1. *num.* 19. Guzman. *de evict. q.* 58. *n.* 7. Lessi. *de Iustit. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 17. *& lib.* 2. *cap.* 20. *dub.* 10. *num.* 70. Rebell. *d. lib.* 8. *quæst.* 7. *num.* 4. Alvarez *de privileg. paup. part.* 1. *quæst.* 26. *num.* 43. ubi addit non requiri extremam necessitatem, sed sufficere debitorem absque magno detrimento præstare debitum non posse, & *n.* 47. id ampliat etiamsi à principio adesset paupertas, dummodo creditoris, & debitoris non sit par conditio necessitatis, ex Vincent. Carot. & Alvarez *citatis locis.* 8

Nonum dubium. Quæritur, quando interesse debeatur non solito negotiari? Resp. tunc deberi si pecuniam destinatam ad emptionem prædiorum, vel censuum habeat, & certum sit empturum fuisse fundum, seu annuos redditus, seu in cambium pecunias daturum, vel aliud lucrum speratum amisisse ex eo, ita ut non sufficiat probare quod si pecuniam habuisset, posset fundum, vel annuos redditus emere, sed oportere probare quod ille fundus erat venalis, vel etiam annui redditus, & illos non emisse ob defectum pecuniæ. Ita Cov. *lib.* 4. *var. cap.* 1. *n.* 2. *illat.* 6. Gutierr. *de juram. confirm. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 45. *n.* 40. *vers. sed quod attinet*, D. Barbos. *in l.* 2. *in princip. num.* 50. *&* 51. *ff. soluto matr.* Gasp. Roder. *de annuis reddit. lib.* 1. *quæst.* 16. *n.* 23. *in fine*, *& n.* 24. Hect. Felic. *de societ. cap.* 24. *num.* 47. Felician. *de censib. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 14. *vers. nec obstat*, Cardin. Tusch. *verb. interesse, conclus.* 308. *num.* 15. *cum seqq.* Scacc. *d. ampl.* 8. *num.* 4. *&* 23. Ioan. Grivel. *Dolana decis.* 92. *num.* 5. Castill. *d. cap.* 1. *num.* 25. *cum seqq.* Alvarez *d. quæst.* 26. *n.* 16. Sed magna differentia versatur in taxatione interesse homini solito negotiari, & non solito negotiari, ita ut homini non mercatori taxatio fiat ad rationem quinque pro centenario, & mercatori septem, octo, vel novem pro centenario. Ita Flor. de Mena *ad Gam. decis.* 9

*decis.*110. *num.*3. *in fine*, Fontanel. *de pactis nupt. claus.*6. *gloss.*2. *p.*6. *n.*69.

SVMMARIVM.

1 *Interesse lucri cessantis, & damni emergentis quando absque usurarum labe ultra sortem exigi possit?*

Cap. Conquestus VIII.

1 AD *n.6.* Quod interesse lucri cessantis, & damni emergentis, ritè & absque usurarum labe, & periculo ultra sortem exigi potest à non solvente mutuum tempore præfixo, tam de jure Civili, quàm Canonico, & regio, ultra citatos *in collect.* resolvunt Abb. *hic, num.*6. Tiraq. *de retractu lign. glos.*18. §. 1. *num.*71. Roland. *cons.*35. *n.*1.3. *&* 4. *lib.*1. Gratian. Falcon. *reg.*243. Mohedan. *decis.*5. *num.*1. *de usur.* Mynsing. *cent.*4. *observat.*56. Gail. *lib.*2. *observ.*5. *num.*15. Ozasc. *Pedem. decis.*142. *n.*3. *&* 5. Gam. *decis.* 110. *n.*3. Ioan. Bapt. Lup. *de usuris, comm.*1. §. 6. *n.*103. *cum seqq.* Menoch. *de arbitr. casu* 119. *num.*1. *&* 2. Petr. Navarr. *de restitut. lib.*3. *c.*2. *n.*278. 284. *&* 287. Marc. Anton. Bellon. *Rota Genuens. decis.*1. *num.*43. *& decis.* 42. *n.* 6. *& decis.*78. *n.*12. *decis.* 81. *n.*8. *& decis.* 86. *n.*2. *& decis.* 134. *n.*3. Gutier. *de juramento confirm. p.*1. *c.*2. *num.*4. Surd. *de aliment. tit.*1. *q.*45. *n.*28. *& decis.*345. *num.*10. Hieron. Magon. *Florent. decis.*3. *num.*5. Marc. Anton. de Amatis *decis.* 124. *num.*2. Card. Tusch. *verb. lucrum, conclus.* 454. *num.*1. Alex. Trentac. *var. resol. lib.* 1. *tit. de interesse, resol.*1. *num.*18. *&* 25. Vincent. Carot. *de locato, p.*1. *tit. de lucro cessante moroso, num.*4. *&* 72. Lessi. *de Iustit. lib.*2. *cap.*20. *dub.*10. *n.*68. *&* 69. Sigism. Scacc. *de commerc.* §. 1. *q.*7. *p.*2. *ampl.* 8. *n.*96. Alvarez *de privil. pauperum, p.*1. *q.*26. *n.*7. Castill. *controvers. lib.*2. *cap.*1. *num.*14. *cum seqq.*

Cap. Salubriter XVI.

1 AD *num.*8. *in fine.* Dubitari solet in hac materia, an cessionarius mariti possit consequi interesse dotale? Affirmativam tuentur Palat. Rub. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter, notab.*6. §. 8. *n.*3. Cæs. Vrsill. *ad Afflict. decis.*284. *num.*5. Nav. *in man. cap.*17. *num.*274. Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib.*3. *q.*7. *n.*59. *& q.*8. *num.* 19. Felician. *de censib. lib.*2. *c.*5. *n.*23. *vers. licèt ergo*, Ioseph. Sesse *Arag. decis.*68. *num.*24. qui moventur ex ea ratione, quia ille tertius in locum mariti subrogatur, unde ejus jure frui debet.

Negativam verò partem magis communiter sequuntur Bart. *in rub. C. de usur. n.*5. Anan. *in præsenti, n.*2. Laurent. *de Rodulph. in tract. de usur. q.* 54. *num.* 78. Neguzanr. *de pignorib. in* 5. *membro* 5. *partis princ. n.*16. *vers. secundò restringitur*, Valasc. *cons.* 8. *n.*2. Surd. *de aliment. tit.*1. *q.*42. *n.*22. *& cons.*269. *n.*2. Seraph. *decis.*517. Gutier. *pract. lib.*1. *q.*87. *n.*3. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.*240. *n.*7. *cap.*427. *n.*14. *& cap.*543. *n.*39. *cum seqq.* Castill. *controv. lib.*3. *cap.*23. *n.*64. Fontanel. *de pactis nupt. claus.*5. *gloss.*8. *p.*15. *n.*34. *&* 35. qui moventur ex eo, quod mutata persona mutatur privilegium, quoties persona est immediata causa privilegii.

Sed hæ contrariæ opiniones ad concordiam reduci possunt cum Surd. *d. cons.*269. *num.*26. ut scilicet prima opinio affirmativa procedat & locum habeat quando simpliciter cessio facta est à marito, ut si mutuanti sibi centum cesserit nomen sui soceri, ut centum promissa in dotem ab eo exigat, & interim pignore fruatur, seu censu dotali: si cessionarius agit nomine cedentis, non computatur in sortem: si verò nomine suo petit, usuræ erunt in sortem computandæ. Secunda verò opinio negativa procedit quando interfuit venditio nominis soceri, seu delegatio, seu datio in solutum, ut quando posuit in locum suum cedendo sortem principalem, & jus quod ipsi competebat percipiendi interesse, seu fructus pignoris fruendi, interim quod principale solvebatur, quoniam quotiescumque intervenit delegatio, seu datio in solutum, periculum nominis spectat ad recipientem, & cedens debitorem convenire non potest, quia in recipientem, seu in cessionarium translatum est omne jus, scilicet tam actiones directæ, quàm utiles: quare cùm in accipientem sit omne jus translatum per venditionem, seu delegationem, aut dationem in solutum, & mutata sit persona, mutatum fuit privilegium. 2

Resolvit Cavalcan. *decis.*22. *n.* 41. *lib.*4. donationem, aut legatum relictum per socerum genero, aut nepotibus ex filia, non censeri relictum animo compensandi cum dote & ipsius interesse: quod etiam asserit dicendum esse in marito uxori legante, & in uxore marito, quia non censetur legare animo compensandi cum dote solvenda marito, vel restituenda uxori, aut cum lucro dotis, vel antefatis, aut donatione propter nuptias. 3

Quando maritus erat debitor soceri, seu promittentis dotem, de jure compensatio facienda est pro rata debiti usque ad debiti summam, ad restringendas usuras, interesse, seu pœnam, *l. si constat, C. si tutores* ultra 4

ultra debitum tamen creditor est maritus cum usuris, Sebast. Medic. *de compensat. p.* 2. *quaest.* 31. *num.* 15. *cum seqq.* Cavalcan. *d. decis.* 22. *num.* 42. Surd. *decis.* 117. *num.* 6. *&* *decis.* 191.

De Delictis puerorum.

Tit. XXIII.

SUMMARIUM.

1 *Infans doli capax potest ex delicto puniri, si proximus sit pubertati.*

2 *Minoris de punitione quando agitur, haec duo simul requiruntur, quod doli capax, & proximus pubertati sit.*

3 *Carnis in delictis nemo ante* 14. *annum punitur.*

4 *Adulterium ante* 14. *annum non punitur.*

5 *Sodomia in delicto nullus ante* 14. *annum punitur.*

6 *Peccata impuberum* 14. *annorum, qui muliebria patiuntur, reservationibus Episcoporum non subduntur.*

Cap. Pueris I.

1 AD *n.* 2. *in fine.* Adde quod licèt per gloss. in praesenti plures tenuerint infantem doli capacem, posse etiam ex delicto puniri, ut ultra citatos comprobant Hippol. de Marsil. *in l. infans, num.* 5. *de sicar.* Montalv. *in l.* 8. *tit.* 31. *part.* 7. Cardos. *in praxi Iudicum, verb. minor, n.* 19. Perez de Lara *in compend. vitae hominis, cap.* 16. *num.* 88. Nihilominus verius est textum in praesenti intelligendum de eo, qui jam est proximus pubertati, ut ostendunt ejus verba, ibi, *pueris grandiusculis*, &c. & sentire videntur Quintil. Mandos. *de minori aetate*, *cap.* 4. *num.* 29. 30. *&* 43. Ludovic. Molin. *de Iustitia*, *tom.* 4. *tract.* 3. *disput.* 36. *num.* 3. Hieron. Buccaron. *de* 2 *different. inter judicia civilia, & crimin. different.* 79. *num.* 5. Nam ubicunque de minoris agitur punitione, haec duo simul, & copulativè requiruntur; scilicet quod doli capax, & proximus pubertati sit, ut patet ex *l. impuberes, ff. de furt. & ex l. excipiuntur, ff. ad SC. Syllan.* ibi, *nec multùm à pubertate aberat,* &c. *& ex §. in summa, Instit. de obligat. quae ex delicto*, ibi, *si proximus pubertati sit, & ob id intelligat se delinquere*, &c.

3 In delictis verò carnis nemo ante 14. annum punitur, cùm ad hujusmodi delicta perpetranda major aetas desideretur; & non praesumatur quis ea consummasse, nisi post illum annum, ut per Hostiens. *num.* 2. Anton. de Butrio *num.* 1. *&* 3. Abb. *num.* 1. *&* 2. *in* 2. *notab.* Omnes *in hoc text.* Clar. §. *fin. quaest.* 60. *num.* 3. Anton. Gom. *var. tom.* 3. *cap.* 1. *n.* 59. *vers. similiter*, Plaz. *in epit. delict. cap.* 32. *num.* 8. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. vel adversarii dolo, n.* 55. Molin. *de Iustit. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 36. *num.* 5. *vers. secundò excipitur*, Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *quaest.* 92. *num.* 79. Quòd non solùm in 4 simplici carnis delicto procedit, verùm etiam in adulterio; *l. Castel.* 9. *tit.* 1. *part.* 7. *l.* 3. *tit.* 21. *lib.* 8. *Recop.* Quintil. Mandos. *in tract. de minori aetate, cap.* 5. *num.* 45. Anton. Gom. *d. tom.* 3. *cap.* 1. *num.* 59. Cardos. *in praxi Iudicum, verb. minor* 18. Farin. *d. q.* 92. *num.* 77. Et in sodomiae praepostera libidi- 5 ne id quoque locum habere, resolvunt Anton. Gom. *d. cap.* 1. *num.* 6. ubi se liberasse dicit, licèt cum difficultate, puerum undecim annorum, qui contra naturam ad canem accedens, semen emisit, Clar. *d.* §. *fin. q.* 60. *in princ.* Plaza *in epit. delict. cap.* 33. *n.* 8. *in fine*, Farinac. *d. q.* 92. *num.* 84. *cum seqq.* Facit quod post Iacob. de Graff. *tom.* 1. *consil.* 3. *de adulter. numero* 13. & Belloch. *de casib. reservat. part.* 2. *quaest.* 1. *numero* 203. *& quaest.* 17. *num.* 66. resolvit Antonin. Diana *moral. resol. tom.* 2. *tract.* 1. *miscel. resol.* 1. quod scilicet peccata impuberum 6 quatuordecim annos non habentium; qui muliebria patiuntur, reservationibus Episcoporum non subduntur.

SUMMARIUM.

1 *Impubes puer, praecipuè si non sit doli capax, occidens non contrahit irregularitatem.*

2 *Irregularitas est poena, quae imponitur pro culpa.*

3 *Culpa non cadit in infantem.*

4 *Infantes excommunicari non possunt.*

Cap. Referentes II.

AD *num.* 10. Eandem opinionem, quòd 1 scilicet puer impubes doli capax occidens contrahit irregularitatem, tenent Henriq. *in sum. lib.* 13. *cap.* 3. *num.* 4. *in gloss. lit.* Z, Avila *de censur. part.* 7. *disp.* 6. *sect.* 1. *dub.* 13. Layman. *in Theolog. morali, lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 10. *num.* 6. Ioan. Sanc. *in select. disput.* 26. *num.* 18. *in fine.* Contrarium verò, immò quod impubes, v. g. decem annorum cum dimidio, non incurrat irregularitatem, praecipuè si non sit doli capax, resolvere

solvere videntur Abb. *in cap.* 1. *n.* 6. *sup. hoc tit.* Mandos. *de minori ætate*, *cap.* 3. *num.* 9. Sà *in sum. verb. irregularitas*, *num.*6. Cened. *ad Clem. si furiosus*, *num.*3. *in fine*, Hieron. Perez *in sum. Theolog. in* 9. *præcepto*, *tract. de las censuras Ecclesiasticas*, *verbo irregularidad*, *fol.*200. Perez de Lara *in compendio vitæ hominis*, *cap.*16. *num.*111. Ratio est, quia irregularitas est pœna, quæ imponitur pro culpa, ut colligitur ex *cap. placuit*, *& cap. qui apud*, 1. *q.*4. & culpa non potest cadere in infantem, cùm innocentia consilii eum excuset, & tueatur, *l. infans*, *ff. ad leg. Cornel. de sicar. l. sed etsi* 5. *vers. sed si infans*, *ff. ad leg. Aquil. d. Clem. si furiosus*, cum multis congestis ab Anton. Gom. *tom.*3. *var. c.*1. *num.*47. Ioseph. Ludovis. *decis.*17. *num.*65. Greg. Lop. per text. *ibi*, *in l.*9. *tit.* 1. *part.*7. Vnde excommunicari non posse infantes, cùm non habeant usum rationis, nec peccare possint, resolvunt Suar. *de censur. disp.*5. *sect.* 1. *num.* 17. Sayr. *eod. tract. lib.* 1. *cap.*16. *num.*3. Perez de Lara *d. cap.* 16. *num.*113. quorum opinio necessariò intelligenda erit de infantibus doli non capacibus, qui peccare non possent, juxta addita *ad cap. ult. de sentent. excomm.*

De Clerico venatore.

Tit. XXIV.

SVMMARIVM.

1 D *n.*1. Quod clericis, & personis Ecclesiasticis non sit licita venatio, omnes communiter resolvunt, intelligendo de venatione frequenti, & quotidiana ob quæstum, qua necessaria suæ vocationis negotia omittant, *cap. an putatis*, 86. *dist. l. venatoribus* 6. *C. de excusat. num. lib.*10. & de venatione ferarum cum canibus, & clamore, *cap. qui venatoribus*, 86. *dist.* At semel, aut recreationis, aut sanitatis gratiâ eis licere, quasi omnes conveniunt *in hoc text.* & præter citatos in collect. resolvunt Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.*44. Lessi. *eod. tract. lib.* 2. *cap.*5. *dubit.* 9. *num.*42. Carol. de Grass. *de effectib. clerical. effectu* 1. *n.*14. Ioan. Valer. *de different. inter utrumque forum*, *verbo peccatum*, *differ.*20. Rebell. *de obligat. Iustit. lib.* 1. *quæst.*14. *sect.*2. *n.*9. Luys. Turrian. *de Iustit. disp.*96. *dub.*1. *num.*1. Filliuc. *in quæst. moralib. tract.*29. *cap.* 1. *quæst.* 3. *num.* 3. Bonacin. *de restit. disp.*1. *q.*3. *puncto* 7. *num.*16. *& disp.* 2. *q. ult. sect.* 1. *puncto* 1. *n.*3. Trullench. *in exposit. Decalogi*, *lib.*7. *cap.*3. *dub.*5. *n.*1. Antonin. Diana *moral. resol. part.*3. *tract.*6. *miscel. resol.* 20. Amaya *in l. unic. ex n.*65. *cum seqq. C. de venat. fer. lib.* 10.

Illud tamen hac de re notandum erit, quod licèt clerici nimium venationibus dediti excedendo peccent aut mortaliter, aut venialiter pro modo excessus & scandali, ut animadvertit cum pluribus Bonacin. *d. sect.* 1. *puncto* 1. *n.*3. nullo tamen casu tenentur ad restitutionem ferarum captarum, quæ communes sunt ei, sicut & laicus, licèt possint teneri ad restitutionem aliorum damnorum illatorum privatis, ex Cov. Azeved. Gutier. & Cened. apud Amayam *d. loco*, *num.*71. adde Molin. *d. tract.* 2. *disp.*46. *ad fin.* Vasq. *de restit. cap.*5. *dub.*6. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.*10. *cap.*24. *n.*360. Lessi. *d. lib.* 2. *cap.*5. *dub.*9. *n.*43. Filliuc. *tract.*31. *c.*6. *q.*5. *n.*142. Bonacin. *d. disp.*1. *de restit. quæst.*3. *puncto* 7. *num.*19. 2



De Excessibus Prælatorum.

Tit. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Quæsita ex ludo non tenetur qui lucratur, restituere, nisi compellatur à Iudice.*
2 *Alearum lusus contractus quidam conditionalis est in eam causam factus, ut cui sors obtigerit, id quod appositum lusoriæ mensæ est, quæri debeat.*
3 *Leges non reddunt irritum ludi contractum, nec efficiunt ludentes inhabiles ad dominium transferendum.*
4 *Alearum ludo solvere promittens, interim solvere debet, & deinde repetere si velit Iudice, solutum potest.*
5 *Retentio fortiùs illi competit, cui actio datur.*
6 *Vsuras qui promisit & juravit, tenetur solvere, & solutas postea repetere poterit.*
7 *Ludo se potiores partes habere certò sciens, si sponsionem augeat, an teneatur restituere? ostenditur.*
8 *Lusor bene cautus peritúsque an possit ab imperitiori, lucrari ostenditur.*
9 *Pecunia lucrata in ludo sub fide præstita de lucro solvendo, non potest peti.*

Cap. Inter dilectos XI.

AD *num.* 5. Circa hanc materiam ludi tres quæstiones ingeniosè disputat 1

Lxl.

Læl. Mancin. *disquisit. genial.* & *anniversariarum Iuris disputationum cent. 2. c. 117. cum seqq.* Primo loco *d. cap.* 117. ab scribentibus, & in praxi receptum, asserit eum, qui ex ludo quæsierit suum facere, nec teneri restituere, nisi compellatur à Iudice, licèt enim lex humana præcipiat sic quæsitum reddi, pœnasque lusoribus adjiciat, uti benè constitutæ Reip. summè perniciosis, non tamen acquisitionem prohibet dominii, *l. 1. ff. de alea usu*, *auth. aleatorum*, *C. de relig. & sumpt. funer.* denique restitutio non
2 debetur, nisi petatur coram Magistratu; est enim alearum lusus contractus quidam conditionalis in eam causam factus, ut cui sors obtigerit, id quod appositum lusoriæ mensæ est, quæri debeat, unde & citra restitutionis aleam illud est, quod ita acquiritur in alea. Ita contra S. Thom. Richard. Palud. Sylvest. & alios resolvunt Covarr. *in reg. peccatum, par. 2. §. 4. num. 8.* Alcozer. *de ludo, cap. 22.* Salas *eodem tract. dub. 5. n. 2.* Filliuc. *tract. 37. cap. 4. num. 66. cum seqq.* Morla *in empor. Iuris, part. 1. tit. 7. quæst. 2. num. 1. & 4.* Ioan. Sanc. *in select. disp. 48. num. 61.* Esceb. *de utroque foro, art. 4. num. 103. vers. 13.* Molin. *de Iustit. tractat. 2. disp. 513.* Lessi. *eod. tract. lib. 2. cap. 26. dub. 17. num. 3.* Hurtad. *de Iustit. tract. de contractib. diffic. 4.* Basseus *verb. ludus 3. num. 1.* Machado *en su perfetto Confessor, lib. 3. part. 5. tract. 7. docum. 7.* Villalob. *in sum. part. 2. tractat. 28. diffic. 2. n. 2.* Bonacin. *disp. 2. de contract. quæst. 3. punct. 3. n. 8.* Sanch. *in consil. part. 1. lib. 1. cap. 8. dub. 1. à n. 3.* Trullench *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 27. dub. 3. n. 3.* loquentes de eo, qui
3 ludo prohibito alearum, vel taxillorum lucratur. Ratio est, quia hæ leges, & similes non reddunt irritum ludi contractum, nec efficiunt ludentes inhabiles ad dominium transferendum, sed solùm concedunt perdenti repetitionem, id est, quod potest apud Iudicem petere si velit id, quod perdidit.

4 Æstimat verò Covarr. *citato loco*, quem sequuntur plures, ut per Sanch. *de matrim. lib. 6. disp. 33. n. 33. & 34. & in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 23. n. 144.* Less. *d. lib. 2. cap. 26. dub. 4.* Villalob. *part. 1. sum. tract. 28. diffic. 3. num. 2.* Diana *resol. moral. part. 1. tract. 3. miscel. resol. 8. & part. 2. tract. 5. miscel. resol. 94.* Bonacin. *d. disp. 1. de restit. q. 3. punct. 3. num. 2.* Hurtado *ubi suprà, diffic. 5.* Machado *d. tr. 7. docum. 7. num. 5.* Trullench *d. cap. 27. dub. 4. num. 2.* posse deinceps, si solveret, repetere coram judicante, etenim competit retentio magis, cui actio datur, *l. invito*, *§. cui domus*, *ff. de regul. juris.* Contrarium verò defendunt Salon; Bañes, Sayr. Valent. Rebell. & alii apud Bonacin. & Trullench. *citatis locis*, & nervosè Læl. Mancin. *d. c. 117. à num. 4.* eum scilicet qui promisit solvere, interim debere, & deinceps repetere, si velit, coram Iudice solutum posse. Ratio est, quia *in d. auth. ut alearum*, sancitur ut victus non cogatur solvere: atqui parum est non cogi in foro externo, si cogatur in foro interno: tum quia lusor justè acquirit obligationem promissionis priusquam aditus Iudex sit, cùm & justè dominium acquirat quæstus è ludo facti, ergo interim petendi jus habet ab eo, qui promisit: quo fit ut excusare se promissor non possit, aut non jure faciat si se excuset: utrumque probabile, & standum receptæ consuetudini admonet Trullench *d. dub. 4. n. 1.* Et qui hanc secundam sustinent sententiam, & præcipuè Læl. Mancin. ad alia fundamenta, quæ pro priori adduci solent, non abs re respondent.

Et in primis quod nihil valent regulæ 5 illæ Iuris, competere ei retentionem, cui actio datur, imò frustrà petere eum, qui statim restituturus est, *l. dolo*, *ff. de doli except.* cum similibus, siquidem in foro contentioso servari debeat, non in foro poli.

Objiciunt deinde, circuitum istum quasi 6 Reip. inutilem obtruncari oportere; sed respondetur non esse inutilem circuitum, quo lusores sic vexentur, ut à crimine quantum fieri possit arceantur, *cap. debitores, de jurejur.* in quod frustrà nituntur primæ sententiæ auctores, nam dum probat eum, qui usuras promisit, & juravit, teneri solvere, & solutas postea repetere, colligitur consequentia: ergo & qui pecuniam promisit in alea, interim solvere obligatur, sed repetere exinde potest: nec dicant illud ita esse ne perjurus sit qui promisit; nam & hic promissum dare debet, ne sit infidelis. Et (inquiunt rursus) qui promisit simpliciter usuras, sed non juravit, non tenetur in foro animæ, ergo singulare illud in jurejurando est: negari non potest eum, qui usuras promisit, solvere non teneri, quia creditor petendi jus habet, si juratum non est. At hic ludi creditor & petit, & justè petit, itaque solvere promissor debet, ne infidelis sit, qui parum distaret à perjuro, *c. juramenti, 22. quæst. 5.*

Secunda quæstio est, an certò sciens po- 7 tiores partes se in ludo habere, si sponsionem augeat, teneatur restituere? Hanc quæstionem excitat, & resoluit Læl. Mancin. *disquisit. genial. cent. 2. cap. 118.* & dicit ex Cov. receptam sententiam esse, restitui quicquid lucro obvenerit, oportere, qui ut contrarium verius

verius putet, & lusori faveat, eo ducitur fundamento, quia naturalis ludi lex eam conditionem habet à consensu utriusque ludentis, ut qui meliorem, ac potiorem ludi partem habuerit, possit licèt certus de lucro, alterum ad augendam sponsionem invitare, appositamque pecuniam augere, modò aliunde absit dolus, vel fraus. Ioan. de Salas *de ludo, dub.25. num.2.* His præhabitis Læl. Mancin. *citato loco, num.5.* sic hac de re loquitur: *Sed vereor ne lex quædam nova, quæ pro lusoribus valde faciat, statuatur. Æstimo rationem esse aleæ, ut appositam pecuniam tradere secum debeat, cui potior pars obtigerit, utque spondere is possit, qui pecuniam habet in discrimine, non qui certus victoriæ est: sic enim & ille, qui pejorem ludi eventum timet, cautè, & simulatè augere sponsionem potest, ut recedat is, qui meliori potitur: nam periculum aliquod subit qui sic sponsionem auget, unde quasi venator per jocum dicitur, qui laceros artus, lacerasque vestes referre soleat. Caterùm, ut deponat, ut invitet, ut respondeat is, qui nullum fortunæ discrimen sentire posiit, ex lege ludi esse, mihi certè non probabitur; est enim invitatio quasi ad æquabile fortunæ certamen provocatio, & qui supra aleam fortunæ est, non ad pugnam vocat, sed ad exitium. Dicam potius, neque aleam esse, neque ludum certa victoria potiri posse, cumque substineri vix queat ne lusor quasi ex non justa causa acquirens generaliter restitutione gravetur, hanc ludentium legem usque eò protrahere, ut super certo augere sponsionem liceat, suspectum credo, atque interim communi sententiæ hærendum sentio.*

8 Tertia quæstio est, an possit bene cautus, peritúsque lusor ab imperitiore lucrari? Negat communis schola, si talis peritia sit ut certum quem victoriæ faciat; ídque argumento illo, quia par esse conditio debet utriusque ludentis. Ita Sayr. *in clavi Regia, lib.11. cap.12. num.* 18. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 1. num.* 387. Molin. *de Iustit. tract.2. disp.* 517. Filliuc. *in quæst. moral. tom.2. tract.37. cap.* 8. Ioan. de Salas *de ludo, dub.25. num.* 1. Machado *dict. lib.3. part.3. tract. 7. docum.6. num.3.* Trullench. *d. cap.27. dub.2. num.3.* Sed Læl. Mancin. *d. cent.2. cap.19.* in hac quæst. sic ait: *Sed vereor ne ratio ista vera non sit; paritas enim requiritur circa leges, quæ ludi illius sunt, non circa modum peritiæ, vel industriæ. Cumque nulla melior ratio communem sententiam juvet, contrarium verius nonnulli æstimant, eo firmati, quod rejecimus paulò antè, certum de victoria augere sponsionem posse. Addunt, si duo certent de ingenio, lucrari eum posse, qui certus vincendi est. Ergo, &c. Verissimè quidem, si duo ludentes id omninò velint, & quasi paciscantur invicem, ut plus industria vincat quàm fortuna; quid enim prohibet duos, aut corporis, aut animi viribus certare velle, eumque qui superiorem se esse agnoverit, ad pugnam egredi, vincere, & lucrari? sibi enim imputare alter debet, qui superioris vires maluerit experiri, quàm credere. At etiamsi imperitior, prudens ac sciens sese periculo exponat, nil vetat, perdere eum posse, quod & donare si ita velit, potest; nostra disputatio alia, atque alia est, nam peritum supponimus qui imperiti nihil tale cogitantis illudere ineptiam velit, & ab inconsulta quadam facilitate lucrum captare. Hunc itaque aleæ vix patimur velle accedere, qui talis ingenio est, ut supra aleam sit. Cumque ludum dixerimus in fortunæ variatione totum esse, absque ulla etiam variatione communem sententiam sequimur, & formamus.*

Quarta quæstio, utrùm debeatur pecunia lucrata sub fide præstita de lucro solvendo? & placuit hoc casu cessare petitionem, ex his quæ Benedict. Ægid. *in l. hoc jure, part.1. c.7. num.33. & 35. ff. de Iustit. & jure,* post Cov. & Gutier. Gabr. Pereira *decis.* 88. *num.* 3. ubi refert latam fuisse legem ab Imper. Carolo V. qua cavetur ne pecunia etiam in ludo licito amissa sub fide de lucro præstita exigatur. Et sic dum luditur credita pecunia, victus in conscientia solvere non tenetur, cùm id jure sit prohibitum tam communi *in Auth. ut alearum usus, C. de religiosis, & sumpt. funer.* quàm Regio, ut *in l.2. tit.7. lib.8. Recop.* Ioan. Sanc. *in selectis, disp.48. num.* 60. & plures apud Bonacin. *disp.2. de restit. q.3. puncto 3. num.2. cum seqq.* & apud Antonin. Diana *moral. resolut. p.2. tract.17. resol.8. & p.3. tract.5. miscel. resol.94.* 9

SVMMARIVM.

1 *Campana una tantùm conceditur Fratribus Prædicatoribus.*

2 Extravag. unic. de officio Custod. *refertur.*

3 *Campanarum numerus in unaquaque Ecclesia qualiter addicendus?*

Cap. Nimis iniqua XVI.

Post num.1. In tex. ibi, *Nec sustinentes eos habere campanam*, &c. Vide plura 1

circa

circa intellectum hujus text. *in collect. ad c. patentibus, de privileg.* Et nunc addo ex relatis verbis hujus tex. & ex *d. cap. patentibus,*
2 colligi, Fratribus Prædicatoribus non concedi nisi unam tantum campanam. Deinde Ioannes XXII. *in Extravag. unic. de officio custodis*, ad omnium Ecclesiarum quietem conservandam statuit & ordinavit quod Religiosi Ordinum Mendicantium in nullo conventu suo, vel loco plures campanas habeant quàm unam sine Sedis Apost. licentia: at si præter unam aliam habeant eorum specialiter usibus deputatam, eam etiam pulsare valeant: sed si plures sine lite in usus dumtaxat proprios habuerint, illis etiam deinceps liberè uti possint. Ex quibus etiam ante dictam Extravag. licitum fuisse Religiosis plures habere campanas, resolvunt Oldrad. *cons.* 218. & Alberic. *in suo dictionario, verb. Campana*, respondentes *d. c. patentibus*, loqui de oratoriis constitutis in privatis domibus, de quibus notabiliter in Auth. ut in privatis domibus sacra mysteria non fiant: & dicunt hunc tex. in præsenti referre gravamen, quod inferebatur Prædicatoribus, & Minoribus, quia Prælati non permittebant eos habere campanas, & illud gravamen ibi tolli, non tamen exinde induci prohitionem circa plures campanas. Sed jam hodie totum ad consuetudinem referendum est, itaut liceat ex vi hujus consuetudinis tam in Conventualibus Religiosorum Ecclesiis, quàm in Parochialibus plures pulsare campanas, ex Angel. Rocha *in tract. de campanis, c.16. in princ.* & Vincent. de Castronovo *in comment. ad reg. B. P. Augustini, dist.1. c.1. §.4. pag.18.* de consuetudine in sua Religione agens sic loquitur: *Declaramus, quod in principio Ordinis in domibus nostris non habebamus nisi unam campanam, ut notatur in cap. nimis, ext. de excess. Prælat. & in c. patentibus, de privileg. secundùm Hostien. & Panor. Sed huic Constitutioni derogatum est per contrariam consuetudinem quasi generalem, non quidem temerè inductam, sed ad excitandam Christiani populi devotionem, quæ cùm jam præscripserit, vim sine dubio legis obtinuit. Servatur tamen hæc Constitutio quoad hoc quod in diebus non solemnibus unam tantum campanam pulsamus ad omnes horas, in festis autem duplicibus, ut supra, ad excitandam populi devotionem pulsamus plures campanas in Matutinis, & in Vesperis, & ad Missam Con-*
3 *ventualem.* De numero campanarum in unaquaque Ecclesia addicendo S. Carolus Borromæ. *inter acta Ecclesiæ Mediolanen. lib.1. cap.24. pag.586. col.2.* ita constituit: *Si Ecclesia Cathedralis est, septem, aut quinque ad minimum campanas, si Collegiata, tres: grandiorem scilicet, mediam, & minimam: si Parochialis totidem, aut duas saltem habere debet, easque distincto quodam soni concentu inter se consentientes, pro varia divinorum Officiorum, quæ fiunt ratione, & significatione.* Refert Angel. Rocha *d. tract. de campanis, c.54. in fine,* Ego *in votis decisivis canon. lib. 3. voto 102. num.57.*

De Pœnitentiis, & remissionibus.

Tit. XXXVIII.

Cap. Quod quidem V.

Post *n.4.* in tex. ibi: *Se tamen asserunt abstinere non posse*, &c. 1 Hinc pœnitentem non esse absolvendum si occasionem proximam vitare neglexerit, sæpè jam monitus usquedum expulerit, v. g. concubinam, dum possit absque scandalo, seu aliis magni ponderis incommodis. Ita eleganter Ioan. Sanc. *in select. disp. 10. à n.6.* ubi *num. 10.* infert quod si quis domi habeat fœminam, cui sæpè copuletur, sui tamen juris non sit, quia est filiusfam. non potens ejicere absolvendus est, si preponat firmiter ampliùs non labi, dum nec ipse domum patris deserere teneatur, neque per illum stet quin minus fœmina ejiciatur. Sufficit enim proponere nunquam se solum cum sola conversaturum: & *num. 16.* pariter infert filiumfam. non potentem ejicere è domo ancillam, cui sæpè copulatur, fore absolvendum toties quoties verè pœnituerit, etiam quando nullus apparet profectus, & *num. 18.* infert etiam non ejecta concubina posse absolui pœnitentem cùm reincidendi periculum cessat, v. g. quia deformis facta est, vel quia cognatio inter eos esset suborta, quæ ab ipsis contemni non creditur, aut nova alia intersunt obstacula: de his latè Trullench. *in præcepta Decalogi, lib.6. c.1. dub.9. n.15. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Adultera seipsam prodere non tenetur cum periculo vitæ suæ, vel famæ, ne justæ proli officiat.*
2 *Filius non tenetur credere matri asserenti ex adulterio eum concepisse.*

3 *Mater si sibi persuadeat ex adulterio filium concepisse, tenetur in foro conscientiæ satisfacere hæredibus mariti ex propria substantia.*

Cap. Officii IX.

1 AD *n.*2. *&* 3. Plures in his duobus numeris citati resolvunt adulteram cum periculo vitæ suæ, vel famæ se ipsam prodere non teneri, ne justæ proli officiat, adhabitis quibusdam temperamentis, quibus addo Trullench *in exposit. Decalogi, lib.* 7. *c.* 9. *dub.* 5. *n.*4. ubi reddit rationem, quia vita nullò pretio est æstimabilis, nec sunt restituenda bona minoris ordinis cum detrimento boni ordinis superioris, & novissimè Læl. Mancin. *disquisition. genial. & anniversf. juris disput. cent.*2. *cap.*116. *pag.* 273. adulteram se prodere non teneri affirmat, cùm perdurum videatur, & moraliter impossibile ut prodere se mulier debeat cum tantæ rei discrimine, cui perinde nec positiva lex obligare possit, *cap. erit autem lex*, 4. *dist.* Nam quod ratio dictat, ut domino reddatur suum, damnúmve illatum sarciatur, intelligitur modò absque læsione id fiat corporis, aut famæ, quandoquidem cùm læsio incidit ejusmodi, nihil tunc invito domino fit; adesse enim videtur voluntas domini, si non expressa, saltem præsumpta, aut debita: cùm velle debeat dominus ex recta ratione, ne sibi sua res cum tam gravi mortis periculo, aut famæ dispendio restituatur, reticere ergo mulier poterit citra damnum salutis: sic alibi consultius, ac salubrius alienum retinetur quàm dimittatur, nempe gladius, si suspicari possis cum eo dominum grave aliquod facinus admissurum, *cap. ne quis arbitretur*, §. *duo sunt*, 22. *q.*5.

2 Ex quo infertur filium non teneri credere matri asserenti ex adulterio eum concepisse, nisi id demonstret modo, quo credere hoc filius debeat, nempe per aliquam certitudinem, vel demonstrationem, ut est longa absentia, infirmitásve, aut per indicia, conjecturas, & præsumptiones verosimiles, aliàs verò nec in foro conscientiæ ei credere tenetur, quia jure præsumitur legitimus, & sic conceptus ex marito legitimo, *l. filium* 6. *ff. de his qui sunt sui*, *l. si vicinus* 9. *C. de nupt. l. Castella* 9. *tit.*14. *part.*3. *l.*7. *in fine*, *tit.*2. *ubi gloss. fin. part.*4. Quare id resolvunt Marta *de jurisdict. part.*2. *cap.*8. *n.*16. Azor. *instit. moral. p.*3. *lib.*5. *cap.*6. *q.*8. Bonacin. *de matrim. quæst.*4. *puncto* 15. *n.*7. *vers. dixi qui indubitanter*, Carranza *de partu legit. cap.* 5. *sect.*2. *num.* 58. *cum seqq.* Mascard. *de probat. concl.*788. *num.*4. Escobar *de puritate probanda*, *q.*6. §.2. *num.*26. Antonin. Diana *moral. resolut. p.*3. *tract.* 5. *miscel. resol.* 30. *in fine*, Trullench. *in exposit. Decalogi, lib.*7. *c.*9. *dub.* 5. *n.*9. *& dub.*6. *n.*1.

3 Deinde infertur quod si mater certò sibi persuadeat ex adulterio filium concepisse, tenetur in foro conscientiæ satisfacere hæredibus mariti ex propria substantia, quod pervenit ad adulterum filium ex illius bonis; aliàs peccabit mort. ut omnes communiter fatentur; non tamen tenetur hoc filio nuntiare, nisi aliquo certò signo aut probatione possit confirmare, ita ut ex eo filius credere cogatur, si modò hoc facere possit absque sui infamia, & periculo mortis, alteriusve gravis damni: aliàs quidem verum est ad id non teneri, etiamsi præsumat illum sibi crediturum, quia cùm credere filius non teneatur, exponit se mater ad actum inutilem, Bonacin. *d. puncto* 15. *ex n.*17. Diana *d. resol.*30. *in fine*.

Cap. Cùm infirmitas XIII.

1 AD *n.*2. Vnde à peccatis per confessionem liberati homines utplurimùm salutem corporalem consequuntur, S. Ioan. Chrysost. *in Ioan. homil.*37. Ioan. Selv. *de benefic. p.*1. *q.*5. *n.*112. Paul. Fusc. *de Visitat. lib.* 2. *c.*30. *num.*10. Sebast. Medices *in tract. Mors omnia solvit*, *p.*1. *n.*138. Azeved. *l.*5. *ex n.*2. *tit.*1. *lib.*1. *Recop.* Et hac de causa Ecclesia divinitus edocta decrevit ut medici statim ut vocantur ad curandos infirmos, conentur eos ad salutem animæ procurandam, & nisi medico spirituali peccata sua confiteantur, ultra tertium diem ægrotum non visitent, ut piè decrevit Pius V. *constit. sua incip. Super gregem Dominicum*, 8. *Mart.*1566. apud Laërt. Cherub. *in Bullar. tom.*2. *pag.* 178. *aliàs pag.*134. *in noviss. impress.* de qua ultra citatos in collect. vide Scort. *in selectas summor. Pont. Constitutiones*, *epit.* 88. Ioan. Anton. Novar. *in sum. Bullarm. tit. de medicis*, Torrebl. *de jure spirit. lib.*12. *c.*26. *n.*40. meipsum *de officio, & potest. Episcopi*, *p.*3. *alleg.*91. *& in sum. Apostolicar. decis. collect.*467. *num.*1. *cum duobus seqq.*

De Sentẽtia Excommunicationis.

Tit. XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis sententia in scriptis proferenda,*

proferenda, non autem memoriter.

2 *Excommunicationis sententia proferri debet à Iudice, vel ab alio ipsius nomine, ex scriptis.*

3 *Excommunicationis sententia debet saltem esse subscripta manu judicis.*

CAP. Cùm medicinalis I.

1 AD *n.* 3. Quod sententia excommunicationis in scriptis sit proferenda, ultra citatos in col. docent per hunc text. Stephan. Costa *hic, n.* 68. Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. c.* 30. *n.* 1. Piasec. *in praxi Episcop. p.* 2. *c.* 4. *n.* 77. Sayr. *de censur. lib.* 1. *c.* 13. *à num.* 1. ubi quod in scriptis, & de scripto à judice proferri debet, non autem memoriter, latè D. Sperel. *in decis. fori Eccles. decis.* 39. *num.* 1. *&* 2. ubi *n.* 3. post Mar. Alter. *de censur. tom.* 1. *disp.* 4. *lib.* 3.
2 *cap.* 2. *circa princ.* subdit quod non sufficit ut ea priùs scribatur, & postea à judice sine scriptis pronuntietur, sed necesse est judicem, vel alium ipsius nomine ex scriptis illam proferre. Et satis esse quod scribat illam coram judice, & ejus nomine legat, Suar. *de censur. disp.* 3. *sect.* 13. *n.* 4. Alter. *citato loco*, Marc. Anton. Genuens *in practicab. Eccles. q.* 739. Sperel. *d. decis.* 39. *num.* 6.
3 ubi *num.* 7. ait tenere aliquos, necesse non esse sententiam conscribi manu ipsius judicis, cùm id text. hic non dicat, sed ipse concludit debere saltem esse subscriptam manu judicis, vel talis ut possit per testes probari sententiam latam esse ex illis scriptis.

CAP. Si verò IV.

1 AD *n.* 2. *in fine.* Rationem præstat Anguian. *de legib. lib.* 4. *controv.* 4. *num.* 40. dicens quod cùm clericatus qualitas mutet speciem, & hæc ignorata fuerit, juri & rationi consonum erat ex probabili ignorantia delinquentem excusari, & antea *num.* 28. ex communi interpretum traditione *in hoc text.* tenet dantem operam rei illicitæ, si Petrum, v. g. percusserit, quem ex ignorantia crassa ignoravit esse sacerdotem, peccare peccato sacrilegii, & excommunicatum esse, quia malum quod quis dans operam illicitæ actioni ex crassa, aut supina ignorantia facit, nullam excusationem habet, quia is apertè voluit rem illam illicitam, cui operam dabat, & volens illam, censetur eo ipso velle id, quod per se & necessariò sequitur ex illa, ex qua ratione infert, quod si quis accesserit ad meretricem, quam ex ignorantia crassa ignorat esse suam consanguineam, aut affinem, peccabit, non tantum peccato fornicationis, sed peccato incestus, sicut peccaret si sciret illam esse consanguineam, vel affinem, nec sanè effugiet pœnas pro peccato incestus lege statutas.

SUMMARIUM.

1 *Clerici exemptionem & immunitatem non amittunt, etiamsi dimisso habitu gravissima delicta committant, nisi incorrigibiles existant.*

2 Text. in præsenti *intelligitur uno modo.*

3 *Secundo modo interpretatur.*

4 *Tertio modo declaratur.*

5 Cap. unic. de cleric. conjug. lib. 6. *citatur.*

6 *Quarto modo explicatur.*

7 *Citatio, sive alia judicii forma necessaria non est quando adest notorietas facti permanentis.*

CAP. Perpendimus XXIII.

POst *n.* 3. Cùm notissima sit juris Pontificii regula, clericos exemptionem & immunitatem non amittere, etiamsi dimisso habitu gravissima delicta committant, nisi incorrigibiles existant, *cap. contingit* 45. ibi, *si tertiò à te commoniti, de sentent. excommun.* & sic regulariter non posse clericos ullo modo committi judicibus secularibus, nisi Ecclesia prius illos admoneat, corrigat, & emendet, usquedum appareat minimè eos velle corrigi, & tandem in subsidium ad Curiam secularem recurrere necesse sit, *c. si quis laicus* 22. *q.* 5. *c. cùm non ab homine, de judic.* videtur difficile Pontificium responsum in hoc textu, quo docemur Sacerdotem ita ad audendum projectum, quod falsò se filium Regis nominare præsumpserat, & insuper armis acceptis seditionem fecerat, & guerram, potuisse fustigari, & tradi patibulo, ut mortem pateretur, nec ob id interfectores indigere Sedis Apost. absolutione, etsi Laïci, sicuti erat ille Comes interfector clerici, ea ratione assignata à Pontifice in præsenti, quia Sacerdos tali modo excesserat, ut non propulsando, sed inferendo injuriam fuerit occisus. 1

Quare ad hunc textum interpretes varios exquisierunt intellectus. Et in primis Abb. *in c.* 2. *de foro comp.* & Alex. *cons.* 8. *n.* 1. *lib.* 1. existimant in hoc textu non fuisse sermonem de privilegio fori, sed de privilegio Canonis, quod amiserat clericus, de quo ibi, 2

V 3 quia

quia habitu dimisso plurima, gravissimáque facinora perpetraverat, excitabatque seditiones, foventes peculiare discrimen inter duo privilegia Canonis & fori, quod prius absque sententia Iudicis, & quod magis est, absque monitione aliqua amitti potest, secundum verò non ita, nisi præcedente monitione debita, atque incorrigibilitate, juxta terminos *d. cap. cùm non ab homine.* Sed licèt hic intellectus aliquando nobis arriserit, nunc verò displicet, quia negari non potest in hoc textu secularem Potestatem clericum judicasse: quicquid ergo fuerit actum de privilegio Canonis, revera secularis Iudex fuit adversùs clericum, in quo consistit tota difficultas.

3 Secundo loco Guid. Papæ *decis.* 401. & plures citati à Iulio Claro §. *fin. q.* 36. *n.* 27. arbitrantur ideò clericum, de quo hic, judicari, puniríque potuisse per secularem potestatem, quia læsæ Majestatis crimen perpetraverat, ut ex facti specie constat, & eo ipso clericale privilegium amiserat propter gravitatem, & atrocitatem tanti criminis. Sed nec is intellectus verus est, quia verior tenet sententia, clericum etiam læsæ majestatis reum puniri non posse à secularibus Iudicibus, ut dixi, & latè probavi *in collectan. ad cap. si quis laicus* 19. 22. *quæst.* 5.

4 Tertio loco gloss. *in cap.* 2. *de foro compet.* Iul. Clar. §. *fin. quæst.* 36. *num.* 25. Aufrer. *de potest. seculari, reg.* 1. *num.* 27. Covarr. *practic. cap.* 32. *num.* 2. & Plaza *de delictis, cap.* 8. *n.* 26. in ea fuerunt sententia ut existimarent, ideò in hoc textu clericum judicari potuisse à potestate seculari, quia omne privilegium amiserat dimittens habitum clericalem, & tam gravibus criminibus, & enormitatibus se immiscens, juxta text. *in d. cap. cùm non ab homine*, in secundo casu, in-
5 quiunt præterea decrevisse Alexandrum III. *in cap.* 1. *de apostat.* ut clerici, qui relicto ordine clericali, & habitu suo, in apostasia tanquam laici conversantur, si in criminibus comprehensi teneantur, per censuram ecclesiasticam non liberentur, id est, non juventur beneficio Canonis excommunicationem statuentis contra eos, qui violentas manus in clericos injiciunt, & post eum Bonifacium VIII. *in cap. unic. de cleric. conjug. in* 6. non aliter voluisse clericos privilegio canonis gaudere, nisi vestes deferant clericales, quasi statim dimisso habitu privilegium amittant, quasi in clerico in enormitatibus se immiscente aliqua non requiratur monitio ad amittendum privilegium fori, quod expresse tenent Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 8. *num.* 56. Mar. Anton. *var. resol. lib.* 3. *resol.* 48. *num.* 6. *in fine*, Torreblanc. *de jure spirit. lib.* 15. *cap.* 5. *num.* 33. Sed non immeritò reprehenduntur à Card. Imola, Butrio, & Abb. *num.* 4. *in d. cap.* 2. *de foro comp.* & ab Alexand. *cons.* 8. *num.* 1. *lib.* 1. negantibus clericos ob delicta quantumvis enormia fori privilegium amittere: idem tenent Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 139. *lit. B*, Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de favore clericor. personali*, §. 7. *num.* 3. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, p.* 2. *alleg.* 12. *num.* 22. *& num.* 24. ex ea ratione, quia nullibi expressum reperitur quod non præcedente trina monitione, & non data incorrigibilitate privetur clericus privilegio fori, ut à Iudice seculari valeat carcerari, imò videtur expressus in contrarium ordo scriptus à Pontifice *in dict. cap. cùm non ab homine*, saltem de Iure communi, licèt hodiè attenta nova Concilii Trident. dispositione *sess.* 23. *de reform. cap.* 6. necessariam non esse trinam monitionem ad effectum, ut clericus non incedens in habitu, & tonsura amittat fori privilegium, advertant plures per me citati *dict. alleg.* 12. *n.* 19. *&* 22. *in fin.*

Quarto loco Alexand. de Nevo *cons.* 59. 6 *num.* 21. *&* 22. Farin. *dict. quæst.* 8. *numer.* 55. Caball. *resol. crimin. casu* 60. *num.* 17. Bellet. *dict.* §. 7. *num.* 3, *vers. secundum*, distinguunt inter clericum deprehensum in crimine non enormi sine habitu & Tonsura, in quo casu tenent trinam requiri monitionem, ut clericus qui monitus habitum & Tonsuram non reassumit, amittat privilegium clericale, & sic procedunt *cap. fin. de vita, & honest. cleric. & cap. in audientia, & cap. contingit, el* 2. *de sentent. excom.* Et inter clericum enormia crimina perpetrantem, quem absque ulla monitione amittere fori privilegium resolvunt citati, ex text. *in præsenti*, quem sic interpretantur, & hanc secundam distinctionis partem intelligunt, ubi clericus non unum, sed plura commisit crimina, itaut quasi inveteratus in illis perseveret, advertentes ideò omnia jura in hac materia loqui in numero plurali. Addit eleganter Anguian. *de legib. lib.* 2. *controv.* 5. *n.* 29. clericum, de quo in hoc textu, in manifestis facinoribus, & gravissimis ac atrocissimis delictis quotidie deprehensum cum maximo scandalo, & totius Reip. præjudicio ac novissimo detrimento, quibus periculis, & malis nullo pacto visum fuit aliter succurri posse, maximumq; esse periculũ in mora, neque subsidiũ afflictæ Reip. ullatenus dilationẽ pateretur, incepit quidẽ fori

fori privilegium esse damnosum, ob quam iniquitatem fuit extinctum, & omninò cessavit, arg. *l. ex facto, ff. de vulgari, & c. sug-*
7 *gestum, de decim.* absque ulla judicii forma, aut citatione aliqua: nec enim evidentia patrati sceleris clamore aliquo indiguit: docemur enim necessariam non esse citationem sive aliam judicii formam quando adest notorietas facti permanentis, *cap. bonæ*, §. *porrò, de elect. c. evidentia, de accusat. decis. Pedem.* 68. *num.* 30. Tiraq. *in tract. res inter alios acta, limit.* 2. ideoque rectè potuit clericus ille à sæculari potestate damnari sine timore excommunicationis: quem verum esse ac germanum hujus textus intellectum prædicat Anguian. *citato loco.*

Cap. A nobis XXVIII.

1 AD *num.* 9. *in princip.* Quanvis nonnulli ultra citatos doceant in defectum sacerdotis etiam alium inferiorem clericum, imò & laicum, à censura excommunicationis in mortis articulo absolvere posse, sicut & Indulgentias applicare ad hoc ut defunctus possit sepeliri in loco sacro, & pro ipso publicè Missa celebrari, ex quorum numero sunt Sylvest. *in sum. verb. Absolutio* 1. *num.* 8. Ioan. de la Cruz *p.* 2. *de excom. dub.* 4. *concl.* 1. Valer. *de differ. inter utrumque forum, verb. absolutio, differ.* 13 Rague. *de absolut. q.* 124. Ioan. Sanc. *in select. disp.* 44. *n.* 7. At contraria sententia videtur verior & receptior, quam ultra citatos sustinent Cov. *in cap. alma mater, p.* 1. §. 11. *n.* 9. Navar. *in man. cap.* 26. *n.* 26. *& in c.* 1. *in princ. num.* 86. *de Pœnitent. dist.* 6. Nicol. Garc. *de benef. p.* 12. *cap.* 5. *n.* 353. Coninch. *disp.* 14. *dub.* 16. *n.* 236. Villalob. *in sum. tom.* 1. *tract.* 16. *diffic.* 20. *n.* 14. Thom. Delbene *de immun. Eccles. dub.* 4. *subject.* 32. *à n.* 1. *pag.* 127. ubi *n.* 4. respondet ad text. *in cap. sanctum, de consecr. dist.* 4.

Cap. Per tuas XL.

1 AD *n.* 3. *lin.* 2. *pag.* 322. ibi, *post sententiam* lege, *post appellationem.*

2 Post *n.* 3. in text. *vers. verùm in aliis*, juncto *c. cùm contingat* 36. *vers. verùm, de officio deleg.* Collige ex his juribus excommunicatum appellantem non esse audiendum super appellationis prosequutione, nisi postquam ab excommunicatione fuerit absolutus. Sed obstat *cap. cùm inter* 6. *vers. porrò, cap. significaverunt* 11. *cap. ult. de except. cap.* 1. ubi notant omnes *de rescript. in* 6. in quibus probatur posse excommunicatum etiam non absolutum in judicio, appellare, sicut & appellationem prosequi, ex ea ratione, quia appellatio inventa est, & ordinatur ad legitimam appellantis defensionem contra iniquitatem, vel imperitiam judicantis, *l.* 1. *ff. de appellat. c. suggestum* 15. *in princ. & c. cùm speciali* 61. *vers. porrò, eod. tit. de appellat.* Idque procedit non tantùm ubi is, qui in lite reus erat, excommunicatus appellat, verùm etiam ubi originarius actor, qui alium convenerat succumbens, & tempore latæ sententiæ excommunicatus appellationem interponit; adhuc enim is admittitur, ex eadem ratione, & regula generali, quæ quibusvis excommunicatis in judicio omnem legitimam defensionem, & consequenter appellationem concedit: & ita in specie probat *d. cap. significaverunt*, ubi Capitulum originaliter agebat contra alios, & tamen non obstante excommunicatione admittitur appellans, & appellationem prosequens, ut *ibi* explicant *gloss. pen.* Abb. & Doctores communiter, secundùm Paris. *n.* 31. Roder. Xuar. *alleg.* 13. *n.* 12.

Pro concordia horum jurium Abb. *in præsenti, num.* 7. quem alii sequuntur *hic*, idem Abb. *in d. c. significaverunt, n.* 13. *in fine cum seqq.* ubi Felin. *n.* 7. *vers. circa*, & Paris. *num.* 14. idem Abb. *in d. c. ult. de except. n.* 6. & illic Paris. *num.* 5. *in fine*, Dec. *in cap. intelleximus, num.* 7. *&* 11. *de judic.* DD. *in d. c. cùm contingat*, differentiam constituunt inter excommunicatum appellantem à sententia excommunicationis, qua tenetur, & eum qui non ab excommunicatione, sed ab alia causa diversa, in qua litigans succubuit, appellat, ut in priori procedat text. *in præsenti, & d. cap. cùm contingat*, cum similibus; quicquid controvertat Alciat. *in d. cap. intelleximus, n.* 13. *&* 34. In posteriori verò proce- 3
dat text. *in d. cap. cùm inter, & in d. cap. significaverunt*, cum similibus. Cujus differentiæ non ineptam rationem assignat Abb. dictis locis, quem sequuntur præcitati, & satis illam probat *in d. cap. cùm contingat, vers. verum*, ibi, *cùm etsi pro certo*, &c. juncto *d. vers. verùm in aliis*, ibi, *ne videatur*, &c. licèt dubitet Alciat. *d. num.* 34. Sic planè dum text. hic *in princ.* dicit excommunicatum non habere vocem appellandi, eo quòd ab Ecclesia separatus est, vel non decidit, sed refert quorundam opinionem, quam non probat secundùm *gloss.* 1. ubi Abb. *num.* 2. & alios. Vel cum *gloss.* 2. intelliguntur de voce appellandi ad hoc ut suspendatur excommunicatio jam incursa, quæ cùm suam secum trahat exequutionem, per appellationem non suspenditur, *cap. pastoralis* 53. §. *cæterùm, de appellat.* & huic intellectui consonant verba sequentia hujus text. ibi, *utpote ab Ecclesia separatus*, idest, jam per excommunicatio-

nem ligatus, quasi dicat Pontifex, non habeat excommunicatus vocem appellandi, ut per eam excommunicationem evitare, aut suspendere possit, quippe cum jam separatus sit per sententiam, quæ secum attulit exequutionem, ac subinde per appellationem non suspenditur.

4 Adverte tamen excommunicatum appellare posse, & appellationem prosequi in judicio, & sic à sententia seu gravamine judiciali, non verò extra judicium, & ab extrajudiciali: & ex Abb. *num.*17. Imol. *col. ult.* Dec. *num.*21. Felin. *n.*18. & Paris. *n.*31. *in d. c.cùm inter*, post alios, quos citant, quorum sententia suadetur tum ex eodem *cap. cùm inter, vers. porrò*, ibi, *si contra justitiam condemnetur, d.c. significaverunt*, ibi, *à qua sententia*, &c. *& d.c.ult.* ibi, *à judicibus*, &c. in quibus omnibus agitur de appellatione judiciali ab excommunicato interposita, nec alibi fit mentio de extrajudiciali: tum etiam quia jura non dicunt absolutè & indistinctè concedi excommunicato omnem legitimam defensionem, sed cautè adjiciunt in judicio, & ad illud se restringunt, ut patet *ex d. c. cùm inter, vers. inquisitioni*, ibi, *in judicio, & d. c. significaverunt*, vers. *cùm omnis*, ibi, *in judicio*; & juvat ratio, quia cùm lex Canonica dicat excommunicatum conveniri posse, & eundem cogat respondere in judicio, debuit omnem legitimam defensionem in eo concedere, ut servetur æqualitas, & ne judicium claudicare videatur, juxta *d. c. cùm inter*, ibi, *cùm non debeat*, &c. & ne aliter sequatur absurdum si actore impugnante, excommunicato denegetur defensio, sic enim daretur illi contra hunc maxima fraudis, & malitiæ occasio, & multoties condemnaretur is, qui secundum justitiam fuerat absolvendus, ut inquit text. *in d. vers. inquisitioni*, ibi, *ac satis videatur absurdum*, &c. quæ omnia cessant in appellatione & defensione ab actu extrajudiciali, ad quem lex non cogit, quinimò nec admittit excommunicatum: præterea appellatio extrajudicialis, propriè & strictè loquendo, non dicitur appellatio, de qua intelligi debent jura prædicta, *& cap.*1. *de rescript. lib.*6. sed lato modo, & secundùm quid, & magis dicitur provocatio ad causam, per quam appellans alium vocat, & sic agens citat ad causam peragendam apud superiorem, ad quem appellatum est, *cap. cùm sit Romanis* 5. *ad fin. princ.* ibi, *nec solent*, &c. *de appellat.* ubi Dec. *num.*9. ergo sicut excommunicatus in judicio agere, & alium vocare, aut convenire nequit, juxta *d. cap. intelleximus*, ita nec extrajudicialiter appellare, & ex his hæc pars videtur multò verior contra Anton. *in d. cap. cùm inter*, & licèt DD. passim distinguant inter appellationem omnino extrajudicialem, quæ non à superiore, sed à privato, & eam quæ non est omninò extrajudicialis; & à superiore, non tamen judice, sed absque judicio proponitur, ut ad illam nusquam, ad hanc verò semper admittatur excommunicatus, ut per Abb. & relatos per Dec. Felin. & Paris. *ubi suprà*, communem dicentes: probabilius tamen est cum eodem Dec. & Paris. etiam in posteriori membro excommunicatum appellantem non esse admittendum, ex eisdem fundamentis.

Cap. Noverit XLIX.

1 Ad *num.*3. Quod nulla consuetudo valet, & subsistit si tendat contra immunitatem Ecclesiasticam, tam ex dispositione juris communis *in hoc textu, in cap. clericis, de judic.* quàm Bullæ in Cœna Domini, docent Philiarch. *de officio Sacerdotis, tom.*1. *p.*1. *lib.*3. *c.*9. Surd. *consl.*301. *num.*52. *Colleg. Bononien. in resp. contra Venetos, n.*59. Vigian. *in tract. de libert. Eccles. disp.*2. *concl.*4. *& disp.*3. *concl.*1. Ugolin. *in resp. ad Iurisconsl. gymnasii Patavini, c.*7. Ioan. Franc. Fagnan. *in tract. de justit. censur. Pauli V. p.*4. *fol. mihi* 116. Paul. Comitol. *in tract. apologet. contra Venetos, c.*3. *num.*8. Azor. *instit. moral. p.*1. *lib.*5. *c.*12. *q.*1. Pesant. *tract. de immun. Eccles. disp.*2. *num.*2. Acosta *in Bull. Cruciatæ, q.*79. Mart. *de jurisdict. p.*4. *cent.*5. *casu* 7. *n.*12. *& casu* 101. Sousa *contra Venetos, fol. mihi* 72. Tanner. 2.2. *disp.*5. *q.*5. *dub.*10. *n.*132. Alter. *de censur. tom.*1. *lib.*5. *disp.* 16. *cap.*2. Bonac. *etiam de censur. disp.* 2. *q.* 4. *puncto* 2. Layman. *in Theolog. morali, lib.*4. *tract.* 9. *c.*10. *n.*1. Filliuc. *in qq. moralib. tom.* 1. *tract.* 16. *cap.* 10. *num.* 255. Duard. *in Bull. Cœnæ Domini, cap.*13. *disp.*75. *num.*2. *& disp.*76. *num.*5. *& lib.*2. *can.*14. *q.*9. *num.*8. Bellet. *disquis. clerical. part.*1. *tit.*3. §.3. *num.*8. Ratio est, quia laici cùm sint incapaces jurisdictionis Ecclesiasticæ, nunquam possunt se tueri consuetudine aliqua, etiam immemorabili, cùm nunquam illa legitima esse possit ad præscribendum, ut docent Card. Bellarm. *in resp. ad quandam epist. pro Venetis*, Suar. *pro defensione Fidei contra Anglicanæ sectæ errores, lib.*4. *c.*32. *n.*23. ibi: *Ex dictis satis constat, nullam consuetudinem, etiamsi immemorabilis sit, nullo modo contra immunitatem Ecclesiasticam prævalere posse.*

CAP. Pueris LX. & ult.

1 AD *num.* 2. Quod pueri doli capaces sententiam excommunicationis propter clerici percussionem ipso jure latam incurrunt, ultra citatos *in collectan.* docent Carol. de Grassis *de effectib. clerical. effectu* 9. *n.*13. Quintil. Mandos. *de minori ætate, cap.*4. *n.*36. Franc. Marc. *p.*2. *decis.*822. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.*6. *q.*18. Ioan. Enriq. *in compendio casuum Conscientiæ, cap.*4. *num.*8. Unde infert Cardos. *in praxi judicum, & advocat. verb. minor, n.* 17. quod minor impubes doli capax, si clericum percutiat, incurrit excommunicationem majorem, sicut adultus, attamen mitiùs punitur, quia non mittitur ad summum Pontif. sed absolvitur ab Episcopo, & ideo text. *in cap.*1. *&* 2. *de delict. puer.* dum probant peccata in pueris non ita ut in majoribus esse plectenda, de pœnis corporalibus loquuntur, quæ ratione ætatis minuuntur, *l. auxilium*, §. *etiam, l. si ex causa, cum similibus, ff. de minor.*

De Verborum significatione.

TIT. XL.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio cum clausi. satisfacta prius parte, vel satisfactione præmissa, quomodo danda, ostenditur.*
2 *Adversarius in hoc textu quis dicatur.*
3 *Absolvendus, satisfacta parte, si non potest satisfactionem præstare, quid faciendum?*
4 *Absolutio data ab ordinario non satisfacta parte, valida, sed injusta est.*

CAP. Ex parte XXIII.

1 AD *num.*3. *in fine.* Nota quod ubi Pontifex committit, vel concedit alicui facultatem absolvendi excommunicatum, *satisfacta prius parte*, seu *satisfactione præmissa*, ut *in cap.*1. *de judic.* si offensa, debitum, aut contumacia manifesta fuerit, non sufficit cautio, vel satisdatio, licèt idonea, sed realis satisfactio, aut solutio necessaria est, juxta textum in præsenti, observant plures, ut per Cov. *in cap. alma mater, p.*1. §.11. *n.*11. & alii, ut per Henriq. *in sum. p.*2. *lib.*13. *de excom. cap.*28. *lit.B*, quanvis ubi offensa, debitum, vel contumacia dubia existit, sufficiat cautio idonea, idest, pignoratitia, vel fidejussoria, quæ attento jure sufficiens, & idonea dicitur, ad differentiam simplicis cautionis, juxta *l. si mandato* 59. §. *ult. ff. mandati*, probat in specie text. *in præsenti*, ubi gloss. *verb. sufficiens*; *cap. qua fronte* 25. ubi gloss. *verb. cautè, de appellat. gloss.*3. *in cap. ad nostram, el* 2. *de jurejur.* ubi DD. post alios Cov. *citato loco*, & Nav. *in man. c.*26. *n.*7. declarando ut per Menoch. *de arbitr. casu* 142. post *gloss.*2. *in cap. ex publico, de convers. conjug.* licèt Dec. *in d. c.*1. *lect.*2. *super gloss. pen. & in d. c. qua fronte, in fine*, post Host. Alex. & Sylvest. *in sum. verb. absolutio* 3. *num.*3. resolvant data offensa, debito, vel contumacia dubia, non requiri cautionem pignoratitiam, sed fidejussoriam, vel juratoriam sufficere: pro quibus expendi potest *cap. Venerabilibus*, §. *porrò, vers. similiter, & vers. idem est, de sent. excom. in* 6.

Intellige primò hanc differentiam inter offensam, vel contumaciam manifestam, & inter dubiam, procedere in foro exteriori: nam in interiori, in quo cessat præsumptio, & prævalet veritas, *c. veritati*, 8. *dist.* notatur *in c. tua, & in c. is qui fidem, de sponsal.* attenditur an pœnitens excommunicatus sciat, aut nesciat se debere, alium offendisse, aut quantum, & cui solvere teneatur, ut sic realiter satisfacere, vel idoneam cautionem exhibere debeat, ex Nav. *d. n.*7. *& c.*27. *n.*278. *vers. quartò, & vers. sextò*, sequitur post alios Henriq. *in sum. p.*1. *lib. de indulgent. cap.*13. *num.*2. *lit. I.*

Intellige secundò per partem in hac materia, sicut & in aliis similibus, tantummodò intelligi adversarium, seu partem adversam ei, qui absolvendus est, non verò judicem, aut notarium, quibus vel aliquid ex condemnatione applicatur, vel salarium solvi debet, ex Sot. *in* 4. *dist.*22. *q.*2. *art.*3. *col.*2. Guttier. *canon. lib.*1. *cap.*5. *num.* 30. *cum seq.* Martin. Ledesma & alii, quos sequitur Henriq. *d. cap.*28. *num.*1. *lit. L, cum seq. & d. cap.*13. *num.*2. *lit. M*, ubi communem dicit. Diana *resolut. moral. p.*1. *tract.*11. *resolut.*22. Trullench *in expos. Bullæ S. Cruciatæ, lib.*1. §.7. *cap.*2. *dub.*12. *num.*1. Unde pari ratione sub hujusmodi satisfactione non includitur pœna, quæ pro excommunicatione, vel alia legis transgressione incurritur: siquidem ea non soluta potest à peccato & excommunicatione absolutio concedi, ex gloss. *verb. officii, in Clem.*2. *de hæretic.* quam ad hoc post Aretin. notat Nav. *in man. cap.*23. *num.*66. *& cons.*75. *num.*38. *de regularib. in antiq.* Cov. *de sponsal. p.*2. *cap.*6. §.8. *num.*17. Quod est notandum ad varias Constitutiones synodales, quibus pecuniaria pœna imponitur

imponitur excommunicatis, ut non soluta pœna, de qua agunt, in conscientia possit quis à peccato & excommunicatione absolvi.

3 Intellige tertiò realem satisfactionem, vel cautionem idoneam juxta superiorem distinctionem necessariò esse exhibendam, ubi absolvendus illam præstare potest, alioquin satis erit, eam quam potest, & sic juratoriam, ubi aliam nequit, arg. *cap. Odoardus, in fine, de solut.* ubi DD. *auth. generaliter, C. de Episcop.* resolvit Gloss. *verbo pro contumacia, in præsenti*, communis ut per Tiraq. *de retractu, tit.* 1. §. 1. *gloss.* 18. *num.* 49. Covar. & Navar. *citatis locis*, Henriq. *d. cap.* 8. *num.* 1. *lit. F*, Diana *d. tract.* 11. *resolut.* 24. Ludovic. à Cruce *in exposit. Bullæ Cruciatæ, disp.* 1. *cap.* 4. *dub.* 2. *num.* 15. Trullench *d. dub.* 12. *n.* 2. nam impotentia liberat ab obligatione dandi pignora, & fidejussores, & facit sufficere cautionem juratoriam, *Authent. generaliter, C. de Episcop. & cleric.* §. *sed hodie*, *Instit. de satisdat.* Aviles *ad c.* 6. *Prætor. verbo pobres, n.* 11. Perez *l.* 2. *verb. consiadores, tit.* 11. *lib.* 4. *Ordin.* Ceval. *commun. q.* 66. *num.* 7. Farin. *in praxi crimin. q.* 23. *num.* 43. & *q.* 107. *n.* 38. Sanch. *de matrim. lib.* 107. *disp.* 18. *n.* 8. quæ resolutio rectè procedit ubi attento jure communi, & ex potestate ordinaria absolutio concedenda est; ubi verò ex potestate delegata per litteras, Bullam, seu Iubilæum, sub forma consueta, scilicet *satisfacta parte*, si excommunicatus nullatenus præstare possit realem satisfactionem, vel cautionem idoneam ad quam tenetur, non erit à delegato absolvendus, quia ex verbis & forma concessionis, à quibus recedere non licet, *cap. cùm dilecta, de rescript.* cum similibus, constat delegatum recipere potestatem absolvendi sub ea forma, & conditione, si pars satisfacta sit, non verò aliter; & insuper, quia non committitur delegato arbitrium examinandi, aut judicandi, an absolvendus possit, vel non possit præstare satisfactionem, vel cautionem, ad quam tenetur, & ita in specie post Sot. observat Nav. *d. cons.* 75. *n.* 36. *cum seq.* Guttier. *d. c.* 5. *num.* 29. post alios Henriq. *d. cap.* 28. *num.* 2. licèt oppositum, scilicet excommunicatum in ea specie absolvendum fore sub ea cautione quam præstare potest, intendant Valer. *de differ. inter utrumque forum, verb. absolutio, differ.* 15. *num.* 6. *vers. sed certè.* Villalob. *in sum. tract.* 27. *claus.* 9. §. 2. *n.* 22. Lud. à Cruce *d. dub.* 2. *n.* 6. Trullench *d. dub.* 12. *num.* 8. idem Henriq. *d. cap.* 13. *de Indulgent. num.* 2. apud quem *ibi*, & *d. c.* 28. *n.* 2. & 4. videbis quid tunc temporis fieri debeat, & ad quem recurrere oporteat, ubi excommunicatus volens satisfacere non habeat cui solvere, vel à quo absolvi possit, velut quia adversarius, vel judex sunt in locis remotissimis, quod etiam declarat Trullench *d. dub.* 12. *n.* 10.

Vltimò intellige hanc absolutionem ab ordinario ad quem jure competit, concessam excommunicato non præmissa debita partis satisfactione, validam, sed injustam esse, quia non fertur contra leges, seu jus constitutionis, sed contra justitiam litigatoris, seu partis, cui satisfieri debuit, probat *d. cap. venerabilibus*, §. *sanè, in fine*, ubi notat gloss. *verb. competit*, & DD. communiter, post alios Covar. *d.* §. 11. *num.* 7. Nav. *d. c.* 27. *n.* 37. Henriq. *d. c.* 28. *n.* 3. *lit. V*, Trullench. *d. dub.* 12. *num.* 5. Sic similiter licèt ad eandem excommunicati absolutionem necessariò requiratur forma Ecclesiæ, de qua *in cap. cùm desideres* 15. & *in cap. à nobis* 28. *de sentent. excommun.* & *in d.* §. *sanè*, ibi, *juxta formam Ecclesiæ, quæ forma consistit in juramento de parendo mandato Ecclesiæ, cap. ex tenore* 10. *cum seq. illo tit.* & in nonnullis aliis, de quibus *in d. cap. à nobis, in fine*, tradit Nav. *in man. c.* 26. *num.* 8. & *in cap.* 1. *in princ. n.* 54. *de Pœnit. dist.* 6. Henriq. *ubi proximè*, *num.* 4. valebit tamen absolutio absque hujusmodi forma; quippe quæ tantùm inducit solemnitatem accidentariam, & ordinem, nec habet clausulam irritantem, nec directè prohibet absolutionem aliter fieri: & ita observat gloss. *ult. in cap. ne manifesta* 2. *q.* 1. & *gloss. ult. in d. cap. cùm desideres*, recepta communiter ibi, & alibi, ut per Cov. & Henriq. *ubi suprà, lit. X*, Navar. *d. c.* 1. *num.* 56. & *d. c.* 26. *num.* 9. Pro quibus facit *l. ult.* ibi, *huic adjicimus*, juxta *l. pen.* ubi Salic. *C. de sent. ex brevil.* & *cap. decet*, §. *ordinarii*, ibi, & *nihilominus*, ubi gloss. *verb. processum*, *de immun. Eccles. lib.* 6. licèt contradicere videantur Host. *in sum. de sentent. excom.* §. *qualiter*, & Cajet. relatus à Cov. *ubi sup.* Si tamen delegatus, vel Confessarius, cui per litteras speciales, vel Cruciatam committitur absolutio excommunicati, satisfacta priùs parte, illum absolvat non præmissa satisfactione, corruit absolutio ex defectu potestatis, quæ Confessario, vel delegato, hujusmodi non aliter competit quàm per litteras, vel Bullam sub ea expressa satisfactionis forma, vel conditione, quæ licèt aliàs insit à jure, si tamen expressa sit, & committatur, absolutionem vitiat, juxta *d. cap. cùm dilecta*, ubi gloss. verbo juris ordinem, advertunt in specie Navar. *d. n.* 37. Sot. *d. art.* 3. *col.* 4. & est de mente multorum, quos citat Henriq. *ubi suprà*. Et pro illis

illis expendi poteſt *d.* §. *ſanè*, *in fine*, per argumentum à contrario, vel ab ſpeciali, ibi: *Superiori competit de excommunicatione cognoſcere*, quæ verba ſignificare videntur textum illum agere de ſuperiore, cui jure communi & propria competit poteſtas cognoſcendi, & abſolvendi, ad differentiam illius, cui non ſic, ſed ex delegatione & commiſſione competit ſub forma ſatisfactionis præmittendæ. Iuvat doctrina gloſſ. *verb. inhibentes, verſ. per hoc, in Clem.* 1. *de jurepatron.* quam ultra DD. *ibi*, probat communis, ut per Felin. *in* 4. *col.* Dec. *num.* 6. *in cap. ex parte, de conſtit.* Nav. *d. conſ.* 75. *num.* 36. dum docet quod ubi alicui alias non habenti conceditur poteſtas faciendi aliquem actum ſub certa forma, conditione, vel modo, non valet actus aliter geſtus ex defectu poteſtatis, juxta quæ intelligunt nonnulli *d. cap. cùm deſideres*, *in fine*, dum probare videtur abſolutionem excommunicatorum pro violenta manuum injectione in clericos abſque forma Eccleſiæ non valere, contra communem *ubi ſup.* ut ſcilicet textus ille procedat in ea abſolutione reſervata Sedi Apoſt. juxta *cap. ſi quis ſuadente*, 17. *quæſt.* 4. quæ abſolutio in eo caſu committitur ſub forma & conditione cautionis juratoriæ, *d. cap. ex tenore*, ibi, *vice noſtra*, & ibi, *recepto ab eo juramento*: unde abſolutio abſque ejuſmodi cautione non valet *in dict. cap. cùm deſideres*, & ea eſt forma, de qua agit ille text. ut *ibi gloſſ. ult.* intendit, licèt Abb. & alii intendant text. agere de forma *d. cap. à nobis, in fine*: ſic *in cap. ad hæc*, 12. *de ſentent. excommun.* ſi omittatur cautio ſufficiens, de qua text. agit, non valebit abſolutio, quia illic, ut habet littera, expreſsè committitur delegatis ſub ea clauſula, & conditione, ſcilicet quod ſufficiens cautio præſtari debeat ab iis, qui abſolvendi ſunt.

SUMMARIUM.

1 *Tributi ad legitimationem & juſtitiam requiritur, & neceſſaria eſt imponentis auctoritas.*

2 *Tributorum exactio jure Regaliæ pertinet ad Reges, & ad illos qui ſummam poteſtatem habent.*

3 *Ius indicendi tributum aut vectigalia conſuetudine poteſt introduci, ſicut privilegio. Sed alii contrarium ſuſtinent, ut num.* 4.

5 *Conſuetudo immemorialis vim habet privilegii.*

6 *Regalia ſunt impræſcriptibilia.*

7 *Conſuetudo poteſt quantum Rex, aut Imperator, aut alius ſupremus Pontifex cum cauſa.*

8 *Præſumptio reſultans ex immemoriali conſuetudine dicitur juris, & de jure.*

9 *Conſuetudo immemorialis habet vim tituli.*

10 *Conſuetudine immemoriali probata quis habere dicitur meliorem & efficaciorem titulum de mundo.*

11 *Titulum alium edere non tenetur qui immemoriali præſcriptione, aut conſuetudine munitus fuerit.*

12 *Etiamſi titulum allegaverit, & de illo mentionem fecerit.*

Cap. Super quibuſdam XXVI.

Ad *num.* 1. *in fine.* Collige ex textu ad legitimationem & juſtitiam tributi requiri & neceſſariam eſſe imponentis auctoritatem. Ex Theologis S. Thom. *lib.* 3. *de regimine Principis, cap.* 11. Sot. *de juſtit. lib.* 3. *q.* 6. *art.* 7. Petr. Nav. *de reſtit. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 137. Petr. Ledeſma *in ſum. p.* 2. *tract.* 7. Molin. *de Iuſtit. diſp.* 666. *num.* 1. & 2. Ludov. de Torres *eod. tract. diſp.* 44. *dub.* 1. *num.* 1. *cum ſeqq.* Vaſq. *in opuſc. de reſtit. c.* 5. §. 1. & 2. & *cap.* 6. §. 1. Marquez *de gubernat. Chriſtian. lib.* 1. *cap.* 16. Suar. *de legib. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 1. & 2. Villalob. *in ſum. tom.* 2. *tract.* 8. *diffic.* 13. *ex n.* 3. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 11. *cap.* 4. *verſ. Vectigalia*, Leſſ. *de Iuſtit. c.* 33. *de tribut. dub.* 1. Sanch. *in conſil. moralib. lib.* 2. *c.* 4. *dub.* 2. Anton. Diana *moral. reſol. p.* 1. *tract.* 3. *reſol.* 1. *cum ſeqq.* Ex noſtris Iureconſultis Bero. *conſil.* 81. *n.* 7. *vol.* 1. & *conſ.* 150. *num.* 3. Natt. *conſ.* 447. & 515. Purpur. *conſ.* 495. *num.* 4. Hippol. Rimin. *conſ.* 21. Conrad. *in templo omnium judic. cap.* 1. §. 4. *verſ.* 11. Corſet. *de poteſtate Regia, p.* 4. *q.* 48. Alciat. *in l. placet, n.* 11. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Avend. *de exeq. mand. part.* 2. *cap.* 14. *ex n.* 1. Petr. Bellin. *de re milit. part.* 2. *q.* 7. Sixtin. *de regalib. lib.* 1. *c.* 2. & *lib.* 2. *c.* 6. Roſent. *de feudis, c.* 5. *concl.* 31. & 43. *cum ſeqq.* Petra *de poteſtate Principis, c.* 4. *in princip. n.* 30. Farin. *in praxi crimin. q.* 123. *num.* 90. Mancin. *de jure Principis, lib.* 6. *cap.* 13. Valenzuel. *conſ.* 99. *per tot.* Bobad. *in ſua politica, lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 2. Cabed. *Luſit. deciſ.* 49. *part.* 2. Ioan. Franc. à Ponte *conſ.* 131. *n.* 79. & 80. *tom.* 2. & *de poteſtate Proreg. tit. de Regalium impoſit.* Moles *deciſ. Neapol. de jure Dohanæ, fol. mihi* 112. Alfaro *de officio fiſc. gloſſ.* 26. §. 7. Adam. Contz. *lib.* 8. *politicor. c.* 7. §. 2. & 18. Caſtil. *tom.* 7. *de tertiis, c.* 41. *num.* 29. Paul. Chriſtin. *Belgic. deciſ.* 105. *vol.* 3. Franc. de Amaya *ad l.* 3. *n.* 5. & 27. *C. de annonis, & trib. lib.* 10. Ioan. Bapt. Larrea *allegat. fiſcal. tom.* 1. *alleg.* 59. *n.* 1. *cum ſeqq.*

Et

2 Et sic ad Reges, vel ad illos, qui summam potestatem habent, jure Regaliæ pertinet tributorum exactio, aut impositio, Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *c.*6. *n.*2. Flor. de Mena *var. lib.* 2. *q.*21. *n.*11. Castill. *d. tom.*7. *cap.*41. *num.*78. Amaya *ad d. l.*3. *n.*6. Hier. Leon *d. decis.*82. *ex num.* 11. Tapia *decis.*25. *num.* 44. *&* 47. non verò inferioribus dominis, ut notarunt per me citati *ad l.*1. *C. nova vectigal.* & adde Hieron. Leon. *Valent. decis.*82. *lib.*1. Paul. Christin. *d. decis.*105. Ioan. Franc. à Ponte *de potestate Proregis, tit.*4. §.8. *num.*42. Franc. de Amaya *ad l.*3. *num.*26. *C. de annon. & trib. lib.*10. Tapia *Sicil. decis.*23. *num.*44. *&* 47. Novar. *de gravaminib. vassal. gravam.*1. *& seqq.* Nec civitati particulari, Ioseph. Ludov. *Perus. decis.*43. *num.*1. Rosent. *de feudis, cap.*5. *concl.*65. Flores de Mena *variar. lib.*1. *q.*21. *ex num.*12. *cum seqq.* Camill. Borrel. *de præstantia Regis Cathol. c.*20. *n.*18. *& in sum. decis. p.*3. *tit.*15. *à n.*44. Cancer. *var. p.*3. *c.*3. *n.*130. Capibl. *de Baronib. prag.*14. *n.*19. Calixt. Ramirez *de lege Regia*, §.26. *lit. B*, Amaya *ad d. l.*3. *n.* 11. Prosp. Randel. *de Baron. pascuis, c.*4. *p.*2. *fol.*70. nisi in casu necessitatis inter ipsos de civitate, aut de universitate, vel communitate, non extensa ad exteros contributione, Mandel. Alben. *cons.*34. *num.*1. *& cons.*407. *per tot.* Iacob. Omphal. *de officio, & potestate Principis*, *c.*22. Rosent. *de feudis, c.*5. *concl.* 75. *n.*2. *lit. C, & D*, Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.*1. *resolut.*5. *ex n.*6.

3 Ex hoc textu vulgò colligitur jus inducendi tributum, aut vectigalia consuetudine posse introduci, sicut privilegio, ut per Cephal. *cons.*342. *n.*56. *cum seqq.* Mandel. Alben. *cons.*16. *n.*9. *& cons.*64. *n.*91. Franc. Marc. *decis.*234. Octav. Cacheran. *cons.*31. *num.*20. Roland. à Valle *cons.*3. *n.*81. *vol.*1. Mynsing. *concl.*5. *observ.*29. *num.*6. *& observ.*30. Aviles *ad c.* 24. *Prætor. verb. præscription, ex num.*1. Boss. *in tract. crimin. tit. qui vectigal. imponere poss. n.*3. Burg. de Paz *cons.*15. *n.*11. Sixtin. *de Regalib. lib.*1. *c.*5. *ex num.* 130. *& lib.* 2. *cap.*6. *n.*56. *cum seqq.* Martin. Lauden. *de Principe*, *q.*171. Mieres *ad constit. Cathalaun. p.*2. *collat.*6. *cap.*28. *fol.*114. *n.*22. Otalora *de nobilit. p.*3. *cap.*7. *n.*9. *&* 10. Tiber. Decian. *cons.*41. *num.* 101. *cum seqq. vol.* 3. Hieron. Gabr. *commun. tit. de præscript. concl.*1. *num.*3. *&* 4. Mozz. *de contract. tit. de feudis, rub. de natural. feudi*, *n.*46. Brunor. à Sole *in locis communib. verb. vectigal*, Mascard. *de probat. concl.*835. *n.*4. *&* 5. *& conclus.*836. Caballin. *milleloq.* 591. Matt. *decis.*234. Rosent. *de feudis, cap.*5. *concl.*16. *num.*3. *lit. C, & concl.*45. *per tot.* Peregr. *de jure fisc. lib.* 3. *tit.*8. *n.*13. Oliban. *etiam de jure fisci, cap.*6. *n.* 13. *cum seqq.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.*19. *n.*1. *&* 2. Mieres *de major. p.*4. *q.*21. *num.*79. *&* 81. Torres *de Iustit. disput.*44. *dub.*1. *n.*5. D. Barb. *in l. comparet, num.*3. 4. 20. *&* 21. *C. de præscript.* Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloss.*33. *n.*4. Sanch. *cons. moral. lib.*2. *c.*4. *dub.*4. *n.*2. Valasc. *consultat.*141. *n.*8. *cum seqq.* Guttier. *de gabell. q.*5. *n.*2. *cum tribus seqq.* Valenz. *cons.*93. *num.*41. *&* 42. Carpan. *ad statuta Mediolan. cap.*114. ubi *add. lit. D*, Prosper. Randel. *de Baron. pascu. p.*1. *c.*6. *&* 7. citatos per Castill. *d. tom.*7. *cap.*21. *n.*1. *&* 2. Franc. de Amaya *in d. l.*3. *n.*15. *C. de annon. & tribut. lib.*10. qui omnes moventur ea ratione, quod præscriptio æquiparatur privilegio, vicemque tituli, pacti ac legis obtinet, & sic quæsibilia titulo, præscriptione quæri possunt.

Contrarium verò, imò impræscriptibilia 4 esse hæc jura, necessariumque esse titulum Principis ad illorum acquisitionem, sustinent Gregor. Lop. *l.*6. *gloss.*4. *tit.*29. *part.*3. Lassarte *de gabell. c.* 19. *à n.*4. Gironda *eodem tract. p.*1. *à num.*43. *& p.*7. *n.*1. *& de privileg. q.*6. *num.*27. Azeved. *l.*2. *tit.*15. *lib.*4. *& l.*1. *tit.*18. *lib.* 9. *Recop.* Avendañ. *de exequend. mand. p.*2. *cap.*4. *n.*20. *&* 27. Mench. *de success. creat. lib.*1. §.10. *n.*22. *& lib.*2. §.26. *n.*140. Villalob. *in antinom. verb. præscriptio*, *n.*27. Parlad. *lib.*1. *rerum quotid. cap.*3. *n.*34. Carol. Tapia *Siciliæ decis.*23. *n.*43. *&* 44. Ludov. de Torres *de Iustit. disp.*44. *dub.*1. *n.*9. P. Molin. *eod. tract. disp.*75. *vers. in Regno Castellæ*, Sanch. *in consil. moralib. lib.*2. *cap.*4. *dub.*4. *num.* 1. Alfar. *de officio fiscal. gloss.*20. Castill. *d. tom.*7. *cap.*21. *n.*21. *cum seqq.* Franc. Amaya *d. l.*3. *n.*18. Ioan. Bapt. de Larrea *alleg. fisc. tom.*1. *alleg.*15. *n.*7.

Ad *num.*4. Quod immemorialis consue- 5 tudo vim habeat privilegii ex certa scientia & legitimè obtenti, ultra citatos *in collect.* docent *l. Castel.*5. *tit.*2. *lib.*7. *Recop.* ibi, *que tienen por privilegio, ò por costumbre antigua que el derecho iguala à privilegio*, Mieres *de major. in* 2. *edit. p.*4. *q.*20. *n.*252. *& q.*21. *num.*46. Molin. *de primog. lib.*2. *cap.*6. *n.*13. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.*12. *num.*62. Guttier. *pract. lib.*3. *q.*14. *n.*70. *& q.*17. *num.*141. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 800. *num.*2. *&* 9. Castill. *tom.*7. *de tert. c.*22. me citato Pareja *de universa instrument. edit. tit.*5. *resol.*9. *num.*126. ubi *num.*127. subdit cum multis hoc privilegium per immemorialem obtentum illius esse qualitatis, ut in favorem possessoris referatur ad tempus magis utile, & quo constet interveniri potuisse.

Ibid. ibi, *quod procedit etiam in reservatis* 6 *Principi.* Et ideò quanvis Regalia impræscriptibilia sint, nihilominus per consuetudinem Regalia Principis acquiruntur, ut per

per Covarr. *in reg. possessor, part. 2. §. 3. num. 1. 2. & 3.* Mascard. *de probat. concl.* 1377. *num.* 23. Menoch. *cons.* 21. *num.* 19. *&* 20. Reyner. Sixt. *de Regalib. lib. 1. cap. 5. num.* 136. *cum seqq.* Gutierrez *lib. 3. practic. quæst.* 14. *num.* 70. Castill. *dict. cap.* 22. Pareja *d. tit.* 5. *resolut.* 9.
7 *num.* 233. Quia ipsa potest quantum Rex, aut Imperator, aut alius Supremus Princeps cum causa, Anton. Gabr. *commun. tit. de præscript. concl.* 1. *num.* 67. Burg. de Paz *cons.* 15. *n.* 13. Molin. *dict. cap.* 6. *num.* 14. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 33. *num.* 4. Stephan. Gratian. *dict. cap.* 800. *num.* 2. Pareja *dict. tit.* 5. *resol.* 9. *num.* 132.

8 *Ibid.* ibi, quod præsumptio resultans ex immemoriali consuetudine dicitur juris, & de jure, in favorem scilicet possidentis, adeò ut probationem in contrarium non admittat, ut per Anton. Gabr. *dicta concl.* 1. *num.* 50. Burg. de Paz *dict. cons.* 15. *num.* 18. Menoch. *cons.* 50. *num.* 67. *& cons.* 701. *n.* 96. *& de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 131. *num.* 50. Menchac. *controvers. illustr. lib.* 2. *cap.* 84. *num.* 12. *versic. denique cùm præsumptio*, Mieres *d. quæst.* 20. *num.* 278. Pareja *d. tit.* 5. *resol.* 9. *num.* 134.

9 *Ibid.* ibi, *Consuetudo immemorialis habet vim tituli.* Idem probant *l. Castellæ* 8. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recopilat.* ibi, *Sea avida en lugar de titulo bastante*, *gloss. in præsenti*, *verb. non extat memoria*, Menchac. *dict. cap.* 81. *num.* 13. *& cap.* 84. *num.* 10. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 131. *num.* 38. *& cons.* 701. *à num.* 95. Mascard. *de probat. conclus.* 1377. *num.* 16. *& seqq.* Ioan. Garc. *dict. gloss.* 12. *num.* 54. *cum seqq.* Molin. *d. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 13. Mieres *dicta q.* 20. *n.* 248. *& q.* 21. *n.* 49. Sixtin. *d. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 137. Stephan. Gratian. *d. cap.* 809. *num.* 2. *&* 9. Castill. *d. c.* 22. *n.* 3. Pareja *d. tit.* 5. *resol.* 9. *num.* 118.

10 Ad *num.* 7. Quod immemoriali probata meliorem, & efficaciorem titulum quàm excogitari possit, quis habere dicitur, ultra citatos *in collect.* docent Ioan. Garc. *dict. gloss.* 12. *n.* 58. Menchac. *d. cap.* 81. *num.* 17. Steph. Gratian. *d. c.* 800. *n.* 2. Pareja *d. resol.* 9. *num.* 124.

11 Ad *num.* 9. Quod immemoriali præscriptione, aut consuetudine munitus, & eam legitimè probans, necesse non habet alium titulum edere, ex adductis per Parejam *dict. resol.* 9. *num.* 119. Et quod plus est, nec ulla tituli allegatio necessaria est, ut ultra citatos docent Menchac. *d. cap.* 81. *num.* 15. *& d. cap.* 84. *num.* 10. Mascard. *d. conclus.* 1377. *num.* 28. Ioan. Garc. *d. gloss.* 12. *n.* 56. Guttier. *dict. quæst.* 17. *num.* 142. Castill. *d. tom.* 7. *de tert. cap.* 22. *numero* 1. Pareja *dicta resolutione* 9. *numero* 120. ubi *numeris sequentibus*, resolvit quod quanvis titulum allegaverit, & de illo mentionem fecerit, adhuc ad editionem compelli non potest, quia non obstante quod ubicumque mentio fit in libello de aliquo instrumento, vel titulo, illud edendum sit, nihilominus hoc fallere ait in illo, qui allegat, aut mentionem facit de titulo proveniente ex consuetudine temporis cujus non extat memoria in contrarium, quia illum exhibere non tenetur, & citat Monald. *consilio* 79. *num.* 11. *volum.* I. Gaspar. Anton. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 1. *quæstione* 76. *numero* 4. Cancer. *variar. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 27. *& lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 48.

De Regulis juris.

TIT. XLI. & ult.

CAP. Qui scandalizaverit III.

VTILIUS, inquit Beda ille magnus, in præsenti scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur. Sed quî fieri id possit, ut veritatem non deserat is, qui scandalum faciat? nam facere is dicitur, qui ex instituto aberrat à via, ut alium trahat ad ruinam sceleris, & peccati. Scandalum enim Græcè, offendiculum Latinè est, & quasi quid obstet eunti, & impactio pedis, actum denique designat mali, quo quasi cadenti occasio præbeatur. Igitur vitium est fraternæ correctionis virtuti suapte natura contrarium, ut Theologi docent cum D. Thoma 2. 2. *quæstione quadragesimatertia.* Vitium denique ejusmodi, ut quasi de abominabili re, dixerat de illo Christus: *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris.* Et rursus, *Væ homini illi, per quem scandalum venit: væ mundo à scandalis*; & ideò videamus, an qui scandalum nasci permittit, retinere veritatis viam possit. Sed Lælius Mancinus à quo hæc desumpsi, *Disquisitionum genialium, & anniversariarum Iuris disputationum centur. secunda, capite decimotertio*, cavendum asserit: nam is permitti scandalum jubet, non committi; sciebat enim veritatem non esse in eo, qui scandalum opera

operatur: ergo non de ſcandalo Beda loquitur, quod vulgò activum, ſed quod paſſivum nuncupari ſolet, hoc eſt, non datum, ſed receptum, quia videlicet provenit ex bono opere, vel dicto alterius, aut ſaltem ex eo quod nec malum per ſe eſt, nec imaginem habet mali. Sinendum itaque potiùs eſſe concludit, ut ſcandalum naſcatur, quàm ut veritas relinquatur: nam ſi veritatem facis, parum tibi eſſe debet, ut ex ea puſillus tuus ſcandalum capiat, præſtat enim ut ſcandalum naſci permittas, quàm ut veritatis deſeras viam, maximè tibi ipſi charior, quàm puſillo tuo ſis.

PRÆTER

PRÆTERMISSA, ET ADDITAMENTA IN COLLECTANEA DOCTORUM ad Librum Sextum Decretalium.

SVMMARIVM.

1 *Pueritia incipit post septimum annum.*
2 *Pueritia ultra decimumquartum annum in masculis, & duodecimum in fœminis non progreditur.*
3 *Pubertati proximus quis dicatur, relinquitur arbitrio Iudicis.*
4 *Impuberes qui dicantur? ostenditur.*
5 *Pubertas plena in masculo decimooctavo anno, & in fœminis decimoquarto exorditur.*

Ad Procemium.

1 IBIDEM *num.* 13. Ad hoc quod pueritia incipit post septimum annum, ultra citatos vide Quintil. Mandos. *de minore ætate, cap.*4. *num.*1. Azor. *Instit. moral. part.* 2. *lib.*6. *cap.*6. *quæst.*6. Anton. de Sousa *in aphorism. Inquis. lib.*3. *cap.*32. *num.*11. D.Acuña *in cap. veteri* 7. *num.*33. *dist.*77. Paul. Zach. *in quæst. medico-legal. lib.*1. *tit.*1. *q.*4. *num.*7. Et quanvis circa terminationem pueritiæ aliqui crediderint eam decimoseptimo anno terminari, ex quorum numero sunt Bertachin. *verbo pueri, vers.*1. *& vers. pueritia durat*, Franc. Pollet. *in historia fori Romani*, *lib.* 2. *cap.*6. *in fine*, Azin. *de exequut. cap.* 526. *num.*16. Calvin. *in Lexic. verb. ætatum gradus*, Osuald. *ad Donell. comment. lib.*18. *c.*3. *lit. S*, Cardos. *in*
2 *praxi Iudicum, verb. Ætas, n.*1. Nihilominus certum est pueritiam ultra decimumquartum annum in masculis, & duodecimum in fœminis non progredi, ut per Strach. *de adject. part.*3. *num.*19. Quintil. Mandos. *d. cap.*4. *num.*1. Azor. *d. q.*6. *in fine*, Petr. Garc. *in Avicennam, fen.*1. *lib.*1. *doctr.*3. *cap.*3. *disp.*16. *cap.*3. Fr. Anton. de Sousa *dicto lib.*3. *cap.*32. *num.*11.

Pubertati autem proximus quis dicatur, 3
relinquitur judicis arbitrio, Strach. *d. tract. de adject. p.*3. *n.*17. Covar. *de sponsal. p.*2. *c.*5. *n.*5. *& in Clem. si furiosus, p.*3. *in init. n.*5. Duen. *reg.*259. *limit.*3. *vers. & circa hanc limitationem*, Quint. Mandos. *d. c.*4. *n.*35. *ad fin.* Sanch. *de matrim. lib.*7. *disp.*104. *à num.*40. Exorditur autem pubertas decimoquarto anno in masculis, & duodecimo in fœminis, *l. fin. C. quando tutor. vel curat. Princip. Instit. quibus mod. tut. fin. l. Castel.* 1. *tit.*5. *part.*6. *& l.*12. *& fin. tit.*6. *ead. part. & l.*60. *tit.*18. *part.*3. Clar. *§. feudum, q.*49. *n.*4. Petr. Greg. *syntagm. Iuris lib.*9. *cap.*7. *n.*10. *& lib.*12. *cap.*15. *num.*2. Guttierr. *in auth. Sacramenta puberum, num.*1. *C. si advers. vendit.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, in princ. n.*2. Avend. *de censib. c.*81. *n.*5. Felician. *eod. tract. cap.*2. *n.*2. *vers. alii puberes*, Card. Tusch. *lit. F, concl.*224. *num.*64. *& lit. P, concl.*458. *n.*1. Farin. *in praxi crimin. tom.*3. *q.*92. *num.*18. Matth. Coler. *de alim. lib.*2. *cap.*12. *n.*127. Didac. de Medrano *in libello de consensu connub. cap.*7. *n.*1. Sanch. *de matrim. lib.*6. *disp.*38. *num.*2. Ludovic. Schrader. *in selectiss. Iuris quæst. tom.*1. *tit.*22. *num.*2. Benedict. Pinel. *select. Iuris interpr. lib.*2. *cap.*4. *num.* 17. Buccaron. *de different. inter judicia civilia & crimin. differ.* 78. *n.*4. Galganet. *de Iure publico, lib.* 3. *titulo* 100. *num.* 93. Carranza *de partu, cap.* 10. *num.*4. Petr. Franc. Linglois *decis.* 34. *quæstione* 2. *num.*18.

*num.*18. Zachias *in quæst. medicolegal. lib.*1. *tit.*1. *q.*6. *n.*26.

4 Vnde impuberes eos meritò vocant, qui hac ætate minores existunt, ut tam de fœminis, quàm de masculis loquentes proferunt Nicol. de Passerib. *in conciliat. legum, fol.*86. *num.*34. Sanch. *d.lib.*6. *disp.*38.*num.*2. Thesaur. Iuris *verb. ætas.* Quæ quidem pubertas, quam decimoquarto anno in masculis, & duodecimo in fœminis exordiri scripsimus, ad usque quintum & vigesimum perdurat, *l. cùm filio* 50. *ff. de legat.*3. Joan. Breche *in l. pueri* 204. *num.*6. *ff. de verb. significat.* Cujac. *lib. observat.*3. Avendañ. *de censib. cap.*81. *n.*5. Petr. Garc. *in Avicennam, disp.*16.*c.*3.*vers. secunda ætas*, Osuald. *ad Donell. lib.*21. *cap.*7. *lit. A*, Zach. *dict. lib.*1. *tit.*1. *q.*6. *num.*68.

5 Pubertas autem plena in masculo decimoactavo anno, & in fœminis decimoquarto exorditur, ut *in l. abrogato* 40. §. *non tantùm, ff. de adopt. & in l. Mela, art.*14. §.1. *ff. de aliment. & cib. leg. & in l. quidam consulebant* 57. *ff. de re judic.* Donel. *comment. Iuris Civilis lib.*3.*cap.*14. ubi Osuald. *lit. B*, Francisc. Otthom. *verb. pubertas plena*, Franc. Constant. *comment. lib.*2. *cap.*15. *ad med.* Quintil. Mandos. *de minore ætate*, *cap.*5. Petr. Gregor. *syntagm. Iuris lib.*9. *cap.*7. *n.*10. Farinac. *in praxi criminal. part.*3. *quæst.*92. *num.*20. Petr. Garc. *in Avicennam, fen.*1. *lib.*1. *doctr.*3. *cap.*3. *disp.*16. *cap.*3. *vers. secunda ætas*, Anton. Fab. *in jurisprud. Papinianea*, *tit.*22. *princip.*2. *ad fin.* Benedict. Pinel. *select. Iuris interpr. lib.*2. *cap.*4. *num.*25. Franc. Linglois *decis.* 34. *q.*2. *num.*17.

LIBER PRIMUS.

DE CONSTITVTIONIBVS.

TITULUS II.

CAP. Licèt I.

1 D *num.*2. Bonifacius VIII. vulgò non benè intellectus in præsenti indistinctè constituit Pontifices maximos habere omnia jura in scrinio pectoris sui, idest in sua mente recondita, atque collocata in eum finem, & effectum, ut Jura omnia in promptu habere censeantur, itaut Juris ignorantia eos non excuset; & quod magis est, ut novis ab ipsis Pontificibus Maxim. conditis constitutionibus, & statutis, non sit necessaria anteriorum expressa revocatio, quinimò eo ipso, quod novam condiderint constitutionem, revocata censeantur anteriora jura, etiamsi de illis mentionem non fecerint. Ita Anguian. *in tractatu de legib. lib.*1. *controvers.*9. *num.*13. ubi *num.*14. opponit non videri credibile Pontifices habere, vel censeri habere in mente propemodum infinita jura, cùm omnium habere memoriam plus divinitatis, quàm humanitatis habeat, & *num.*15. ad difficultatem respondens ait, quod jura communia nihil aliud sunt, quàm regulæ quædam, quibus Principes, & Pontifices maximi inferiores ordinant in bonum commune, & publicam utilitatem, quas regulas, sive ordinationes rationis indubitatum est suam sedem habere in eorumdemmet Principum, sive legislatorum mente, in qua manet reposita regula illa prudentiæ, qua legislator sive Princeps suos subditos ordinat in commune bonum: pari etiam ratione ait subsistere in Principe illam prudentiæ regulam ad ordinandos subditos in communem, & publicam utilitatem, quam regulam, à qua jura dimanant, impossibile est alibi subsistere, quàm in mente legislatoris, ad quam se referens Bonifacius in præsenti, cùm prospiceret regulas omnes, quibus subditi ordinantur in bonum commune, idest, leges suam sedem habere in mente Principis, & non alio in loco, rectè dicit, & subtiliter considerat censeri Pontifices habere omnia jura, idest, omnium jurium regulam, & ideam in scrinio pectoris sui. Et idem Anguian. *dict. controvers.*9. *num.*17. quærit cur in hoc textu fuerit admissa consuetudinis ignorantia?

CAP.

Cap. Ut animarum II. & ult.

1 AD *num.* 1. *in fine.* Collige ex text. posse Episcopum, & quemlibet Ordinarium facere statuta etiam pœnalia, & ipso jure pœnam infligentia, juri tamen Canonico non adversantia, ut per Anchar. *hic, num.* 9. Carpan. *ad statuta Mediolan. in prælud. n.* 39. Paul. Fusch. *de visitat. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 3. Card. Tusch. *pract. concl. lit. E, concl.* 251. *n.* 4. Ugolin. *de potest. Episcopi, c.* 47. *n.* 1. Piasec. *in praxi Episcop. p.* 2. *c.* 2. *num.* 7. Bonacin. *de legib. disput.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 3. *num.* 21. ubi *num.* 28. subdit hoc procedere in Prælatis inferioribus habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem.

2 Et ad hoc quod statutum, seu edictum non ligat etiam subditos Episcopi extra ejus territorium delinquentes, & quod si ipsi contravenirent, non possunt puniri, per hunc textum docent Ugolin. *d. cap.* 47. §. 1. *num.* 2. Bonac. *d. q.* 1. *puncto* 6. *n.* 59. Belloch. *de casib. reservat. p.* 2. *q.* 10. *num.* 11. Etiamsi quis contraveniret statuto in diœcesi, sed in loco exempto, hic enim non posset puniri pœna statuti, Bottæ. *de synodo Episcop. art.* 2. *num.* 9. Alderan. Mascard. *de statut. interpr. concl.* 6. *à n.* 33.

3 Ad *n.* 5. *in fine*, & ad plura circa præcepta audiendi Missam & jejunandi, ubi quis extra proprium territorium casu reperitur, vide Suar. *tom.* 1. *de relig. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 29. *& de legib. lib.* 3. *c.* 32. *n.* 3. Salas *eod. tract. disp.* 14. *sect.* 5. *num.* 60. Bonacin. *in simili tract. disp.* 1. *q.* 1. *puncto* 6. *num.* 59. Castro Palao *in opere morali, tom.* 1. *tract.* 3. *disp.* 1. *puncto* 14. §. 1. *n.* 1. Basil. Pont. *de matr. lib.* 5. *c.* 8. *num.* 1. Thom. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 18. *num.* 18. Ioan. Sanc. *in disput. select. disp.* 44. *n.* 27. Layman *in opere morali, lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 11. *num.* 1. Fagund. *in præcepta Decalogi, præc.* 1. *lib.* 1. *c.* 7. *num.* 3. Gregor. Martinez *tom.* 3. *in* 1. 2. *q.* 96. *art.* 5. *dub.* 6. *in princip.* Trullench *in præcepta Decalogi, lib.* 3. *c.* 2. *dub.* 6. *n.* 5.

De Rescriptis.

Tit. III.

SVMMARIVM.

1 *Pauperes expensas, & sportulas judici præstare non tenentur.*

2 *Advocati pro pauperibus gratis patrocinari debent.*

3 *Ecclesia pauper, tenuisque redditus potest alteri Ecclesiæ etiam curatæ uniri.*

Cap. Statutum II. §. Insuper.

AD *num.* 75. Quod pauperes expensas, & sportulas judici præstare non tenentur, nec ab eis exigi possunt, ultra citatos in collect. tenent Ioan. à Capistrano *in speculo conscientiæ, num.* 59. Gravat. *ad Vestrium in praxi, lib.* 4. *cap.* 4. *verb. paupertas, num.* 31. Mynsing. *centur.* 4. *observatione* 47. *num.* 4. ubi quod pauperis causa de plano, & sine expensarum, vel sportularum solutione expediri debet, Gerard. de Petrasancta *singul.* 73. Marant. *de ordine judic. p.* 4. *dist.* 9. *num.* 77. Rebuff. *de privileg. scholast. privil.* 90. *n.* 2. *&* 4. Petr. Ruiz *Lituan. decis.* 4. *n.* 293. Fulv. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 54. *num.* 61. *versic. sed nec etiam*, Garc. Mastrill. *de Magistr. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 19. *cum duobus seqq.* Etiamsi pauper aliquid sponte pro salario, vel sportulis offerat, text. *in præsenti*, & *gloss. hic, verb. recipere, cap. exigit* 2. *ibi, vel etiam à volente, de censib. hoc lib.* Petr. Ruiz *dicto num.* 293. Tiraq. *de nobilit. cap.* 29. *num.* 40. Gasp. Baëz. *de decima tutor. cap.* 10. *num.* 12. 1

Ad *num.* 81. *in princip.* Quod Advocati pro pauperibus patrocinari debent, resolvunt Tiraquel. *d. cap.* 29. *num.* 39. Pelag. *de planctu Ecclesiæ, lib.* 2. *cap.* 46. *vers. sed & pauperi*, Ioan. Bapt. Caccialup. *in tract. de advocat. quæst.* 3. *num.* 10. Iacob. Benn. *de privileg. Iurisconsult. part.* 3. *privileg.* 71, *numero* 8. Gravat. *ad Vestr. in pract. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 2. *& lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 32. Greg. Lop. *in l.* 6. *verb. llanamente, tit.* 22. *partit.* 3. *& l.* 16. *tit.* 9. *part.* 2. Gaspar Baëz. *de inope debit. capite* 12. *num.* 14. *& de decima tutor. cap.* 10. *num.* 12. Iacob. Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 5. *num.* 5. Covarruv. *pract. cap.* 6. *num.* 4. Thom. Act. *in tract. de infirmit. parte* 2. §. *advocati, num.* 6. *&* 7. Fulv. Pacian. *dict. cap.* 54. *num.* 61. Ioseph Ludev. *Perus. decis.* 111. *num.* 8. *cum seqq.* Aviles *ad cap.* 7. *Prator. in gloss. an de llevar, num.* 3. Menchac. *de success. creat.* §. 2. *numero* 128. Anton. Scap. *de jure non scripto, lib.* 3. *c.* 105. *ex num.* 8. Azeved. *l.* 116. *num.* 1. *cum seqq. tit.* 16. *lib.* 2. *Recopilat.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 369. *ex num.* 3. Sebast. Medices *de casibus fortuitis, part.* 2. *quæstione* 4. *num.* 11. Cened. *ad Decretum, collectan.* 28. *num.* 13. Vincent. Carot. *in tract. de locato, part.* 1. *tit. de fructib. & litium expens. q.* 8. *num.* 12. Flores de Mena *variar. quæst. lib.* 1. *quæst.* 8. §. 1. *num.* 52. Sebastian. Guazin. *in præfat. tract. ad defensam, num.* 5. Cabed. *Lusit.* 2

Lusit. decis. 214. *n.* 7. *p.* 1. Camill. Borrel. *in sum. decis. p.* 1. *tit.* 65. *de advocat. officio, n.* 37. Garc. Mastrill. *de magistrat. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 19. *cum seqq.* Ioan. Malder. *de virtut. Theolog. & Iust. tract.* 6. *cap.* 3. *de Iustit. rei, & advocati, dub.* 8. Parens meus Emman. Barbosa *in remiss. ad Ordin. Reg. Lusit. lib.* 2. *tit.* 90. §. 11. Itaut ei non liceat à paupere etiam sponte offerente mercedem accipere, Gasp. Baëz. *d. c.* 11. *de inope debit. n.* 15. Gerard. de Petra sancta *sing.* 73. *num.* 4. Benincas. *d. spec.* 1. *in judic. n.* 10. Rebuff. *d. privil.* 90. *n.* 7. Flores de Mena *d.* §. 1. *n.* 52.

3 Ad *n.* 83. Quod Ecclesia pauper, tenuisque redditus potest alteri Ecclesiæ etiam Curatæ uniri, docent *l. Castella* 13. *tit.* 5. *p.* 1. ibi, *E puede fazer de dos Iglesias una, veyendo que es menester, porque son pobres.* Petr. de Perusio *in tract. de unione Eccles. c.* 3. *n.* 1. *vers. tertia causa est paupertas,* Mandos. *ad reg.* 12. *de unionibus, q.* 5. *n.* 3. *ad fin.* Card. Tusch. *lit. V, concl.* 231. *n.* 1. *cum seqq.* Concil. Trident. *sess.* 21. *de reform. c.* 5.

Cap. Qui per ambitionem XV. & ult.

1 AD *n.* 7. Ratio est, quia hæ distributiones dantur ratione certi ministerii personalis, & non reputantur pro parte beneficii, & fructuum ejus, Rot. *decis.* 330. *num.* 1. & 2. *p.* 2. *divers.* Cov. *lib.* 3. *var. c.* 3. *n.* 1. Hojed. *de incompatib. benef. p.* 1. *c.* 12. *n.* 8. Escob. *de ratiocin. c.* 29. *n.* 17. Monet. *de distrib. quotid. p.* 1. *q.* 6. *in princ.* ubi *n.* 8. tenet quotidianas distributiones, quæ acquiruntur beneficiato pro exercitio, non lucrari immediatè & per se ratione beneficii, sed ratione laboris, & servitii, Salgado *de Regia protect. p.* 4. *c.* 3. *n.* 65. *cum seqq.* Carol. Marant. *tom.* 1. *controvers. q.* 18. *n.* 51. *pag.* 127. Ex quo sequitur, quod condemnatus ad restitutionem beneficii unà cum fructibus, non tenetur ad restitutionem distributionum quotidianarum, ex Verallo *decis.* 29. *p.* 2. Decian. *cons.* 43. *ex n.* 14. *vol.* 1. Salgad. *d. c.* 9. *n.* 82. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis.* 112. *n.* 3. *cum seqq.* Gregor. XV. *decis.* 74. *n.* 8.

De Electione, & electi potestate.

Tit. VI.

Cap. In electionibus II.

1 POst *num.* 2. Dum textus hic probat in electionibus, & postulationibus, ac scrutiniis penitus reprobari eligendi vota conditionalia, alternativa, vel incerta, intelligendus est de conditionibus propriis, quæ revera suspendunt, & puritatem actus impediunt; quæ verò tales non sunt, quanvis quoad verba conditiones videantur, in hoc textu non prohibentur, sicut manifestè indicant illa verba, Oportet ut electio certa & pura sit. Attamen *in c. significatum, de præbend.* nulla fuit adjecta conditio suspensiva collationis, aut quæ redderet illam incertam, sed modus quidam spiritualis duntaxat adjectus, qui præstaretur post adeptam beneficii possessionem; talem autem modum in spiritualibus perspicuum etiam est minimè reprobari, nisi aliquid illicitum contineat, propter quod improbetur, pariterque per illius adjectionem non offendi regulam hujus textus, *ex l. actus legitimi, ff. de reg. juris.*

Cap. Generali XIII.

IN Gloss. *Regalia.* Notatur ad hoc, quod beneficiorum fructus ex privilegio Pontificis ad Principes sæculares pertinentes, efficiuntur de Regalibus, & inter temporalia, & patrimonialia ipsorum bona connumerantur, ut per Arnulph. Rusæ. *de Regalib. privileg.* 16. *n.* 29. Sixtin. *eod. tract. c.* 2. *num.* 54. Bellug. *in speculo Principum, rubr.* 13. §. *tractemus, n.* 38. ubi Camill. Borrel. Avend. *de exequend. mand. p.* 2. *c.* 4. *n.* 20. Petr. Gregor. *syntag. juris lib.* 17. *c.* 7. *n.* 19. D. Barbos. *in l. Titia, n.* 41. *in princ. ff. soluto matrim.* Cabed. *Lusit. decis.* 63. *n.* 3. *p.* 2. Melch. Reinoso *observ. juris observ.* 50. *n.* 15. Guttier. *pract. lib.* 1. *q.* 4. *num.* 1. Salgad. *de protect. Regia, p.* 3. *c.* 10. *n.* 148. Hier. de Leon *decis.* 9. *n.* 30. *lib.* 1. Castill. *lib.* 7. *de tert. c.* 11. *num.* 2. 1

SUMMARIUM.

1 *Beneficium simplex obtinens, cui nullus Ordo Sacer annexus est, sua conscientia satisfacit, licèt intentionem non habeat ad sacros Ordines se promoveri faciendi.*

2 *Fructus beneficii etiam non curati tenetur quis restituere, si eos percipiat cum intentione non suscipiendi Ordinem sacrum tali beneficio annexum.*

3 *Auctoritas Dionysii Carthusiani, & alia S. Bernardi refertur.*

4 *Beneficium residentiam requirens acceptans tenetur habere propositum absolutum perpetuò Ecclesiæ inserviendi.*

5 *Beneficium eo animo acceptans, ut illud teneat donec habuerit pinguius, non est justè promotus.*

6 In

6 *Intentio debita deficit illi, qui Canonicatum, aut aliud hujusmodi beneficium obsequio Ecclesiæ deputatum retinet cum animo ad matrimonium convolandi, aut seculariter vivendi.*

7 *Auctores referuntur qui tenent licitam esse beneficii acceptationem donec permutaverit, vel resignaverit cum pensione.*

8 *Beneficium acceptare licitè quis potest cum animo dubio, & conditionali illud retinendi donec commodiorem vitæ rationem habuerit.*

9 Text. in præsenti, *loquitur de illo qui à principio cùm accipit Ecclesiam, habet animum non assumendi Sacerdotium, sed fructibus fruendi.*

Cap. Commissa XXXV. vers. Cæterùm.

1 AD *n.*16. In text. ibi, *Parochialem receperis Ecclesiam.* Ergo beneficium simplex obtinens, cui nullus Ordo sacer annexus est, satisfacit suæ conscientiæ, licèt nunquam ad sacros Ordines promoveatur, nec intentionem, aut voluntatem habeat illos unquam suscipiendi, dummodo onera annexa beneficio adimpleat. Ita Nav. *in man. c.*25.*n.*18. *& cons.*1. *de prabend.* Fr. Emman. *in sum.tom.*1. *cap.*30. *num.*8. Paris.*de resignat. benef. lib.*1. *q.*10.*n.*66.Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.gloss.*6. *n.*80. Vasq. *in opusc. de benef. cap.*4.§.2. *n.*175. Nicol. Garc. *in tract. de benef. part.*3. *cap.*4. *num.*42. Sanch. *de matrim. lib.*7. *disp.*45. *num.*16. Azor. *instit. moral.p.*2. *lib.*6. *cap.*9. *quæst.*4. Filliuc. *in quæst. moralib. part.*3. *tract.*41.*cap.*6. *quæst.*6. Molfes. *in sum. tract.*6. *cap.*10. *num.*18. Layman. *in Theolog. morali, lib.*4. *tract.*2. *cap.*14. Ratio est, quia cùm jure nullus Ordo sacer requiratur ad tale beneficium simplex obtinendum, illius habilis & capax reputandus est, qui nullum sacrum Ordinem, seu nullam intentionem illum suscipiendi habuerit.

2 Quæstio est dubia, an dispositio hujus text. locum habeat in dignitatibus, & Canonicatibus Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum, quibus aliquis Ordo sacer annexus est? Vna opinio tenet hujus text. decisionem non esse intelligendam, nec extendi ad alia beneficia præter Curata, de quibus expresè loquitur, quia est lex pœnalis, & non potest comprehendere alios casus præter in illa expressos. Ita Sot.*lib.*10. *de Iustit. quæst.*5.*art.*6. Navarr. *in man.c.*25. *num.*128. *& in cap. quando, de consecr. dist.*1. *num.* 21. Sanch. *de matr. lib.* 7. *disput.* 45. *n.*13. Azor. & Layman. *citatis locis.* Altera sententia, cui tanquam probabiliori adhæreo, affirmat teneri quem fructus restituere beneficii, etiam non Curati, quos percepit cum intentione non suscipiendi Ordinem sacrum eidem beneficio annexum, quam sustinent Rebuff. *in praxi, tit. de non promovendo, num.*83. *& seqq.* Panorm. *in cap. relatum, num.*5. *de clericis non resid.* Gabr. *in* 4. *dist.*15. *q.*8. *art.*3. Nicol. Garc. *de benef. p.*3. *c.*4. *num.*37. Iacob. de Graff. *in aureis decis. cap.*97. *num.*55. & censet probabilem Azor. *d. lib.*6. *cap.* 9. *quæst.* 5. Quintanad. *Eccles. lib.*4. *num.* 66. Et probatur ex ratione in qua fundatur decisio hujus text. quæ secundùm Suar. *de legib. lib.*4. *cap.*13. *à num.* 24. ea est, quia Ecclesia tacita conditione, vel pacto beneficium confert, ut scilicet præbendatus, cujus præbendæ annexus est Ordo sacer, fructus suos non faciat, nec ad illos percipiendos, & expendendos jus habeat, nisi intentionem habuerit inserviendi præbendæ, & Ordinem illum suscipiendi. Vasquez verò 1. 2. *q.*96.*disp.*160. *cap.*5. *n.*36. aliter id explicat; & quicquid sit, solida ratio desumitur ex verbis text. ibi, *cùm eos receperis fraudulenter*; unde cùm justa fraus recipiendi beneficium absque intentione suscipiendi Ordinem illi annexum, æquè in Curatis, quàm in aliis considerari debeat, & condemnanda veniat, in omnibus eandem pœnam, & fructuum privationem procedere debere necesse est ut dicamus, ex adductis per Nicol. Garc. *d. part.* 3. *cap.*4. *num.* 38. & Sanch. *lib.*3. *de matrim. disp.*42. *n.*3.

3 Cùm *in cap. licèt canon*, §. *is etiam, hoc tit. & lib.*6. æquiparetur in Parocho obligatio residendi in sua Ecclesia Parochiali, & se promoveri faciendi infra annum ad Sacerdotium, ut patet ibi, *ut gregis sibi crediti diligentiùs curam gerere possit, in Ecclesia residere teneatur, & infra annum se faciat ad Sacerdotium promoveri*; videtur inferri quod debet habere intentionem hanc residentiam faciendi, cùm eam satis illi commendatam habeant sacri Canones *in cap. quia nonnulli, & in cap. relatum, de cleric. non resid.* Et contra illos, qui beneficia quærunt, & impetrant intuitu commodi temporalis, non cum intentione ea inserviendi, & Deo vacandi, & sic intuitu boni spiritualis, insurgit Dionys. Carthus. *in tract. contra pluralitatem beneficiorum, art.* 15. *super illud Matth.* 6. *Quærite primùm regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis*, & ita ait: *Quemadmodum corpus ordinatur ad animam, sic corporalia ad spiritualia sunt finaliter referenda. Qui ergo Ecclesiastica beneficia optant, quærunt, impetrant, suscipiunt non intuitu spiritualis boni, putà divini Officii, ut scilicet competentiam habentes, Deo devotiùs,*

quietiusque ministrent, sed intuitu commodi temporalis, bonique corporalis; isti sunt subversores rectissimi ordinis rerum, atque in temporalibus finem sibi constituunt, idcirco mortaliter peccant, etiam unum beneficium competens taliter cupiendo, obtinendo, habendo. Talibus competit, quod ait S. Bernard. Alius undique circuit, sedulus explorator blanditur, obsequitur, simulat, & dissimulat, miseraque suffragia mendicare non erubescit, manibus, & pedibus repens, si quo modo tandē aliquādo sese ingerat quatit patrimonium Crucifixi, in bona Domini, quæ sola ex omnibus hodie inveniuntur exposita, &c. Locus verò S. Bern. à Dionysio citatus adest *in suis declamat. super illud, Ecce nos reliquimus*, &c. *Qui ea intentione*, ait, *gradus Ecclesiasticos, & ministeria Sanctuarii quærit, imò quæritur (quæri namque quàm quærere ipse debuerat) ut sine curis sæculi in sanctimonia cordis, & corporis illuminandus accedat ad Dominum, & suam pariter ac proximorum operetur salutem, orationis studio deditus, & verbo prædicationis. Nam si eos eo quærit animo, eoque intuitu, ut hujus vitæ habeat necessaria, evangelizat, ut manducet, & perverso nimis ordine cælestibus terrena mercatur. Quàm certè dignius, ampliusque consentaneum rationi, ut pro carnali victu carnalia magis opera, & negotia exerceret, ne fieret inversor rerum.*

4 Vnde acceptans beneficium residentiam requirens, tenetur habere propositum absolutum perpetuò Ecclesiæ inserviendi, ex text. *in d. cap. relatum* 4. *de cleric. non resid.* ubi glos. *verb. cum effectu*, rationem assignat, dicens, ex quo enim intitulati sunt, debent

5 ibi perpetuò permanere, & *ibi* Panor. *n.*7. sic ait: *Nota glossam, & facit ad quæstionem de eo, qui acceptavit beneficium eo animo, ut illud teneat, donec habuerit pinguius, vel non habuerit animum ibi residendi, nunquid justè ibi sit promotus?* Et Doctores concludunt *quod non, & bene, nam quisquis, ut ait Apostolus, debet esse contentus ea vocatione qua vocatus est, unde non debet in animo aliud gerere; sed quemadmodum contrahens matrimonium carnale debet habere animum perpetuò residendi cum uxore, ut in c. fin. de condit. appos. & cap. sicut, 27. quæst. 1. sic & acceptans Ecclesiam: nam quodammodo contrahit Matrimonium cum Ecclesia*; &c. Quare hanc resolutionem tenent Host. *in d. c. relatum, num.*2. ubi Butr. *num.*4. Abb. *num.*5. Imol. *in c. conquerente, num.*5. *de cleric. non resident.* Sylv. *in sum. verb. beneficium* 3. *in fin.* Sot. *de Iustit. lib.*10. *q.*5. *art.*6. Nav. *consil.*16. *de præbend. in* 1. *edit.* Achil. *decis.*49. *aliàs* 1. *de officio Ordin.* Card. Tolet. *in sum. lib.*5. *cap.*9. *vers.*4. Marc. Ant. de Marsil. *de Eccles. resid. p.*3. *c.*33. *n.*3. Bañes 2. 2. *quæst.*11. *art.*1. Fr. Emman. *in sum. tom.*1. *c.*50. *n.*15. Flamin. *de resignat. benef. lib.* 4. *quæst.* 11. *num.*42. Gutier. *Canon. lib.*2. *cap.*26. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 15. *num.* 89. Azor. *d. p.*2. *lib.*6. *c.*9. *q.*3. 5. & 7. Et secundùm eam tenent Sot. *d. art.* 6. Tolet. *d. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 26. *num.* 132. & Gutier. *canon.* 6
lib. 2. *cap.* 5. *num.*22. & 25. debitam intentionem deficere illi qui Canonicatum, aut aliud hujusmodi beneficium obsequio Ecclesiæ deputatum retinet cum animo ad matrimonium convolandi, aut sæculariter vivendi.

Non defuerunt tamen non infimæ auctoritatis scriptores, qui existimant licitam 7
esse beneficii acceptationem firmo animo illi inserviendi, durante tempore, quo illud obtinuerit, donec non permutaverit, vel resignaverit cum pensione, seu donec commodiorem vitæ rationem, aut aliud vitæ genus assequutus fuerit, ex quorum numero sunt Nav. *in man. cap.*25. *num.* 119. & *consil.*16. & 17. *de cleric. non resid.* & *cons.*1. *de præbend. in novis*, Fr. Ludov. Lopez *in instr. Conscient. cap.*105. *concl.*2. Vega *in sum. tom.*1. *cap.*36. *casu* 23. Less. *d. cap.* 34. *num.* 136. Vasq. *in opusc. de benef. cap.*3. §. 3. *dubit.* 3. *n.*43. Nicol. Garc. *d. p.*3. *cap.* 4. *post num.*58. Sanch. *de matrim. lib.*7. *disp.*45. *n.*12.

In qua opinionum contrarietate non 8
displicet concordia, quam nonnulli præstant, & in primis Nav. *miscel.* 44. *de orat. n.*2. aliàs *miscel.* 49. *num.* 2. suam cum Soti opinione concilians, ita scribit: *Sed conciliari possumus intelligendo illum de illis, qui animo absoluto mutandi sic statum clericalem accipiunt beneficium, nostram verò de illis, qui non certo, & absoluto animo mutandi, sed conditionali, si aliquid convenientius suo proposito superveniat, id faciunt*, &c. & *consil.*17. *de clericis non resid.* ibi: *Prædictus de quo quæritur, peccat, si animo absoluto, & resoluto mutandi statum id faciat, non tamen si animo dubio, & conditionali perseverandi in clericatu, nisi aliqua conditio melior mutandi statum se offerat*, &c. Sanch. *d. disp.*45. *n.*10. ibi: *Ducor, quia text. in d. cap. commissa, loquitur de illo, qui à* 9
principio cùm accipit Ecclesiam, habet animum non assumendi Sacerdotium, sed fructibus fruendi, atque ita loquitur de volente fraudulenter lucrari fructus anni dati ad assumendum Sacerdotium, quod in hoc non verificatur, nec enim beneficium animo doloso suscepit, nec caruit intentione assumendi Sacerdotium, sed illam formam habuit, nisi felicius illo tempore quicquam contigerit, &c. & infrà: *Quando autem animus esset verè dubius, crederem eum peccare mortaliter, & teneri fructus restituere*, &c.

&c. Azor. *d. lib. 6. cap. 9. quaest. 4.* ibi: *Aut Titius statuit in ea Ecclesia Parochiali commorari, & inservire, donec commodiorem vitae rationem assequatur, & sic non videtur peccare, quia si aliam non fuerit adeptus, in ea Ecclesia perpetuò deserviet suo muneri. Aut statuit Ecclesiam habere, in ea tamen non residere, nec inservire, sed ex ejus tantum fructibus vivere, donec aliud vitae genus nactus fuerit, & sic peccat Parochiale beneficium accipiens*, &c.

2 Ad *num.* 18. Quod possessio incontinenti impugnata non est manutenibilis, nec talis possessor potest dici legitimus contradictor, ut per Mandos. *ad reg. 34. Cancell. q. 26.* Cancer. *var. resol. lib. 3. cap. 4. num. 95. & 96.* Fontan. *de pactis nupt. tom. 2. claus. 7. gloss. 3. p. 10. num. 56. & 57.* Ramon. *cons. 56. n. 5. cum seqq. & cons. 68. num. 3.* Lud. Posth. *de manut. observ. 17. n. 44. cum seqq.* Greg. XV. *decis. 4. n. 2. & decis. 569. n. 4.*

De supplenda negligentia Praelatorum.

Tit. VIII.

SUMMARIUM.

1 *Textus hujus intellectus aliqui referuntur.*
2 *Portugaliae Regnum an aliquando subsit Imperio? ostenditur.*
3 *Tutela filiae, cui regni successio delata est, durat donec in quacunque adulta aetate matrimonium contraxerit.*
4 *Regni administrationem an retineat filia, cui regni successio delata est, an verò ejus maritus, ostenditur.*
5 *Elisabetha Hispaniae Regina unà cum Ferdinando ejus marito Aragonum Rege simul Hispaniae Reges cognominati sunt, ac Regnum feliciter gubernarunt.*
6 *Filii Regum regni successores puberes relicti, curatores an accipere teneantur, ostenditur.*

Cap. Grandi II.

1 Ad *num. 2. in fine.* De intellectu hujus text. ultra citatos *in collect.* vide Ioan. Levriel *de primogen. lib. 5. quaest. 7. à num. 10.* Tiraq. *de jure primogen. q. 23. n. 2. & à n. 4.* Castald. *de Imperat. q. 18. num. 13.* & omisso intellectu Anchar. *in praesenti, vers. decimò, in fine*, & Anton. *ibid. num. 10. in fine, in lectura nova*, Ioan. à Terra Rubea *in tractat. de regno Galliae, tract. 2. conclus. 9.* & aliorum, qui putant summum Pontif. dedisse coadiutorem Sancio Regi Lusitaniae, quia in eo Regno habebat jura temporalia, & suprema, quemadmodum in multis, quae sunt de patrimonio Ecclesiae, & per Constantinum, & alios donata fuerunt: id enim nullo jure, aut fundamento suadetur, & contrarium apertè constat ex historiis, & aliis certissimis documentis, & satis ex hoc textu. Quare ex sententia aliorum dicendum videtur Pontificem justè coadjutorem illum dare potuisse Regi praedicto, quia ex maxima ejusdem negligentia, incuria, & dissipatione non tantùm viduae, orphani, & caeteri laici; verùm etiam Ecclesiae, monasteria, & loca pia, ac Ecclesiasticae personae maximum detrimentum patiebantur, quorum omnium defensioni, & conservationi, quia Rex ille ineptus, & adversarius, coadjutor verò maximè necessarius erat, meritò Romanus Pontifex occurrens ad preces populi & magnatum Lusitaniae, Regem ab administratione removit, & eidem fratrem Alphonsum coadjutorem, & regni administratorem concessit in ordine ad finem supernaturalem, tranquillitatem & pacem Ecclesiae, ac fidelium in his Regnis.

Non obstat quod Lusitania suberat Imperio, juxta *l. in Lusitania, ff. de censib.* sicut & Hispania, juxta *l. 2. §. & quia capta, ff. de ordine iuris, cap. volumus, 11. quaest. 1.* ibi, *omnes*, &c. & ibi, *Hispani*, cum aliis, de quibus per Cassad. *dict. tract. quaest. 53.* ac subinde cùm Rex Lusitaniae Imperatorem recognosceret, non à Pontifice, sed ab eodem Imperatore tanquam à superiore competenti coadjutor dandus videbatur, juxta text. *in l. Divus, & per totum ff. de tutoribus, & curatoribus datis ab his*, cum vulgaribus. Nam omissis responsionibus Ancharrani, & Antonii *ubi suprà*, & licèt huic argumento succumbant nonnulli, ut refert *Additio margin. ad glos. 2. in praesenti*; facilè occurritur si dicas quod quamvis olim Hispania, sicut & Lusitania pro majori parte, vel etiam tota subjecta fuerit Romano Imperio de facto, nam de jure dubitant multi, ut per Navarr. *in cap. novit, notab. 1. num. 167. de judic.* & alios; nihilominus postquam Gothorum gens Hispaniam à Romanorum subjectione liberavit, & deinde alii eandem à faucibus hostium eruere, juxta *gloss. 3. in fine, in cap. Adrianus, el 2. 73. dist.* receptam communiter, ut per Castald. *dict. loco*, Mench. *illustr. cap. 22. à num. 11.* 2

absque

absque dubio nec Lusitania Imperio, aut Imperatori subjacet, nec aliquem in temporalibus superiorem recognoscit, præter Regem ejusdem, & intendunt *d. gloss.* 2. *in fin.* ubi Ioan. Andr. & alii.

3 Ad *n.*18. Nota *l. Castella* 3. *versic. si fuere fija, tit.*15. *p.*2. statuere quod si filia fuerit, cui Regni successio delata est, ejus tutela durat donec in quacumque adulta ætate matrimonium contraxerit, nempe (ut supplendum existimo) cum viro alioqui capace Regnum per se administrandi, vel consilium circa administrationem uxori præbendi, hoc est, viginti annis majore, prout in masculo Regni successore lex illa desiderat, atque ita in ea speciale est, ut tunc finiatur tutela, quia de consilio mariti Regnum ipsa administrabit, ut advertit ibi Gregor. Lopez *gloss.* 1. *in fine.*

4 Quæ quidem Regni dominium, & administrationem retinebit, ejusque maritus dumtaxat Rex erit cognomine, & dignitate, non verò administratione, nisi ut consilium uxori præstet, si scilicet ab ea legitimum non habeat mandatum ad Regnum per se administrandum, ut per Montalv. *in l. unic. gloss.*2. *post princ. vers. sed quid si primogenitus, tit.*3. *lib.*2. *fori*, Greg. Lop. *in l.*2. *glos.*15. *& l.*3. *gloss.*5. *vers. quod autem, tit.* 15. *p.* 2. Tiraq. *de jure primogen. q.*21. *num.*11. *& q.*23. *ex n.*1. Cifuentes *l.*40. *Tauri, q.*17. & Anton. Gom. *n.*69. Petr. Gregor. *de Republ. lib.*26. *cap.*5. *per tot.* Molin. *de primogen.* 1. *p. cap.*13. *à n.*25. Menchac. *de success. creat.* §. 21. *n.*148. Matiens. *ad l.*1. *gloss.*1. *num.*14. *tit.* 7. *lib.*5. *Recop.* Gutierr. *de tutel. part.*1. *c.*18. *n.*35.

5 Licèt Palat. Rub. *in tract. de justa obtentione, ac retentione Regni Navarræ, part.*1. §.5. *vers. in casu autem,* voluerit Hispanam consuetudinem esse in contrarium per duos actus valde notorios, nempe D. Ferdinandi Aragonum Regis, qui D. Elizabetham Hispaniæ Reginam, D. Philippi I. Archiducis Austriæ, Reginæ D. Ioannæ illorum filiæ matrimonio copulati, qui simul Hispaniæ Reges cognominati sunt, ac regnum ipsum feliciter gubernavit, ut eorum chronicæ commemorant. Quia verius est, ex his actibus consuetudinem minimè fuisse inductam, siquidem ex chronicis ipsis planè constat, initio contracti matrimonii inter D. Ferdinandum, & D. Elisabetham contentionem inter ipsos fuisse, ad quem eorum Regni administratio pertineret, & variis hinc inde rationibus allatis pro illa fuisse pronunciatum, & ipsam postea voluntariè marito suo Regni administrationem communicasse, itaut ambo simul leges ferrent, cæteraque ad Regni gubernaculum pertinentia expedirent, ut videre est apud Ant. de Nebrixa *in illorum historia, cap.* 23. Gundis. Illescas *in historia Pontificali, lib.*6. *cap.*19. *fol. mihi* 96. *col.*1. *in fine, cum seqq.* Steph. Garibay *in compendio histor. lib.*18. *cap.*2. Mariana *in historia Hispan. lib.*24. *cap.*5. quod & observant Greg. Lop. *lib.*9. *gloss.*4. *circa fin. vers. unde tamen, tit.*1. *p.*2. cujus ad hoc meminit Gutier. *de tutel. p.*1. *cap.* 18. *numer.* 32. *vers. tandem Gregorius*: ídque ipsum postea servatum est inter D. Philippum I. & Reginam Dom. Ioannam.

Vtrùm filii Regum Regni successores puberes relicti, curatores accipere necesse habeant? Affirmativam partem magis probare videntur Tiraquell. *de primogen. quæst.* 40. *numer.* 207. Anton. Gom. *l.* 40. *Tauri, num.* 9. *& lib.* 3. *var. cap.*1. *num.*56. *vers. sed his non obstantibus*, Sylvest. Aldobrandin. *in* §. *item inviti, numer.* 7. ubi Ioan. Oinotom. *ad princ. tit. Instit. de curator.* Melch. Pelaëz à Mieres *de major. part.*2. *quæst.*6. *num.*14. *&* 15. *& cap.*4. *q.*38. *num.* 2. *&* 4. *in noviss. impress.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. hunc contractum, numero* 57. *vers. hæc mala*, Parlad. *rerum quotid. lib.*1. *cap.* 12. *num.* 11. Galgan. *de tutel. & cura, lib.*1. *tit.*12. *num.*6. Ioan. Gutier. *eod. tract. part.*1. *cap.*18. *num.* 1. *vers. sententiam igitur*, Marcel. Conversan. *ad tit. Institut. de curatoribus*, §.1. *num.* 13. Steph. Gratian. *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 225. *num.* 5. *cum seqq.* Perez de Lara *in compendio vitæ hominis, cap.* 16. *num.* 9. Valenzuel. *tom.* 2. *cons.* 198. *num.* 124. Anton. Merenda *controv. Iuris lib.*6. *cap.* 46. apud quos aliquas distinctiones videbis. 6



De Officio, & potestate Iudicis delegati.

TIT. XIV.

CAP. Statuimus I.

AD *n.*7. Quod conservatores sunt Iudices delegati, ultra citatos in collect. ad hunc text. resolvunt Navarr. *cons.*3. *n.*1. *sub hoc tit.* Fusc. *de visitat. lib.*2. *c.*2. *n.* 8. Molin. *de Iustit. tom.*6. *tract.*5. *disp.*29. *num.*1. Mar. Antonin. *var. resolut. lib.*1. *resolut.* 16. *num.* 4. Alphons. Narbona *l.* 60. *gloss. unica, ex num.*71. *tit.* 4. *lib.*2. *Recopilat.* me citato in hoc loco, Pareja *de universa instrument. edition. tit.* 1. *resolut.* 5. *num.* 15. & ideò teneri litteras sibi 1

jurisdi

jurisdictionem tribuentes ad ipsam fundandam edere, resolvunt Mar. Antonin. *d. resol.* 16. *num.* 1. *cum seqq.* Narbona *d. gloss. unic. n.* 71. *cum seqq.* Rot. *decis.* 214. *n.* 1. *&* 2. *p.* 2. *recent.* Pareja *d. resol.* 5. *n.* 17.

Cap. Cùm plures VIII.

1 Ad *num.* 5. Quod jurisdictio ex die, vel sub conditione data ante adventum diei, vel implementum conditionis non existit actu, quia solùm est spes illam habendi, allegata hac gloss. docent Sebast. Vant. *de nullit. tit. de nullitate ex defectu jurisdict. deleg. num.* 91. *&* 92. Pute. *decis.* 429. *lib.* 1. Campan. *in diversor. Iuris Canon. rub.* 11. *cap.* 13. *à num.* 258. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 9. *in annot. num.* 249. *&* 251. Salgad. *de Regia protect. part.* 3. *cap.* 13. *num.* 19. *cum seqq.* Thom. Carleval. *de judic. disp.* 2. *num.* 1107. Rot. *decis.* 142. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* Itaut conditionem super qua data fuit jurisdictio, ante omnia adimpletam fuisse probandum sit, ad not. per Salgad. *de supplicat. ad Sanctiss. part.* 1. *cap.* 27. *num.* 27. *&* 28. Rot. *decis.* 68. *num.* 1. *& decis.* 701. *n.* 4. *part.* 1. *recent. & decis.* 639. *num.* 1. *p.* 2. *etiam recent.*

De Officio Iudicis Ordinar.

Tit. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Beneficii possessor tenetur titulum suæ possessionis ad requisitionem Ordinarii edere.*
2 *Beneficiarius non excusatur ad petitionem Ordinarii titulum sui beneficii edere, eo quòd illud per triennium possederit.*
3 *Tituli beneficiales impræscriptibiles sunt.*
4 *Beneficiatus etiam ad instantiam patroni tenetur titulum sui beneficii edere.*
5 *Beneficiarius quibus casibus non tenetur ad petitionem Ordinarii, vel patroni titulum sui beneficii edere.*
6 *Titulum dispensationis super incompatibilitate edere tenetur beneficiarius ad petitionem Ordinarii.*
7 *Superior ad quem pertinet jus instituendi, & destituendi, potest compellere beneficiarium ut titulum ostendat, quo beneficium possidet.*
8 *Episcopus potest compellere per edictum generale ad editionem titulorum beneficialium, cùm ad diœcesim de novo venit.*
9 *Beneficiarius à tituli sui exhibitione excusatur, quando ab ipsomet Ordinario institutionem, sive præsentationem à patrono obtinuit.*
10 *Vel quando sciente & patiente Ordinario, vel patrono diu stetit in beneficio.*

Cap. Ordinarii III.

Ad *num.* 3. Quod clericus possessor beneficii tenetur titulum suæ possessionis ad requisitionem Ordinarii edere, ultra citatos in collect. docent gloss. communiter recepta, *verb. obtineri, in reg.* 1. *de regul. jur. hoc lib.* Marant. *de ordine judic. part.* 4. *dist.* 13. *n.* 4. Tusch. *lit.* C, *sing.* 88. Caputaq. *decis.* 116. *part.* 3. Perez *l.* 3. *tit.* 16. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 327. Fulv. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 61. *n.* 16. Azeved. *l.* 1. *n.* 5. *&* 6. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop.* Melch. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 46. *n.* 37. *cum seqq. & lib.* 3. *q.* 24. *n.* 10. Coccin. *decis.* 101. *num.* 1. me citato in hoc loco, novissimè Pereja *de universa instrument. edit. tit.* 5. *resol.* 7. *n.* 9. 1

Ad *num.* 4. Quod beneficiatus non excusatur ad petitionem Ordinarii titulum sui beneficii edere, eo quòd illud per triennium possederit; nam adhuc ad editionem poterit compelli, ultra Flores de Mena *in collect. citatum*, docent Cassad. *decis.* 8. *n.* 4. *super regul. Cancel.* Lud. Gomez *in reg. de triennali, q.* 58. Cov. *in reg. possessor, p.* 2. §. 10. *n.* 10. *vers. octava conclusio*, Salzed. *ad Bernard. reg.* 236. *vers. tertiò ultra auctorem*, Perez *l.* 3. *tit.* 16. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 327. Mascard. *de probat. conclus.* 1378. *num.* 13. me citato *in hoc loco*, Pareja *d. tit.* 5. *resol.* 7. *n.* 11. 2

Ad *num.* 5. Quod tituli beneficiales impræscriptibiles sunt, ultra Cald. Pereira laudatum in collect. docent Ludov. Gom. *in d. reg. de triennali possess. q.* 13. *vers. præterea*, Cov. *d.* §. 10. *n.* 9. me citato, Pereja *d. tit.* 5, *resol.* 7. *num.* 7. 3

Ad *num.* 6. ibi, *ac etiam per patronum.* Quod etiam ad instantiam patroni tenetur beneficiatus titulum sui beneficii edere, post Abb. Ioan. de Anania, & Franc. firmat Rota coram *Coccino d. decis.* 191. *num.* 1. Lotter. *d. lib.* 2. *q.* 46. *num.* 38. me citato Pareja *d. resol.* 7. *n.* 9. 4

Ad *num.* 8. me citato in hoc loco, idem tenet Pareja *d. resol.* 7. *num.* 24. *cum seqq.* resolvens cum aliis quos citat, tunc & eo casu beneficiatum non teneri possessionis suæ titulum edere, quando ordinarius, patronus, aut alii faciunt se partes, & ordine judiciario petunt beneficiatum compellendum ad exhibitionem tituli. 5

Vltra

6 Vltra casus à me relatos, in quibus Ordinarius potest cogere beneficiatum edere suæ possessionis titulum, addo idem resolvendum non solùm quando agitur de editione tituli ipsiusmet beneficii, sed etiam si tractetur de edendo titulo dispensationis super incompatibilitate, quia certum est
7 in utroque casu Episcopum, vel alium superiorem, ad quem pertinet jus instituendi, ac destituendi, posse compellere beneficiatum ut titulum ostendat, quo beneficium possidet. Canonistæ nostri *in cap. licèt Heli, de simon.* Veral. *decis.* 116. *num.* 3. *part.* 3. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 15. *num.*62. Melch. Lotter. *de re benef. lib.* 3. *quæst.*23. *n.*6. *cum seqq. & q.*24. *n.*10. Pareja *d. tit.*5. *resol.*7. *n.*14. *cum seqq.*

8 Similiter hujus text. conclusio procedit, etiamsi Episcopus, aut alius Iudex Ordinarius, qui instituendi ac destituendi jus habet, hanc facultatem cogendi beneficiatos ad editionem titulorum, exerceat per edictum generale, prout accidere solet quando Prælati ad diœceses suas de novo veniunt, Abb. Panor. *in d. cap. licèt Heli, num.*22. & Felin. *ibidem, num.*27. *vers. quinta conclusio*, Lotter. *d. q.*24. *n.* 15. Pareja *d. tit.*5. *resol.*7. *n.*18.

9 Excusaretur tamen beneficiatus à tituli sui exhibitione quando ab ipsomet ordinario institutionem, sive præsentationem à patrono obtinuit, ut post Philip. Franch. *in præsenti, num.*5. *vers. secundò limitatur*, tenet
10 Pareja *d. tit.*5. *resol.* 7. *num.* 31. Vel quando beneficiatus sciente & patiente ordinario, sive patrono diu stetit in possessione beneficii, ut per Franch. *d. n.*5. *vers. tertia limitatio*, Pareja *d. tit.*5. *resol.*7. *num.*32. *cum seqq.* & post relatas plurimorum resolutiones in eo articulo examinando quantum tempus requiratur, quo beneficiatus in possessione extiterit, ad hoc ut liber remaneat ab hac tituli editione præstanda, tandem *num.*40. cum Lotter. *d. lib.*3. *q.*24. *num.*34. concludit sub distinctione componens.

SVMMARIVM.

1 *Onera deduci debent in computando valore beneficii.*

2 *Fructus & redditus beneficiorum tantum æstimari debent, quantum valent deductis oneribus.*

3 *Fructus beneficiorum sunt qui supersunt deductis oneribus, & impensis.*

4 *Fructus integri intelliguntur deductis oneribus.*

5 *Prælatus in infirmitate comparatur usuario.*

Cap. Præsenti IX. & ult.

Post *num.*6. Collige ex text. in computando valore beneficii debere deduci 1
onera, Rot. *decis.*60. *in antiq. de concess. prabend.* Felin. *in cap. ad aures, num.*13. *vers. duodecima conclusio, de rescript.* Ioan. Bapt. Ferret. *cons.*354. *n.*15. Crescent. *decis.* 2. *de probat.* Nicol. Garc. *de benef. p.*5. *cap.* 3. *n.*164.
ubi quod debent deduci onera, & quod 2
aliàs articulus super valore est ineptus. Et quod fructus & redditus beneficiorum tantum æstimari debent, quantum valent deductis oneribus, tradunt Bald. *in l.*1. *n.*1. *vers. sed pone impetravi à Papa, C. de fructib. & lit. expens.* Ioan. Bapt. Ferret. *cons.* 256. *n.*8. Rimin. jun. *cons.*717. *num.* 45. *& seq. lib.*6. Gutier. *canon. lib.*1. *q.*1. *num.* 126. *cum seqq.*
Cavalcan. *decis.*37. *sub num.*89. *p.*2. ubi quod 3
fructus beneficiorum sunt qui supersunt deductis oneribus & impensis: & quod si beneficium esset ita tenue, quod onera absorberent totos fructus, tunc ille, qui ex privilegio Papæ debet percipere, vel
detrahere, nihil habebit. Quod procedit 4
licèt fiat mentio de integris fructibus, quia nihilominus intelligitur deductis oneribus, D. Barbos. *in l. fructus, num.*7. *ff. soluto matr.* quia dictiones universales, omnes, integri, & similes, restringuntur ad ea, quæ veniunt ex natura sermonis, ut optimè probat, & declarat Cavalcan. *d. decis.* 27. *num.* 15. *p.*3. & notatur à Carolo Ruino *cons.*62. *n.*7. *vers. nam aliquando, vol.* 1.

Ad *num.* 9. Quod Prælatus in infirmitate 5
comparatur usuario, tenent Redoan. *de spol. cleric. q.*3. §. *stantibus istis repugnantiis, num.*9. *pag. mihi* 107. Vrsill. *ad Afflict. decis.*168. *n.*5. *vers. quando talis confessio.* Et ideo Afflict. *decis.* 168. loquendo de quadam quietatione data procuratori monasterii ab Abbatissa tempore infirmitatis, & pro utraque parte puncto disceptato, refert resolvisse Senatum monasterio nullum attulisse præjudicium, eo quòd quietatio fuit ab Abbatissa tempore infirmitatis facta, ex qua decessit. Laurent. *Avenion. decis.*117. Ripa *de actis in articulo mortis, c.*49. Ioan. Bapt. Costa *de retrotract. cap.*8. *casu* 19. *num.*15. *pag.*146. Aloys. Ricc. *decis.*164. *num.*3. *& 4. & p.*3. *var. resolut. resol.* 368. *& 369.* Aretin. *de resolutionib. c.* 6. *num.*53. *cum seqq.* Amat. *var. lib.*1. *c.*19. *n.* 1.

Pt

De Procuratoribus.

Tit. XIX.

SUMMARIUM.

1 *Procurator substitutus non est substituentis procurator, sed primi mandantis.*
2 *Mandatum substituti etiam re integra non expirat mortuo substituente.*
3 *Substitutus potest post mortem substituentis mandatum exercere, quia suum mandatum non dependet à substituente, sed à primo mandante.*
4 *Procurator substituens non potest se ingerere in negotio à substituto gesto.*
5 *Procurator facta substitutione absque ullo mandato remanet.*
6 *Procurator ad lites, & procurator ad negotia gerenda, in quo differant? remissivè.*

Cap. Non indiscreti I.

1 Post *n.* 12. in glos. *verb. Substituendi* Collige ex glos. procuratorem substitutum non esse substituentis procuratorem, sed primi mandantis, ut per Anchar. *hic, num.* 5. Bart. *in l. si procuratorem* 8. §. *si quis mandaverit, in princ. ff. mandati, & in l. quod quis, in lect. antiq. C. hoc tit.* Rot. *decis.* 4. *num.* 8. *de offic. Vicar. In novis*, Vincent. de Franch. *decis.* 212. Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit. de procurator. resol.* 3. *num.* 5. *vers. & talis substitutus*, Castill. *Sicil. decis.* 119. *n.* 23.
2 Unde provenit quod mortuo substituente non expirat mandatum substituti, etiam re integra, ex Francho *hic, in* §. *licèt, num.* 6.
3 *vers. quartò adverte*, ubi citat Rot. *decis.* 414. quæ incipit, *Item si aliiquis*, dicentem ex ratione hujus glos. substitutum posse post mortem substituentis mandatum exercere, quia suum mandatum non dependet à substituente, sed à primo mandante, eadem Rot. *decis.* 33. *num.* 1. *&*
4 *decis.* 38. *num.* 2. *hoc tit. in novis*, & apud Farin. *decis.* 521. *num.* 8. *p.* 1. *recent.* Conducit quod resolvit Ioan. Vincent. de Anna *alleg.* 89. *n.* 10. *cum seqq.* videlicet procuratorem substituentem non posse se ingerere in negotio à substituto gesto: idem tenet Alex. Trentacinq. *d. res.* 3. *n.* 5. *in princ. & in*
5 *vers. & iste procurator.* Et facit quod tradit Bisignet. *decis.* 13. *sub hoc tit.* quem refert Borell. *in sum. decis. p.* 1. *tit.* 66. *de procurat. n.* 231. quod facta substitutione Procurator absque ullo mandato remanet.

Ad *n.* 13. In quibus differant procurator ad lites, & procurator ad negotia gerenda, vide text. *in præsenti, in* §. *licèt*, ubi glos. *verb. deputare, & c. fin. hoc tit. & lib. l. Castel.* 19. *tit.* 5. *p.* 3. Pin. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit. p.* 2. *cap.* 1. *n.* 7. Vant. *de nullit. tit. ex defectu mandati, n.* 109. Suar. de Paz *in pract. tom.* 1. *in initio, annot.* 4. *n.* 5. *cum seqq.* Marant. *de ord. jud. p.* 4. *dist.* 16. *n.* 21. *&* 28. Card. Tusch. *pract. concl. lit. P, concl.* 846. Barb. *in l. cùm prætor*, §. 1. *n.* 104. *cum seqq. ff. de judic.* quos refert, me citato in hoc loco, Pareja *de universa instrument. edit. tit.* 5. *res.* 10. *n.* 1. 6

SUMMARIUM.

1 *Mandatum ex sui natura stricti juris est, & ejus fines excedi non possunt.*
2 *Negotia mandatum speciale deposcentia quæ sint?*
3 *Mandatum in quo adest claus.* Et ad omnia ea negotia & lites quas habeo, & habere spero, *non extenditur ad lites, seu causas futuras, nisi causa futura ortum habeant ex negotiis de præsenti.*
4 *Mandatum procuræ concessum alicui ad exigendum pecunias extantes penes inquilinos, non extenditur ad pecunias exactas per alios.*
5 *Mandatum concessum contra Titium, aut aliam personam, non comprehendit universitatem, vel collegium.*

Cap. Qui ad agendum IV.

Ad *n.* 2. Collige ex text. mandatum ex sua natura stricti juris esse, & ejus fines excedi non posse, ut per Surd. *dec.* 209. *n.* 6. *cum seqq.* Card. Mantic. *de tac. & amb g. convent. tom.* 1. *lib.* 7. *tit.* 15. *n.* 3. Christoph. de Paz *de tenuta, c.* 34. *n.* 117. Neguerol. *allegat. Iuris tom.* 1. *alleg.* 9. *n.* 16. ideo ubi speciale mandatum requiritur, generale non sufficit, ut per hunc text. tenent Suar. de Paz *in pract. tom.* 1. *in init. annot.* 4. *n.* 15. Fragos. *de regimine Reip. Christianæ, p.* 1. *lib.* 5. *disp.* 12. §. 8. *n.* 258. Pareja *de universa instrum. edit. tit.* 5. *resol.* 10. *n.* 65. Quæ autem sint negotia mandatum speciale deposcentia, tradunt glos. *verb. pacisci, in præsenti*, Philip. Franch. *hîc, q.* 38. *l. Castel.* 19. *tit.* 5. *part.* 3. Firmian. *in suo repertor. verb. mandatum*, ubi 73. congerit casus, in quibus seciale mandatum requiritur, Fragoso *d.* §. 8. *n.* 257. remissivè Pareja *d. tit.* 5. *resol.* 10. *n.* 65. 1

3 Hinc mandatum in quo adeſt clauſ. *& ad omnia ea negatia, & lites quas habeo, & habere ſpero*, non extendi ad lites, ſeu cauſas futuras, vel negotia, quæ ex jure de futuro poſt mandatum procuratorium conceſſum obvenerint, reſolvunt gloſ. *in l. damni infecti, §. ſi u qui vicinas ædes, ff. de damno inf.* ubi Bart. *num. 2. verſ. ſed credo contra*, Suar. de Paz *d. annot. 4. n. 23.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 145. n. 13. cum ſeqq.* Fragoſo *d. §. 8. n. 267. cum ſeqq.* ubi intelligit cum Ioan. Andr. & Greg. Lop. niſi negotia futura, & lites poſtea ſupervenientes ortum habeant ex negotiis de præſenti, non verò de futuris & inſperatis, ad quæ de præſenti nullum jus habetur: aut etiamſi conſtituens procuratorem nullas lites, nulláque negotia tempore conceſſionis habebat, tunc enim ne conſtitutio procuratoris reddatur illuſoria, lites etiam, & negotia futura comprehendi teſtatur, cujus dictum ſequuntur Stephan. Gratian. *d. c. 145. n. 22. 28. 29. & 30.* Pareja *d. tit. 5. reſol. 10. n. 77.*

4 Hinc etiam procedit quod nec etiam mandatum conceſſum contra Titium, aut aliam quamcumque perſonam, poteſt comprehendere univerſitatem, civitatem, aut collegium, niſi in illo nominatim adjiciantur, ut per Achil. de Graſſ. *deciſ. 15. de procurat.* Suar. de Paz. *d. annot. 4. num. 25.* Gonzal. *ad reg. 8, Cancel. gloſſ. 37. per tot.* & præcipuè *n. 9.* Amat. Roder *de forma examinandi proceſſum, c. 3. n. 33.* Pareja *d. reſol. 10. n. 78.*

Quint. Mandoſ. *de minore, ætate c. 5. n. 65.* Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib. 49. cap. 4. cum ſeqq.* Modit. *dub. Iuris lib. 2. §. prudentum reſponſa, dub. 11. n. 17.* V. Veſemb. *in paratit. tit. de procurat. n. 4.* Fran. Pollet. *hiſtor fori Rom. lib. 2. c. 7.* Gutier. *de juram. conform. p. 3. cap. 11. num. 1.* Anton. Gom. *l. 33. Tauri, in fine*, Cald. Peteira *in l. ſi curatorem, verb. hunc contractum, num. 36. & 39. C. de in integ. reſtit. min.* Card. Tuſch. *pract. concl. lit. P. concl. 810. num. 2.* Ant. Fab. *iuriſprud. Papin ni, tit. 6. princ. 7. illat. 14.* Lucarin. *de fiduciaria tutela, cap. 6. num. 21.* Didac. de Cuellar. *in tract. de manumiſſ. part. 2. num. 72.* Camill. Borrell. *in ſum. deciſ. part. 1. tit. 66. de procur. n. 39.* Amat. Roder. *de modo & forma examinandi proceſſum, c. 3. num. 2.* Rebell. *de oblig. Iuſt. lib. 17. quæſt. unic. num. 11.* Hieron. Buccaron. *de different. inter judicia civilia & crimin. differ. 142. n. 28. cum ſeqq.* Ludovic. Schrader. *in ſelectiſſ. Iuris quæſt. tom. 1. tit. 6. num. 6.* Ioan. Maria Novar. *collect. 116. num. 10.* Ludov. Poſt. *in tract. mandati de manuten. obſerv. 67. num. 3.*

Ad *n. 10.* Quod minores in cauſis beneficialibus, & momentaneæ poſſeſſionis in procuratores eligi, & judicio comparere poſſint, ultra citatos adde Nicol. Boër. *deciſ. 350. num. 4.* Cæſ. Contard. *in l. unic. limit. 8. num. 21. C. ſi de mom. poſſeſſ.* Camill. Borrell. *d. tit. 66. num. 46.* Alexandr. Trentacinq. *var. reſolut. lib. 2. tit. de procuratorib. reſolut. 3. n. 40.* Ludovic. Poſt. *d. obſer. 67. n. 1. cum ſeqq.* 2

SVMMARIVM.

1 *Procurator ad negotia poteſt quis eſſe poſt 16. annum, ad judicia verò, & lites non poteſt niſi poſt 25.*
2 *Minores in cauſis beneficialibus, & momentaneæ poſſeſſionis in procuratores eligi, & judicio comparere poſſunt.*

CAP. Qui generaliter V. §. Licet.

1 AD *n. 9.* Quod procurator ad negotia poteſt quis eſſe poſt 16. annum, ad judicia verò & lites non poteſt niſi poſt 25. ultra citatos vide *l. Caſtel. 19. tit. 5. part. 3.* ibi: *E aun dezimos que los perſoneros que ſon dados para recaudar coſas fuera de juizio què cumple que ſean de edad de dies y ſiete años. Como querque los otros que ſon pueſtos para demandar, o reſponder en juizio deven de ſer a lo menos de edad de veinte y cinco años*, &c. Montalv. *l. 9. tit. 10. lib. 1. fori*, Lancell. *in inſtit. Canon. lib. 4. tit. de procurat. §. poteſt autem*, Vant. *de nullit. tit. ex defectu mandati, n. 133.*

SVMMARIVM.

1 *Procuratores conſtituti cum libera poteſtate abſque expreſſione quod unique illorum delegatur in ſolidum, quiſque eorum comparere, aut contrahere minimè poterit.*
2 *Procuratores plures conſtituti cum libera poteſtate, non cenſentur conſtituti in ſolidum.*
3 *Procuratores, an, & quando cenſeantur conſtituti ſimpliciter, vel in ſolidum.*

CAP. Si dico VI.

AD *n. 2.* Quod ſi procuratores conſtituti ſint cum libera poteſtate, non tamen addatur, nec exprimatur in mandato quod poteſtas contrahendi, aut ligandi unicuique illorum delegatur in ſolidum, tunc unuſquiſque eorum comparere, aut contrahere nominè poterit, ultra Maſcard. Ricc. & Gratian. *in collect.* citatos docent. Flamin. Pariſ. *de reſignat. lib. 9. q. 2. num. 24.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 7. tit. 10.* 1

2 *tit.* 10. *num.* 1. *& tit.* 17. *n.* 8. *&* 9. ubi ampliat etiamsi plures procuratores constituantur cum libera, quia nihilominus non censentur constituti insolidum, & probat Bald. in contrarium tenentem, Greg. XV. *dec.* 280. *num.* 3. ubi Beltramin. *in annot. num.* 9. Rot. *decis.* 860. *lib.* 3. *p.* 3. *divers.* quos refero *de claus. usufreq. claus.* 35. *num.* 4. Fragoso *de regimine Reip. Christiana, p.* 1. *lib.* 5. *disp.* 12. §. 8. *n.* 265. ubi addit Baldi opinionem posse practicari, ubi mandato adjecta esset dictio, *in solidum*, aut *cuilibet ipsorum*, me citato in hoc loco, Pareja *de universa instrum. edit. titul.* 5.
3 *resol.* 10. *n.* 70. An & quando procuratores in solidum, vel simpliciter censeantur constituti, & ex quibus verbis, aut clausulis hoc deprehendatur, vide Masc. *de probat. concl.* 1308. *n.* 4. *& seqq.* Steph. Grat. *discept. forens. c.* 201. *n.* 2. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad matrimonium contrahendum debet esse speciale.*

2 *Matrimonium virtute generalis mandati celebratum, si adsit aliud mandatum speciale ad contrahendum cum eadem, quæ illius ignara fuit, an convalidetur?*

3 *Matrimonium ex defectu legitimi consensus in utroque conjuge, an possit ex post facto convalidari ob legitimum unius consensum.*

4 *Actum ab initio nullum non potest tractu temporis convalescere.*

5 *Retrotractio non potest fieri in præjudicium tertii.*

6 *Matrimonium per procuratorem contractum validum est non tantùm in ratione contractus, sed etiam in ratione Sacramenti.*

7 *Procurator ad matrimonium contrahendum non est minister Sacramenti.*

8 *Gratia causatur in persona contrahentis matrimonium, non in procuratore.*

9 *Matrimonium contrahens per procuratorem peccabit mort. si eo tempore, quo per procuratorem ipsius nomine matrimonium contrahitur, non sit in gratia.*

10 *Matrimonium per procuratorem contractum Sacramentum est.*

11 *Actum per procuratorem faciens, ipse verè facere dicitur.*

12 *Procurator ad matrimonium contrahendum datus, per seipsum hoc mandatum exequi tenetur.*

13 *Procuratoris ad matrimonium contrahendum industria in dubio censetur electa, propter magnum quod ex facto tam arduo posset periculum imminere.*

14 *Matrimonium per procuratorem contractum, eo ante celebrationem revocato non valet, quamvis revocationem non ignoret.*

15 *Etiam in foro exteriori.*

16 *Voluntas magis factis quàm verbis declaratur.*

17 *Mandata duo si dentur ad contrahendum cum diversis, si contrahatur cum secunda, an matrimonium sit validum? ostenditur.*

18 *Procurator ad contrahendum matrimonium absque scriptura constitui potest.*

19 *Testes sufficiunt ad probandam revocationem procuratoris constituti ad contrahendum matrimonium.*

20 *Revocatio merè interna mandati ad contrahendum matrimonium valet in foro conscientiæ.*

21 *Matrimonium à procuratore contractum erit validum etiamsi superveniat furor in constituente mandatum ad contrahendum.*

22 *Iuramentum de non revocando mandatum ad contrahendum matrimonium, licèt præmissum sit, nihilominus revocatio valet.*

23 *Mandatum procuræ licèt sit juramento vallatum, revocari potest.*

24 *Procuratorem constituens ad renunciandum, licèt juret non revocare, valebit revocatio, etsi revocans sit perjurus.*

CAP. Procurator IX. & fin.

PRo exornatione principalis conclusionis, quod scilicet mandatum ad matrimonium contrahendum debeat esse speciale, ultra citatos vide Lancel. *instit. Iuris Canon. lib.* 2. *tit.* 10. *de sponsalib.* §. *procurator,* Medran. *de consensu connub. c.* 12. *num.* 2. Ad contrahendum autem matrimonium mantum speciale non dicitur, nisi nominatim detur ad contrahendum cum certa ac determinata persona, glos. *hîc, verb. speciale, in med. & in fine*, Anch. *num.* 1. *in* 2. *notab.* Dominic. *num.* 2. *in fin.* & Philip. Franc. *num.* 4. Abb. *in cap. coram, num.* 5. *vers. & ob istam causam, de in integ. restit.* Rebuff. *in concord. tit. de electionis derogat. in glos. verb. speciale, vers. quintus*, Tiraq. *ad leges connub. gloss.* 7. *num.* 111. *vers. similiter*, Roland. à Valle *cons.* 26. *num.* 4. *&* 21. *lib.* 2. Cov. *de sponsal. p.* 2. *cap.* 4. *in init. num.* 8. *ad* 11. Gom. Leon. *in cent. decis. decis.* 84. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. implorandum, n.* 9. *vers. non obstat*, Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 7. *tit.* 2. *n.* 25. Card. Tusch. *pract. concl. lit. M, concl.* 52. *n.* 20. *& conclus.* 124. *n.* 1. Alex. Trentac. *var. resol. lib.* 2. *tit. de procur. resol.* 3. *n.* 33. *vers. in hac materia, in princip.* Rebell. *de obligat. Iustit. lib.* 2. *q.* 1. *num.* 5. *post princip.* Cardos. *in praxi Iudicum, & advocat.* 1

*vocat. verb. procurator, n.*34. Camill. Borrell. *in sum. decis. p.*1. *tit.*66. *n.*262. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.*1. *comp.*25. *ex n.*5. *&* 7. Gutier. *de matrim. cap.*43. *num.*3. Bonacin. *eod. tract. quæst.*2. *punct.*5. *n.*8. Fr. Basil. *in simili tract. lib.*2. *cap.* 15. *num.*3. *&* 4. Vincent. Filliuc. *quæst. moral. tom.*1. *tract.* 10. *de Sacrament. Matrim. part.*1. *c.*1. *n.*1. *&* 2. *condit.* Machado *en su perfetto Confessor, libro* 3. *part.*1. *tract.*8. *docum.*5. *n.*1.

2 Quæstio est non inelegans in hac materia, utrùm si post mandatum in genere præstitum ad matrimonium cum qualibet contrahendum, cujus virtute cum certa muliere contractum est, speciale subsequatur mandatum, sive potiùs singulare ad contrahendum cum eadem muliere, dum ipsa hujusmodi secundi mandati ignara in consensu à se virtute primi generalis præstito perseverat, matrimonium antea contractum convalidari possit, quasi ex ratificatione mandati minus legitimi? In qua quæst. licèt affirmativam partem defendat Alex. *cons.*345. *vers.*5. cui accedit Card. Tusch. *pract. concl. lit. M, concl.*52. *n.*20. *vers. si tamen, & concl.* 124. *num.*2. *cum duobus seqq.* negativam tamen meritò sustinent Ant. de Butr. *cons.*64.
3 & Anchar. qui ipsum transcribit *cons.*228. 229, *&* 230. Ex eo potissimùm quod matrimonium ab initio nullum ex defectu legitimi consensus in utroque conjuge, utpote præstiti virtute generalis mandati contra hunc text. non potest ex postfacto convalescere ob legitimum unius dumtaxat conjugis consensum: quia nec vires capere valet, quasi ex tunc, cùm minùs legitimus accessit consensus, nec quasi ex nunc.

4 Tum quia licèt id, quod dicitur, actum ab initio nullum, non posse tractu temporis convalescere, *l. quod initio* 29. *ff. de reg. juris,* cùm habeat sensum, ut non possit ab initio vires capere, sed eas capiat quasi ex nunc, ut docuit gloss. magna *vers. vel dic generaliter, in cap. non firmatur, de reg. jur. in* 6. Id tamen procedit quando tempore præsenti datur omnimoda perfectio, qua actus ex tunc convalidari possit, ut in specie text. *in c.*1. *in fine, de despons. impub. & in cap.*1. *§. fin. eod. tit. in* 6. quod in specie nostra non contingit, quia tempore, quo ratificatio matrimonii ab initio nullius fieri prætenditur, unius tantùm contrahentis legitimus consensus intervenit cum alterius consensu non con-
5 currens. Tum etiam, quia licèt retrotractio fieret ad priorem consensum virtute generalis mandati præstitum, non tamen fieri posset in præjudicium alterius contrahentis ignari, & errantis, arg. text. *in c. si pro te* 13. *de rescript. in* 6. *c. si Apostolica* 22. *de præbend. eod. lib.* cum similibus in proposito retrotractionis adductis à Tiraq. *de retract. lign. §.*1. *gloss.*10. *n.*71. *de jur. constituti, p.*1. *ampl.*27. *n.*4. *cum seqq.* Fachin. *controv. lib.*1. *c.*94. *vers. secundò respond. in fine*, Vela *in dissert.*19. *n.*53. *& dissert.*21. *n.*62. *cum seqq. & dissert.*26. *n.*29.

*Ibid. ad n.*4. Ad hoc quod matrimonium 6
per procuratorem contractum juxta speciem hujus text. validum sit, non tantùm in ratione contractus, sed etiam in ratione Sacramenti, ultra citatos adde Domin. Sot. *in* 4. *dist.*27. *q.*1. *art.*3. *vers. at verò*, Petr. Sot. *de matr. lect.*3. *vers. requiritur*, Villalob. *in sum. tom.*1. *tract.*13. *diffic.*1. *n.*3. Gutier. *de matrim. c.*43. *ex n.*10. Bonacin. *eod. tract. q.*2. *punct.*5. *n.*3. Vincent. Filliuc. *quæst. moral. tom.*1. *tr.*10. *de Sacram. Matrim. p.*1. *c.*1. *n.*22. *&* 26. Oehag. *de Sacram. tract.* 2. *de Sacr. Matrim. q.*3. *n.*7. Basil. Pont. *de impedim. matrim. c.*29. *§.*3. *vers. ex quo inferes, & de matr. lib.*1. *c.*10. *n.*3. Diana *p.*4. *tract.*4. *resol.* 250. Machado *d. docum.*4. *n.*3. Quicquid contrarium, imò matrimonium per procuratorem, juxta hujus text. speciem contractum, Sacramentum non esse existimaverint minùs benè Durand *in* 4. *dist.*26. *q.*3. *n.*11. Melch. Cano *lib.*8. *de locis Theolog. c.*5. *ad* 3. *& in relect. de Pœnit. p.*5. & alii citati à Sanch. & Rebell. *in locis in opere citatis.* Advertere oportet procuratorem 7
non esse ministrum Sacramenti, nec in se illud recipere, sed potiùs principales contrahentes esse ministros, eosque recipere gratiam, atque ipsorum consensus per procuratorem declaratos esse materiam & formam hujus Sacramenti, ut latè cum pluribus tradunt Sanch. *d. disp.*11. *n.*28. Gutier. *d. matr. c.*43. *n.*23. nec dissentit Bas. Pont. *de matr. lib.*1. *c.*10. *n.*6. atque ita verum est gratiæ receptio- 8
nem personalem esse, causarique in persona contrahentis, non in procuratore, itaut non obstet ambos utriusque contrahentis procuratores viros esse, vel fœminas, ut ex Led. tradunt Sanch. *d. disp.*11. *n.*15. Gut. *d. cap.*43. *n.*17. Basil. *d. c.*10. *n.*6. *vers. sit denique*, nec etiam obstet consensum tempore constituti procuratoris præstitum fictum esse, si quo tempore ille nomine constituentis contrahit, verus intercedat. Sanch. *d. disp.*11. *n.*13. Gut. *d. c.*43. *n.*15. Rebell. *de oblig. Iustit. lib.*2. *q.*5. *n.*1. *vers. observat etiam*, Bonac. *in d. q.*2. *punct.*5. *n.*6. Filliuc. *d. n.*25. *vers.* 2. *& cap.*3. 9
*num.*84. Rursus ut minimè delinquat procurator, qui dum contrahit, mortali peccato præpeditur, quia non ille gratiam, aut Sacramentum recipit, nec ministrat, sed contrahens illum constituens, qui porrò mortaliter peccabit, si eo tempore, quo per procuratorem ipsius nomine matrimonium contrahitur, in gratia non

non sit propter defectum dispositionis ad Sacramentum, quemadmodum post alios observant Sanch. *d. disp.*11. *num.*29. *&* 39. Rebell. *d. q.*5. *n.*11. Gut. *d. num.* 23. *vers. unde infertur*, Ochagavia *d. tit. de Sacram. Matr. tr.*2. *q.*3. *n.*8. *ad* 3. Basil. *d. c.*10. *n. ult. vers. fit etiam*, Bonac. *d. q.*2. *punct.*5. *n.*12. *&* 13.

10 Unde jam hodie matrimonium per procuratorem contractum validum, & Sacramentum est, non obstante novissimo Trid. Conc. decreto, *sess.*24. *de reform. matrim. c.*1. *vers. qui aliter*, ubi Parochi & testium præsentia ad contrahendum matrimonium pro forma desideratur, ita ut aliter contrahentes inhabiles reddantur, & contractus irritus declaretur, quia illud decretum dictam præsentiam non requirit ex parte contrahentium, sed ex parte Parochi & testium, ut coram eis consensus matrimonialis adhibeatur, quod & per Procuratorem fit, quia verus ibi, & realis contrahentium consensus ex mutua sui ipsius alteri concessione, quam exigit text. *in c.*1. *in fine, de sponsa duorum*, exteriori signo declaratus intercedit, ab uno merè personaliter, ab altero verò per mediam Procuratoris personam, quod non
11 tollit, quin dominus, cùm constituens propriè matrimonium contrahere dicatur, quoniam actum per Procuratorem fauens ipse verè facere dicitur, *l.*1. §. *ult. ff. si mens. fals. mod. l. pater* 22. *in fine*, *ff. de manum. vind. l. certè* 6. §. 1. *ff. de precario*, & in terminis notavit Marin. Frecc. *subfeud. lib.*2. *q.*47. *num.*2. Quod enim dicitur eum, qui per alium facit, propriè per se non facere, sed impropriè, & interpretativè, procedit utique quoad actum ipsum materialem, aut ministerialem, secus quoad formalem, & commodum, vel damnum, quod ex actu resultat, ut rectè explicat Petr. Pecch. *in reg. qui facit* 72. *n.*5. *&* 6. *de reg. jur. lib.*6. Ex quibus & aliis contra Barth. de Ledesma *in sum. tit. de matrim. diffic. seu dub.*18. resolvunt Card. Bellarm. *de matrim. lib.*1. *c.*5. Henriq. *in sum. lib.*11. *cap.*2. *n.*2. *& in commento, lit. B.* Anton. Cuch. *lib.*5. *majorum instit. tit.*11. *n.*35. Petr. de Ledesm. *de matrim. q.*42. *art.*1. *dub.*2. Cevall. *commun. contra communes, q.*750. *ex num.* 63. Vincent. Filliuc. *quæst. moral. tom.*1. *tr.*11. *de Sacram. Matrim. p.*1. *c.*1. *n.*23. Sanch. *d. disp.*11. *n.*20. *in fine*, Gutier. *de matrimon. c.*43. *n.*10. *vers. his tamen non obstantibus*, *& n.*11. me citato in hoc loco Machado *d. lib.* 3. *p.*1. *tract.* 8. *docum.*4. *n.*2.

12 *Ibidem n.*6. Pro exornatione hujus conclusionis, quod scilicet procurator ad matrimonium contrahendum datus per seipsum hoc mandatum exequi tenetur, neque alium substituere potest, nisi specialiter sibi hujusmodi facultas in ipso mandato concessa sit, præter citatos vide Gutier. *de matrim. c.*13. *n.*4. Basil. *eod. tr. lib.*2. *c.*15. *n.*5. *&* 6. Bonac. *etiam eod. tract. q.*2. *punct.*5. *n.*8. Nam cùm matrimonii contractus res sit 13
magni ponderis, & momenti, & quæ non nisi intimo amico, familiari, vel propinquo committi solet, ad quam mandans talem forsan de alio fiduciam non haberet, proinde ad rem hujusmodi datus procurator, etsi certam cum tali persona contrahendi formam habeat præfixam, non tamen alium suo nomine substituere poterit, nisi talis sibi facultas specialiter fuerit concessa, quia nempe illius industria in dubio electa censetur propter magnum quod ex facto tam arduo posset periculum imminere, ut his ipsis verbis hic textus significat, ac docent in præsenti Ioan. Andr. *in vers. fortè quia in talibus*, & Domin. *n.*2. *vers. quæro quod periculum*, Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.*1. *comp.*25. *n.*60. Alex. Trentacinq. *var. resol. tit. de procurat. resol.*3. *n.*33. Basil. Pont. *d. lib.*2. *c.*15. *n.*5. *ad fin.* idemque in effectu tradiderunt, tametsi sic non explicent Cujac. *lib.* 3. *Pauli ad edictum ad l.*11. *ff. de pact. sub fin. vers. & si fiat procurator*, Sanch. *d. disp.*11. *n.*5. Rebell. *d. lib.*2. *q.*5. *n.*1. *vers. secundùm*, Vincent. Filliuc. *d. tract.*10. *de Sacram. matrim. p.*1. *c.*1. *n.*24. *vers. tertia.*

*Ibid. n.*7. Ad ornatum conclusionis, & 14
notabilis hujus text. quod matrimonium per procuratorem contractum, eo ante celebrationem revocato, non valet, quamvis procurator, aut alter conjux revocationem ignoret, vide ultra citatos gloss. *verb. teneat, vers. sed illud specialissimum, in Clem. unic. de renunc.* ubi Zabar. Franc. & Anchar. *l. Hisp.*1. *vers. E tal prometimiento, tit.*1. *p.*4. Ildephons. à Veracruce *in spec. conjug. part.* 1. *art.*16. *dub.*5. *cum seqq.* Ant. Gom. *var. tom.* 2. *c.*4. *n.*3. *vers. secundò intellige*, Lancel. *instit. Iuris Canon. lib.*3. *tit.*2. §. *non sic tamen*, Medran. *de consensu connub. c.*12. *num.* 3. *vers. necnon requiritur*, Rebell. *d. lib.*2. *q.*5. *num.*1. *vers. tertium, & latiùs ex num.* 14. Gutier. *de juram. confir. p.*1. *c.*58. *n.*18. *&* *de matrim. c.*43. *ex n.*5. *& c.*44. *per tot.* & præcipuè *num* 51 100. *&* 101. Franc. Molin. *d. lib.*1. *comp.*25. *ex n.*10. Basil. *d. lib.*2. *cap.* 15. *ex num.* 7. Bonacina *d. quæst.*2. *punct.*5.

Et ad hoc ut matrimonium quod per 15
procuratorum revocatum hujusmodi revocationis ignarum contractum est, in foro etiam exteriori nullum fit, juxta hujus text. regulam, sufficit tacita mandati revocatio, hoc est, pœnitentia signis, seu factis aliquibus declarata, argum. *l. si pœnituit* 2. *juncta l. fin. vers. illud rectissimè*, *ff. de divort.* neque

neque enim minus, imò plerumque magis factis, quàm verbis voluntas declaratur, *l. Paulus* 5. *ff. rem ratam haberi*, *l. si tamen* 48. §. *ei qui servum, ff. de adilit. edicto*, cum aliis per Covarr. *de sponsalib. part.* 2. *cap.* 4. *in initio, n.* 11. *alias* 14. Sanch. *d. lib.* 2. *disp.* 11. *num.* 10. Alex. Trentacinq. *d. tit. de procurat. resol.* 3. *num.* 33. §. *in hac materia*, *vers. tertiò*
17 *nota*, veluti si is, qui mandatum ad contrahendum dederat, secundum ad contrahendum cum alia iterum dederit; nam cùm ad contrahendum cum secunda necesse sit à voluntate contrahendi cum prima recedere, quia cum una tantùm consistere matrimonium potest, inde necessariò consequitur, ut dato mandato ad contrahendum cum secunda, prioris voluntatis revocatio, seu pœnitentia, velut pœambulum necessarium præcessisse censeatur, ut in terminis docuit Æmil. Ferret. *cons.* 281. *num.* 12. prosequitur optimè Ioan. Gutier. *de matrim. cap.* 43. *art.* 2. *ex num.* 24. *& cap.* 44. *per totum*, maximè *num.* 51. Franc. Molin. *d. lib.* 1. *comp.* 25. *à num.* 23. *&* 56. qui duo litem referunt de hac re inter duos Hispaniæ magnates quondam agitatam, nempe Ducem de Alba, & de Alcala, quorum primus postquam speciale mandatum dederat ad matrimonium cum alterius Ducis filia contrahendum, antequam mandatum illud exequutioni traderetur, uxorem duxit aliam, cum qua tantùm matrimonium validum contractum fuit.

18 Ad probandam hujusmodi revocationem, sive tacitam, sive expressam, non est necessaria scriptura, sed sufficiunt testes; sicut enim procurator ad contrahendum matrimonium absque scriptura constitui potest, & testes ad id sufficiunt, ut per Angel. *cons.* 122. Alex *cons.* 149. *num.* 16. *vol.* 5. Card. Tusch. *pract. concl. tom.* 5. *lit. M, concl.* 124. *n. ult.* Sanch. *d. lib.* 2. *disp.* 11. *num.* 14. Rebell. *d. q.* 3. *n.* 1. *vers. item non opus*, Gutierr. *de matrim. cap.* 43. *n.* 16. ita ad ejusdem
19 procuratoris revocationem sufficere illi debent, ex reg. text. *in c.* 2. *de regul. juris in antiq. & l. nihil tam naturale* 36. *ff. eod. tit.* quales autem testes ad prædictam procuratoris revocationem requirantur, latissimè explicat Gutierr. *de matrim. d. c.* 44. *num.* 9. *cum seqq. usque ad n.* 30. *& à n.* 68. *usque ad* 97.

20 Revocatio merè interna valet quoad forum conscientiæ, in quo sola veritas attenditur, *cap. veritate*, 8. *dist.* licèt quoad externum Ecclesiæ, quæ de occultis non judicat, *c. erubescant* 11. *in fine* 32. *dist.* incumbat revocanti onus eam testibus, vel aliàs legitimè probandi, aliàs pro matrimonio judicetur, quod nihilominus apud Deum nullum erit, ea nimirum ratione, quia quantumcunque sint verba externa, deficiente interno consensu, ex quo mutua corporum traditio, & subjectio procedere d[...]r, quemadmodum deficit revera, ex quo constituens procuratorem, eum intus, sive apud se revocavit, non potest quoad Deum, qui intima cordis novit, *cap. novit* 13. *de judic.* cum similibus, matrimonium à tali procuratore contractum valere, verificata ratione, quæ in hoc textu assignatur, ibi: *cùm illius consensus defecerit*, *sine quo firmitatem habere nequierit*, &c. atque ita ex S. Thom. *in* 4. *dist.* 29. *in fine*, resolvunt Sanch. *d. lib.* 2. *disp.* 11. *num.* 9. Gutier. *de matrim. d. cap.* 43. *n.* 9. *ad fin.* Vincent Filliuc. *dict. tract.* 10. *de Sacram. Matrim. p.* 1. *c.* 1. *n.* 24. *vers.* 4. *ad fin.* & induci potest text. *in cap. tua nos* 26. *de sponsal.* junctis quæ circa eum scribunt post Abb. & alios communiter Cov. *de sponsal. p.* 2. *c.* 2. *n.* 2. *&* 3. Gutier. *d. c.* 43. *n.* 34. 35. 38. *&* 39. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *cap.* 3. *n.* 13. *&* 14.

Quid erit si superveniat furor constituentis procuratorem ad matrimonium contrahendum? Dico quod nihilominus matrimonium erit validum; nam constituentis voluntas non magis, quàm superveniente somno cessat, quin potiùs duret saltem in virtute, adeóque non impediat quominus matrimonium eo tempore per procuratorem contractum validum sit, ac teneat, prout in terminis notarunt Sylvest. *in sum. verb. Matrimonium* 5. *q.* 10. Ildeph. à Veracruce *in speculo conjug. part.* 1. *art.* 16. *dub.* 6. *sub vers. sed quid si primò consensit*, Henriq. *in sum. lib.* 11. *c.* 4. *n.* 4. Sanch. *d. lib.* 2. *disp.* 11. *n.* 11. *&* 12. *& n.* 32. *ad* 3. Gutierr. *de matrim. c.* 43. 14. Bonac. etiam *de matr. q.* 2. *punct.* 5. *num.* 13. *&* 14. Vincent. Filliuc. *d. tr.* 10. *de Sacram. matr. p.* 1. *c.* 1. *num.* 25. *in princ.* Quicquid contrarium, imò matrimonium per procuratorem eo tempore contractum, quo dominus ipse constituens demens factus est, quasi ex ejus dissensu nullum esse existimaverint Burg. Marc. Salon. à Pace *cons.* 6. *num.* 6. *vers. ult. cum quinque numeris seqq.* Basil. Pont. *de matr. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 14. 21

Ibid. n. 9. Ex resolutis per glos. *hic, verb. revocatus*, colligitur procuratoris ad matrimonium dati revocationem effectum suum plenè sortiri, sive matrimonii contractum postea celebratum irritum reddere, quamvis juramentu[m] de non revocando præmissum sit; hoc enim in his, quæ sui natura à mera alicujus voluntate pendent, quale est procuratorem revocare, vel non solum efficit ut revocans perjurii reus sit, cæterùm adhuc revocatio valet, & consequenter 22

ter matrimonium post hujusmodi revocationem, utpote validam, tamen ignoratam, contractum nullum quidem erit, sequuntur Domin. *hic, num.* 5. & Franch. *n.* 5. *&* 6. Cald. *d. p.* 2. *c.* 4. *in initio*, *n.* 10. *aliàs* 13. *& c* 6. *n.* 2. *& in c. quamvis pactum*, *p.* 1. §. 2. *n.* 3. & latiùs *ex n.* 9. Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis*, §. *parens*, *à n.* 90. *&* 99. *ff. de liber. agnosc.* Guttier. *de Iuram. conf. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 80. *&* 81. *& cap.* 58. *num.* 17. *&* 18. *& cap. ult. n.* 3. *circa finem*, *vers. item & tertiò*, *& de matrim. c.* 43. *n.* 9. Sanch. *d. lib.* 2. *disp.* 11. *num.* 8. Surd. *consil.* 264. *num.* 41. *vol.* 1. Bursat. *cons.* 379. *n.* 13. *vol.* 4. Alex. Trentac. *d. tit. de procurat. resol.* 3. *n.* 33. *vers. in hac*, *& vers. procedunt*, Rebell. *d. lib.* 2. *q.* 5. *num. ult.* Filliuc. *d. c.* 1. *n.* 24. *in* 4. *condit. vers. quod etiam est verum*, *circa fin.* Franc. Molin. *d. lib.* 1. *compar.* 25. *à num.* 51. Capit. Galleot. *lib.* 1. *controv.* 6. *n.* 1. 3. *&* 11. Basil. *d. cap.* 15. *n.* 12. nam ex eo quod quis dederit mandatum ad contrahendum matrimonium, non perficitur contractus, neque ex eo quod juretur, ejus substantia aliàs revocabilis mutatur, itaut efficiatur irrevocabilis, ut in terminis adnotavit Covar. *in rub. de testam. p.* 2. *n.* 45. Ceval. *commun. contra commun. q.* 168. *n.* 7. *&* 8. Guttier. *d. cap.* 1. *n.* 2. *in* 2. *opin. vers. pro hac opinione*, Cordub. de Lara *in d.* §. *parens*, *n.* 45.

23 Quod autem mandatum, licèt sit in perpetuum constitutum, juramentoque vallatum & firmatum, revocari possit, plures ex citatis docent, quorum tamen resolutio intelligenda est de simplici juramento, secus si esset aliquid permissum parti cum juramento; quia tunc non datur revocatio: ita limitando hanc gloss. dixit Bald. *in rubr. de procurator. col.* 2. *in Decretalibus*, ubi inquit quod ideo stante juramento de non revocando procuratorem, admittitur revocatio, per text. *in præsenti*, quia ex tali juramento nulla insurgit obligatio, secus si esset promissum adversario de non revocando; quia ex tali pacto libito & honesto, ne adversarius illudatur, bene oritur obligatio, & ideo revocari tunc non potest. Ita Natt. *cons.* 426. *num.* 11. *lib.* 2. Palat. Rub. *de donat. inter virum & uxorem*, §. 45. *num.* 6. optimè Roland. à Valle omninò videndus, *cons.* 6. *num.* 50. *vol.* 1. & tandem sic concludit. Hinc voluit Rota *in decis.* 104. *in antiquis*, *tit. de procurat.* quod si aliquis facit procuratorem ad permutandum, vel resignandum ex causa permutationis, & jurat non revocare, ratione juramenti non potest venire contra, & si revocat, non valet revocatio, quia altera parte invita non potest fieri: & ideo dicit Felin. *in cap. ex parte Decani*, *col.* 6. *vers. considera primò*, *de rescript.* quod licèt Domin. *in d. cap. fin. col.* 2. post Feder. de Senis voluerit quod constituens procuratorem ad renunciandum, licèt juret non revocare, valeat tamen revocatio, etsi revocans sit perjurus: tamen quod illud dictum procedit in procuratore constituto ad renunciandum ex causa permutationis, quia secus est in secundo casu, in quo processit quodammodo contractus innominatus inter partes, in quo etiam re integra locus non est pœnitentiæ, &c.

LIBER SECUNDUS.

DE DOLO, ET CONTUMACIA.

TITULUS VI.

SUMMARIUM.

1 *Contumax non auditur nisi adversario restitutis, refectisque expensis.*

2 *Contumax audiri non debet, si denarius deficiat unus ante realem, integramque solutionem.*

3 *Expensas ob contumaciam solutas non recuperat qui eas solvit.*

Cap. Actor I.

AD *num.* 4. Quod contumax non auditur, nisi adversario restitutis, refectisque expensis, docent Guid. Papæ *q.* 99. Feder. Schen. *in tract. de in jus vocando*, *num.* 39. *& de expens. in judicio factis*, *num.* 12. *&* 13. Quintil. Mandos. *de monitor. q.* 32. *num.* 2. Suar. de Paz *in praxi*, *p.* 1. *tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 5. *propè fin.* Octav. Vestr. *in praxi*, *lib.* 4. *cap.* 4. *de dolo & contum. num.* 9. Ioan. de Graffis *in tract. de substantial. procurat.* §. *ad exigendum*, 1

 num. 2.

num.2. Camill. Borrel. *in sum. decis. part.1. tit.46. num.* 54. Menoch. *de arbitrar. lib.1. q.36. num.1.* Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. concl.60. consid.1. cum seqq. lib.1.*

2 Quod adeò verum est, ut si denarius deficiat unus ante realem, integramque solutionem audiri contumax non debeat, Cornel. Benincas. *de pauper. spec.20. in judic. n.2.* Franc. Viv. *decis.11. n.2.* Bernard. Græværæ. *d. concl.60. consid.1. num.2.* ubi *num.*8. post Alex. Raudens. *cap.25. n.529. vol.1.* & Viv. *d. decis.11. num.5.* resolvit non solùm in illamet causa, in qua commissa contumacia est, denegari ante expensarum reparationem audientiam debere, sed in alia quoque separata, coram eodem Iudice, inter easdemque

3 personas ventilata. Solutasque ob contumaciam expensas non recuperaturum, qui eas præstitit, etsi victor postmodùm in in causa existat, notant Nicol. Boër. *decis.27. n.12.* Camil. Borrell. *d. tit.46. n.57.*

Vt lite pendente nihil innovetur.

Tit. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Litigantibus duobus super electionibus de se in discordia celebratis, si contingeret aliquem ipsorum mori, ad electionem aliam non est procedendum.*

2 Textus in præsenti *declaratur.*

3 *Lis super titulo & quidem principaliter exigitur, ut locus fiat decisioni hujus textus.*

4 *Collitigans superstes potest uti remedio hujus textus.*

5 *Collitiganti superstiti collatio, & institutio facienda.*

6 *Auctor collitigans quando vivit, & reus decessit, non militat eadem ratio.*

7 *Collitigans superstes eo ipso quod alius collitigans decessit, statim in jure defuncti succedit.*

8 *Litem fuisse justam saltem coloratam sufficit ad effectum regulæ.*

9 *Præsentationes ad beneficia jurispatronatus sunt sub dispositione hujus textus.*

10 *Intellige si lis sit inter ipsosmet præsentatos.*

Cap. Dispendiis I.

POST *num.*1. Adde. Probat hic textus, duobus litigantibus super electionibus de se in discordia celebratis, si contingeret aliquem ipsorum mori, vel suo juri renunciare, aut à prosequutione illius quoquo modo excludi, ad electionem aliam (lite super electione superstitis pendente) nullatenus procedendum, aliàs attentata foret, nec viribus subsisteret electio, idque ut dispendiis occurreret quæ Ecclesiæ patiuntur interdum propter diversas electiones, ut per Viv. *in praxi jurispatron. lib.5. cap.5. n.146.* Lotter. *de re benefic. lib.2. q.20. à n.1.* ubi *num.14.* post Rot. *in Ferrariensi Canonicatus, 7. Novembris 1625. coram bona mem. Remboldo,* resolvit quod lis inter provisos à diversis collatoribus super certo beneficio, quæ dependeat ab ipso jure conferendi, impedit conferri beneficium illud, quod est in lite in illos provisos, sed non impediet quominus in vacationibus aliorum beneficiorum collator, qui est in quasi possessione conferendi, eam continuando conferat, quia istud non esset includere casum sub ratione hujus textus, sed ipsum textum ad casum diversæ rationis proferre: *& num. 15.* addit 2 textum in præsenti non posse applicari nisi in beneficio in individuo, super quo inter se principaliter disceptant provisi: *& num.20.* limitat decisionem hujus textus in lite, quæ cadit inter provisum & alium, qui simpliciter pro jure, & interesse suo opponit se provisioni, aut illius exequutioni, absque eo quod prætendat se provideri, putà si sit patronus, vel collator, quia hoc casu non dicitur lis super titulo, sed super proprietate ipsius beneficii, seu veriùs super statu.

Verùm Romani Pontifices ad removendas lites, earumque materiam succidendam, 3 & ut meliùs collitigantibus superstitibus consulerent, condiderunt regulam de subrogandis collitigantibus, cujus ratio fundatur *in hoc textu, & in cap.2. infrà eodem*: cui regulæ, & huic textui, ac sequenti, ut locus fiat, non omnis lis sufficit, sed exigitur lis per titulo, & quidem principaliter, non incidenter, vide Gamb. *de officio legati à latere, lib.3. n.475.* Gregor. XV. *decis. 335. ex n.2.* Lotter. *d. q.20. à n.21.*

Superstes ergo collitigans potest uti re- 4 medio hujus textus, vel regulæ de subrogandis, cui ait Lotter. *d. quæst.20. num.54.* duæ sunt apertæ viæ litem ipsam expediendi. Prior est, ut sive petitor, sive possessor sit, quatenus

quatenus de suo bono jure non desperet, illud prosequatur citatis generaliter per edictum, sive per contradictas omnibus sua interesse putantibus; nam neque ad id tenetur citare procuratorem defuncti, nisi velit ad cautelam. Altera est obtinere subrogationem, ut in dicta regula de subrogandis disponitur.

Sed ego verius existimo, causam ad favorem collitigantis superstitis absque alia citatione, vel excussione causæ esse expediendam: & moveor sequentibus fundamentis.

5 Primò, quia cùm in hoc casu prohibeatur alterum provideri, vel præsentari in locum collitigantis deficientis, ut *in hoc textu*, ut per Gom. *ad d. regulam de subrogandis collitigant. quæst.*13. necessariò tenendum, ne beneficia sint in suspenso, quod collitiganti superstiti institutio & collatio facienda sit, nec relevat quod ait Lotter. *d. quæst.*10. *num.*35. quod licèt respectu rei, & possessoris lis remaneat extincta, nihilominus respectu actoris superstitis secus est, cùm possit eam prosequi, & obtinere absolutionem: nam fallitur, quia lis quoad omnes partes tam actoris quàm rei per obitum unius remansit extincta; nam aliàs sequeretur quod in locum demortui collitigantis alius subrogari posset, si superstes in causa deficeret, quod omninò prohibet textus in præsenti.

6 Secundò, quia licèt hoc posset aliquam habere convenientiam, si actor moriatur, & reus superstes, qui est in possessione, velit causam prosequi, & obtinere absolutionem, ne in posterum alius eum vexet, vel inquietet, in quibus terminis loquitur Lotterius *citato num.*55. nihilominus quando actor collitigans vivit, & reus decessit, tunc eadem ratio non militat, ut per se patet.

7 Tertiò, quia superstes collitigans eo ipso quod alius collitigans decessit, statim in jure defuncti succedit, & illi innititur ex dispositione hujus textus, ut dicit Lotter. *d.q.*20. *num.*2. Unde sequeretur quod prosequutio litis non esset alicujus effectus, cùm in omni casu si reus vinceret, ac pro justitia demortui collitigantis sententia esset ferenda, utique redundaret ad favorem actoris, qui in ejus jus successit.

8 Quartò, quia parum aut nihil refert quod actor superstes malam causam foveret, nam cùm hoc casu innitatur juri suo, & demortui collitigantis, verum est dicere penes aliquem illorum remanere jus saltem resultans ex clausulis generalibus. Ita Ludovic. Gom. *d. q.*13. Lotter. *d.q.*20. *n.*2. Rot. *decisione* 336. *n.*3. *p.*3. *recent.* ubi subdit ad effectum regulæ sufficere litem fuisse justam, saltem coloratè.

Ad *n.*2. Pro exornatione resolutionis in hoc numero factæ adverto cum Lotter. *d. q.* 20. *n.* 2. rationem hujus textus militare etiam in præsentationibus ad beneficia jurispatronatus, sive tractetur de jurepatronatus Ecclesiasticorum, sive etiam laicorum, & sive contingat mors post tempus datum ad præsentandum, & *num.*3. addit quod dispositio hujus textus procedit æquè in jurepatronatus, non per modum extensionis, sed per modum conclusionis sub ratione expressæ. Idem sentit Viv. *de jurepatron. lib.*5. *c.*2. *num.*28. *& cap.*5. *num.*146. & Rota *decis.*306. *num.*1. *&* 2. *decis.* 427. *num.*2. *part.*1. *recent. & decis.*366. *num.*3. *part.*3. *recent.* Nicol.Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.*9. *num.* 217. *cum seqq.* Aloys. Ricc. *tom.*3. *resolut.* 461. me citato Noguerol *allegationum Iuris tom.*1. *alleg.*28. *num.*76. 9

Intellige si lis sit inter ipsos præsentatos principaliter, secus verò si vel inter patronos juspatronatus vindicantes, & Ordinarium asserentem beneficium esse liberæ collationis, ex Lambert. *de jurepatron.lib.*2. *p.*2. *quæst.*1. *art.*9. *num.*14. Rot. *d. decis.*417. *n.*3. *part.*1. *recent.* Vel inter ipsos patronos super pertinentia, prout ibidem deducitur *num.*4. *&* 5. refert Lotter. *d. q.*10. *n.*5. *&* 6. ubi *n.*7. post Rot. *decis.* 426. *n.* 5. *p.*1. *recent.* subdit nec textum procedere non solùm si lis sit inter ipsos præsentatos, sed etiam accessoriè ad litem principaliter motam inter patronos præsentantes. 10

Cap. Si hi contra II.

AD *num.*5. Nota ex duobus præsentatis collitigantibus, uno mortuo patronos in præjudicium superstitis alium præsentantes nulliter, & de facto præsentare propter decretum irritans *in hoc textu* appositum, ut per Lap. *allegat.*22. *num.*3. Ludovic. Gom. *ad regul. de subrogand. collitig. q.* 13. *per tot.* Mandos. *super eadem regula*, *q.*11. *à n.*1. 1

Post *num.*8. Hæc gloss. *ad fin.* ait, si quis agat ad remotionem beneficii, ut sibi illud assignetur, locum esse huic textui, de quo vide latè Beltramin. *in annot. ad Gregor. XV. decis.*355. Lotter. *de re benefic. lib.*2. *quæst.*20. *n.*29. *cum seqq.*

De

De Exceptionibus.

Tit. XII.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationem non sufficit excipienti exprimere, sed oportet ut species illius exprimatur.*

2 *Processus cum excommunicato habitus in judicio, de jure novo hujus libri Sexti valet quandiu ille per exceptionem legitimè non repellitur.*

3 Cap. exceptionem, de except. *declaratur.*

4 *Iudex ex officio publicum excommunicatum repellere debet.*

5 *Exceptio excommunicationis in foro saeculari admittenda.*

Cap. Pia I.

1 AD *num.7.* Textus iste dum probat non sufficere excipienti exprimere excommunicationem, sed oportere ut species illius exprimatur, non videtur absolutè intelligendus de specie, prout accipitur apud Dialecticos, idest, an sit major, vel minor excommunicatio, ut existimavit gloss. & putarunt Doctores *in praesenti, & in cap. pen. de sentent. excommun.* & fuit de mente Covar. *in cap. alma mater, part.1. §.8. num.5.* quem refert & sequitur Suar. de Paz *in pract. tom.1. part.1. num.63.* Sed de specie, idest de causa ob quam excommunicatio incursa est, ut tenet Anguian. *de legib. lib.1. controvers.6. n.85.* subdens dubium non esse hanc facti, sive causae expressionem magnopere conducere ad fraudes & malitias vitandas, & ad breviorem & faciliorem probationem exceptionis oppositae, quanvis aliàs ad substantiam, veritatem, & effectum repellendi à judicio excommunicatum majori excommunicatione nihil referat an ex hac, vel illa causa, ab hoc, vel illo excommunicatore fuerit excommunicatus.

2 Ad *num.10.* Licèt processus cum excommunicato majori excommunicatione in judicio habitus, jure Decretalium, etiam non opposita exceptione corruat, gloss.3. & DD. communiter *in cap. exceptionem, de except. & verb. processus, vers. si agit, de rescript. hoc lib. & verb. duraturus, in hoc textu*: nihilominus attento jure novo Sexti jam valet processus cum excommunicato habitus in judicio, quamdiu ille per exceptionem legitimè non repellitur, ut probat text. *hic, vers. si quis*, ibi, *in causa procedat, & in vers. seq.* ibi, *his quae praecesserunt nihilominus in suo robore duraturis*, &c. & *in vers. sed si*, ibi, *sententia quae praecessit*, &c. nam verba illa, *in suo robore*, &c. non intelliguntur de robore illo quod processus cum excommunicato gestus ante illum text. habebat, stante Jure Canonico, de quo *in cap. intelleximus, de judic.* cum similibus, *in libris Decretal.* in quibus agendi de judicio potentia denegatur excommunicato: sic enim text. *in praesenti* ineptè loqueretur, & concluderet oppositum ejus, quod intendit, scilicet processum nullum omnino habere robur: sed intelliguntur de robore, quod processus ex se, & natura rei habebat, vel habere debuerat, semoto ejusmodi jure anteriore; id enim, propriè loquendo, dicitur suum robur, vel sibi debitum, de quo agit hic text. ibi, *in suo robore*, &c. *& in vers. ult.* ibi, *robur debitum*, &c. juncta adversativa, *nihilominus.*

Sic etiam licèt hodie valeat processus in 3 judicio habitus cum excommunicato, adhuc tamen exceptio ad illum repellendum in quacumque parte litis opponi potest, juxta *d. c. exceptionem*, servata forma hujus text. Et meritò quidem: nam text. *in d. cap. exceptionem*, non fundatur in eo quod hujusmodi exceptio concludit nullitatem processus, ut olim concludebat: nec id attendit, sed illud tantummodo, ne quisquam cum animae periculo excommunicato communicare cogatur, quae ratio, & periculum adhuc hodie viget, juxta text. *in praesenti*, & pro- 4 pterea potest adhuc ea exceptio in quavis litis parte proponi, & per eam excommunicatus majori excommunicatione repelli, etiamsi reus non opponat, vel non legitimè; & quod magis, licèt consentiat actori, & contradicat, ne eis repellatur, adhuc Iudex ex officio publicum excommunicatum repellere debet, text. *hic in fine, & in d. cap. exceptionem, in fine*, & utrobique DD. communis ex Dec. *in d. cap. intelleximus, num.13.* Peregr. *de jure fisci, lib.3. tit.11. n.16.*

Haec omnia procedunt etiam in foro sae- 5 culari, in quo & ejusmodi exceptio admitti, & Judex excommunicatum repellere debet, juxta hunc text. *& d. c. exceptionem*, & probat text. *in d. cap. decernimus, de sentent. excomm. lib.6.* ubi DD. gloss. *verb. Ecclesiasticis, & verb. opponi, in praesenti*, latè Tiraq. *de retractu lign. §.1. gloss.9. n.281.* Covar. *lib.1. variar. c.18. n.5.* Padil. *in l.1. n.56. C. de juris & facti ignor.*

De

De Præscriptionibus.

Tit. XIII.

SUMMARIUM.

1 *Testes de immemoriali deponentes quinquaginta quatuor annorum saltem esse debent.*

2 *Testes de immemoriali deponentes necessariò de usu quadraginta annorum debent testari.*

3 *Testes debent esse ætatis quinquaginta & quatuor annorum completa, omni eo tempore subducto, quo lis cœpta fuit.*

Cap. Episcopum I.

1 AD *num.* 19. Quod testes de immemoriali deponentes quinquaginta quatuor annorum esse debent, ultra citatos *in collect.* tenent Cravet. *de antiquit. tempor. part.* 4. §. *absolutis*, *num.* 3. Sixtin. *de Regalib. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 153. Feder. Scot. *tom.* 3. *resp.* 13. *num.* 37. *lib.* 6. Camill. de Medices *cons.* 152. *num.* 62. Hortens. Cavalcan. *in praxi testium*, *part.* 1. *num.* 28. Gregor. XV. *decis.* 298. *n.* 1. ubi Beltramin. *n.* 12. Joan. Bapt. Coccin. *decis.* 245. *n.* 4. Caputaq. *decis.* 290. *p.* 3. Rot. *decis.* 76. *n.* 3. *& decis.* 254. *n.* 2. *& decis.* 445. *n.* 1. *p.* 1. *recent. & decis.* 148. *sub num.* 3. *p.* 2. *etiam recent. & decis.* 254. *num.* 1. *& decis.* 481. *n.* 4. *p.* 3. *recent. & decis.* 283. *n.* 10. *p.* 4. *recent.*

2 Et meritò, nam cùm testes de immemoriali deponentes necessariò de visu quadraginta annorum debeant testari, ut suprà dixi *in collect.* & ibi citatis modò addo Coccin. *d. decis.* 245. *num.* 3. Rota *d. decis.* 254. *n.* 1. *&* 2. *d. decis.* 244. *num.* 10. oportet ut tempore, quo videre cœperint, doli sint capaces, & illius intellectus, qui regulariter in testibus, ut fidem saltem in civilibus faciant, desideratur. Quanvis hanc ætatem quatuor & quinquagita annorum non esse præcisè necessariam in teste de immemoriali deponente, sed quinquagesimum tantùm annum ad hoc sufficiens tempus esse, existimaverint Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 40. *cum duobus seqq.* Ioan. Mathienz. *in l.* 1. *gloss.* 9. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recop.* Ioan. Garc. *de expens. cap.* 9. *num.* 9. Velasq. de Avend. *l.* 42. *Tauri, gloss.* 12. Valenzuel. *cons.* 92. *num.* 33. Castill. *de tert. c.* 27. *n.* 7. *&* 8.

3 Cujus ætatis completæ quinquaginta & quatuor annorum testes esse debebunt omni eo tempore subducto, quo lis cœpta fuit, ex doctrina Bart. *in l. Celsus*, *num.* 26. *cum seqq. ff. de usucap.* quam sequitur Rot. *decis.* 248. *n.* 4. *p.* 2. *recent. & d. decis.* 244. *n.* 10. & ideò Beltram. *ad d. decis.* 298. *Gregorii XV. num.* 12. infert si quamplures anni sint quibus lis cœpta sit, adeò quod verisimiliter non possint reperiri testes, qui deducto de medio tempore litis habeant hujusmodi ætatem, tunc immemorabilis dicetur improbabilis, ex Seraph. *decis.* 1450.

De Sententia, & re judicata.

Tit. XIV.

SUMMARIUM.

1 *Papa per se solus justè, & validè Reges, & Imperatorem privare potest.*

2 *Papa Principibus Catholicis titulum, & Regia insignia concedere valet.*

3 *Siciliæ Regnum olim tam in spiritualibus, quàm in temporalibus ad Ecclesiæ Romanæ patrimonium pertinebat.*

4 *Monarchiæ Regni Siciliæ jus.*

Cap. Ad Apostolicæ II.

POST *num.* 4. Ad text. *in vers. Nos itaque.* Licèt ex hoc textu colligi videatur privationem Regis, & Imperatoris in Concilio fieri solere, quia sic utilius, & maturius, ac majori cum deliberatione fit, nihilominus Summus Pontifex per se solus justè & validè id efficere potest, ut constat ex *c. alius* 15. *q.* 6. & fatentur Clar. §. *fin. q.* 35. *n.* 6. Gambar. *de officio Legati à latere, lib.* 2. *tit. de variis ordinar. nomin. num.* 220. Castald. *de Imperat. quæstione* 81. *numero* 2. quos refert & sequitur Seraphin. de Freitas *de justo imperio Lusitano Asiatico, c.* 6. *num* 49. ubi post Bellarmin. *adversùs Barclaium, c.* 11. §. 4. *ad fin.* addit Pontifices ordinariè in Consistoriis Cardinalium causas hujusmodi privationis proponere & examinare solere, cùm res sit gravissima, & necessitas manifesta, & explorata esse debeat. Nil 1

2 mirum si Pontifex Reges deponere & privare valeat, cum Principibus Catholicis, & benemeritis titulos, & Regia insignia concedere valeat, ut contrà ex multis exemplis, quibus pleni sunt historiarum libri, Gottofredus Bullio *anno Domini* 1099. titulum Regis Hierusalem, quam gloriosè ab infidelium dominatu, & tyrannide vendicaverat, impetravit. Ex D. Anton. *de excommunicat. cap.* 72. Marta *de jurisdict. lib.* 1. *cap.* 26.

cap. 26. num. 38. Alphonf. VII. ex gratia Innocentii II. anno 1136. vocatur Hispaniarum Imperator, ex Mariana *Histor. Hispan. lib.* 10. *cap.* 16. Rogerius Siciliæ Rex ab Urbano II. quem defenderat, creatur, ex eodem Mariana *d. lib.* 10. *cap.* 5. Marta *d. cap.* 26. *à n.* 6. Henricus I. Lusitaniæ Rex ab Alexand. III. Regiam Lusitaniæ dignitatem sibi & successoribus impetravit, ex Eduard. Nonio, & aliis *in ejus vita*, Garibay *part.* 4. *lib.* 34. *c.* 16. Card. Baron. *tom.* 12. Azor. *institut. moral. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 34. D. Acuña *in Catalogo Episcoporum Portugalensium*, *part.* 2. *cap.* 6. *ad fin.* Anton. de Vasconcellos *in descriptione Lusitaniæ*, *in princ. num.* 4. ubi refert Alexandri Bullam. Angliæ Rex Henricus II. ab Adriano IV. vel ut alii malunt, ab Alexandro III. Hiberniæ dominium & Regnum adeptus est, Polydor. Virgil. *in historia Angliæ*, *lib.* 13. Ribadeneira *lib.* 1. *de la historia Ecclesiastica de Inglaterra*, *cap.* 44. Aubert. Miræ. *in politica Ecclesiastica*, *lib.* 1. *cap.* 52. *&* *in Geographia Ecclesiastica*, *verb. Hibernia*, ubi id Ioanni II. tribuit. Et Reges Angliæ tribus titulis à Sede Apost. insigniti gloriantur, scilicet Angliæ, Hierusalem, & Hiberniæ. Cosmo de Medices Etruriæ Principi Pius V. coronam, sceptrum, magnique Ducis insignia, & nomen donavit, ex Anton. de Fuenmajor *in ejus vita*, *lib.* 5. Denique ipsi Summi Pontifices erga alios Principes eadem liberalitate & dignitate usi sunt, ut latè prosequitur Marta *de Iurisdict. lib.* 1. *cap.* 26. *à num.* 5. Bursat. *cons.* 124. *n.* 76. *vol.* 1. Ioseph. Valentin. *de osculat. pedum Romani Pontificis*, *cap.* 17.

3 Nota ex hoc textu, quod Siciliæ Regnum olim tam in spiritualibus, quàm in temporalibus ad Ecclesiæ Romanæ patrimonium pertinebat ex antiqua illa Constantini donatione, & ab ea in feudum concessum fuit diversis Comitibus, ac Regibus sub variis pactionibus, & vectigalibus, ut referunt Bernard. Corius, & Ioseph. Carneval. *in historia Regni Sicil.* Forcatul. *de Gallorum imperio*, *lib.* 2. *pag.* 118. Raph. Valaterran. *lib.* 5. *comment. cap. Siciliæ*, *pag.* 2. Carol. Sigon. *de Regno Italiæ*, *lib.* 5. 6. *&* 7. Camill. Borrel. *de præstant. Regis Cathol. cap.* 46. *&* 47. Mart. *de jurisdict. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 8. *&* *cap.* 26. *ex num.* 6. Scacc. *de appellat. quæst.* 7. *n.* 76. *cum seqq. & quæst.* 8. *n.* 110. Thom. Bozz. *de signis Eccles. Dei*, *lib.* 17. *cap.* 4. Martin. Freccia *in tract. de subfeudis*, *rub. de antiquit. stat. Regn. num.* 51. *& rub. de officio magni Cancel. num.* 25.

Ex concessione Vrbani II. Rogerio Nortmanno, tunc Comiti Siciliæ & Calabriæ, ejusque filiis, hæredibus, & successoribus in perpetuum facta anno Domini 1099. 3. Non. Iulii, Reges Catholici quoad illud Regnum Monarchæ appellari possunt: quia in eo Legati de latere Sedis Apostol. cum plenissima super omnes Prælatos Ecclesiasticos ejusdem Regni potestate ac jurisdictione constituti sunt, & ex eo tempore ibi Tribunal tenent, quod Monarchiæ appellatur, in quo introducuntur appellationes ab ejus Regni Prælatis, ut referunt Thom. Facellus *rerum Sicil. decad.* 2. *lib.* 7. *cap.* 1. Gaufred. Monach. *de rebus à Nortmannis in Italia gestis*, *lib.* 4. *cap.* 29. Hieron. Zurita *lib.* 3. *Annal. Aragon. cap.* 68. Mariana *de rebus Hispan. lib.* 10. *cap.* 5. *num.* 5. Mar. Muta *ad cap.* 3. *Regis Ferdin. n.* 24. *fol.* 378. P. Henriq. *in tract. de Pontificis clave*, *cap.* 26. Camill. Borrel. *d. tract. c.* 71. latè Modern. *de supplicat. ad Sanctissimum*, *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 42. *cum seqq.* Quanvis dictam Vrbani II. Bullam commentitiam, vel nimis adulteratam esse, ac proinde Monarchiam illam corruere asserat, & multis probare intendat Cardin. Baron. *annalium Eccles. tom.* 11. *anno Christi* 1097. *num.* 18. *cum seqq.* 4

LIBER TERTIUS.

DE PRÆBENDIS, ET DIGNITATIBUS.

TITULUS VI.

SUMMARIUM.

1 *Pollicitanti similem non se facit Episcopus, qui beneficium confert absenti.*

2 *Beneficii collatio non est donatio, sed actus judicialis, dicitur autem donatio impropriè.*

Cap.

CAP. Si tibi absenti XVII.

1 AD *num.*1. Non defuerunt existimantes pollicitanti similem se facere Episcopum; qui beneficium confert absenti, quod cùm facit, variare interim non potest, licèt per acceptationem quæsitum jus nondum fuerit collatario clerico, ut habetur *in hoc cap.* Verùm Læl. Mancin. *disquisit. genialium ac anniverʃ. Iuris diſp. cent.*1.*c.*59. *pag.* 145. cum Covar. *lib.*3. *cap.*16. *num.*1. negat pollicitanti similem videri Episcopum, qui nec rursus donatori similem credit; nam si donasse censeretur, posset re integra, hoc est, priusquam collatarius acceptasset, pœnitere, *l.*2. §. *sed*
2 *si quis donatarius*, *l. absenti*, *ff. de donat.* Collationem itaque beneficii, nec donationem vult esse, sed actum judicialem, & Episcopum non quasi donatorem agere videri, sed quasi Iudicem, & dispensatorem, qui facta collatione functus officio suo sit, & proprerea repetere collationem non possit, arg. *l. Iudex*, *ff. de re judic.* Nec ideo quasi donatio videri potest, quòd absentem prætulerit Episcopus, cui præcisè conferre non tenebatur: nam, inquit Covar. non nisi impropriè donatio est. Mihi actus Episcopi, concludit Mancin. *d. loco*, *num.*6. nullo modo donationem sapit: nam conferendo absenti præsumptione Juris digniorem elegit, uti tenebatur, quasi minister justitiæ distributivæ, ergo non liberalitate prætulisse, sed muneris necessitate censendus est.

De Clerico ægrotante.

TIT. V.

SVMMARIVM.

1 *Senectus ipsa est morbus.*
2 *Senes omnes propriè infirmi non sunt, nec ægrotantium numero comprehenduntur.*
3 *Senes qui septuagesimum annum excedunt, debilem, morbosamque ætatem sustinent.*
4 *Coadjutus, ut ei detur coadjutor, ad quam senectutem pervenire debeat ostenditur.*
5 *Distributiones quotidianæ senio confectis debentur, licèt Choro non intersint.*
6 *Clerici Octuagenarii qui antea Choro interesse consueverint, excusantur ab obligatione interessendi Choro.*
7 *Clerici octuagenarii de jure infirmi sunt & debiles.*

CAP. Pastoralis, unic.

AD *num.*5. Quia senectus ipsa est morbus, ut *in l. in civitatibus* 122. *in fine princip. ff. de legat.* 1. & *in cap. magnæ* 7. *de voto*, Erasm. *adag. chil.*2. *centur.*6. *adag.* 37. Neviz. *lib.*2. *sylvæ nupt. numero* 4. Baëz. *de inope debit. cap.* 7. *num.* 11. Lazar. Phanut. *de momento tempor. cap.* 5. *num.* 11. Hieron. Laurent. *Avenion. decis.*20. *num.*7. Camill. Borrel. *in sum. decis. part.* 1. *tit.* 56. *n.*26. Moneta *de commut. ultim. volunt. cap.*5. *quæst.*11. *num.*327. Giurb. *in consuetud. Messanenses*, *cap.*2. *gloss.* 14. *n.*2. *p.*1. Joan. Maria Novar. *in praxi elect. fori*, *q.*18. *num.*2. Alvarez *de privileg. miserabil. person. q.*18. *num.*6. Perez de Lara *in compendio vitæ hominis*, *c.*31. *num.*34. 1

Sed non omnes senes propriè infirmos esse, nec ægrotantium numero comprehendi, meritò advertunt Ludov. Gom. *in reg. de infirmis resign. quæst.*7. ubi Mandos. *q.*4. *n.*5. Rebuff. *in praxi benef. tit. de infirmis resignant. gloss.* 2. *n.*13. Menoch. *de arbitr. casu* 60. *num.*9. & *de præsumpt. lib.*6. *præs.* 46. *num.*22. Thom. Act. *in tract. de infirm. legali*, *p.*1. *cap.*9. *n.*3. Anton. de Amatis *Ferrarien. decis.*25. *n.*18. Monet. *de distribut. quotid. p.*2. *quæst.*7. *num.* 3. Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.*189. *num.*4. nisi illos, qui septuagesimum annum expleverint; nam si illum excesserint, ita debilem, morbosamque ætatem sustinent, ut eos propè interitum ac valde morti propinquos esse quotidie experiantur: quapropter hujus ætatis homines Iuris præsumptione infirmos æstimandos esse docent Abb. *in cap. quoniam frequenter* 5. *num.*13. *ut lite non contest.* Menoch. *d. lib.* 6. *præsumpt.* 46. *num.*21. Card. Tusch. *pract. concl. lit. R*, *concl.*103. *n.*4. Hojed. *de incompatib. benef. part.*1. *cap.*17. *n.*17. Paris. *de resignat. benef. lib.* 5. *q.* 3. *n.*54. Thom. Act. *d. cap.*19. *num.*6. Steph. Gratian. *d. decis.*805. *n.*13. Alvarez *d. q.*18. *n.*55. Perez de Lara *d. cap.* 31. *n.*69. 2 3

Ad *num.*6. Approbatur distinctio facta, an coadjutor petatur propter titulati, seu coadjuti ingravescentem ætatem, an verò propter senectutem, itaut priori casu sexagenarium, & posteriori septuagenarium coadjutum existere necessarium esse resolvant per me citati in præsenti. Vnde audiendi non sunt qui absolutè, & nulla adhibita distinctione constituunt, non nisi septuagenario coadjutorem assignari debere, ex quorum numero sunt Quint. Mandos. *de signatura gratiæ*, *verb. coadjutoriæ*, *vers. licèt sufficiant*, Camill. Borrel. *in sum. dec. p.* 1. *tit.*9. *num.*1. Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.*5. 4

q.3.num. 55. Card. Tusch. *pract. concl. lit.C, concl.* 402. *num.*1. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 5. *cap.* 805. *num.* 30. Perez de Lara *in compendio vitæ hominis*, *cap.* 31. *n.* 55. Alvarez *de privileg. miserabil. person. q.* 18. *n.* 56.

5 Ad *num.* 18. Quod distributiones quotidianæ senio confectis debentur, licèt choro non intersint, ultra citatos resolvit Hojeda *de incompat. benef. part.* 1. *c.* 17. *num.* 17. Perez de Lara *d. cap.* 31. *num.* 33. Didac. de Narbona *de ætate ad omnes humanos actus requisita, anno* 80. *quæst.* 8. *num.* 1. Et quanvis Mar. Antonin. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 85. *n.* 12. ac Alvarez *de privileg. miserabil. personar.*
6 *q.* 18. *n.* 87. probabiliter crediderint clericos excusari sexagesimo anno ab obligatione interessendi choro ac divinis officiis, tanquam à personali munere, nihilominus verius existimo id solùm concedi octuagenariis, qui antea choro interesse consueverint, ut concludunt Monet. *de distribut. quotidian. part.* 2. *quæst.* 7. *num.* 16. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 5. *cap.* 805. *num.* 41. Perez
7 de Lara *d. cap.* 31. *num.* 34. Ratio est, quia ejusmodi ætatis non tam Iuris præsumptione, sed etiam de Iure infirmi sunt, & debiles. Vnde Propheta *Psalm.* 89. *Dies annorum nostrorum*, inquit, *in ipsis septuaginta anni*; *si autem in potentatibus* (idest, in potentioribus corpore, & valetudine, veluti ex Titelmano, Genebr. & aliis exponunt Moneta, & Gratian. *citatis locis*,) *octoginta anni, & amplius eorum labor, & dolor*: refert Didac. de Narbona *d. q.* 8. *n.* 4.

De Testamentis, & ultimis voluntatibus.

Tit. XI.

Cap. Religiosus II.

1 Ad *num.* 12. Nota ex gloss. non solùm pupillum, imò & decimoseptimo anno minorem ab executoris munere arceri, ut per Gregor. Lop. *in l.* 2. *gloss. pen. tit.* 10. *part.* 6. addit. ad *Capell. Tholos. quæst.* 154. Covar. *in cap. tua, num.* 4. *de testament.* Quintil. Mandos. *de minori ætate, cap.* 5. *num.* 66. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. hunc contractum, num.* 41. Mathienz. *l.* 14. *gloss.* 1. *num.* 61. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recopilat.* Sanch. *in consil. moralib. lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 40. *num.* 10. Et majorem 25. annorum debere exequutorem in testamento designari, de Iure certum existimant Iacob. de Canibus *in tract. de exequut. ultim. volunt. p.* 1. *n.* 26. *vers. nemo impubes*, Spin. *in speculo testam. gloss.* 28. *n.* 36. *in fine*, Alcib. Lucarin. *in lib. singular. ad tit. Instit. de fiduciar. tutela*, *cap* 6. *n.* 11. ex ea ratione, quia indecens, & indecorum videtur, ut alterius res gubernet, & administret, qui pro suis gubernandis, & administrandis alieno auxilio eget, *l. fin. C. de legit. tutela, cap. indecorum, de ætate & qualit.*

De Statu Regularium.

Tit. XVI.

Cap. Periculoso, unic.

Ad *finem princ.* ibi, *Vt sic à publicis, & mundanis conspectibus separatæ*, &c. 1
Notatur ad hoc, quod si in ædificio aliquo fenestræ, sive pavimenta facta sint unde pateat prospectus ad aliquod Monialium monasterium, debent claudi, ut per Vincent. de Franchis *decis.* 233. Marin. Muta *Sicil. decis.* 8. *num.* 6. Scip. Rovit. *decis.* 92. *num.* 1. *cum seqq.* Cabed. *Lusit. decis.* 152. *num.* 1. *p.* 1. Ioan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verb. Venditio, differ.* 7. *num.* 2. Horat. Viscont. *in concl. Iuris, verb. ædificare unicuique, fol.* 64. Franc. Anton. Costa *Sicil. decis.* 28. *n.* 4. *& seqq. vol.* 1. Ubi enim ædificium nocet monasterio, compellitur dominus ædificii ad vendendam servitutem altiùs non tollendi, Cabed. *d. decis.* 105. *n.* 4. *& d. decis.* 152. *num.* 2. *in fine*, Franc. Anton. Costa *d. decis.* 28. *n.* 12. quos refert & sequitur Ioan. Maria Novar. *qq. forens. lib.* 2. *q.* 1. *n.* 4. & illo citato Ego ipse *in votis decis. Canon. lib.* 3. *voto* 102. *n.* 50. *&* 51.

De Immunitate Ecclesiarum.

Tit. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Statuta ne laici vendant, molant, coquant panem, aut alia servitia Ecclesiasticis præstent, sunt contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Statutum, quo clerici efficiuntur deterioris conditionis quàm laici, est contra immunitatem Ecclesiasticam.*

3 *Lex sive statutum si tollat Ecclesiasticis id quod de Iure communi illis competit, est contra Ecclesiasticam immunitatem.*

4 *Privilegium, quod de jure communi Ecclesiasticis competit, non potest illis coarctari.*

5 *Statutum prohibens extrahi vinum ad vendendum extra civitatem, non comprehendit Ecclesiasticos.*

6 *Prohibitio ne quid vendatur nisi in taberna Baronis, non comprehendit Ecclesiasticos.*

7 *Barones prohibentes ne quid vendatur nisi in sua taberna, inferunt injuriam vassallis, & incidunt in censuram Canonis S. Bullæ in Cœna Domini.*

8 *Statutum laicale etiam Ecclesiasticis favorabile, non potest valere respectu clericorum.*

9 *Necessitas publica non tribuit jurisdictionem laico, ut statuat contra non subditos.*

10 *Clerici quando non eximantur à legibus civilibus, ostenditur.*

11 *Libertas Ecclesiastica in quibus casibus offendatur, in quove consistat, remissivè.*

12 *Tributum quod imponi non potest Ecclesiasticis, an imponi valeat laicis cum illis contrahentibus, ostenditur.*

Cap. Quia nonnulli I.

1 AD *num.* 4. *in fine.* Quod est contra immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam statuere ne laici vendant, molant, coquant panem, aut alia servitia, & obsequia Ecclesiasticis præstent, est text. *in c. eos, fin. hoc tit. & lib.* & docent citati per Thom. Delbene *de comit. & parlament. dub.* 30. *sect.* 20. *pag.* 357. *& seqq.*

2 Hinc statutum, quo Ecclesiastici efficiuntur deterioris conditionis, quàm sunt laici, est per omnes contra immunitatem Ecclesiasticam, quia cùm serviant laicis in spiritualibus, & in iis, quæ spectant ad animam, debent amplioribus gaudere favoribus, ut per Felin. *in c. Ecclesia S. Mariæ, n.* 3. *de constit.* Pech. *de amortizat. c.* 6. Megal. *in* 3. *p. lib.* 3. *c.* 10. *q.* 1. *n.* 51. Aloys. Ricc. *in praxi, tom.* 3. *resol.* 207. *num.* 7. Guevara *in propugn. libert. Eccles. assert.* 1. §. 5. *n.* 42. Valenzuel. *in defens. censur. Pauli V. p.* 3. *n.* 168. Thom. Delbene *d. dub.* 30. *sect.* 16. *n.* 2.

3 Hinc etiam statutum, seu lex si tollat Ecclesiasticis id, quod de jure communi illis competit, est contra immunitatem Ecclesiasticam, ut per Felin. *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ, n.* 69. Maynard. *de privil. Eccles. p.* 1. *art.* 1. *n.* 24. Guevara *in propugn. libert. Eccles. assert.* 1. §. 5. *num.* 25. Aponte *in respons. pro censur. Pauli V.* *fol.* 71. Valenzuel. *in defens. censur. Pauli V. p.* 1. *n.* 55. quos refert Thom. Delbene *dicta dubit.* 30. *sect.* 24. *n.* 2. *pag.* 361. Quia non potest Ecclesiasticis coarctari privilegium quod 4
de jure illi habent, absque eo quod incurratur in censuram Bullæ Cœnæ, Prosper de August. *ad Quarant. verb. Vectigal.* Marc. Ant. Genuens. *in pract. Archiepisc. Neapol. cap.* 62. *num.* 7. Squillan. *de privileg. cleric. cap.* 8. *n.* 32. Bellet. *disquisit. cleric. tit.* 1. §. 21. *num.* 15. Thom. Delbene *d. dubit.* 30. *sect.* 22. *num.* 2. *pag.* 359.

Hinc etiam statutum prohibens extrahi 5
vinum ad vendendum extra civitatem, vel introduci ad vendendum in illa, non comprehendit Ecclesiasticos, idque ex eo, quia possunt de Iure res suas vendere ubicumque voluerint, ut resolvunt Ioan. de Amicis *cons.* 18. *num.* 17. Bursat. *cons.* 42. *n.* 28. *lib.* 1. Roland. *cons.* 61. *n.* 22. *lib.* 4. Grammat. *decis.* 100. *n.* 15. Baiard. *ad Clar.* §. *fin. q.* 82. *n.* 87. Mart. *de jurisdict. p.* 4. *casu* 83. *n.* 1. Azor. *instit. moral. p.* 3. *lib.* 5. *c.* 19. *q.* 13. Guevara *in propugn. Eccles. libert.* §. 3. *assert.* 1. *num.* 11. Bellet. *disquis. cleric. p.* 1. *tit.* 6. §. 3. *n.* 1. à S. Fausto *in speculo Confess. disp.* 33. *n.* 20. Thom. Delbene *d. dub.* 30. *sect.* 22. *n.* 3.

Hinc quoque prohibitio ne quid venda- 6
tur, nisi in taberna Baronis, seu in Zagato, clericos non comprehendit, quia non tendit ad utilitatem publicam, & æquè concernentem clericos & laicos, ex Covarr. *in reg. possessor, p.* 2. §. 4. *n.* 8. Rip. *in tract. de peste, tit. de remed. ad conserv. ubert. n.* 122. Menoch. *lib.* 8. *cons.* 800. *n.* 30. Nam Barones id facien- 7
do inferunt injuriam vassallis, nisi id fortè faciant ex jure acquisito per diuturnam consuetudinem, secundùm Mastrill. *de Magistr. lib.* 4. *c.* 18. *n.* 55. & Novar. *de gravam. vassal. tom.* 1. *gravam.* 74. Et incidunt in censuram Canonis quinti Bullæ in Cœna Domini: quia hæc est species cujusdam vectigalis. Iacob. de Graff. *in aureis decis. tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 18. *n.* 79. Coriolan. *in explicat. Bullæ Cœnæ, excomm.* 5. Gambar. *de casibus reservatis, c.* 5. *in Bulla Cœnæ, n.* 7. Duard. *in Bull. Cœnæ, lib.* 1. *can.* 5. *q.* 4. *concl.* 3. *n.* 6. Thom. Delbene *dubit.* 30. *sect.* 22. *n.* 4. *&* 5.

Hinc pariter valere non potest statutum 8
laicale respectu clericorum, quanvis sit Ecclesiasticis favorabile, ob defectum potestatis, & jurisdictionis laicorum in Ecclesiasticos, ut per Bero. *cons.* 31. *n.* 22. *cum seqq.* Abb. *in c. Ecclesia S. Mariæ, de Constit. n.* 10. & Felin. *n.* 80. Odd. *cons.* 44. *n.* 13. Menoch. *cons.* 291. *n.* 25. *vol.* 3. Navar. *cons.* 3. *n.* 4. *vers. tertiò, de constit.* Thom. Delbene *d. dub.* 30. *sect.* 24. *n.* 4. *pag.* 361. ubi excipit nisi statutum Principis sit merè privilegiativum, non habens se per

modum præcepti & necessitatis, quia privilegium etiam non subdito concedi potest: & *num.5.* extendit quod defectu ejusdem potestatis, & jurisdictionis laicorum in Ecclesiasticos non valet, nec ligat Ecclesiasticos statutum, quanvis licitum, honestum, & propter publicam utilitatem promulgatum, & privilegia Ecclesiasticorum non lædens. Unde licèt hujusmodi laicalibus statutis clerici non ligentur, illis tamen uti possunt, si velint, non tanquam lege, sed ut privilegio, ut per Bertachin. *de Episcopo, part.1. lib.4. num.97. inter tractat. divers. tom. 13. part.2.* Roch. *in cap. fin. lect.8. n.71. de consuetud.* Marant. *disput.8. num.14.* Lamberteng. *de contractib. mulier. gloss.2. num.58.* Honded. *cons.78. num. 110. & seq. lib.2.* Bursat. *cons.93. vol.1.* Surd. *cons.2. num.35. & seq. & num.47. & cons.259. num.10. & cons.301. num.13. & cons.560. num.13. vol.4. & decis.20. num.9. & de aliment. tit.2. quæst.15. num.62.* Fenzon. *ad statuta Vrbis, in proœm. num.103.* Beltramin. *ad Gregor. XV. decis.279. num.24.* Sperell. *in decis. fori Eccles. decis. 11. num.7.* per gloss. *verb. quicumque, ad fin. in cap. novit, de judic.* quæ ait Ecclesiam posse acceptare legem in sui favorem inductam, sed contra se eam recipere non teneri. Non obstat quod statutum laicorum sit honestum, rationabile, & fundatum in ratione naturali, ac proinde videatur illos obligare ad observantiam illius, quia respondetur honestatem constitutionis non sufficere, ubi deficit potestas Legislatoris, quam laici non habent in clericos, Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. cap.92. num.1. vers. his, & aliis,* Mart. *de jurisdict. part.4. casu 5. n.26.* Beller. *disquisit. cleric. tit. de exempt. cleric. à statut. sæcular. §.2. num.3. 4. 5. & 34.* Alderan. Mascard. *de interpret. statut. concl.1. num.7. & 8.*

9 Ex eadem ratione sequitur, quod à fortiori non valebit laicale statutum, in quo nominantur Ecclesiastici, etiamsi in publica utilitate fundetur, sitque favorabile Ecclesiasticis: quia publica necessitas non tribuit jurisdictionem laico, ut statuat contra non subditos, ex Dec. *in d. cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, num.7.* & Felin. *n.18.* tum quia alioquin absque dubio omnes leges in corpore Iuris contentæ ligarent clericos, quia omnes respiciunt publicam utilitatem, quod non est dicendum, Collegium Bononiense *in resp. pro libert. Eccles. n.20.* Anastas. Germon. *in assert. libert. Eccles. c.7.* Guevara *in propugn. libert. Eccles. assert.1. §.6. num.55. & 58.* Fagnan. *in resp. pro censuris Pauli V. fol.65.* Bariol. *cons.38.* Thom. Delbene *d. dub.30. sect.24. num.7. & 8.* ubi *num.6.* advertit quod quando Ecclesiastici non nominantur in statuto, statuentes cogi possunt, ut declarent quod Ecclesiastici, & Ecclesia in illo non comprehenduntur, ad finem ut vitetur omne periculum præjudicii. Quare hanc sequelam tenent Crot. *cons.81. n.84. lib.1.* Maynard. *de privileg. Eccles. part.2. art.22. n.46.* Aponte *in resp. pro censur. Venet. fol.71. cum seqq.* Guevara *loco proximè citato*, Suar. *de legib. lib.3. c.34. & contra Regem Angliæ, lib.4. cap.16.*

Denique illo tantùm casu clerici non eximuntur à legibus civilibus, quatenus cum libertate Ecclesiastica non pugnant, id est, quatenus nec cum sacris Canonibus, neque cum clericorum statu repugnantiam habent, sed solùm ad Reipubl. bonam gubernationem, ac quietem pertinent, & ita communes sint, id est, ad totam communitatem ferantur, boni publici causa: ejusmodi sunt leges, quibus taxantur pretia rerum, seu prohibetur aliquod genus armorum, vel præscribitur modus ædificandi, testandi, contrahendi, &c. quia in communi vitæ societate viventes sunt etiam cives, & membra Reipub. & ideò tenentur præstare quæ ad communem Reipubl. gubernationem necessaria sunt; turpis enim omnis pars est suo universo non congruens, S. August. *lib.3. Confess. c.8.* Ita Sot. *de justit. lib.1. q.6. art.7.* Navarr. *in man. cap.23. n.88.* Barthol. Medina *1.2. q.96. art.5. dub. ult.* & ibi Vasq. *disputat.166. c.4.* & Ioan. Salas *disp.14. sect.8.* Montesin. *disp.23. q.11. diffic.3.* Araujo *disputat.3. sect.5. diffic.4. q.97. pag.682.* Salon. *2.2. tom.2. quæst.77. art.1. controvers.10.* Petr. Ledesma *in sum. tom.2. tract.8. cap.32. diffic.4.* Victor. *de potest. Eccles. relect.1. q. ult. prop.4.* Salgad. *de protect. Regia, tom.1. p.1. c.1. n.64. prel.2.* Laur. de Peirinis *de privil. sui Ord. Minim. tom.1. constit. Iulii II. §.33. n.151.* Surd. *consil.301. n.31.* dum ait quod tenentur non vi legis civilis, sed vi æquitatis naturalis, sicut Princeps tenetur non vi humanæ legis, Cev. *de cognit. per viam violent. in proœm. c.4. cum duobus seqq.* Et eleganter subjungit Araujo *citato loco, sub n.9.* teneri quidem Ecclesiasticos hujusmodi legibus communibus, non quidem in quantum civiles sunt, & à potestate civili dimanantes, utpote à qua Ecclesiasticæ personæ omninò sunt liberæ: sed quatenus continent aliquid Iuris divini, aut naturalis, aut Canonici, quia his solis Iuribus subjiciuntur; unde si clericus tenetur pretia justa servare, hoc non provenit ex eo quod obligentur Legibus civilibus ea taxantibus, sed quia coguntur

à

à Jure naturali, quod præcipit, & dictat justa pretia in contractibus servari.

11 Quando & quibus in casibus offendatur libertas Ecclesiastica, in quove consistat hoc quod est Ecclesiæ libertatem minui, & offendi, vide latè Anguian. *de legib. lib. 2. controvers. 15. n. 34. cum seqq.*

12 Sed an onus, seu tributum, quod non potest imponi Ecclesiasticis, possit imponi laicis cum illis contrahentibus, quæstio dubia. Quidam affirmativè respondent, maximè si id non fiat animo extorquendi pecunias ab Ecclesiasticis, quas alio modo extorquere non possunt. Ita Sylvest. *in sum. verbo pedagium 1. q. 6. n. 22.* Fr. Emman. *qq. regul. tom. 3. q. 74. art. 7. 10. & 13.* Mex. *in tract. taxæ panis, concl. 5. num. 39.* Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 15. n. 5. & in gloss. lit. O,* Molin. *de Iustit. tom. 3. tract. 2. disp. 663. num. 6.* Malder. *in 2. 2. tract. 5. cap. 6. dub. 11.* Layman *in opere morali, lib. 3. tract. 3. cap. 3. num. 4.* Sanch. *in opusc. tom. 1. lib. 2. c. 4. dub. 55. n. 40.* Verùm quanvis horum sententia non omnino improbabilis sit; contraria tamen verior est, ac in consulendo & judicando sequenda, quia scilicet indirectè istud onus, seu tributum cadit super personas Ecclesiasticas; nam hoc ipso propter illud solvendum laici viliùs emunt, & Ecclesiastici viliori pretio vendunt, quàm venderent si tale onus non fuisset. Ita Felin. *in cap. Ecclesia, num. 69. de constitut.* Mandel. *cons. 8. num. 16. cum seqq.* Fr. Emman. *in sum. tom. 2. cap. 75. num. 14.* Ladorch. *cons. 103. à num. 8.* Menoch. *cons. 136.* Surd. *cons. 305. num. 80.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verb. gabella, q. 4.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 390.* Aloys. Ricc. *in praxi, tom. 2. resol. 187. n. 2. & resol. 283.* Aponte *in respons. pro censura Pauli V. fol. mihi 82.* Homobon. *in examine Eccles. p. 2. tract. 9. c. 1. q. 1.*

LIBER QUINTUS.

DE HÆRETICIS.

TITULUS II.

SUMMARIUM.

1 *Hæreticalia sunt magica omnia, in quibus dæmonibus funesta offeruntur sacrificia.*
2 *Dæmones quando ad aliquod opus invocantur, hæreticale facinus est.*
3 *Hæreticale est si Hostia consecrata, vel aliarum rerum sacrarum interveniat abusus.*
4 *Eucharistia sacrosancta olim in primitiva Ecclesia mortuis ori includebatur, sed postea variis de causis sublatum.*
5 *Hæreticalia sunt omnia illa, quæ fiunt ab hæretico, vel mago.*
6 *Sortilegia, in quibus aliquis rebaptizatur, sunt hæreticalia.*
7 *Rebaptizantes pueros vel hæretici sunt, vel credentes formam, & materiam Baptismi aliam esse quàm Christus instituit.*
8 *Sortilegia hæreticalia sunt si baptizentur imagines, vel caput asini.*
9 *Inquisitores contra hæreticam pravitatem procedunt contra Magos Sacramentis abutentes.*
10 *Sortilegia ad tentandam alicujus pudicitiam non sunt hæreticalia.*
11 *Hæreticus est, qui sanctissimam Hostiam maleficiis præsertim amatoriis immiscet.*

CAP. Accusatus VIII. §. Sanè.

IN gloss. *saperent.* Nota ex gloss. primò magica, omnia in quibus dæmonibus funesta offeruntur sacrificia, & nefariæ preces emittuntur, aut celebrantes dæmonis responsa poscunt, hæreticalia esse, ut per Simanch. *de Cathol. instit. tit. 21. n. 11. & in enchirid. tit. 8. n. 9.* Eymeric. *in direct. Inquis. p. 2. q. 43. ex n. 5.* & *ibi* Pesia *commento 68. & q. 10. commento 35.* Ugol. *de censur. p. 2. ex n. 4.* quos refert & sequitur Torrebl. *de jure spirit. lib. 13. c. 3. n. 2.* 1

Secundò collige, idem dicendum esse quando dæmones ad aliquod opus invocantur, quanvis adoratio, latria, vel sacrificium non intercedat, si auxilium petitur ad ea, quæ ex sua natura facere nequeunt, ut per Zanchin. *de hæret. c. 22. n. 3.* & ibi Campeg. *lit. C,* Simanch. *de Cathol. instit. tit. 63. num. 12.* Squillacen. *in tract. de fide Cathol. c. 10. n. 1. & c. 13. num. 2.* Eymer. Valent. & Martin. Delr. quos refert & sequitur Torrebl. *d. c. 3. num. 3.* ubi *n. 6. & 7.* asserit quod licèt nonnulli id accipiant, ut locum habeat quando dæmones invocantur ad id, quod ex sua natura nec scire, nec facere possunt; nihilominus ipse 2

ipſe cum aliis verius exiſtimat omnia ſortilegia, & magica opera, quanvis fiant extra Fidei errorem, & citra dæmonum poteſtatem, ſi dæmonis intervenit invocatio, ſive expreſſa, ſive tacita, hæreticalia eſſe, quia in eis dæmoni cultus exhibetur, ſine quo ipſe non concurrit. Et eodem *lib.*13. *cap.*2. *num.*28. tenet opera magica per quæ dæmoni tribuitur aliquid excellentiæ ultra ſuam naturam, ut revelare futura, ſuſcitare mortuos, & ſimilia, hæreticalia eſſe.

3 Tertiò collige hæreticale eſſe ſi Hoſtiæ conſecratæ, vel aliarum rerum ſacrarum interveniat abuſus, ut per Eymer. *d.part.*2. *quæſt.*42. *num.*5. Simanch. *d.tit.*21. *num.*11. Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.*34. *cap.*15. *n.*8. *&* 9. Farin. *in praxi crimin. quæſt.*20. *num.*83. *& de hæreſi, quæſt.*181. *num.*19. plures per me citatos *de officio, & poteſtate Epiſcopi, part.*3. *allegat.* 51. *num.*135. & per Torrebl.
4 *d. lib.*13. *cap.*2. *num.*30. Nam olim in primitiva Eccleſia mos fuit Sacroſanctam Euchariſtiam mortuis ori includere antequam ſepelirentur, vel ſupra pectus ligata terræ mandabatur, propter dæmonum infeſtationes, qui mortuorum corpora furabantur ad magicas ſpurcitias, ut ex Concil. Eliberitano tradunt Ferdinand. de Mendoza *lib.*2. *de confirmat. Concilii Eliber. cap.* 58. Baſil. Pont. de Leon *parte* 1. *variar. diſput. diſp.*1. *cap.* 4. *cum duobus ſeqq.* Sed poſtea variis de cauſis ſublatum fuit, & interdictum ne Euchariſtia mortuis detur, vel ſepeliendis apponeretur, in Conciliis citatis per Ferdin. de Mendoza, & Baſil. Pont. *citatis locis*, & per Claud. Spenææ. *lib.*2. *de Euchar. adorat. cap.*7.

5 Quartò collige, omnia illa quæ fiunt ab hæretico, vel mago, qui eſt de expreſſa dæmonis profeſſione, hæreticalia eſſe, & quanvis non reſpectu operis, ſaltem reſpectu operantis, ut per Menoch. *de arbitrar. caſu* 388. *num.*4. Squillacen. *de Fide Cathol. cap.*8. *num.* 2. *& cap.*15. *numero* 1. Farinac. *de hæreſ. quæſt.* 181. §.1. *num.*35. plures quos refert & ſequitur Torreblanca *d. lib.*13. *c.*4. *num.*2.

6 Quintò collige, hæreticalia eſſe ſortilegia, in quibus aliquis rebaptizatur, ut per Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.*30. *num.*15. *& in enchirid. tit.* 8. *num.* 12: Squillacen. *de Fide Cathol. cap.*8. *num.*2. Torreblanca *dicto*
7 *lib.*13. *cap.* 6. *num.*11. ubi *n.*12. ait quod pueros rebaptizantes, vel hæretici ſunt, vel credentes formam & materiam Baptiſmi
8 aliam eſſe quàm Chriſtus inſtituit, vel ſunt vehementer ſuſpecti, etiamſi negent ſe hoc non credere: *& num.*13. quod ſunt hæreticalia ſortilegia ſi baptizentur imagines, vel caput aſini, niſi fiant extra mentis errorem.

Sextò collige Inquiſitores contra hæreticam pravitatem procedere contra magos 9
Sacramentis abutentes, ut per Simanch. *d. tit.*21. *num.*11. Squillac. *d.cap.*8. *num.*2. Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.*34. *cap.*15. *num.*8. *&* 9. & alios citatos per Torreblanc. *d.lib.*13. *cap.*6. *num.*2. ubi *num.*3. advertit hujuſmodi ſacrilegos diligenter interrogandos eſſe quid ſentiant de Sacramentis in ſortilegio immixtis, & ſi dicant ſe credere ex eis voluntatem poſſe cogi, vel majorem efficaciam habere ad effectum conſequendum, ut hæretici puniendi ſunt.

Septimò collige ſortilegia ad tentandam 10
alicujus pudicitiam non eſſe hæreticalia, quanvis regulariter fiant cum dæmonis invocatione, dum non interveniat error in Fide, nec ſacrarum rerum abuſus, ut per Simanch. *de Cathol. inſtitut. tit.*30. *n.*13. Squillacen. *de Fide, cap.*7. *num.*4. *& cap.*8. *num.*8. *& cap.*10. *num.*2. *& cap.*11. *num.*2. Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.*34. *cap.*15. *n.*7. *& cap.*16. *ex n.*1. Torreblanca *d. lib.* 13. *c.*7. *n.*25.

Octavò collige, hæreticum eſſe qui ſa- 11
croſanctam Euchariſtiæ Hoſtiam maleficiis, præſertim amatoriis immiſcet, vel in eis conterit, deturpat, vel pedibus conculcat, ut per Simanch. *d. tit.*21. *num.*11. Petr. Gregor. *d.lib.*34. *cap.*15. *n.*8. Torreblanca *d. lib.*13. *c.*7. *n.*28.

Cap. Ut inquiſitionis XVIII.

Ad *num.*4. Quod Iudex ſæcularis ab 1
Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis impetitus, ut brachium ſæcularis poteſtatis præbeat, tam pro capiendis, quàm pro puniendis hæreticis, Iudæis, & aliis, illud impartiri debet abſque examinatione proceſſus ab ipſis fabricati, nec apud illum edere tenentur, ſed clauſis oculis, ut aiunt, præceptis Inquiſitorum in cauſis Fidei & hæreticorum debet obedire, ultra citatos in collect. tenent *l. Caſtel.*2. *tit.* 26. *p.*7. Gratian. *reg.*422. *num.*8. Sigiſm. Scacc. *de judic. lib.*1. *cap.* 63. *num.*7. *verſic. ſi verò ſit lata*, Cened. *in quæſt. Canon. quæſt.* 36. *n.*12. Farin. *de hæreſi, q.*186. *num.*162. Fragoſo *de regimine Reipubl. Chriſtianæ, p.*1. *lib.*4. *diſp.*10. §.2. *ex num.*148. me citato in hoc loco, Pareja *de univerſa inſtrum. edit. tit.*2. *reſol.*8. *num.*20. ubi *num.*22. affirmat ſic apud nos inconcuſſè obſervari, quod hæreticus Iudici ſæculari dimiſſus, ſtatim abſque ulla examinatione proceſſus, lata adverſus eum ſententia

tia condemnatoria igni concremandus traditur, cùm Inquisitores hæreticæ pravitatis in his Regnis præcipuè, gravissimi & integerrimi viri creentur, & qui causas Fidei nimium accuratè discutiunt, summaque veritate, integritate, & plena admodum cognitione pertractant.



De Privilegiis.

Tit. VII.

Cap. Cùm personæ VII.

1 Post *num.*17. In text. ibi, *Cùm de jure communi Ordinariorum intentio sit fundata*, &c. Notatur ad hoc, quod ordinaria jurisdictio fundatam habet intentionem jure communi attento ad procedendum contra omnes, & quoscumque in territorio suo habitantes, ut per *l. Castel. fin. tit.* 4. *lib.* 1. *Recop.* ibi, *pues esta fundada su intencion*, Cov. *pract. c.*1. *n.*9. D. Mari. Cutell. *in Cod. leg. Sicul. ad leg. Martini controv.* 11. *num.*2. Valenzuel. *conf.*57. *n.*1. *cum seqq.* Franc. de Amaya *in l. fin. C. de incolis*, *ex n.*12. *usque ad lib.* 10. Et ideò contrarium asserenti incumbit onus probandi, *l.*2. §. *sed si dubitetur, l. si quis ex aliena* 5. *ff. de judic.* Param. *in defens. sancti Officii, c.* 2. *per tot.* Farin. *in praxi crimin. p.*1. *q.*8. *n.*81. Valenzuel. *conf.*57. *num.*8. vide alia *collect. ad c. omnes Basilicæ*, 15. *q.*7.

De Sententia Excommunicationis, &c.

Tit. XI.

Summarium.

1 *Competentia super jurisdictione pendente, Iudices contendentes non possunt judicare, & si ad ulteriora procedant, omnia attentatorum remedio poterunt revocari.*

2 Text. in præsenti *intelligitur.*

Cap. Si Iudex laicus XII.

1 Ad *num.* 8. Collige ex text. juncta gloss. *verb. processus*, quod pendente competentia super jurisdictione Iudices contendentes non possunt judicare, & omnes processus, ac causæ coram eorum aliquo introductæ, suspendi, detineri, & silere debent, ut per Covarr. *pract. c.*37. *num.*3. *&* 4. Salzed. *ad Bernard. in pract. c.*62. *num.*21. Marr. *de Iurisdict. part.*2. *c.*32. *num.*52. Alphons. Narbona *in l.*20. *gloss.* 22. *n.*10. *tit.*4. *Recop.* Aviles *ad c.*3. *Prætor. verb. abogados, n.*6. Cancer. *var. resol. tom.*2. *c.*10. *num.*59. *&* 65. *cum seqq.* Valenzuel. *conf.*42. *num.* 14. Ioseph. Sesse *de inhibit. c.* 5. §. 8. *num.*13. In tantum quod si de facto ad ulteriora procedant, hæc omnia attentatorum remedio revocari poterunt, ut tenent Maur. Burg. *de modo procedendi ex abrupto*, *in proœmio, num.*6. *& q.*77. *num.*1. Verall. *decis.*114. *num.* 1. *lib.* 2. Nicol. Reusner. *German. decis.*14. *num.*42. *cum seqq. lib.* 3. Menoch. *conf.*1000. *n.* 111. Thom. Trevisan. *decis.*11. *num.*1. *&* 2. *lib.*2.

Principalis hujus text. conclusio, quod 2
scilicet cognitio, an quis incedat, vel non, in habitu clericali, vel utrùm sit clericus, spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, procedit quia hic non solùm agebatur super eo, an scilicet clericus repertus fuerat, necne in habitu clericali, vel an ille habitus esset, qui solitus erat aliis clericis: sed etiam hic erat dubium juris, an scilicet privilegio clericali clericus ille gaudere deberet, & ita jam factum habebat admixtionem cum jure ipso spirituali: ad hoc enim ut fiat prædicta remissio, non sufficit probare quasi possessionem clericatus, nisi simul probetur ordinatio ritè, & rectè facta per ostensionem legitimi tituli, vel per aliam legitimam probationem. Ita Decian. *tr. crimin. lib.*4. *cap.* 9. *à n.*110. D. Barbos. *in l. Titia, n.*35. *ff. soluto matrim.* Fontanell. *de Pactis nuptial. claus.*4. *glos.*14. *p.*2. *num.*38. Ioseph. Sesse *decis.* 162. *n.*43. *&* 53. Felician. de Vega *in relect. cap. quanto* 3. *de judic. n.*83. *cum seqq.*

Cap. Alma mater XXIV.

Ad *num.*9. *in fine.* Hanc nostram senten- 1
tiam, privilegium scilicet, aut Bullam Cruciatæ habentes, tempore interdicti teneri, & obligatos esse eo uti audiendo Missam, sustinent Sot. Nav. Medin. Vivald. Ludov. Lop. Emman. Rodrig. Azor. Cened. & alii, quos referunt, & sequuntur Villalob. *in sum. tract.* 9. *diffic.* 5. *num.* 14. *& tract.* 8. *diffic.* 36. *n.*2. Nuño *part.*3. *q.*83. *art.*6. Filliuc. *in opere morali, tractat.*5. *c.*7. *q.*11. *num.* 225. Bonac. *de censur. disp.*5. *de interdict. punct.*3. *num.* 19. Trullench. *in exposit. Bullæ Cruciatæ, lib.*2. §.3. *dub.*6. *n.* 2. *& in Decalog. lib.*3. *cap.* 1. *dub.* 5. *num.*14. Ludov. à Cruce *in Bullam Cruciatæ, disp.*1. *cap.* 5. *dub.* 4. Tanner. *in* 2. 2. *disp.*5. *quæst.*6. *dub.* 2. *n.*25. Ioan. Sanc. *in disput. select. disp.*15. Marchin. *de Sa-*

tram. Ordinis, part. 3. cap. 17. num. 4. novissimè Hieron. Garc. *in sum. morali, tract.* 4. *d ffic. ult. duda* 2. *n.* 5. *pag.* 706. Et posse hoc casu secum ad Ecclesiam deferre familiares & consanguineos, usque ad secundum gradum, resolvunt per gloss. communiter receptam *ad cap. licet, de privil. in* 6. Villalob. *in Bullam Cruciata, claus.* 4. *num.* 15. Ludov. à Cruce *d. c.* 5. *dub.* 3. *num.* 2. Hieron. Garcia *citato loco, num.* 7.

De Regulis Iuris.

TIT. III.

SUMMARIUM.

1 *Regalia Principis possidentes titulum sua possessionis edere tenentur.*

2 *Prælati, & alia persona Ecclesiastica compelli possunt edere titulum possessionis Regalium coram Principe laico, à quo Regalia acceperant.*

3 *Clericus possessor beneficii tenetur ad requisitionem Ordinarii titulum sua possessionis ostendere.*

Reg. Beneficium I.

1 AD *n.* 12. Quod possidentes Regalia Principis titulum suæ possessionis edere tenentur, ultra citatum Valascum docent Petr. Bellug. *in specul. Principum, rub.* 28. *de precon. factis de docendo titulos possessionis, num.* 15. Padilla *in l. altius, n.* 6. *&* 7. *C. de servit.* Aviles *ad cap.* 1. *Prætor. in princ. num.* 18. Pereg. *de jure fisci, lib.* 7. *tit.* 3. *num.* 21. Palat. Rub. *in repet. c. per vestras, de donat. inter virum,* §. 48. *ex num.* 47. Henric. Rosent. *de feudis, c.* 8. *concl.* 33. *n.* 5. Marta *de jurisd. part.* 2. *cap.* 15. *num.* 15. Ursil. *ad Afflict. decis.* 267. *n.* 2. *&* 3. Cabed. *Lusit. decis.* 10. *num.* 8. *& decis.* 15. *num.* 3. *p.* 2. Reyn. Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 63. Castil. *tom.* 7. *de tert. cap.* 16. *ex n.* 10. ubi ait, quod quando quis Regalia possidet, aut super Regalibus agitur, tunc possessor tenetur ostendere titulum suæ possessionis, alioqui ad fisci Regii instantiam, & ejus procuratoris fiscalis rectè privari poterit, Solorzan. *de Indiarum gubernat. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 36. *cum seqq.* Ioan. Bapt. Larrea *alleg. fiscal. part.* 1. *alleg.* 5. *per tot.* & maximè *num.* 2. quos allegat novissimè me citato in hoc loco, Pareja *de universa instrumentorum edit. tit.* 5. *resol.* 9. *num.* 59.

2 Ad tituli hujusmodi editionem præstandam coram Principe laico, à quo Regalia acceperunt, non solùm possessores laici, sed etiam Prælati, & aliæ personæ, ac Communitates Ecclesiasticæ quacumque dignitate fulgentes compelli possunt, aliàs eorum possessione privari poterunt. Ita sancitum extat *l. Castel.* 2. *&* 12. *tit.* 1. *p.* 2. *& l.* 2. *tit.* 4. *l.* 7. *tit.* 19. *p.* 3. *& l.* 3. *tit.* 19. *p.* 7. ubi Greg. Lop. *& l.* 2. *&* 3. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop.* ubi Azev. Palat. Rub. *in repet. d. c. per vestras, notab.* 2. §. *sed est, pulchra dubitatio, n.* 43. *cum seq.* Padil. *in d. l. altius, n.* 6. *&* 7. Roderic. Suar. *alleg.* 77. *num.* 7. Covarr. *pract. cap.* 1. *n.* 11. Valasc. *de jure emphyt. quæst.* 8. *num.* 22. *cum seqq.* Aviles *ad d. cap.* 1. *ex num.* 18. Avendan. *de censib. cap.* 68. *ex n.* 8. Matiens. *l.* 1. *glos.* 21. *ex num.* 5. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recop.* Bobadill. *in politica, lib.* 2. *c.* 16. *n.* 92. Molin. *de Iustit. tr.* 2. *disp.* 75. *num.* 10. Castill. *d. tom.* 7. *de tert. c.* 18. *num.* 160. *& cap.* 41. *num.* 16. *vers. est etiam,* Cabed. *dict. part.* 2. *decis.* 10. *n.* 8. *& decis.* 15. *num.* 3. *& part.* 1. *decis.* 120. *num.* 3. Pareja *dict. tit.* 5. *resolut.* 9. *num.* 60. ubi *num.* 106. ampliat etiamsi Regalium possessores præscriptionem longissimi temporis opponant: adhuc enim titulum edere tenentur, & ipso non producto, à possessione veniunt depellendi: & *num.* 10. ampliat in vectigalibus horum Regnorum, vulgò *las alcavalas*: & *num.* 111. id intelligit, dummodo prius & ante omnia constet bona, aut jura, super quibus titulorum editio à possessore postulatur, de Regalibus esse: & *num.* 115. etiam dummodo ex parte Regis, aut Domini, aut ejus procuratoris fiscalis ex officio hæc titulorum editio postuletur.

Ad *num.* 10. Quod clericus possessor beneficii tenetur ad requisitionem Ordinarii titulum suæ possessionis ostendere, multis exornavi *in addit. ad c. Ordinarii* 3. *de officio Ordin. hoc lib.* 3

SUMMARIUM.

1 *Æqualitas omnimoda in judiciis est servanda.*

2 *Iudiciorum nomine in hac regula quæ veniant.*

3 *Acceptio personarum in omnibus materiis, causis, & negotiis exterminanda.*

4 *Dolet Auctor de mala officiorum, beneficiorum, & præmiorum distributione.*

CAP. In judiciis XII.

POst *num.* 1. Divina lege, humanísque constitutionibus ita comparatum est, ut in judiciis omnimoda æqualitas servanda 1

da sit, similiterque judicandus major, seu dignior, ac minor, seu vilior ad vitandam, ac fugiendam personarum acceptionem. *Proverb.* enim *capite* 18. habetur: *Accipere personam in judicio non est bonum.* Et *Deuteron. capite* 1. *Ita magnum sicut parvum judicabis, nec erit apud te acceptio personarum*: explicuit rectè S. Thom. *in quodlib.* 4. *art.* 15. *& quodlib.* 10. *art.* 12. *&* 2. 2. *q.*63. *art.* 1. *cum seqq.* Caiet. Sylvest. & alii Summistæ *in verb. acceptio personarum.*

2 Quamvis hæc regula videatur id specialiter in judiciis statuere, & non in aliis, quæ judicia non sunt; nihilominus dicendum est, hoc vel procedere, quia si personæ accipiantur in judiciis, graviùs peccatur, quàm in aliis generibus causarum, vel quia nomine judiciorum in hac regula, illa omnia veniunt, in quibus qualitercumque, & quomodocumque occasio sese offerat de meritis judicandi, itaut verbum illud, *in judiciis*, ex materia subjecta accipiendum sit non solùm de judiciis inter reos, & actores agitatis, sed etiam de quibuscumque distributionibus quarumcumque rerum, bonorum, munerum, seu magistratuum distribuendorum per modum judicii, seu definitionis; itaut regula sit, in omnibus materiis, & in omnibus causis, & negotiis exterminandam esse omninò à liminibus justitiæ distributivæ periculosam acceptionem personarum. Et ideò hanc regulam, dum habet non esse habendam acceptionem personarum in judiciis, ita interpretandam esse arbitror, ut non doceat extra causam judiciorum in aliis actibus permissam esse personarum acceptionem, ducto argumento à contrario sensu, quod nequaquam admittendum est ubi tam grave inconveniens, & absurdum sequitur, si affirmaremus in aliis, quæ judicia non sunt, personarum acceptionem haberi posse, ex eoque peculiariter ibidem reprobari dictam personarum acceptionem, quia sermo erat de judicibus, in quibus crimen hoc sine dubio majus, & gravius est, propter summam æqualitatem, quam ipsimet Iudices servare debent, quibus hoc munus impositum est, ut non solùm ipsi justi sint, sed universam Remp. justitiæ ornamentis afficiant.

3

4 Caveant igitur (exclamat modernus quidam) supremi Principes, Consiliarii, & Magistratus, sive alii, quorum muneris erit justitiam distributivam exercere, ne in his quæ ex debito justitiæ distribuenda sunt, munera concedant ob qualitates, seu rationes diversas, néve crimen acceptionis personarum contra justitiam distributivam committant. Etenim cùm debeant in distributione attendere solùm ad qualitates, & proportiones meritorum, non ad amicitiam, consanguinitatem, & similes qualitates, ac subinde si ad personam, vel faciem personæ respiciant, periculum magnum est ne incidant in peccatum acceptionis, ipsi videant, & proh dolor vidi, referre erubesco, & magno cum dolore animi mei silere compellor, cùm sciam omnibus notum esse Episcopatus, dignitates, beneficia, officia, magistratus illis conferri, vel quia sunt Præsidis, seu Consiliarii filii, consanguinei, concollegæ, vel amici, seu quia ex tali promotione pinguia resultant officia, vel beneficia à providendo obtenta, de quibus ipsi disponere similiter poterunt. Optarem sanè ut tanto malo opportunum aliquod adhiberetur remedium, ne deinceps cum tanto propriæ conscientiæ detrimento ipse Princeps tam captiosè à suis decipiatur, & iram Dei deceptus propter suam negligentiam provocet.

Nec dicas licere Principi supremo, vel ei, ad quem spectat munera, & Magistratus secundùm justitiam distribuere, sive providere de officiis, beneficiis, dignitatibus, aut similibus, ex duobus, vel pluribus idem munus petentibus gratificari licitè cui voluerit, præeligendo amicum, vel consanguineum, seu aliquo vinculo sibi conjunctum, ut voluerunt, & latè prosequuntur citati à Tiraquell. *de primogen. quæst.* 17. *oppos.* 2. per text. *in cap. cùm autem*, ubi gloss. *de jurepatr. & in cap. per venerabilem* 34. ubi gloss. *verb. favere, de elect.* cum similibus: quia solùm procedunt quando merita & qualitates petentium, & ambientium munera sic omninò æquales sunt, ut attentis justitiæ præceptis non magis dari debeat munus illud uni quàm alteri, quo casu ubi debitum justitiæ distributivæ cessaverit, mirum non est si deficiat quoque acceptio personarum, possintque Principes, & cæteri distribuentes exercere liberalitatem, gratiámque conferre, memores consanguineorum, amicorum, aliorúmve sibi aliqua ratione conjunctorum. Gratias Deo semper, & maximè hac tempestate referre debemus, qui nobis Regem verè Catholicum dedit sancto & recto zelo non personas de Ecclesiis, sed Ecclesias de personis providentem: & licèt ego insufficientiam meam recognoscens inter benemeritos tanti Principis gratiæ connumerari non possim, gratus quidem 5

semper

semper ero, ob desiderium conferendi in me beneficia, qui motu proprio, & non ad alicujus instantiam, sequens decretum Regia manu firmatum ad supremum Italiæ Consilium transmisit: *El Dotor Agostino Barbosa se halla en Madrid sin empleo ni comodidad de hazienda para poder vivir, respeto de averle faltado con la rebelion de Portugal quatro mil ducados de renta ecclesiastica que alli gozava, quando sus prendas, virtudes, y letras le hazen muy digno de ambas cosas. Y por esto, y haver entendido que en Italia ay Iglesias vacas, cuya provision se emplearia dignamente en este sugeto, he resuelto recomendarle al Consejo de Italia para que me le proponga en las vacantes de Obispados que al presente huviere, ò en las que adelante se offrecieren.* De Zaragoça à 4. de Settiembre de 1646.

PRÆTER

PRÆTERMISSA, ET ADDITAMENTA AD COLLECTANEA

in Clementinarum Libros.

IN LIBRUM PRIMUM.

De Summa Trinitate, & Fide Catholica.

TITULUS I.

SUMMARIUM.

1 *Hæreticorum pœnas non incurrit ille, qui errorem contra Fidem, etiam positivum, dummodo ex ignorantia, quamvis crassa, committit in interno, etsi perfectè explicet illum in externo.*

2 *Pertinacia consistit in hoc, ut quis sciens, & advertens testimonio, & auctoritati Ecclesiæ proponentis resistere velit.*

3 *Pertinacia ad hæresim requisita sumitur ex scientia, qua quis novit suam opinionem esse propositioni Ecclesiæ Catholicæ contrariam, nec requiritur ut quis de suo errore scienter admisso moneatur, ut num. 4.*

CLEM. Fidei. Cap. unic. §. Porrò.

1 IN text. ibi, *Quisquis defendere, seu tenere pertinaciter præsumpserit*, &c. Collige ex text. non incidere in pœnas hæreticorum illum, qui errorem contra Fidem etiam positivum, dummodo ex ignorantia, quamvis crassa, committit in interno, etsi perfectè explicet illum in externo, quia cùm absit pertinacia, non est propriè, seu ex omni parte perfectè consummata hæresis. Ita contra Palat. & alios docent Alphons. de Castro *de justa hæret. punit. libr.* 1. *cap.* 9. *& lib.* 2. *cap.* 8. Can. *de locis Theolog. lib.* 12. *c.* 9. Nav. *in man. prælud.* 1. *n.* 17. Curiel. *in* 1. 2. *q.* 76. *art.* 4. *dub.* 2. §. 3. Zumel. *ibid. disp.* 1. Bañes 2. 2. *q.* 11. *art.* 2. *corol.* 2. *& ibi* Aragon. *art.* 2. & Vasq. *disp.* 226. *cap.* 2. Corduba *in quæst. lib* 1. *q.* 17. Fr. Emman. *in sum. p.* 1. *c.* 30. *n.* 2. Petr. Navarr. *de restit. lib.* 1. *cap.* 4. *dub.* 8. *n.* 197. *&* 208. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 14. *q.* 9 Pasqualig. *decis.* 162. Torres *de Trinit. q.* 31. *art.* 4. Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *c.* 7. *n.* 10. Suar. *in tract. de Fide, disp.* 19. *sect.* 3. *n.* 8. Th. Delbene *de immunit. eccles. dubit.* 4. *subsect.* 31. *subcorol.* 4. *num.* 1. *pag.* 90. ubi *num.* 2. ait quod hæc pertinacia consistit in hoc, ut quis sciens & advertens testimonio, & auctoritati Ecclesiæ proponentis resistere velit, quæ resistentia fit per voluntatem non subdendi judicium suum judicio Ecclesiæ: *& num.* 4. subdit quod pertinacia, quæ ad hæresim propriam requiritur, sumitur ex scientia, qua quis novit opinionem esse propositioni Ecclesiæ Catholicæ contrariam: unde infert, non requiri ad pertinaciam, ut quis de suo errore scienter

scienter admisso moneatur, & ipse adhuc in ipso velit persistere, sed sufficere si scienter errat contra id quod ab Ecclesia definitum esse arbitratur.

De Renunciatione.

TIT. IV.

Clem. Cùm illusio. Cap. unic.

1 AD *num.* 9. Per glos. *verb. procuratorem*, in præsenti vulgò resolvunt Doctores posse laicos extra judicium procuratorio nomine spiritualia tractare, v. g. si mandata recipiant ad permutanda, acceptanda, vel resignanda ecclesiastica beneficia, ut voluere Felin. *in cap. Apostolicæ, num.* 5. *&* 6. *de except.* Tiraq. *de jure mariti, gloss.* 5. *n.*178. Rot. *decis.*8. *num.* 5. *de procurat.* aliàs 104. *in antiq. & decis.*2. *de rerum permut.* aliàs 418. *in eisdem*, refert & sequitur Anguian. *de legib. lib.*2. *controv.*23. *num.*46. ubi *num.* 47. rejicit resolutionem glos. & aliorum *in cap.*1. *de procurat. in* 6. & Abb. *in cap.* 2. *num.* 9. *de judic.* existimantium prohibitionem laicis factam tractandi res spirituales, intelligendam de tractatu nomine proprio ipsius laici, & meliùs tenet dictam prohibitionem accipiendam esse de tractatu per viam jurisdictionis, auctoritatis, & imperii, non tamen de tractatu ministeriali; qualis est laici procuratoris, quod nullo pacto Canonibus contradicit.



De Procuratoribus.

TIT. X.

Clem. Non potest. Cap. II.

AD *num.*3. Quod generalis facultas cum expressione aliquorum casuum non comprehendit causas, seu lites majores, vel graviora negotia quàm sunt ea, quæ in ipso mandato continentur; quia clausula generalis, *& ad omnia mea negotia, seu lites*, in mandato contenta, non extenditur ad speciales causas majores expressis, sed potiùs restringitur ad ea, quæ speciatim præcesserunt, ut ultra citatos in collect. docent Suar. de Paz *in pract. tom.* 1. *initio annot.*4. *num.* 19. *& seqq.* Perez *in l.* 1. *tit.*4. *lib.*3. *Ordin. pag.*556. Cevall. *commun. q.*808. *n.*47. Fragoso *in regimine Christianæ Reip. p.*1. *lib.*5. *disp.*2. §. 8. *n.*266. Pareja *de universa instrum. edit. tit.*5. *resol.*10. *n.*75. 1

LIBER SECUNDUS,

DE SENTENTIA ET RE IUDIC.

TITULUS XI.

SUMMARIUM.

1 *Iudex unius territorii an & quando possit citare in territorio alterius, quæstio proposita.*
2 *Citatio realis ut extra territorium fiat legitimè desiderantur litteræ subsidiariæ in legitima forma expeditæ.*
3 *Reus ante omnia est relaxandus si de facto Iudex ad illius capturam in alieno territorio procedat.*
4 *Iudex in alieno territorio subditum suum per se, aut per nuntium potest citare absque eo quod litteræ subsidiales Iudici alterius territorii dentur.*
5 *Contrarium verius.*
6 Text. in præsenti *pro hac opinione ponderatur.*
7 *Iudices similis fori, diverso tamen territorio degentes litteris requisitoriis utuntur ad executionem suarum sententiarum.*
8 *Iudex requisitus pro Rei remissione, non præmissa cognitione, vel saltem summaria informatione, illum remittere non tenetur.*
9 *Reus si remitteretur pravia causæ cognitione non adhita, afficeretur injuria per capturam, & remissionem.*
10 *Iudex requisitus debet inspicere delictum, processum, & acta, & non debet credere simplici sententiæ in criminalibus.*
11 *Iuspatronatus quis non perdit per confiscationem Iudicis secularis.*

12 Per

12 *Per sententiam Iudicis secularis transeunt in fiscum ea omnia, quæ ad hæredes extraneos transferri possunt.*

13 *Iuspatronatus annexum villæ, universitati, &c. per sententiam Iudicis secularis transit in fiscum, in quem transit villa, universitas, &c.*

14 *Iuspatronatus quod de perse, & principaliter subsistit, & non est unitum, seu annexum, non transit in fiscum per sententiam Iudicis secularis confiscantem.*

15 Text. hic in vers. cùm erst, *intelligitur.*

16 Cap. cùm Bertoldus, de re judicata, *declaratur.*

17 *Confiscata universitate, villa, vel castro cui juspatronatus accedit, præsentandi facultas non transit in fiscum; sed Ecclesia libera manet, vel probabiliùs ex jurispatronatus clausula ad hæredes venire potest.*

Clem. Pastoralis. Cap.II. & ult.

1 AD *n.6.* An & quando Iudex unius territorii possit citare in territorio alterius, quæstio dubia. In qua quo-
2 ad citationem realem certum est, ad hoc ut extra territorium fiat legitimè, necessariò desiderari litteras subsidiarias in legitima forma expeditas, juxta doctrinam Baldi *in l. omnes* 31. §. *verùm si apparitor, n.*1. *C. de Episcop. & cleric.* quem sequuntur Anton. Gom. *tom.*3. *var. c.*9. *n.*4. & 5. Caball. *resolut. crimin. casu* 291. *per tot.* Thom. Car-
3 leval. *de judic. disp.*2. *q.*1. *ex num.*15. *usque ad n.*25. ubi hoc adeò verum esse existimat, ut si de facto Iudex in alieno territorio ad Rei capturam procederet, & illum caperet, ante omnia esset relaxandus, & tanquam non jure libertate sua naturali spoliatus, in pristinam libertatem restituendus.

4 In citatione verò reali magna versatur difficultas, nam in ea duæ adinvicem contrariæ reperiuntur opiniones, quarum prima tenet judicem in alieno territorio subditum suum per se, aut per nuncium posse citare absque eo quod litteræ subsidiales Iudici alterius territorii dentur. Ita Ioan. Andr. *in c. Romana*, §. *contrahentes*, *num.*2. *cum seqq. de foro comp. in* 6. ubi Gemin. *n.*12. *cum seqq.* Panor. *in c. licèt ratione*, *ult. n.*41. *de foro comp.* Mar. Socin. *in c. dilecti, num.*23. *cum seqq. & in c. sanè si Episcopi, num.*13. *eod. tit.* Montalv. *in l.*4. *in gloss. magna, verb. fagan del justicia, col.*4. *vers. quid ergo dicendum, tit.*3. *lib.*2. *fori*, Perez *l.*1. *glos.*1. *q.*3. *tit.*2. *lib.*3. *Ordin. col.* 186. Thom. Carleval. *de judic. disp.* 2. *q.*1. *n.*20. & videtur expressum *in l.*7. *tit.*3. *lib.*4. *recopil.*

5 Altera sententia, cui tanquam probabiliori adhæreo, primæ ex adverso contraria, sustinet quando territoria sunt distincta ratione jurisdictionis, etiamsi uni superiori sint subdita, judicem unius territorii non posse citare in territorio alterius; sed hoc exequi debere per litteras subsidiales ad judicem alterius territorii datas, quibus ab eo petat, ut reum ibi existentem citet: & hanc partem probat text. *in præsenti*, *in vers. desi-* 6 *deret*, dum Romanus Pontifex asserit citationem verbalem per Henricum Imperatorem ad Robertum Regem Siciliæ missam, nullam, & invalidam esse ex eo, quod litteris subsidialibus Pontifex requisitus non fuit ad hoc ut Robertum citari faceret, qui in Regno Siciliæ domicilium suum habebat, & sic ejus ratione Imperatori non subjiciebatur; & de jure Regni sancitum est *in l.*20. *tit.*21. *lib.*4. *Recop.* & ita resolvunt Felin. *in d. cap. licèt, ult. num.*1. *cum seq. de foro compet.* Iacob. de Bellovisio *in cap. Romana*, §. *contrahentes*, *ex num.* 131. *de foro compet. lib.*6. Covar. *pract. cap.*10. *num.*7. Rebuff. *ad leges Galliæ*, *tom.*2. *tit. de litteris requisit. art. unic. gloss.*3. *num.*11. *cum seqq.* Clar. §. *fin. quæst.* 31. *n.*20. Marant. *de ordine judic. p.*6. *tit. de citat. num.*40. & 41. Gratian. *reg.*491. Suar. de Paz *in pract. tom.*1. *p.*4. *c.*2. *n.*9. Franc. Molin. *de brachio sæculari*, *lib.*2. *cap.*23. *à n.*1. *cum seqq.* D. Barbos. *in l. hæres absens*, §. *fin. num.*84. *cum seqq. ff. de judic.* Thom. Carlev. *d. disp.*2. *num.*21. *cum. seqq.* qui licèt unam & alteram retulit opinionem, nihil certi firmare videtur, Gratios. Vbert. *de citat. cap.*6. *ex num.*48.

Ad *num.* 16. & 17. Nota quod Iudices si- 7 milis fori, diverso tamen territorio degentes, litteris requisitoriis utuntur ad executionem suarum sententiarum, deprecantes auxilium alterius per litteras quas practici requisitorias, deprecatorias, aut rogatorias appellant, *l. cùm quadam puella*, *ff. de jurisdict. omn. judic. l. divo Pio*, §. *sententia Romæ*, *ff. de re judic. l. solent* 7. *ff. de custodia reorum*, *l. properandum* 11. §. *sin autem reus*, juncta gloss. *verb. ad majorem*, *C. de judic. cap. postulasti* 14. *in fine*, ubi *gloss. ult. de foro compet. cap.*1. §. *contrahentes*, *in fine*, *eod. tit. lib.*6. *l. Castella* 1. *circa med. tit.*27. *part.*3. *l.* 18. *tit.*27. *part.*3. ubi Gregor. Lop. *gloss.*5. Covar. *pract. cap.*20. *num.*2. & 3. & *cap.*11. Petr. Caball. *resolut. crimin. resolut.* 161. *ex num.*9. Ioan. Vela *de delict. cap.*6. *ex num.*10. Bobadill. *in sua politica*, *lib.*5. *cap.*2. *ex num.*36. Cevall. *de cognit. per viam violent. part.*1. *cap.*1. *n.*53. *cum seqq.* Jacob. Cancer. *var. resol. lib.* 2. *cap.*15. *per tot.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom.*2. *c.*389. *per tot.* maximè *num.*13. & 19.

Anton.Pichard. *in manuduct. ad praxim, p.2. prac.4. num.30. cum seqq.* Carleval. *de judic. lib.1. disp.2. q.1. num.13. cum seqq. & q.7. ex n.757.* Larrea *Granat. decis.82. per tot. part.2.* Fragoso *de regimine Reip. Christianæ, part.1. lib.4. disp.10.* §.1. *ex n.142.*

8 In causis criminalibus animadvertendum est, utrùm in litteris deprecatoriis, quæ per Judicem requirentem expediuntur, inserta sit quædam causæ cognitio, & saltem summaria informatio, ex qua non solùm constet de corpore delicti reo imputati, verùm etiam quod ille ejus macula sit aspersus, & quod ad requirentem de patrati criminis punitione pertineat cognitio: aliter enim Iudex requisitus pro Rei remissione, illum remittere non tenetur, nec litteris requisitoriis obtemperare. Ita glos. *verb. de more, in præsenti*, Cov. *practic. cap.11. num.8.* Decian. *in tract. crim. lib.4.c.19. num.15.* Azeved. *l.1. n.40.& 59. tit.16. lib. 8. Recop.* Carleval. *d. disp.2.q.1. n.26.* D.Barbos. *in l. hæres absens, §. proinde, in art. de foro delicti, n.74. ff. de judic.*
9 ubi optimam rationem adjecit, videlicet quod si reus remitteretur prævia causæ cognitione non adhibita, afficeretur injuria per capturam, & remissionem. Farin. *in praxi crimin. q.11. num.61. vers. limita rursus*, ubi quod Iudex debet inspicere delictum, processum, & acta, & non debet credere simplici sententiæ, Guazin. *de defens. reorum,*
10 *defens. 1. cap.16. num.8. & 9. pag.76.* ubi quod sententiæ latæ in alio territorio non exequuntur ad petitionem Iudicum, qui illas tulerunt, nisi cum cognitione causæ, & viso quod sint ritè latæ, & à Iudicibus competentibus, & præcedentibus legitimis probationibus, & quod ad id videndi sunt processus, ut cognosci possit de validitate, & justitia condemnationis, Noguerol. *alleg Iuris tom.1. alleg.12. n.43.*

11 Ad *n.20.* Pro exornatione conclusionis ex hac glossa desumptæ, quod per confiscationem Iudicis secularis non perdit quis juspatronatus, adverto eam suaderi *ex cap. quanto, de judic.* dum generaliter, & indistinctè dicit causam jurispatronatus nó posse tractari in seculari judicio: ergo nec per se, nec insimul cum bonis omnibus, vel illorum universitate: & videtur probari ex hoc text. *in vers. cùm etsi, in fine*, dum probat generalem Imperatoris sententiam non comprehendere ea jura, quæ delinquens ab Ecclesia obtinebat: ergo similiter nec juspatronatus sub generali confiscatione, sententia per secularem prolata comprehendetur, & hanc opinionem, quæ est *glossa in præsenti*, sequuntur DD. & plures ab eis relati sub *d. num.20.* quibus addo Emman. Costa *in c. si pater, p.2. verbo Trebellianica, num.7. vers.4. de testament. in 6.* Contrarium verò, imò secularem Iudicem insimul cum universitate bonorum privare posse delinquentem jurepatronatus ad eum spectante, ait *glos.1. in c. filiis,* 16.*q.7.* Abb. *n.8.* & Dec. *n.6. in d. c. quantò,* Tiraq. *in tr. Res inter alios acta, pag.6. vers. ex hoc,* Molin. *de primog. lib.1.c.24. num.29.* Pereg. *de jure fisci, lib.5. tit.1. n.72.* 12
ex ea ratione inter alias, quod per sententiam Iudicis secularis transeunt in fiscum ea omnia quæ ad hæredes extraneos transferri possunt, *gloss. ult. ad fin.* ubi communis *in l.1. C. de bonis libert. l.1. cum seqq. ff. de bonis damnat.* Sed juspatronatus transferri potest in hæredes extraneos, *c.1.* ubi communis, *de Iurepatron.* igitur & in fiscum. Facit text. *in c. ex litteris 7. & in cap. cùm sæculum 13.* ibi, *ratione fundorum*, &c. *de jurepatron.* cum similibus, qui docent vendita, donata, locata, seu per alium titulum concessa bonorum universitate, comprehendi etiam juspatronatus, quod sub illa continetur; ergo eadem confiscata per judicem secularem, id omninò dicendum videtur, quia de contractibus ad judicia valet argumentum, ex citatis per me in locis communibus, dicto loco.

Verùm ut in hac controversia veritas 13
appareat, cùm præsupposito quod sermo est de jurepatronatus, quod attenta sua institutione, & secundùm clausulas in ea appositas, in extraneos hæredes transire potest, & consequenter in fiscum, distinguendum videtur ex mente Abb. *in d. cap. quanto, n.6.* & Lambert. *de jurepatron. lib.3. art.8. q.8. à num.20.* Dec. *in cap. sedis, num.3. de rescript.* Roch. *eod. tract. de jurepatron. verb. ipse vel is, q.29. à princip.* Emman. Costa *d. num.7. in fine*, & aliorum inter juspatronatus quod est unitum, seu annexum, & cohæret alicui universitati, villæ, castro, vel etiam fundo, tanquam accessorium suo principali, vel pars suo universali; & inter illud quod nullatenus unitum, annexum, vel accessorium est, sed per se principaliter subsistit, & inter bona, seu jura delinquentis distinctum invenitur: ita ut prius illud per sententiam judicis secularis transeat in fiscum, in quem transit universitas, villa, castrum, vel etiam fundus, cui annexum, & accessorium proponitur, & in hoc sensu procedit ultima opinio, quæ sic intellecta satis probatur *in d. cap. ex litteris, & in d. cap. cùm sæculum, &* ex regul. *l. quadam 62. ff. de acquir. rerum domin. & l. in modicis 14. ff. de contrah. empt. & l. via 23. §. si fundus, ff. de servit. rustic.* posterius verò per ejusmodi sententiam 14
confiscantem non transeat, & in eo verior sit, & jure procedat prior opinio, quæ

quæ distinctio (licèt multi contradicant) admitteda videtur etiam ubi agitur de translatione jurispatronatus per venditionem hæreditatis, seu omnium bonorum, aut quemcumque alium similem contractum super eisdem celebratum, cujus distinctionis & discriminis ratio in promptu est, siquidem in priori membro juspatronatus non transit ex vi, seu virtute sententiæ confiscantis, sicut nec ex titulo emptionis, aut simili, sed ex vi unionis, & per viam accessionis, seu accessorii, juxta reg. *d. l. quædam, & reg. accessorium, de regul. Iuris lib. 6.* cum similibus: contra verò in posteriori juspatronatus non potest transire ex vi unionis, seu accessionis, quæ non proponitur, sed necessariò attendi debet jus, & virtus sententiæ confiscantis, quæ licèt generaliter proferatur in omnes res delinquentis, singulas tamen per se & distinctè existentes specie afficit, & confiscat, arg. *l. si chorus 77. in princ. ff. de legat. 3.* cum his, quæ tradit Tiraq. *in l. si unquam, in præfat. num.* 118. Quemadmodum pari ratione id ipsum dicendum est in venditione omnium bonorum, aut contractu simili, ubi juspatronatus per se principaliter existit, ac subinde sicut tale jus per se solùm à jure seculari confiscari non potest, aut vendi, vel per similem contractum transferri, ita nec generaliter, & insimul cum omnibus bonis: sic plenè componuntur opiniones, & cessant utriusque partis fundamenta.

15 Non obstat text. *in præsenti, in vers. cùm etsi*, quia inter alios intellectus, de quibus per DD. *hic*, & per Dec. *in d. c. quando, n. 6. vers. non obstat*, Aufrer. *de potest. secul. reg. 4. limit.* 21. Lambert. & Roch. *citatis locis*, & per Salzed. ad Bernatd. *reg* 401 *limit.* 2. communiter responderi solet, textum illum procedere ex eo quod in sententia Iudicis secularis facta fuit specialis mentio illarum rerum quas delinquens habebat ab Ecclesia, unde inferunt DD. id omninò dicendum fore in proposito, si sententia secularis Iudicis bona omnia confiscantis mentionem faciat jurispatronatus, ex Abb. *num. 9.* Dec. *d. vers. non obstat*, Felin. *n.* 3. & aliis *in d. c. quantò*, Aufrer. Roch. & Salzed. *ubi suprà*, secundùm quos sic limitatur doctrina gloss. *in d. cap. filius.* Sed is intellectus divinat, nec colligitur ex littera nostri text. & confundi videtur ex traditis per Dec. *cons.* 127. *num.* 3. ubi impius auctor Molin. *lit. C*, & in loco ad quem se remittit, & per Felin. *d. n.* 3. *vers. sed posito*: tum ex *reg. utile, lib. 6.* tum etiam, quia si juspatronatus, de quo agimus, transit in fiscum, ubi ejusdem mentio in sententia facta non est, non debet ejusmodi transitus impediri propter inutilem, aut vitiosam expressionem habitam in sententia, ex reg. *l.* 1. *in princ. vers. eodemque modo, C. de rei uxor. act. & c. ex p.* 14. *ibi, quamvis falsa*, & c. *de convers. conjug.* Vnde pleniùs dici potest cum Roch. *ubi suprà*, ex mente aliorum *in d. vers. cùm etsi*, in hoc nostro text. non proponi quod res quas delinquens ille ab Ecclesia obtinebat, essent annexæ & accessoriæ universitati, villæ, castro, seu fundo, de quibus in sententia agebatur, imò per se principaliter distinctæ existebant, prout in dubio præsumitur, unde unio aut annexio non probatur, atg. *l. altiùs, C. de servit.* cum aliis, & propterea nihil mirum si sententia non comprehendat ejusmodi res, prout nec comprehenderet juspatronatus per se principaliter existens inter cætera delinquentis bona, juxta suprà resoluta.

Nec similiter obstat *c. cùm Bertoldus, de re judic.* ubi juspatronatus etiam unitum & accessorium villæ quoad facultatem præsentandi non transit in creditorem, cui villa in pignus data est, sed remanet apud debitorem, qui vacante Ecclesia præsentare potuit, ut tenent plures citati in collect. ad hunc text. quia respondetur in ea specie præsentandi facultatem non transire in creditorem, quia in dubio ex verisimili mente debitoris, dum contrarium non apparet, censetur excepta, & in generali obligatione non comprehensa, juxta reg. *l. obligatione 6. ff. de pignor. & reg. l. in generali* 6. secundùm quam debitor per generalem obligationem ea tantùm videtur transferre in creditorem, quorum fructus si ab eodem percipiantur, vel restitui, vel in sortem computari possunt, cujusmodi non erat facultas præsentandi, de qua *in d. c. cùm Bertoldus.* Vnde quamvis illic in creditorem transeat facultas percipiendi solidos illos, qui patrono præsentanti solvebantur, qui restitui, vel in sortem computari poterant; facultas tamen præsentandi in dubio non transit, sed excepta censetur ut apud debitorē maneat. Quæ ratio & mens verosimilis deficit omnino ubi vēditur, donatur, locatur, vel per similē contractū transfertur villa, seu fūdus, cui juspatronatus annexū est, & accessoriū, ut *in d. c. ex litteris, & in d. c. cū seculū.* 16

17 His adde, confiscata universitate, villa, vel fundo, cui juspatronatus accedit, & annectitur, præsentandi facultatem non transire in fiscum, sed magis extingui, itaut Ecclesia, ad quam competebat, libera maneat, & absque præsentationis onere ad liberam Episcopi præsentationem pertineat, ex Card. *in Clem* 2. *q.* 8. *in fine, de jurepatron.* Sicul. & Felin. *in d. cap. quanto, num.* 3. *in princ. de judic.* & post Lambert. & alios

velut receptum probat Molin. *d. c.* 24. *n.* 27. per text. *in c. pen. vers. sacri*, ubi gloss. *de pœnis, cap. felicis, vers. si qua verò, eod. tit. in* 6. *& per text.* juncta communi explicatione contra gloss. *ibi, in c. quia clerici* 6. *de jurepatr.* gloss. *verb. eidem, in c.* 1. *eod. tit. in* 6. ubi communis, quam agnoscit Roch. *ubi suprà, n.* 54. *&* 69. Sed probabilius est juspatronatus, ac subinde præsentandi facultatem, quæ ad hæredes extraneos venire potest, etiam in fiscum in prædicta specie transire, nisi clausula aliqua in jurispatronatus institutione adjecta, vel aliquid aliud refragetur, idque in proposito agnoscere videntur DD. præcitati, qui simpliciter docent juspatronatus in fiscum transire confiscata universitate, vel fundo, cui adhæret, & in specie observant Deci. *in d. capite quando, num.* 7. & Roch. *ubi suprà, num.* 67. Nec adversantur præcitati textus, quia ut ex eisdem constat, & advertit idem Roch. & est de mente aliorum, procedunt in certis quibusdam casibus, in quibus patroni delinquunt in eandem Ecclesiam, in qua juspatronatus obtinent; tunc enim absque alia confiscatione absolutè amittunt jus illud, etiamsi principaliter & per se existat in favorem ejusdem Ecclesiæ, cui injuria irrogata est, itaut in posterum libera maneat à præsentationis onere; id quod secus est, & longè aliter se habet in nostra specie, & in illis casibus, in quibus delictum non sic committitur in Ecclesiam, in qua juspatronatus obtinetur, & confiscatur universitas, villa, seu fundus, cui juspatronatus annexum proponitur. 1

LIBER TERTIUS.

DE DECIMIS.

TITULUS VIII.

Clem. Religiosi. Cap. I.

1 POST *n.* 11. Ex hoc text. *in vers. quid si*, ibi: *ante satisfactionem condignam nullatenus absolvendi*, juncta gloss. *verb. donec, in vers. in cap. excommunicatis*, colligitur excommunicatum donec satisfecerit, per satisfactionem non absolvi, aut liberari ab excommunicatione, sed adhuc indigere nova absolutione: idem significant text. *in cap* 1. *de judic.* ibi, *donec satisfactione præmissa fuerit absolutus*, ubi notant Abb. & DD. communiter, ut per Dec. *libr.* 2. *not.* 6. & Alciat. *num.* 10. text. etiam *in capite quamvis* 58. ubi gloss. *de sentent. excommunic.* text. sic intelligendus *in capite ex litteris, de constit.* ibi, *cùm satisfactionem congruam exhibuerint, restitutionem obtineant*, scilicet mediante absolutione, *& in Clem.* 2. *de hæret.* post princ. ibi, *à qua non possint absolvi*, &c. *donec illis à quibus extorserint, plenè satisfecerint*, &c. Iuvat ratio, quia excommunicatio sub ea forma, *donec satisfeceris*, exprimit id quod tacitè inest à Iure, scilicet excommunicatum fore absolvendum, & restituendum communioni Ecclesiæ, cùm primum satisfecerit his, pro quibus excommunicationem incurrit, juxta *d. c. ex litteris*, cum similibus, sed excommunicatus purè, & simpliciter, licèt plenè satisfaciat, adhuc indiget absolutione, quam satisfactio non præstat, *c. cùm desideres, vers. cui, & vers. tertiò, c. à nobis* 28. *vers. unde, cum seq. de sent. excom. d. c. quamvis*, ergo idem dicendum est ubi excommunicatio fertur donec satisfecerit, & exprimi id quod inest, ex reg. *l.* 2. *ff. de legat.* 1. cum vulgarib. Ita tenet communis secundùm Cov. *de sponsal. part.* 2. *c.* 6. *n.* 16. *& in c. alma mater, p.* 1. §. 10. *n.* 15. *vers.* 12. *&* §. 11. *n.* 7. Nav. *in man. c.* 27. *n.* 16. Gutier. *canon. lib.* 2. *c.* 5. *num.* 7. Henriq. *in sum. p.* 2. *lib.* 13. *de excommun. c.* 19. *num.* 2. Quidquid contrariam sententiam probent Paul. & Imol. quos sequitur Cov. *d. num.* 7. Dec. *d. notab.* 6. & in Papa sub ea forma excommunicante, Alciat. *d. num.* 7. & ante omnes *glos.* 2. *in c. ult. de matrim. contract.* Pro quibus non facit quod suspensio, & interdictum sub ea forma, donec satisfeceris, per satisfactionem tollitur, & relaxatur, nec requiritur nova aliqua absolutio, aut relaxatio, ut in suspensione probat text. *in præsenti*, juncta gloss. *d. verb. donec, & in c. presbyter* 2. *in fin.* 2. *q.* 5. text. ubi gloss. *verb. emendet, in c. si qui,* 81. *dist.* & in interdicto, *c. non est vobis* 11. *de sponsal.* juncta *gloss.* 3. quia hac in re, sicut & in aliis quibusdam, differt excommunicatio major à suspensionis

&

& interdicti censura; nam ad tollendam suspensionem, vel interdictum, nullibi jure præscribitur forma certa; nec requiritur expressa absolutio, vel relaxatio, ac subinde sufficit tacita, ex reg. *l.3. ff. si cert. pet.* quæ tacita resultat ex illis verbis, suspendo, vel interdico donec satisfeceris; contra verò in excommunicatione majori præscribitur jure certa forma, juxta quam excommunicatus post satisfactionem adhibita causæ cognitione expressè absolvendus est, text. sic intelligendus *in cap. servetur, 11. quæst.* 3. ibi: *Quousque Episcopo suo visum fuerit humaniorem circa eos ferre sententiam*, &c. *d. cap. à nobis*, ibi, *absolutionis autem forma*, &c. Et propterea sicut tacita absolutio non sufficit, ita nec illa, quæ resultare videtur ex eo quod aliquis donec satisfecerit, excommunicatus est. Iuvat ratio discriminis, quam præsentis Abb. *in d. cap. 1. de judic. num.* 6. & est de mente aliorum, quia scilicet excommunicatio major multò magis nocet quàm suspensio, & interdictum, ac cæteræ omnes pœnæ Ecclesiasticæ, *cap. corripiantur* 24. *q.3.* & ex communi sententia post alios contra Medin. tradit Henriq. *d. lib. 13. c. 1. num. 3. in princ.* & excommunicatus omninò excluditur & præscinditur ab Ecclesiæ communione, efficitúrque membrum Satanæ, cui olim visibiliter tradebatur, *cap. omnis, cap. nihil, 11. q. 3.* Vnde inconveniens, & absurdum visum est Ecclesiæ, excommunicatum sic ligatum per pœnitentiam, & satisfactionem tacitè reconciliari, & absque nova absolutione restitui, & redire ad Ecclesiæ communionem, à qua erat omnino præcisus: id quod non ita contingit in suspenso, vel interdicto, qui cùm non ita sint præcisi ab Ecclesiæ communione, sed adhuc intra illam existant, minor, & sic tacita reconciliatio sufficit in eisdem.

LIBER QVARTVS.

DE CONSANGVINIT. ET AFFINIT.

TITULUS I.

CLEM. Eos qui. Cap. unic.

1 AD *num. 12.* Quod si excommunicatio, vel quæcumque alia censura, aut pœna feratur contra scienter faventes, illam contrahit is, qui contra facit, etiam ex ignorantia affectata talis pœnæ. Ita per hanc gloss. tenent Sylvest. *in sum. verb. excommunicatio 9. casu 41. num. 79.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. part. 1. lib. 4. c. 9. n. 38.* Henriq. *in sum. lib. 13. de excommun. c. 23. num. 3.* Suar. *de censur. tom. 5. disp. 4. sect. 10. n. 1.* Molin. *de Iustit. tract. 5. disp. 72. n. 13.* Layman. *in Theolog. morali, lib. 1. tract. 5. cap. 5. num. 8.* Sanch. *de matrim. lib. 9. disp. 32. n. 40.* Sed contrarium sustinent contra hanc gloss. idem Sanch. visus se tacitè retractare, *lib. 2. moral. cap. 10. num. 38.* Anguian. *de legib. lib. 4. controv. 4. n. 18.* Filliuc. *in quæst. moralib. tom. 2. tract. 22. c. 7. num. 205.* Pasqualig. *decis. 276. n. 4.* Bonacin. *de censur. disp. 2. quæst. 5. puncto 4. num. 9. & in Bullam Cœnæ, tom. 3. disp. 1. q. 2. punct. 4. num. 9.* quia verba legis pœnalis non sunt extendenda ultra proprium significatum, sed potiùs sunt restringenda, *c. odia, de reg. jur. in 6.* qui ex ignorantia affectata aliquid facit contra legem, verè non facit scienter contra legem: ergo incurrit in pœnam contra facientes scienter latam à lege.

LIBER QVINTVS.

DE HÆRETICIS.

Titulus III.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitionis Officium committi non debet nisi attingenti quadragesimum annum.*
2 *Ex moderniori Pontificio Decreto hodie sufficit attigisse trigesimum annum.*
3 *Ætas triginta annorum ad Inquisitores necessariò pro Commissariis requiritur.*
4 *Excommunicatus ob non solutum debitum, si propter paupertatem solvere non posse ostendat, absolui debet.*
5 *Excommunicationis sententia ob non solutum debitum lata, si de paupertate impotentiáque debitoris notoriè constet, nulla est.*

Clem. Nolentes. Cap. II.

1 D *num.*2. Quod Inquisitionis officium committi non debet, nisi attingenti quadragesimum annum, ultra citatos in collect. docent Ioan. Rojas *in singularibus Fidei*, *sing.* 106. *num.* 7. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 540. *num.* 8. Cardos. *in praxi Iudicum*, *verb. hæresis*, *n.*49. Mastrill. *de magistrat. lib.* 2. *c.* 5. *n.*48. Et si minori ætate quis ad hoc officium eligatur, electionem esse nullam resolvit gloss. *in præsenti, verb. committi*, ubi Anchar. *num.*2. & Zabarel. *num.*3. Moscon. *de majest. milit. Eccles. lib.*1. *p.*1. *c.*11. Homobon. de Bonis *de stabil. p.*1. *cap.*8.

2 Verùm licèt hoc de Iure communi hujus text. parùm difficultatis habeat, nihilominus ex alio Pontificio Decreto prædictum tempus coarctatum, & coangustatum extat, itaut jam hodie annum trigesimum attigisse sufficiat, ut in causis Fidei proponi quis, & ipsarum cognitionem suscipere valeat, ut per Rojas *citato loco*, Zanard. *in direct. Theolog. p.*1. *c.*6. *q.*12. Sanctarel. *de hæresi*, *c.*40. *dub.*1. Antonin. Diana *mor. resol. p.*4.
3 *tr.*8. *resol.*54. Quam quidem triginta annorum ætatem ad Inquisitores necessariam, pro Commissariis ejusdem S. Inquisitionis requiri meritò notant Peña *in direct. Inquisit. p.*3. *commento* 61. Azor. *instit. mor. p.*1. *lib.*8. *c.*18. *quæst.* 8. Molin. *de Iustit. tom.* 5. *tr.* 5. *disp.* 28. *num.*23.

Ad *num.* 20. Quod excommunicatus ob 4
non solutum debitum, si propter paupertatem se solvere non posse ostendat, relaxari, ac retractari excommunicationis sententia, absolutionísque proferri debet, ut per Paul. Castrens. *in l. si reus* 73. *num.*9. *ff. de procurat.* ubi unum singularissimum addit, excommunicatum, nisi solverit ultra mensem, licèt aliquando intra mensem solvere, non tamen circa finem potuerit, si in malitia non fuit, paupertate excusari. Mil. *in repert. verb. excommunicari non potest*, Azin. *in praxi judic.* §. 3. *c.*37. *n.* 11. Gallesf. *ad formam obligat. Cameral. de praamb. ipsius processus*, *vers. reliqua de processu ipso, quæst.*36. *num.* 24. *nova edit.* Sebast. Medices *de casib. fortuit. part.*2. *quæst.*4. *num.*20. & *in tract. Mors omnia solvit, part.*2. *num.*103. *pag.*4. *post med. vers. nonò excusatur.* Franc. Viv. *decis.*268. *num.* 6. *lib.*2. Fulv. Pacian. *de probat. lib.*1. *cap.*54. *num.*71. Pyrrh. Maur. *de solut. & oblat. cap.*88. *per tot.* & præcipuè *n.*3. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.*4. *cap.*660. *num.*9. & 10. Imò ex- 5
communicationis sententiam in hoc casu latam, si de paupertate, impotentiaque debitoris notoriè constet, nullam ipso jure esse; informandum verò si notoria mendicitas non sit, resolvunt Quint. Mandos. *in tract. de monitor. quæst.*37. *num.*8. & 10. Thesaur. *decis.*10. *num.*5. *post med.* Fulv. Pacian. *loco citato.*

De Usuris.

Tit. V.

SUMMARIUM.

1 *Fœneratores ad exhibendum suarum Codices rationum censura Ecclesiastica sunt compellendi.*

2 *Ecclesia in Iudæos circa quæ potestatem habeat, ostenditur.*

3 *Auctoritas illa*, quid ad nos de his qui foris sunt, *quomodo intelligenda.*

4 *Iudæus an sub hac Clementina contineatur, ostenditur.*

Clem. Ex gravi. Cap.I. §. Cæterùm.

1 Fœneratores ad exhibendum suarum codices rationum censura Ecclesiastica sunt compellendi, ut probat text. in præsenti. Sed an sub illius dispositione, verbis, rationeve Judæus contineatur, multùm disceptatum. In quo dubio Læl. Mancin. *disquisit. genialium, & anniversar. Iuris disput. cent.2. c.*158. non dubitare affirmat Iudæos quoque constringi ad editionem posse, qui si fortè (quod alibi negatum) inter alienigenas fœnus permittuntur accipere, ex *Deuteron. lege, c.*15. & 23. Canonica tamen censura, aliisque pœnis per sæculi Principes infligendis cohibentur ne faciant, *cap. post miserabilem, cap. quanto, de usur.* eò autem pertinet censura canonis, non ut Iudæi ipsi excommunicentur (hi enim communionem vix habent, quam amittant,) sed ut Christiani ipsi, qui cum Iudæis participant, atque ita Christianorum excommunicatio in Iudæos resultet.

2 Sed obstat quod Canonicæ leges ad animarum salutem mores efformant subditorum, quæ res convenire Iudæis, aliisque infidelibus non potest; quid enim ad nos de his, qui foris sunt? *cap. gaudemus, de divort.* At Covar. *lib.3. var. cap.3. n.9.* docet Ecclesiã non habere in Iudæos potestatem quoad illa, quæ aut spiritualia sunt, aut ad eã, quæ spiritualia non sunt, pertinet; habere tamen quoad ea, quæ politica aliqua ratione constituuntur, ut naturæ lex conservetur. Cùm itaque fœnus naturali rationi contrarium sit, Iudæis potuisse ab Ecclesia prohiberi. At hercle si cogere Ecclesia pro imperio potest laicos Principes, ut Iudæos coërceant sibi subditos, *d. cap. post miserabilem, d.c. quanto*, cur Iudæos ipsos ne fœnus exerceant, cohibere non poterit? Hinc fortè dictum, usuram crimen esse Ecclesiasticum, ac proinde etiam infideles Ecclesiasticæ legi manere obnoxios.

Non obstat auctoritas illa, *Quid ad nos de his, qui foris sunt*: respondetur enim 3 valere hoc in his, quæ Pontificis lege statuuntur ad profectum fidelium, ut intra domum, hoc est Ecclesiam, eorundem serventur. Hinc dictum benè, *Quid ad nos de his, qui foris sunt?* Usura autem quia naturali jure damnatur, propterea Ecclesiæ forum sortitur & pœnam, ut dicebatur. Et nimis durum videri posset, melioris esse conditionis Iudæos, quàm Christianos, arg. *l. non solùm, ff. de noxalib. actionib. l.3. §.1. ff. de donat. inter vir. & uxor.*

Quare idem Læl. Mancin. *d. centur.2.* 4 *cap.*159. asserit Iudæum sub hac Clementina lege contineri, quidquid contrarium credebatur ab aliquibus, eo maximè argumento, quia pœna legis, hoc est excommunicatio, ad eum non pertinet. Sed perperam, cùm si directò excommunicari non potest, possit certè per indirectum, ut loquuntur, si scilicet Christianus excommunicetur, qui cum Iudæo participet; & hac occasione quærit an vera illa positio sit, non teneri cum lege, qui non teneatur pœna legis? & tandem in fine concludit, absurdum itaque esse non teneri Iudæum lege ob id solùm quod non ei conveniat sententia excommunicationis, teneri tamen, & ad præscriptum legis edere compellitur, addita extra ordinem pœna, & quidem (si me audiat Iudex) graviori, *l. hos accusare, §. omnibus, ff. de accusat.*

PRÆTERMISSA, ET ADDITAMENTA AD COLLECTANEA IN Extravagantes communes.

IN LIBRUM PRIMUM.

DE ELECTIONE.

TITULUS I.

SUMMARIUM.

1 *Prælati ut jurisdictionis exercitium acquirere possint, non solùm requiritur provisio, sed etiam expeditio, & transportatio litterarum, & earum ostensio, & præsentatio coram Capitulo.*

2 *Episcopalis Sedes vacare dicitur donec ostensio litterarum novi provisi fiat.*

3 *Prælatus administrare non debet Ecclesiam, de qua novè provisus fuit ad nominationem Regis, donec ei faciat reverentiam.*

4 *Prælati electi, & confirmati ad editionem litterarum Capitulo præstandam tenentur antequam Prælaturæ possessionem adipiscantur.*

5 *Cardinales S. Rom. Eccles. in Episcopos, vel Archiepiscopos electi, ante ostensionem litterarum Capitulo præstandam, & ante captam possessionem jurisdictionem exercere, & beneficia conferre possunt.*

Extravag. Injunctæ I. Cap. unic.

1 AD *num.*2. Quod Prælati jurisdictionis exercitium acquirere possint, non solùm requiritur provisio, sed etiam expeditio & transportatio litterarum, & earum ostensio, & præsentatio coram Capitulo, ultra citatos *in collectan.* docent Navarr. *cap. accepta, oppos.* 8. *num.*13. *de restit. spoliat.* Rebuff. *in praxi benef. lib.* 3. *tit. de simonia in resignat. n.*31. *&* 40. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloss.*15. §.2. *ex num.*83. Nicol. Garc. *de benef. p.*5. *c.*4. §.3. *num.*251. *cum seqq.* Lotter. *de re benef. lib.*1. *q.*27. *num.*30. *cum seqq.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.*127. *ex num.*47. Fragoso *de regimine Reip. part.*1. *lib.*4. *disp.*10. §.2. *num.*154. *vers. & probatur de Ecclesiasticis*, me citato in hoc loco, Pareja *de universa instrumentorum edit. tit.*2. *resolut.*3. *num.*7. ubi *num.*8. cum Didaco Perez tenet, quod donec ostensio litterarum fiat, adhuc Episcopalis Sedes vacare dicitur, itaut de illa provisus jurisdictionales actus interim exercere nequeat, nec illi tanquam Prælato obediendum sit: & *à num.*9. *cum seqq.* multis auctoritatibus probat, non debere Prælatum administrare donec Regi faciat reverentiam, & refert practicam & stylum editionis litterarum, quam faciunt Prælati in Regio Consilio Cameræ, & executorialium, quæ conceduntur pro exequutione litterarum Apostolicarum. 2

Ad *num.*5. Quod hic textus, quatenus arctat Prælatos electos, & confirmatos ad editio 5

editionem litterarum Capitulo præstandam antequam Prælaturæ possessionem adipiscantur, non comprehendat S. R. E. Cardinales in Archiepiscopos, vel Episcopos
5 electos, itaut illius dispositione non obstante possint conferre beneficia & jurisdictionem exercere ante captam possessionem, & ostensionem litterarum, & ultra per me citatos, idem tenent Bellencin. *in tract. de charitativo subsidio, q.66.* Selv. *de benef. p.2. q.3. n.46. vers. octavum privilegium*, Melch. Lotter. *de re benefic. lib.1. q.27. n.32.* Anton. Diana *moral. resol. p.5. tract.2. de dignit. & privileg. Cardinal. resolut.47.* quos refert me citato in hoc loco, Pareja *d. tit.2. resolut.3. num.25.* licèt ipse *à num.27. cum multis seqq.* contrarium de Iure verius esse ostendere nitatur.

De Majoritate, & obedientia.

TIT. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Auctoritas Evangelii circa duos gladios, quomodo intelligenda, ostenditur.*

2 *Gladius temporalis ultra spiritualem an sit in Ecclesia.*

Extravag. Unam sanctam. Cap. I.

1 POST *num.2.* in text. ibi, *Ecce gladii duo hic in Ecclesia*, &c. de auctoritate Evangelii circa duos gladios, quam Pontifex hic expendit inter alia, vide Abb. *à num.11.* Dec. *num.7.* Sicul. Felin. & Alciat. *n.30.* Quintin. *in repet. à num.63.* Navar. *in cap. novit, de judic. notab. 3. num.139.* Castald. *de Imper. quæst.50. num.22. cum seqq.* Cov. *in reg. peccatum, p.2. §.9. n.7. vers. tertiò*, Duaren. *lib.1. de sacris Ecclesiæ minist. cap.4.* Igne. *in tract. An Rex Franciæ recognoscat Imperatorem, n.125.* Cardin. Bellarmin. *in controvers. Catholicis, controvers.3. lib.5. de potestate Pontificis temporali, cap.5. in princ. vers. secundò, & in cap.7. vers. item potest*, Peña *in direct. Inquisit. p.1. super hanc Extravag. comment.8.* Antonin. Diana *moral. resolut. p.1. tract.1. resolut.122.* Molin. *de Iustit. tract.2. disp.29. col.3. vers.4. & col. pen.* mihi videtur ex mente communi, præsertim noviorum, Pontificem hic ex sententia S. Bernardi, à quo accepit, *lib.4. de consid. ad Eugenium*, totum esse in ostendendo quod ultra gladium spiritualem temporalis etiam est in Ecclesia, non quod sit 2
eo modo, quo spiritualis existit, sed indirectè, & minùs principaliter, quatenus id exigit finis supernaturalis, & in ordine ad bonum spirituale, ut tenet communis, quam multis latè probavi *de officio, & potestate Episcopi, part.1. tit.3. cap.2. à num.29.* in quem sensum docet Pontifex spiritualem esse superiorem, temporalem verò inferiorem, & illi subjectum: insuper illum ab Ecclesia, hunc verò pro ea, idest, pro conservatione ejusdem, & in ordine ad finem supernaturalem fore exercendum, ut satis explicant verba text. ut advertunt præcitati, & colligitur ex *Extravag. meruit, de privileg. inter commun.* Quidquid aliter hanc nostram Extravagantem intelligant alii *in d. cap. novit*, & nonnulli citati per relatos suprà, dum existimant Pontificem in præsenti tanquam veritatem Catholicam declarasse, utrumque gladium esse apud Romanum Pontificem, & Imperium ab eodem haberi, contra quam declarationem Ludovicus Imper. constitutionem promulgavit, qua majestatis reos facit, & condemnat eos, qui dixerint Imperium à Pontifice haberi, ut per Alber. & alios relatos à Dec. *d. num.7. versic. sed*, Duaren. *ubi suprà*, & Castald. *d. loco, à num.3.* & fortassè, quia multi olim sic putabant diffinitum esse à Bonifacio *in hac Extravag.* & supposita eorum opinione emanavit *dict. Extravagans Meruit*, quæ velut privilegium, seu beneficium constituit, Regem Galliæ post hanc Extravagantem non magis subjici Pontifici, quàm ante illam subjiceretur. Auctoritas verò Evangelii, *Lucæ 22. Ecce duo gladii*, &c. & ibi, *satis est*, &c. in sensu litterali explicatur à Theophylacto & Patribus, ut per Cardin. Bellarmin. *d. vers.2.* Caietan. *in ientaculo 1. quæst.2. vers. ad hanc, & vers. ad objecta*, Iansen. *in concord. cap.133. ad fin.* Ioan. Suarez *Episcop. Conimbricen. in Lucam, tract.254.* quanvis Pontifex in hac Extravaganti in sensu mystico eandem auctoritatem adducat.

LIBER

LIBER TERTIVS.

DE REBVS ECCLESIÆ NON ALIENANDIS.

TITULUS VI.

SVMMARIVM.

1 *Arbores fructiferas cædere non licet conductori, emphyteutæ, vel usufructuario.*

2 *Arbores infructiferas cædere non licet conductori, vel emphyteutæ, si tales sint quæ excisæ non renascantur.*

3 *Pinetum non licet conductori, vel emphyteutæ cædere, quia semel cæsum nunquam renascitur, nisi esset destinatum ad cædendum.*

4 *Conductor ad longum tempus, & emphyteuta arbores scindendo, quæ non renascuntur, possunt expelli, & jure suo privari.*

5 *Emphyteuta, conductor, fructuarius, & similes ex radice scindere non possunt arbores fructiferas.*

6 *Conductor scindere potest ramos, frondes, palos, pedamenta, & arbores siccas, vel tempestate, aut vi ventorum avulsas, dummodo ista faciant proprii tantùm usus gratia.*

7 *Arbores ex sylva, vel nemore cadi possunt à conductore pro refectione fundi, vel etiam domus ad culturam destinatæ.*

8 *Conductor arbores in casibus permissis cadere poterit proprii tantum usus gratia, & in casu necessitatis.*

9 *Conductores, & emphyteutæ, seu usufructuarii sylvam extirpare, & ad culturam reducere non possunt.*

10 *Colono, emphyteutæ, vel fructuario non licet sylvæ formam mutare, etiamsi ex mutatione res efficeretur melior.*

11 *Sylva cadua illa dicitur quæ cadi solita est, & succisa rursus ex radicibus, vel stirpibus renascitur.*

12 *Rector qui alienat res Ecclesiæ absque solemnitatibus hîc signatis, manet ipso jure beneficio privatus.*

13 *Sententia requiritur ad hanc privationem inducendam.*

14 *Alienatio si sit utilis Ecclesiæ, Rector Ecclesiæ, qui eam fecit, immunis manet à pœna privationis beneficii.*

Extravag. Ambitiosæ. Cap. unic.

AD *num.* 27. Certissima regula 1
est, conductori, emphyteutæ, vel fructuario, non solùm arbores fructiferas cædere non licere, *l. in fraudem*, §. *conductor, ff. de jure fisci*, juncta doctrina Ias. *in l. divortio*, §. *si fundum*, *n.* 2. *ff. soluto matrim.* & quæ resolvunt Ioseph. Ludov. *Perus. decis.* 94. *part.* 2. Menoch. *consil.* 130. *num.* 4. Anguisola *cons.* 99. Cavalcan. *decis.* 44. *n.* 72. *in princ. p.* 1. Cephal. *cons.* 139. *num.* 15. *lib.* 1. Bursat. *cons.* 91. *num.* 3. *lib.* 1. Mich. Graff. §. *legatum*, *q.* 33. *in princ.* Ioan. Garc. *de expens. cap.* 11. *num.* 31. & 32. Mieres *de major. part.* 4. *quæst.* 39. *num.* 5. Vincent. Carot. *de locato & conducto, gradu* 4. *accidentium, q.* 7. *n.* 6. & 12. *fol.* 191. D. Barbos. *in l. divortio*, §. *si fundum*, *n.* 17. & 18. *ff. soluto matr.* Castill. *de usufructu*, *cap.* 25. *num.* 1. *cum seqq.* 2
Ciarlin. *controvers. forens. cap.* 2. *per tot.* & *cap.* 51. *à princ.* Sed nec etiam infructiferas, si tales sint quæ excisæ non renascantur. DD. *in d.* §. *si fundum*, Bald. *cons.* 290. *dub.* 2. *lib.* 2. Ut in pineto, quia semel cæsum nunquam renascitur, Mieres *d. tract. de major. in initio*, 3
p. 2. *num.* 30. Gama *decis.* 104. D. Barbos. *in d.* §. *si fundum*, *num.* 3. Guttier. *de tutel. p.* 3. *cap.* 27. *num.* 6. Castill. *d. c.* 25. *num.* 52. nisi esset destinatum ad cædendum, Paul. de Montepico *in l. Titia cùm test.* §. *Titia cùm nuberet*, *q.* 36. *num.* 128. *ff. de legat.* 2. Curt. sen. *cons.* 71. *col. pen.* Natt. *cons.* 601. *num.* 6. *lib.* 3. Gama *d. decis.* 104. Cavalcan. *de usufructu mulieri relicto*, *n.* 146. & *d. decis.* 44. *num.* 52. *p.* 1. Vincent. Carot. *de locato & conducto*, *q.* 7. *n.* 20. & 21. *fol.* 191. Castill. *d. cap.* 25. *n.* 6. idque ex consuetudine, & usu probandum, *l. item si fundi* 10. §. *fin. ff. de usufructu*, Paul. de Montepico *d. quæst.* 36. *n.* 130. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 2. Graff. §. *legatum*, *q.* 33. *in fine*, *versic. unum tamen nota*, Castill. *d. cap.* 25. *num.* 29. 30. & 31.

Vnde

4 Vnde conductor ad longum tempus, & emphyteuta, & alii jus utile in re habentes, possunt expelli, & jure suo privari, quia dicuntur proprietatem deteriorare tales arbores scindendo, quæ non renascuntur, *l.in fraudem*, §. *conductor*, ubi Dyn. & Bart. *ff. de jure fisci*, Alex. *cons.* 118. *num.*7. *lib.*5. Barbat. *cons.* 36. *dub.*2. *n.*13. *lib.*2. Cæpol. *de servit. rust. cap.*23. *n.*14. & est communis opinio, ut dicit Ias. *in d.* §. *si fundum*, *n.*2. Roland. *cons.* 49. *n.*14. *lib.*2. Natt. *cons.* 477. *n.*7. D. Barbos. *in d.* §. *si fundum*, *n.*3. & 10. Ex radice tamen scindere non possunt arbores fructiferas emphyteuta, conductor, fructuarius, & similes; etiamsi cæsæ renascantur, Bart. Bald. Alex. Ias. *n.*2. D. Barbos. *n.*10. 14. & 18. *in d.* §. *si*
5 *fundum*, Bald. *cons.* 290. *dub.*2. Cæpol. *de servit. rustic. c.*22. *q.*8. Clar. § *emphyteusis*, *q.*26. Tiraq. *de retractu convent.* §. 3. *gloss.* 1. *n.*24. Corbul. *de causis privationis ob deteriorationem*, *n.*2. Redoan. *de alienat. rerum Ecclesiæ*, *q.*79. *c.*7. *n.*3. Guttier. *de tutel. p.*5. *c.*27. *n.*15. Castill. *d. cap.*25. *n.*28.

6 In vim conductionis potest conductor scindere ramos, frondes, palos, pedamenta, & arbores (quas vulgò vocanr germinales, juxta radices nascentes) item arbores siccas, vel tempestate, vel vi ventorum evulsas; & ad comburendum, & ad carbonem faciendum, dummodo ita faciant proprii tantum usus gratiâ, *l. item si fundi*, §. *fin. l. ex sylva, in fine, cum l. seq. ff. de usufr.* Paul. de Montepico *d. loco*, *n.*128. Malvas. *cons.* 38. *n.*6. & 17. *lib.*1. Corbul. *d. tit. de causa privationis ob deteriorat. n.*29. Redoan. *d. q.*79. *cap.*7. *n.*7. 16. & 21. D. Barbos. *in l. si fundum*, *n.*6. 12. & 13.
7 Castill. *d. c.*25. *n.*22. Sic etiam pro refectione fundi, vel etiam domus ad culturam destinatæ possunt aliquando arbores ex sylva, vel nemore cædi, non tamen ad refectionem domus ad culturam non destinatæ, & multò minus ad ædificandum de novo, ut ex Paulo de Montepico *d.* §. *fin. n.*118. & Molin. *de primog. lib.*1. *c.*22. *n.*6. tradit D. Barbos. *in d.* §. *si fundum*, *n.*14.

8 Quinimò nec ad prædictos fines uti poterit conductor, nisi proprii tantum usus gratia, & in casu necessitatis, quando scilicet aliunde non habeat, & non aliàs, *l. Proculus*, §. *si arbores*, *l. arboribus*, *ff. de usufructu*, Paul. de Montepico *ubi suprà*, *n.*128. *vers. tertiò limita*, Alban. *cons.* 55. *n.*7. Malvas. *cons.* 38. *n.*5. & 24. *lib.*1. Molin. *de primog. lib.*1. *c.*22. *n.*6. Ioseph. Ludov. *Perus. decis.*5. *n.*6. *in princip.* Cavalcan. *de usufr. mulieri relicto*, *n.*157. *in fine*, Guttier. *de tutel. p.*3. *c.*27. *n.*21. D. Barbos. *in d.* §. *si feudum*, *n.*13. *vers. neque obstant*, & *n.*14. 21. & 25. Castill. *d. c.*25. *n.*8. & 23.

Non possunt conductores hujusmodi, nec emphyteutæ, seu usufructuarii sylvam extirpare, & ad culturam reducere, aut ei formam mutare, nec de nemore in pratum, nec de prato in agrum, vel in culturam convertere. Ita Bald. *in l.* 1. *n.*11. *C. de jure emphyt.* & *ibi* Ias. *num.*99. Bero. *cons.* 124. *n.*2. & 4. *lib.*1. Beltram. *cons.* 73. *lib.*10. Rimin. sen. *cons.* 94. *n.*51. & *cons.* 430. *n.*29. Rebuff. *in l. sylva cædua* 30. *vers.* 10. *non potest*, *ff. de verbor. signif.* Molin. *de primog. lib.*1. *c.*22. *n.*7. Redoan. *de alien. rerum Eccles. q.*79. *c.*7. *n.*4. Corbul. *de jure emphyt. causa* 13. *de privat. ob mutatam rei formam*, *num.*1. D. Barbos. *in d.* §. *si feudum*, *n.*20. & nuncupatim in colono tradunt Vincent. Carot. *de locato & conducto*, *in* 4. *gradu accidentium*, *q.*7. *n.*26. & 27. *fol.*121. Castill. *d. cap.*25. *n.*14. & 15. Quod adeò verum est, ut 10
nec liceat colono, emphyteutæ, vel fructuario sylvæ formam mutare, etiamsi ex mutatione res efficeretur melior, pretiosior, utilior, vel majoris redditus, *l. hactenus* 8. §. *fin. cum l. seq. l. usufructuarius novum* 51. *l. æquissimum* 17. §. *fructuarius*, *ff. de usufr. l. fin. ff. de usu*, & *habit.* Corbul. *de jure emphyt. causa* 10. *n.*2. & 3. Vincent. Carot. *de locato & conducto*, *in* 4. *gradu accidentium*, *q.*7. *n.*26. *fol.*191. D. Barbos. *in d.* §. *si fundum*, *n.*20. Castill. *d. c.*25. *n.*14. & 15.

Quæ limitantur in sylva cædua, hæc enim 11
ut talis dicatur, non sufficit quod cædi consueverit, & quod in hoc habeatur ut cædatur, nec sufficit quod succisa renascatur, sed utrumque copulativè requiritur, nempe quod ad hoc habeatur ut cædatur, & cædi consueverit, & illius utilitas in hoc consistat quod cædatur, & quod succisa rursus ex radicibus, vel stirpibus renascatur, ut præsupponitur *in d. l. sylva cædua* 30. *ff. de verbor. signif.* Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis mat. p.*5. *num.*59. Molin. *de primog. lib.*1. *cap.*22. *n.*2. Ioan. Garcia *de expens. c.*11. *n.*31. Guttier. *de tutel. p.*3. *c.*27. *n.*2. & 5. Castill. *d. c.*25. *n.*25. & 41.

In text. ibi, *Ipso facto privati existant*, &c. 12
Probat hic text. Rectorem, qui alienat res Ecclesiæ absque solemnitatibus hic signatis, manere ipso jure beneficio privatum, ad quod sententiam requiri, quia actione externa indiget hæc pœna; volunt communiter DD. inter quos Nav. *in man. c.*27. *n.*150. 13
Iacob. de Graff. *in aureis decis. lib.*2. *cap.*11. *num.*41. Suar. *de legib. lib.*5. *cap.*8. *num.*10. & 14. Salas *eod. tract. disp.*15. *sect.*2. *num.*26. & 46. Bonac. *in simili tract. disput.* 1. *q.*1. *puncto* 7. §. 2. *n.*16. Sanch. *in præcepta Decalogi*, *lib.*2. *cap.*22. *num.*10. à qua pœna esse 14
immunem, dum alienatio est utilis Ecclesiæ, resolvunt Filliuc. *in quæst. moralib. tom.*1. *tract.*14.

*tract.*14. *c.*7. *q.*6. *n.*119. *& tract.*16. *c.*9. *n.*126. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *c.*6. *sect.* 2. *n.*66. *&* 70. prout eum refert Diana *moral. resol. p.* 1. *tr.* 8. *resol.* 77. *vers. sed hæc dicta.*

LIBER QUINTUS.

DE CRIMINE FALSI.

TITULUS VI.

Extravag. Spondent. Cap. unic.

1 OST *num.* 1. adde: Chymica ars licèt physicè defendi possit, moraliter tamen improbatur, nam licèt aurum verum ex ea produci possit quoad externas qualitates, ut sustinet Albertus Magnus, Anton. Mirandul. Benedict. Pereira, Martin. Delrius, Franc. Suarez, & Raph. de la Torre, quos refert Torreblanca *de jure spirit. lib.* 11. *c.* 4. *num.* 11. contra Tostat. Palat. Chassan. Peñam, Binsfel. & alios citatos ab ipso Torreblanca *d. loco, n.* 10. Nihilominus quoad intrinsecam auri perfectionem ferè nunquam pertingit, & ita contingit, ut licèt hac in re multùm chymici elaboraverint, & in veri auri productione acerrimis studiis, ac incredibili diligentia, & cupiditate incubuerint, nemo tamen adhuc fuit præter unum, aut alterum, quem liquidò constet verum aurum produxisse, cæteri autem decepti sunt, & cum magna sui jactura se, & artem diffamarunt; quare eos ut mendaces, fallaces, & vanitatis amatores, ac Reip. noxios damnavit Ioannes XXII. *in præsenti.* Ita Torreblanca *d. lib.* 11. *cap.* 4. *num.* 47. *cum seqq.* hac de re novissimè Machado *en su perfetto Confessor y cura de Almas, lib.* 2. *p.* 3. *tract.* 7. *docum.* 2. *n.* 4. Hispano idiomate sic loquitur. *Acerca del arte alquimica con laqual se enseña modo de convertir qualquiera metal en oro ò plata, algunos Autores son de parecer, que es arte vana y supersticiosa, porque juzgan por impossible que naturalmente si pueda hacer semejante transmutacion. Y assi aunque el arte alquimica sea buena y provechosa para las distilaciones y otras cosas, en quanto à convertir los metales en oro, es muy perniciosa à la Republica, porque esso es tan difficil que aunque sea possible, se deve juzgar con razon por impossible moral, y que excede las fuerças humanas, y tambien es ocasion de muchos engaños, y de que el demonio se entremeta en ella. Per loqual con gravissimas palabras y penas la proibe Iuan XXII. Però no obstante lo dicho, la mas probable opinion es que de suyo no viene a ser supersticiosa la arte alquimica, sino natural y possible, y que el uso della es licito, loqual con fortissimos argumentos, y Doctores graves prueva el Padre Delrio,* &c.

PRÆTER

PRÆTERMISSA, ET ADDITAMENTA AD COLLECTANEA IN Decretum Gratiani.

SUMMARIUM.

1 *Canones in volumine Decreti inserti vim obligandi non habent.*

2 *Dicta Sanctorum Patrum an & quando habitura sint in Ecclesia universali vim legis? ostenditur.*

3 *Sanctorum dicta quando prævaleant scriptis Pontificum.*

4 *Opinio quæ prævalere debet quando SS. Patres inter se contrarii sunt?*

5 *De Palea agit Boët. Epo.*

In Procemium.

1 D *num.*4. Quod Canones in hoc volumine inserti vim obligandi non habeant, ultra relatos *in collectan.* docent Fr. Emman. *qq. regularium tom.*2. *q.*6. *art.*2. Suar. *de legibus, lib.*4. *c.*5. *n.*5. Granados *in* 2. *part. S. Thomæ, controvers.* 3. *p.*1. *disp.*3. *sect.*7. *n.*17. P. Anton. Dian. mei amicissimus, cui plurimùm debent omnes moralis Theologiæ studiosi, *in resolut. moralib. part.*3. *tract.*6. *resol.*16. Machado *en su perfetto Confessor y Cura de Almas, tom.*1. *lib.*3. *p.*4. *tract.*2. *docum.*3. *n.*1. latè Anguian. *de legib. lib.*2. *controv.* 29. *à n.*4. ubi refert hunc librum nullibi reperiri per Ecclesiam approbatum, & ideò vel nullam, vel parvam auctoritatem habere.

2 Ad *num.*7. An & quando dicta Sanctorum Patrum habitura sint in Ecclesia universali vim legis? vide latissimè disputantem Anguian. *d. lib.*2. *controv.*29. *n.*18. *cum seqq.* ubi *n.*19. resolvit dicta Sanctorum, quæ recepit, & approbavit Gelasius, cujus testimonium refertur *in c. Sancta Romana*, 15. *dist.* in Ecclesia universali auctoritatem habere, tam in rebus pertinentibus ad Fidem, quàm in spectantibus ad mores; idque non aliter quàm deficientibus Canonibus: limitat tamen ibidem *n.*22. dummodo dicta Sanctorum non fuerint retractata, *& n.*23. dummodo etiam decisionibus Summorum Pontif. contraria non sint, *& n.*31. declarat Sanctorum dicta prævalere adhuc posse scripris Pontificum, ubi Sanctorum dictum fundatũ fuerit aliqua auctoritate, aut testimonio novi, sive veteris Testamenti, quo casu auctoritas Pontificia existens in contrarium non solùm recipienda non erit, sed respuenda omnino: *& n.* 35. ostendit quænam prævalere debeat sententia inter ipsos SS. Patres secum dissidentes, diversasque, immò contrarias foventes opiniones. 3 4

Ad *n.*9. *in fine.* Adde Boët. Epo *de jurisd. Eccles. tempor. q.*3. *n.*31. *pag. mihi* 101. hac de re sic dicentem: *Quanquam ego subinde joco quidem, sed fortassis verè solebam dicere paleas apud Gratianum nostrum sic à leguleiis quibusdam glossulariis fuisse vocitatas, atque prænotatas, non quòd à Gratiano capitula illa per se præclarissima fuissent prætermissa, sed quòd ad loculos, & farinas, vel panem lucrandum, quem vocant, non multùm facerent, ac literalem duntaxat antiquitatis Ecclesiasticæ scientiam continerent, à practicis istis parum curatam, ideoque nec glossulis per illos vestitam, quibus istud est in ore semper,* 5

Ex istis paleas, ex illis collige grana.

DISTINCTIO I.

CAP. Ius generale II.

1 AD *finem text.* Adverte quod licèt per gloſſam *in præſenti*, *verbo jus generale*, aliqui teneant dari poſſe legem aliquam, cujus ratio ſit ſola voluntas Principis, ex quorum numero ſunt Dec. *in rubr. de Conſtitut. lect.* 1. *num.* 11. Felin. *in cap. ſi quando, num.* 11. *de reſcript.* Tiraquel. *in præfat. retract. num.* 75. Nihilominus contrarium verius eſt, & dicendum inſigni errore lapſam eſſe hanc gloſſam, ut præter Alphonſ. de Caſtro *in collect.* citatum, tenent poſt Sanctum Thomam 1.2. *quæſt.* 90. *art.* 1. *ad* 3. Sot. *de Iuſtit. lib.* 1. *q.* 1. *art.* 1. *col. pen.* Menchac. *lib.* 1. *controverſ. illuſtr. c.* 40. latè Anguian. *de legib. lib.* 1. *controv.* 4. *per totam*, & præcipuè *à num.* 6. ubi evidenti ratione id ſuaderi ſic probat. Etenim ſi lex eſt ordinatio rationis, nullo pacto dici poſſe videtur, ſolam voluntatem legiſlatoris pro ratione ſufficere: alias enim ſequeretur quod ceſſaret, atque deficeret omnino prædicta ordinatio, ac per conſequens non eſſet lex: igitur niti non poteſt ſola Principis voluntate, imò ulterior ratio deſideratur, quæ legem ipſam foveat, atque juſtificet.

SVMMARIVM.

1 *Mos eſt longa conſuetudo, de moribus tantummodò tracta.*
2 *Conſuetudo accepta non differt à more.*
3 *Mors frequentiam ſignificat, & multiplicationem in actibus.*
4 *Conſuetudo eſt jus, quod moribus inſtitutum eſt.*
5 *Mores aliquando diſtributivè, aliquando collective ſumuntur.*

CAP. Mos eſt IV.

1 MOs, inquit Iſidor. *in præſenti, eſt longa conſuetudo de moribus tantummodò tracta.* Ex qua definitione moris videtur deduci conſuetudinis definitio; nam idem per idem definitur, mos videlicet per conſuetudinem illam, quæ de moribus trahitur: conſuetudo rurſus per morem, *in cap. conſuetudine, hac diſt.* Unde oritur diſſenſio inter ſcribentes, an ex more conſuetudo fiat, an ex conſuetudine mos: ad cujus reſolutionem adverto cum Læl. Mancin. *diſquiſit. genial. & anniverſar. juris diſput. cent.* 2. *c.* 107. conſuetudinem & juris, & facti nomen eſſe: juris, quo ligamur volente lege, ſi requiſita accedant legis: eſſe & facti nomen, & quidem primam eam ſignificationem ejus nominationis eſſe, ut factum ſignificet, ſic enim ſcribit Iſidor. *in d. c. conſuetudo*: vocatur autem conſuetudo. Ut facti eſt, nihil aliud denotat, quàm ſimilium actuum frequentiam, ſeu actionem pluries à populo repetitam: nec tunc diſtinguere oportet, an vitioſa iſta conſuetudo ſit, vel non; an rationabilis, vel irrationabilis; hæ enim diſtinctiones conſuetudini conveniunt, prout jus eſt, non prout factum: ſic autem accepta conſuetudo non differt à more; nam 2
& mos frequentiam ſignificat, & multiplicationem in actibus, ſicut & uſus; eo tamen 3
diſcrimine, quod uſus de ſingulis actibus etiam dicitur; mos autem de ſola actuum frequentia.

Quibus præhabitis, definitiones ab Iſi- 4
doro traditæ, & facillimè explicantur, definitionis conſuetudinem jus eſſe, quod moribus inſtitutum eſt: moribus, hoc eſt actuum frequentia & multiplicatione, ut ſic conſuetudo differat à moribus, quaſi jus à facto. Morem quoque definit, ut ſit conſuetudo, hoc eſt actuum frequentia; nam conſuetudinis nomine niſi factum intelligere non potuit, cùm mos etiam in facto conſiſtat: denique nomen moris explicat non per genus aliquod, ſed per aliud nomen conſuetudinis: ſed cur addit deinceps, *de moribus tantummodo tracta?* Quid eſt, quod ait *moribus?* Quid rurſus, quod ait
tantummodò? Explicat ſic Mancinus *citato* 5
loco. Mores aliquando diſtributivè ſumuntur, aliquando collectivè, prout conſtituunt morem illum, quem conſuetudinem dicimus in facto conſiſtentem: eſt itaque mos conſuetudo *tracta de moribus*, hoc eſt, de ſingulis actibus liberis, & moralibus. Additur *tantummodò*, ut excludantur actus, qui ex legibus ſcriptis exercentur, licèt & ipſi mores appellari poſſint, cùm interdum lex appellatione moris nuncupetur, ut *in princ. & c.* 1. *hac eadem diſt.*

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo eſt jus quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſervatur.*
2 *Conſuetudo alia contra legem, alia ſecundum legem.*
3 *Conſuetudinis munus eſt, ut legem interpretetur.*

CAP.

Cap. Consuetudo V.

1 AD *num.* 1. Consuetudo est jus quoddam moribus institutum (ait Isidorus) quod pro lege servatur, cùm deficit lex: ex quibus verbis videtur sequi, nullam aliam consuetudinem esse, quàm præter legem, cùm & sit consuetudo contra legem, & secundùm legem, licèt nonnulli,
2 quos approbat Connan. *comment. lib.* 1. *capite* 10. *num.* 9. existimaverint non esse consuetudinem contra legem, sed desuetudinem. At veriùs Lælius Mancinus *disquisit. genialium, & anniverſ. juris disputat. centur.* 2. *cap.* 118. ait desuetudine abrogari legem, & contraria consuetudine, quæ tunc haud malè defecisse dici potest. Consuetudo verò, quæ secundùm legem est, magis videtur confirmatio, & obedientia juris, quàm jus, & sic veram consuetudinem non esse, sunt qui tenent. Mancinus verò *citato loco*, hanc quoque consuetudinem verè esse, & ab Isidoro definitam fuisse affirmat. Consuetudinis istius munus est, ut
3 legem interpretetur, *l. si de interpretatione, ff. de legib.* eam tamen, in quam dubitatio incidat talis, ut eam non possit Iurisconſ. æquitate explicare; tunc enim sola consuetudo, aut Principis auctoritas auferre dubitationem potest, *l. penult. C. de legib.* Ulteriùs quærit idem Mancinus, an idem, quod servatur vigore legis ambiguæ, videatur servari in vim legis, an in vim consuetudinis? Et se credere ait, in vim consuetudinis, ut apertè loquitur Callist. *in l. nam Imperator, ff. de legibus*: ergo quasi consuetudo servatur, non quasi lex.

Distinctio II.

Summarium.

1 *Constitutionis nomen strictè pro Principis lege designatur.*

2 *Constitutionis appellatio ad omne jus scriptum facilè recurrit, sive Supremi Principis illud sit, vel inferioris.*

3 *Consuetudo est partim redacta in scriptis, partim moribus utentium servata.*

4 *Consuetudo redacta in scriptis, constitutio, sive jus vocatur.*

5 *Constitutionis nomen generalius est quàm legis.*

Cap. Constitutio IV.

ISIDORUS presſiùs acceptum Constitutionis nomen pro Principis lege designat in præsenti; his verbis: *Constitutio, vel edictum est, quod Rex, vel Imperator constituit, vel edicit.* Quidam legunt cum taxativa, quod Rex, vel Imperator tantummodo constituit, vel edicit: ex quo colligitur, propriè, & strictè Imperatoris legem Constitutionis nomine appellari; Regis autem propriè edicti. Habuit verò Isidorus unde eo modo definiret: & Justinian. *in* §. *sed & quod Principi, Inſtit. de jure naturali*, de Principum placitis: Hæ sunt, ait, quæ Constitutiones appellantur: & Vlpianus de eisdem *in l.* 1. *ff. de Constitut. Principum*, hæ sunt quas vulgò Constitutiones appellamus. 1

Largiùs verò dicta constitutionis appellatio ad omne jus scriptum facilè recurrit, sive Supremi Principis illud sit, vel inferioris, *leg. Consuetudo*, §. *cùm itaque*, 1. *distinct.* ubi Gratianus post Isidorum: Apparet, inquit, quod consuetudo est partim redacta in scriptis, partim moribus tantùm utentium reservata: quæ in scriptis redacta est, constitutio, sive jus vocatur, & sic omne scriptum jus Constitutionis nomine appellarunt: quin & Isidorus *in cap. lex, distinctione* 1. definiens legem quamlibet: *Lex*, inquit, *est constitutio scripta*; quasi verò Constitutionis nomen generalius sit, quàm ipsiusmet legis, nec dubium eò usque diffundi ac dilatari, ut & inferiorum quorumcunque ordinationes suo ambitu contineat, veluti Legatorum, Canonicorum, Doctorum, Civium, &c. *cap. ultimo, de officio Legati, cap. cùm M. cap. cùm omnes, c. quæ in Ecclesiarum, cap. ex litteris, de Constit.* Et hæc quidem resolutio frequens, ut Constitutio propriè legem significet supremi Principis, hoc est Imperatoris; impropriè verò leges alias quaslibet, seu decreta. Vide Lælium Mancinum *disquisit. genialium & anniverſ. juris disputat. cent.* 2. *cap.* 148. *pag.* 370. *& sequenti.*
2 3 4 5

SVMMARIVM.

1 *Sexagenarii homines, & quinquagenariæ fœminæ lege Regia à matrimoniis retrahebantur.*

Cap. Quædam etiam leges VI.

1 AD *num.* 3. Quod ſexagenarii homines, quinquagenariæ fœminæ lege Papia, ſive Papea, ut alii legunt, teſte Tiraquel. *in leges connubiales, gloſſ.* 1. *part.* 6. *numero* 20. à matrimonio retrahebantur, teſte Vlpiano *in fragmentis, tit.* 17. *de ſolidi capacitate inter virum & uxorem*, cujus meminere Lactantius Firmianus *libro* 1. *de falſa relig. cap.* 16. Alexand. ab Alexandro *dierum genialium libro* 4. *capite* 21. Briſſon. *lib. de jure connub. fol. mihi* 32. Tiraquell. *in dicta lege* 6. *num.* 20. Paul. Pariſ. *conſ.* 29. *num.* 1. *volum.* 2. Læl. Biſciola *horarum ſucciſivarum lib.* 10. *cap.* 15. Didac. Medrano *de conſenſu connubiali, capite* 5. *num.* 1. *ad fin.* Stephanus Forcatulus *in capite* 5. *Iuriſperito, cap.* 15. *num.* 5. Petrus Gregorius *ſyntagmat. juris lib.* 9. *cap.* 6. *num.* 3. Matth. Coler. *de alimentis, lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 24. Anton. Faber *in Iuriſprudentia Papin. tit.* 9. *principii, cap.* 3. *illat.* 3. Ioan. de Pareja *in otio quadrimeſtri, part.* 2. *num.* 25. Sed quid hodie tenendum, vide *in collect. ad cap.* 2. *de frigidis, & maleſic. num.* 6. *in collect. & in addition.*

DISTINCTIO III.

Cap. Regula II.

1 AD *num.* 7. & 8. Quod Ius Pontificium, quaſi Ius divinum dicatur, præter adductos *in collect.* docent Covarruv. *pract. quæſt.* 31. *num.* 2. *ſub verſ. tertia verò probatio*, Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *præſ.* 80. *num.* 40. Guttierr. *canon. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 5. & 6. Parlador. *lib.* 3. *quotid. different.* 12. §. 2. *ſub num.* 13. Ioan. Valer. *de different. inter utrumque forum, in prælud. num.* 6. & *verb. ignorantia, differ.* 2. *in fine, & verb. lex, differ.* 11. Et qui ſecundùm Canones operatur, peccare non poteſt, *cap. qui peccat,* 23. *quæſt.* 4. Abbas *in cap. filius, de teſtament. & in cap. quia plerique, num.* 17. *de immun. Eccleſ.* Covarr. *citato loco*, cùm principaliter tendant ad vitanda peccata, *cap. fin. de conſuetud. cap.* 1. *de pact. cap. ſi verò* 8. *de jurejur.* cum pluribus adductis à Garc. Fortun. *de ultimo fine, ex n.* 18. Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 3. Trullench *in expoſitione Decalogi, lib.* 7. *cap.* 6. *dub.* 2. *ſub num.* 3. Et ideò dum agitur de conſcientia, de periculo animæ, & de peccato, recurrendum eſt oculis, ut aiunt, clauſis ad Ius Canonicum, Felinus *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num.* 5. *de conſtit.* cum aliis per me citatis *in collect. ad cap. clerici* 8. *num.* 3. *de judic.*

DISTINCTIO IV.

SVMMARIVM.

1 *Provinciis omnibus non convenit ipſiſmet legibus conformiter uti.*
2 *Regimen, & dominium ordinari debet ſecundùm diſpoſitionem gentis.*
3 *Athenienſis populus facilè concitatur ad iram.*
4 *Leges aptari debent juxta regionum, quibus ſcribuntur, temperiem.*
5 *Regnorum pax & tranquillitas ex juſtitia oritur.*
6 *Propter injuſtitias, & peccata transfert Deus Regna de gente in gentem.*
7 *Regna, & imperia aliquando ſeneſcunt.*

Cap. Erit autem lex II.

AD *num.* 6. Quia in omnibus Provinciis non poteſt, nec convenit ipſiſmet legibus conformiter uti, homines, naturæque hominum diverſorum regnorum ab ipſius cœli naturali proclivitate & propenſione ſunt diverſæ, imò contrariæ penitus, & repugnantes. Sanctus Thomas *lib.* 4. *de regimine Principum, cap.* 8. ibi: *Hoc ergo ſuppoſito dicendum eſt, quod regimen, & dominium ordinari debet ſecundùm diſpoſitionem gentis, ſicut ipſe Philoſophus in politicis tradit. Quædam autem provinciæ ſunt ſervilis naturæ, & tales gubernari debent principatu etiam regali: qui autem virilis animi ſunt, in audacia cordis, & in confidentia ſuæ intelligentiæ ſunt, tales regi non poſſunt, niſi principatu politico, communi nomine extendendo ipſum ad Ariſtocraticum: tale autem dominium maximè in Italia viget, unde minùs ſubjectibiles fuerunt* 2

fuerunt semper propter dictam causam, &c. Plutarch. *in politica*, ibi: *Varii enim sunt popu-*
3 *lorum mores, varia civitatum ingenia. Atheniensis populus facilè concitatur ad iram, at idem facilè ad misericordiam flectitur*, &c. Plat. *de legibus, lib.*5. Officina Textor. §.1. *in tit. populorum diversi mores*, Alex. ab Alexandro *lib.*4. *dierum genialium, cap.*13. ubi Tiraq. Foller. *de censual. verb. juris moderando rigorem, n.*134. Gaspar Caballin. *de eo quod interest, num.*50. Menoch. *de arbitrariis, casu* 77. *n.*46. *cum sequentibus*, Petrus Crinit. *de honor. discipl.* Bolognin. *de jure & lege, cap.* 10. *num.* 15.
4 Galliaula *de statut. q.*4. *n.*75. Capic. *decis.*130. *num.* 35. *cum seqq.* quia prudens legislator, qui meritò vivendi artifex appellatur ab Adam. Contz. *lib.* 15. *politicorum, cap.* 6. §.2. leges aptare debet juxta regionum, quibus scribuntur, temperiem, dispositionem, conditionem, & capacitatem, tam gentium, quàm locorum: nam unaquæque, ut suo sensu, ita & propriis suis consuetudinibus, legibus, & moribus abundat, ut latè, & in proposito Solorzan. *de jure Indiarum, tom.*1. *lib* 2. *c.*25. *à n.*54. *& tom.*2. *lib.*1. *c.*42. *n.*91. *cum seqq. & cap.*24. *à n.*14. Didac. de Narbona *de ætate ad omnes humanos actus requisita, anno decimo cum dimidio, q.*2. *num.*9. *cum duobus seqq.*
5 Ad *num.*26. ibi, *& jus dicitur justum, quia semper justum est, & æquum.* Ex justitia pax, & tranquillitas regnorum oritur, Isai. 37.15. *Opus justitiæ pax, & cultus justitiæ silentium, & securitas usque in sempiternum. Proverb.*25. *vers.*4. *&* 5. *Aufer caliginem de argento, & egredietur vas purissimum: aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur justitia thronus*
6 *ejus*: alia adducit Velasq. *in Psal.*100. *lib.*3. *annot.*3. Et propter injustitias, & peccata transfert Deus regna de gente in gentem, & ex quinque Scripturæ locis, & multorum testimonio eruditè probat Solorzan. *de jure Indiarum, lib.*2. *cap.*13. *à n.*52. Petrus Gregor. *de republ. lib.*13. *c.*10. P. Franc. Scribo *en el discurso* 8. *de los estados*, §.1. non tam debellantium, quàm debellatorum, ut notavit Sanctus Augustinus *lib.*16. *de Civitate Dei, cap.*43. ibi, *Ab eis duobus mirabilibus Ducibus* (Moyse & Iosuè) *bella etiam prosperrimè & mirabiliter gesta sunt, Deo contestante, non tam propter merita Hebræi, quàm propter peccata earum, quæ debellantur gentium, illas eis provenisse victorias*, ut advertit frater Ioan. Marquez *en el gobernador Christiano, lib.* 2.
7 *c.*12. *in fine.* Aliquando tamen senescunt regna, & imperia, & sicut olim prospera extiterunt, nunc retroëunt, & ruunt. Seneca *epist.* 92. Fortuna adversus imperia idem habet jus; quod adversùs imperantes. Iustus Lips. *in centur.* 3. *ad Belgas, epist.* 31. magna Imperia limites suos habent, sistunt, retroëunt, ruunt: *& libro* 1. *de Constant. cap.*13. Petrus Faber *lib.*1. *semestr. cap.*8. *&* 9. Iacob. Vald. *de dignitate Regum, Regnorumque Hispaniæ, cap.*12. *num.*9. Solorzan. *dicto lib.*2. *cap.*2. *num.*13. Mager. *de advocatia armata, cap.*1. *num.*358. Unde proprium Regum officium est justitiam æquâ lance omnibus administrare, si regna sua prospera videre desiderant; ut colligitur ex sacra Scriptura, *lib.*3. *Regum, cap.*10. *vers.*9. ibi: *& constitui te regem, ut faceres judicium, & justitiam.* Cicer. *lib.*2. *offic. Mihi quidem non apud Medos solùm, ut ait Herodot. sed apud majores nostros justitiæ fruendæ causa videntur olim benè morati Reges constituti.* Petr. Gregor. *de republ. cap.*6. *num.*4. Valenzuel. *en el discurso de estado, y guerra, part.*2. *cons.*22. *num.*51. Patrit. *de Regno, lib.*2. *cap.*1. Molin. *de Iust. tom.*2. *disput.*66. *num.*4. Ioan. Salgado de Araujo *de lege Regia Portugal. discurs.*1. *n.*21. Petrus Barbósa *en su politica, tract.*1. *de la juridica, y verdadera razon de estado, fol. mihi* 248.

DISTINCTIO V.

SUMMARIUM.

1 *Masculus quadragesimo die, & nonagesimo fœmina animam rationalem suscipit.*
2 *Corpus viri & fœminæ quo tempore formentur in utero.*
3 *Peccatum originale contrahitur in ipso instanti animationis.*
4 *Peccatum originale quid sit.*
5 Cap. firmissimè 2. de consecr. distinct.4. *declaratur.*
6 *Verba Psalmistæ*, & in peccato concepit me mater mea, *interpretantur.*
7 *Angeli tutela nostræ præficiuntur in ipso animationis instanti.*
8 *Angelum unum bonum, & alterum malum quis à nativitate habet, secundùm aliquorum sententiam.*

Ad princip.

AD *numer.* 2. Quod masculus quadragesimo die, & nonagesimo fœmina animam rationalem suscipit, ultra citatos docent Antonius Gomez *tom.*3. *variarum, capite* 3. *numero* 32. Navarr. *in man. cap.*15. *num.*14. *& cap.*27. *n.*222. Philip. 1

Matth. *in l.187. n.19. ff. de regul. juris*, Piac. *de delictis*, *lib.1. cap.9. n.7.* Barth. Sibylla *in speculo peregrin. qq. cap.1. q.5.* Martin. Sanch. *in arbore dividui & individui*, *cellula 5. vers. item quæro, 1. & 2.* Torreblanc. *de jure spirituali, lib.5. cap.4. sect.1. n.25.* ad cujus probabilitatem allegari solet *cap.12. Levitici*, dum ibi quadraginta dies purificationis à masculino partu, octuaginta verò à fœminino statuuntur. De eo Abulens. *ibi, q.1. vers. jussit*
2 *autem*, sic scribit: *Habent tamen (hæ dies) quandam imitationem ad ea, quæ fiunt secundùm naturam, scilicet quia formatur perfectum corpus viri in utero per quadraginta dies; de fœmina autem jussit quod maneret mater octuaginta diebus in purificatione sanguinis, quia fœmina perfectè organizatur in utero per octuaginta dies*, &c. Etsi aliam hujus præcepti non inelegantem rationem adducat Petr. Bung. *de mysteriis numerorum*,
3 *num.40. pag. mihi 506.* Cùm igitur quadragesimum conceptionis diem in masculis, & octuagesimum in fœminis certum ani-
4 mationis tempus judicaverit, in ipso instanti animationis ejusmodi contrahitur originale peccatum. Ratio est, quia peccatum originale nihil aliud est, quàm quædam culpa, ut cum S. Thom. sentit Sebast. Medices *in summa peccati, tit.1. quæst.6.* sed nulla culpa potest esse, nisi in anima, ut bene probat Cardin. Bellarm. *tom.3. controvers.*
5 *lib. 4. cap. 12.* Ergo necessariò animationis tempore, & non antea, conceptus ea infici poterit. Nec obstat auctoritas August. *in cap. firmissimè 2. de consecr. dist.4.* cujus posteriora verba suadere videntur hujusmodi culpæ damnationem homines in ipsa conceptione contrahere, quia intelligitur non de conceptione simplici embrionis, sed hominis, quæ est in animatione rationali, ut diversa specie, inquit Quintil. Mandos. *de ætate minore, c.2. n.21.* & in proposito sentit Petr. de Vega *in expositione Psalm.4. pœnitentialis*,
6 *vers.5. distinct.1.* ubi illa verba, *& in peccato concepit me mater mea*, de secunda conceptione, sive de animatione rationali accipit, quo tempore peccati originalis, cujus Prophetæ sermo est, reatus contrahitur; antea enim partus non est homo, & nisi homo sit, capax peccati non est, sicut nec virtutis, & gratiæ.

7 Hanc tamen successivam formationem, & animationum legem sacrosanctum Christi Domini Corpus in utero matris non servavit; nam quod naturæ in quadraginta dierum spatio paulatim effingendum erat, divina virtute, & Spiritus sancti opera momento perfectum, absolutumque fuit: ita Canis. *lib.3. cap.22.* S. Thom. *3. p. q.30. art.2.* Paul. Fusc. *de Visitatione, lib.2. cap.18. num.9.* Fab. Incarnat. *in scrutinio sacerd. p.1. cap.18. num.9.* Carranza *de partu, cap.12. n.18.* idemque probabile esse de Virgine sanctissima, ex multis docet Ioan. Bapt. Paca *in Elucidario, tit.3. tract.2. c.4.*

Ex eadem ratione, qua tempore animationis fœtus contrahitur peccatum originale, sequitur ipso animationis instanti Angelos tutelæ nostræ præfici, quia ex tunc incipit homo esse viator, & capax peccati, saltem originalis; ac proinde ex tunc indiget proprio custode, qui corpus ejus tueatur à periculis, ut possit à peccato originali mundari; tum quia credibile est statim illi adjungi dæmonem, qui specialiter nocere, & damnum inferre procurat, & sic ab eo tempore illi Angelus deputari debet, qui pessimi spiritus nociva opera avertat. Ita ex aliis P. Suar. *de Angelis*, *c.17. num.18.* Vincent. Belvacen. *in speculo naturali*, *lib.1. cap.72.* dicens probabile esse quod detur ab infusione animæ Angelus custos, licèt alii non improbabiliter asserant, quemlibet à nativitate unum Angelum bonum, alterum malum habere, ex Magist. *lib.2. distinct.11. cap.1.* S. Thom. *part.1. q.113. art.5.* Vasq. *disp.245. cap.1.* Becan. *tom.1. opuscul.19. cap.11.* Quintil. Mandos. *de minori ætate*, *cap.1. num.2.* Perez de Lara *in compendio vitæ hominis*, *cap.7. num.67. & 68.* ubi ex doctrina S. Thom. *part.1. q.133. art.5.* subdit quod cùm in nativitate fœtus separetur à matre, Angelus ei ad custodiam deputatur, & quod puer quandiu est in materno utero, non totaliter est à matre separatus, sed per quandam colligationem est quodammodo aliquid ejus, sicut & fructus pendens in arbore, est aliquid arboris; tamen probabiliter, ut idem Sanctus Thomas, inquit dici potest quod Angelus, qui est in custodia matris, custodiat prolem in matris utero existentem. 8

SUMMARIUM.

1 *Filium lactare nulli mulieri, nec heroinæ dedecori esse potest.*

2 *Uxorum congressu an uti prohibeantur viri à conceptionis initio usque ad ipsius concepti finitam ablactationem.*

Cap. Ad ejus IV.

AD *num.2.* Adde nulli mulieri, nec heroinæ dedecori esse posse lactare filium, quem novem mensibus in penitissimis uteri recessibus aluit, & quem ex propriis 1

priis visceribus eduxit, ut per Alber. *sing.* 159. Tiraq. *de nobilitate, cap.* 20. *num.* 78. Cov. *de spons. p.* 2. *c.* 8. §. 6. *n.* 13. Ioan. Garc. *de expens. & meliorat. cap.* 3. *num.* 29. *cum sequentibus*, Carranza *de vera humani partus defin. cap.* 3. Machado *en su perfetto Confessor, lib.* 9. *part.* 5. *tract.* 6. *docum.* 6. *num.* 3. Quidquid dicant Corduba de Lara *in l. si quis à liberis*, §. *si mater, n.* 7. *cap.* 8. *ff. de liber agnosc.* Rol. *cons.* 14. *num.* 52. *lib.* 3. Surd. *de alimentis*, *tit.* 7. *q* 9. *num.* 26. Perez de Lara *in compendio vitæ hominis, num.* 13. *cap.* 60. nisi adeò pauper, & inops existeret, ut propria industria, aut obsequio victum quæreret, & si lactationi vacaret, inedia periret: Benincas. *de privileg. paupert. q.* 7. *spec.* 2. *num.* 31. Ioan. Garc. *d. cap.* 3. *num.* 31. Coler. *de aliment. lib.* 1. *cap.* 2. *ampl.* 9.

2 Ex hoc textu notat Didac. de Narbona *de ætate ad omnes humanos actus requisita, anno* 11. *q.* 2. *num* 26. D. Augustinum prohibuisse viros uti uxorum congressu à conceptionis initio usque ad ipsius concepti finitam ablactationem, quasi adhuc cùm maternis uberibus nutritur partus, velut in utero existens credatur: nam toto eo tempore conceptus & ablactationis menstruæ purgationes mulieribus cessant, certissimo argumento, inquit Alex. Mascar. *in pract. medic. lib.* 4. *c.* 5. *fol.* 540. fœtum & in utero, & extra uterum illis nutriri, cui consentit Vallesf. *de sacra Philosophia*, *c.* 83. *circa fin.* & Carranza *de partu, c.* 13. *num.* 15.

Distinctio VI.

Summarivm.

1 *Pollutionis prævisæ causam quando teneatur quis evitare?*

2 *Chirurgo an liceat contrectare verenda infirmi, si eveniat seminis emissio?*

3 *Pollutio, sive seminis emissio intrinsecè mala non est.*

Cap. Testamentum I.

1 AD *num.* 2. *in fine.* Adde Araujo *in* 1. 2. *D. Thom. quæst.* 74. *art.* 10. *dub.* 2. *corol.* 3. *pag.* 378. qui cum Alvarez *ibidem*, *disp.* 146. *& seq.* resoluit tunc teneri hunc evitare causam pollutionis prævisæ, quando scilicet talis causa per se est illativa illius, itaut non habeat per se alium effectum bonum, seu licitum, eo quòd tunc esset pollutio volita in causa libera, aut liberè applicata, ut talis est, ac proinde ex nullo capite excusaretur à culpa, cujus signum esse ait, quod neque medicus potest applicare infirmo medicinam per se illativam pollutionis, tanquam medii ad sanitatem ordinati: neque infirmus licitè potest illam sumere, benè tamen quando talis medicina ordinatur per se ad alios effectus utiles corpori, licèt ex consequenti, & concomitanter prævideatur futura pollutio: vide Trullench *in exposit. Decalogi, lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 9. *à n.* 2.

2 Post *num.* 4. Similiter, & ex eadem ratione licebit chirurgo contrectare verenda infirmi curationis causa, quantumcunque eveniat seminis emissio, quia illa manuum contrectatio applicatur ad effectum sanitatis, quanvis alius effectus sequatur præter intentionem, ex Llam. *in summa, part.* 3. *cap.* 7. *fol.* 633. Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. præc.* 6. *dub.* 9. Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib* 3. *cap.* 23. *quæst.* 5. Less. *de Iustit. lib.* 4. *c.* 3. *dub.* 14. *num.* 38. quos refert, & sequitur Ioan. Sanch. *d. disput.* 21. *num.* 31. 3 Pollutio enim, sive emissio seminis intrinsecè mala non est; est enim ex se, & suapte natura illa effusio, sicut excrementorum evacuatio, ut sudor, urina, sanguinis fluxus, & similia, abstrahens ab eo quod sit voluntaria, vel involuntaria, hoc est, quod homo activè, vel passivè se gerat. Ita Ludov. Lopez *in instructor. part.* 1. *cap.* 74. Sylvester *in summa*, *verbo pollutio*, Petr. de Ledesma *in summa, p.* 2. *tract.* 27. *cap.* 16. Navar. *in man. c.* 16. *n.* 7. Covar. *in Clem. si furiosus, part.* 3. *n.* 6. *vers. igitur*, Valent. 2. 2. *disp.* 9. *q.* 3. *punct.* 3. Vasq. 1. 2. *tom.* 1. *disp.* 115. *num.* 7. *& quæst.* 18. *in opusc. de restitut. cap.* 3. §. 2. *n.* 24. Salas 1. 2. *tom.* 1. *tract.* 7. *disp.* 6. *sect.* 8. *num.* 59. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 30. *n.* 151. Sanch. *de matrim. lib.* 9. *disp.* 45. *num.* 5. *& in præcepta Decalogi, lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 19. *cum seqq.* Less. *d. lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 14. *num.* 94. 101. 105. *&* 106. Moure *in summa, part.* 4. *cap.* 2. §. 4. *n.* 3. Ioan. de la Cruz *d. præcepto* 9. *dub.* 10. Coriolan. *de casibus reservatis*, *p.* 2. *casu* 9. Villalob. *in summa*, *tom.* 2. *tract.* 40. *diffic.* 16. *num.* 144. Diana *moral. resol. p.* 3. *tract.* 5. *resol.* 88. Machado *en su perfetto Confessor, lib* 2. *p.* 3. *tract.* 19. *docum.* 10. Ioan. Sanc. *in selectis, disp.* 21. *n.* 35. Trullench *in præcepta Decalogi, lib.* 6. *c.* 1. *dub.* 8. *n.* 4. *cum seqq.*

Distinctio IX.

Summarivm.

1 *Princeps legibus solutus est.*

2 *Princeps an aliquo modo sua lege obligetur.*

3 *Leges qui facit, pari majestate legibus obtemperare debet.*

4 *Legum solemnibus solutum Principem aliqui credunt.*

5 *Principem esse legibus solutum, nihil aliud videri posse existimarunt alii, quàm penes Principem esse omnem potestatem ferendarum, abrogandarum, aut derogandarum legum.*

6 *Princeps quare dicatur solutus legibus, vera responsio.*

7 *Distinctio de vi coactiva, & directiva.*

8 *Princeps æqualitatem servare debet.*

9 *Quod quisque juris in alterum statuit, ipse servare debet.*

10 *Princeps cur dicatur in aliquibus Iuribus solutus legibus?*

Cap. Iustum II.

1 Principem legibus solutum esse, probat text. *in l. Princeps, ff. de legib. & in l. ex imperfecto, ff. de leg.* 3. & exornant plures *in collect.* citati, quibus addo Coch. *lib.* 2. *thesaur. polit. cap.* 2. Ioan. Pareja *in otio quadrimestri de lege Iulia, num.* 3. Madera *animadv. cap.* 35. Pancirol. *in thesauro variar. lect. lib.* 2. *cap.* 5. Osuald. *ad Donel. comment. lib.* 1. *c.* 17. *lit. A*,
2 Mart. Delr. *in Senec. in Hercule fur. act.* 2. *versic.* 399. latè Franc. de Amaya *observ. Iuris lib.* 1. *c.* 1. *num.* 19. *cum seqq.* quia in illum non est lex, cùm sit ipse lex, Arist. 3. *polit. c.* 9. Lex, inquam, animata, *auth. de Consul. in fine*: solvi itaque sua lege debet, qui se ipso superior esse non potest. Solvi (inquam) sua lege debet, qui alios solvere sua lege potest. At illud constat, sua lege Principem aliquo modo obligari, ad not. per Sot. *de just. lib.* 1. *q.* 6. *art.* 7. Cujac. *ad l. ex hoc jure, vers. ex hac interpretatione, ff. de just. & jure, & lib.* 15. *observ.* 30. Covar. *in cap. alma mater*, 1. *p.* §. 1. *num.* 14.
3 Suar. *de legib. lib.* 4. *cap.* 35. *decet enim*, ait Paulus, *eum qui leges facit, pari majestate legibus obtemperare*: pari, inquit, majestate; nam à supremo est dominandi jure id ipsum velle quod non possis, hoc est, legibus subjici velle, quibus ut Princeps nequaquam subjici queas. Hinc Theodos. *in l. digna vox, C. de legibus: Et revera*, ait, *majus imperio est, sub-*
4 *mittere legibus principatum.* Unde multi plures excogitarunt hac de re solutiones: quidam enim, ut sunt Zas. *in d. l. Princeps, n.* 3. & ibi Corras. etiam *n.* 3. ac Pinel. *c. ult. n.* 4. necnon Cujac. *lib.* 15. *observ.* 30. docent legibus Principem solutum, hoc est, legum solemnibus; esse enim solemnia, quæ lex in his exigat, qui infra Principem sunt, non in Principe, qualia testamentorum, *l.* 3. *C. de testam.* Alii solutum Principem esse legibus, 5
nihil aliud videri posse existimant, quàm penes Principem esse omnem potestatem ferendarum, abrogandarum, aut derogandarum legum. Sic Principem legimus adoptionem non jure factam confirmare, *l. adoptio, ff. de adopt.* & matrimonium, statumque liberorum non jure quæsitorum, *l. qui in provincia, ff. de ritu nupt.* Et hoc quidem est, inquit Cujac. *d. observ.* 30. Principem supra leges esse. Alii, ut sunt Græci Interpretes, teste Cujac. *d. loco*, interpretantur de legibus pœnariis. Alii de legibus caducariis, Julia & Papia intelligunt, quæ erant per seipsas odiosæ, ob idque facilè Princeps ab eisdem eximebatur, per *l. quod Principi, ff. de leg.* 2. Sed Læl. Mancin. *disquis.* 6
genial. & anniversariarum juris disp. centur. 3. *cap.* 233. *n.* 5. non solis, inquit, legum solemnibus, non solis pœnariis, non solis caducariis legibus solutus est Princeps, sed legibus generaliter; indecens enim visum est ac prope injuriosum (ait ille) ut Princeps, qui supremam habet regiminis potestatem, pari cum cæteris conditione teneatur, & contrahendo, testando, judicandóve, aut aliud quodlibet faciendo juris suis formulis alligetur, propriisque obstringatur legibus, seu constitutionibus.

Vulgaris est distinctio S. Thom. *in* 4. *sent.* 7
tit. 5. & 1. 2. *q.* 96. *art.* 5. *ad* 3. & recepta omnibus de vi directiva, vel coactiva. *Lex*, inquit, *est regula humanarum actionum*: regulæ autem est dirigere, sed habet quoque lex cogendi vim. Ergo Princeps dicitur solutus legibus, quantum ad vim coactivam; nullus enim propriè cogitur à seipso, sed quantum ad vim directivam, sua lege Princeps obligatur, *c. cùm omnes, de constit.* Scriptum enim est, quod quisque juris in alterum statuit, eodem uti debet: & Sapientis dicit auctoritas, *Patere legem, quam ipse tuleris.* Hæc S. Thom. quem sequuntur, præter citatos *in collect.* Ferdin. de Mendoza *de pactis, lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 33. Anton. Miranda *controv. juris lib.* 2. *c.* 14. *pag.* 195. Simanch. *de republ. lib.* 4. *cap.* 15. Sebast. Medic. *in cap. erit autem lex, dist.* 4. *ex n.* 34. *& de legib. p.* 4. *q.* 3. Ignat. de Villar *in sylva respons. resp.* 8. *n.* 15. *&* 23. Franc. de Alpharo *de offic. fiscalis, gloss.* 34. *n.* 10. *&* 11. Mastrill. *de Magistrat. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *à n.* 70. D. Acuña *in comment. ad hunc text.* Mar. Curell. *de donat. tract.* 1. *disp.* 2. *punct.* 6. *n.* 13. Ioan. de Balboa *in c.* 1. *de probat. n.* 19. *cum seqq.* Anast. Germon. *lib.* 1. *animadvers. cap.* 1. Paul. Christin. *decis.* 9. *per tot. lib.* 1. Ioseph. Gonzal. *var. cap.* 41. *num.* 11. *&* 12. Ceval. *en el arte real, c.* 13. Ex Theologis Malder. *in* 1. 2. *S. Thomæ, q.* 96. *art.* 5. *col.* 1. *pag.* 405. ubi

Granad.

Granad. *controvers.7.tract.3. p.1.disp.6.sect.1.* Montes. *disp.23. q.11. diffic.2.* Salas *disp. 14. sect.2.* & Araujo *q.97. disp.3. sect.5. diffic. 1. pag. mihi 675. cum seqq.* in Salmantina Imp. Lorca *ibid.tom.2. tract.de legib.disp.26.memb.3.* Nicol. Serar. *tom.2. opusc. Theolog. disput. de legib. art.52. pag.40.* Layman *in Theolog.morali, tract.4. c.9.* Becan. *in sum. Theolog. p.2. tract.3. c.6. q.12.*

8 Inæqualitas enim est contra æqualitatem, quam Principes debent servare, non implere quod aliis præcipiunt, quod in Scribis, & Pharisæis reprehendens Christus, *Matth.23.* ait, *Aliis gravia onera imponunt, digito autem suo nolunt ea movere, dicunt enim & non faciunt, &c.* Eo quòd essent legum interpretes, licèt non legislatores. Eadem quoque reprehensio innuitur à Paulo *ad Rom.2. Qui alios doces, teipsum non doces: qui prædicas non mœcandum, mœcharis, &c.* quapropter inexcusabilis est homo omnis qui judicat, in quo enim alium judicas, teipsum condemnas.

9 Hoc ipsum rectè probatur Iure Canonico, & præcipuè ex hoc textu desumpto ex Isidoro *lib.3 de summo bono, c.52.* ubi sic dicitur, *Iustum est Principem teneri suis legibus*: & ex *cap.cùm omnes, de constit.* ubi ait Innoc.III. *quod quisque juris in alterum statuit, ipse debeat uti eo*: & ex *c. pro illorum, de prabend.* ubi idem Innoc. III. *cùm nobis legem imponere non debeant, quam ipsi negligunt observare*, & denique ex *cap. non liceat, 12. q.2.* ubi statuit Pontifex legem, qua seipsum comprehendi vult, nempe prædia Ecclesiæ non alienandi.

10 Non obstat, quod in aliquibus locis Iuris Civilis dicatur Principem solutum legibus, ut in *l. ex imperf. ff. de legat. 3.* & *in d.l. Princeps*, & aliis similibus, quia in illis Imperatores, aut juxta suorum Iurisconsultorum opinionem, exemptionem à legibus, quam revera non habent, sibi confidenter arrogarunt, aut duntaxat sibi tribuerunt exemptionem, non à directione, sed à coactione legum, quia nullus Iudex potest, aut debet in eos quantumvis suarum legum transgressores, condemnationis ferre sententiam, aut pœnis à lege taxatis eos multare.

SVMMARIVM.

1 *Doctori, aut Sancto in quibus materiis magis standum sit quàm alteri.*
Hieronymo magis quàm Augustino creditur in interpretatione SS. Scripturarum.
2 *Augustino magis creditur quàm Hieronymo, & Gregorio in Theologia scholastica.*
3 *Hieronymo in historiis & translationibus magis creditur quàm aliis.*
4 *Omnes in omnibus præfulgere non possunt.*
5 *Doctori unius professionis in ea magis credendum quàm alteri, qui plures profitetur.*

Cap. Ut veterum VI.

Gloss. *verbo Græci, in hoc textu*, magistraliter voluit, uni Doctori, aut Sancto 1
magis standum esse, quàm alteri, attenta cujusque professione, exempli gratiâ circa sensum, & interpretationem sanctarum Scripturarum major fides adhibenda est Hieronymo, quàm Augustino: & inter Augustinum, Hieronymum & Gregorium, 2
Augustino magis creditur in disputationibus, Theologiaque concertatrice, vulgò Scholastica nuncupata, Hieronymo in historiis, & translationibus ad Latinam Theologiam, quam positivam appellamus, spe- 3
ctantibus, Gregor. *in moralibus*: vide Machado *en su perfetto Confessor, tom.1. lib. 3. part.4. tract.2. documento 3. numero 2.* Cùm certum sit non omnes in omnibus præfulgere, sed certi in certis professionibus, ex decis. textus *in l.1.* ibi, *quia non omnes, C. de* 4
veteri jure enucleando, ipsaque ratio, & experientia sic docent, quia regulariter, & utplurimùm magis in una quàm in altera professione homines insistere solent, & ideo hanc glossam probarunt Ludov. Roman. *in l. si verò, §. de viro, fallent.15. ff. sol. matr.* & *in l.1. §. fin. ff. de verb. oblig.* Anguian. *de legibus, lib.2. controvers.29. num.35.* ubi *num.36.* subdit quod si inter Doctores ejusdem professionis alter duas partes profiteretur, duove munera obiret, & alius alteram partem professionis, sive artis duntaxat exerceret, unicam partem professo, tanquam magis eidem insistenti, major habenda esset fides: & *numero* 38. ex dictis infert in praxi, quod 5
si inter Doctores utriusque juris circa examen alterius, negotiumve decidendum orta fuisset controversia, seu excitata varietas, prævalere debeant eorum voces, qui magis versantur in ea facultate, esto docti, eruditique sint cæteri eandem facultatem professi, etsi non ita versati.

DISTIN

DISTINCTIO X.

SVMMARIVM.

1 *Leges Civiles quando obtineant in foro Ecclesiastico.*
2 *Leges Civiles in spiritualibus parum, aut nihil possunt.*
3 *Pontifices non videntur approbare leges Civiles quantum ad causas matrimoniales, seu beneficiales.*
4 Cap. litteras, de Iuram. calumniæ, *intelligitur.*

CAP. Lege I.

1 D *finem text.* adde: Leges Civiles, quas Imperiales appellamus, clausæ, & contentæ in voluminibus Iuris communis, si Canones in materia deficiant, obtinent, & vim habent, etiam in foro Ecclesiastico; nam cùm Pontifices maximè appellare censeantur leges omnes Cæsareas, quatenus conducunt ad approbandos, & sustinendos Canones, *cap. de capitulis certum*, *cum multis ibidem*, *hac dist.* & Canones non existant in proposito, & leges adsint non contradicentes, sed adjuvantes ipsos Canones, videtur cum ratione conjunctum, & copulatum, ut observari debeant, Canonibus deficientibus, ex præsumpta Romanorum Pontificum voluntate & approbatione, qui non dedignantur uti legibus Imperialibus justis, & adjuvantibus Iura Pontificia, præsertim ubi non adsunt constitutiones Ecclesiasticæ, quibus oblata negotia definiri valeant. Ita Abbas *in cap. 1. num. 8. de novi operis nunc. & in cap. Ecclesia S. Mariæ, n. 17. de constit.* ubi Felin. *n. 37.* Dec. *n. 27.* Garc. Fortun. *de ultimo fine, illat. 13.* citati à Tiraq.
2 *de primog. quæst. 44. num. 3.* Dummodo negotia hujusmodi, in quibus leges Civiles, deficientibus Canonibus observari debent, temporalitatem concernant in criminalibus, sive civilibus clericorum causis, non ita si negotia sint spiritualia, vel quæ spectant ad matrimonia, & beneficia, circa quæ
3 parum aut nihil possunt leges Civiles. Ratio est, quia Pontifex Maximus non videtur approbasse leges, quantum ad causas matrimoniales, seu beneficiales, *cap. quoniam*, ibi, *pro cursu temporalium*, &c. *hac distinct. 10.* nec affirmari posse videtur, quod leges laicorum Principum obtineant in foro Ecclesiæ, nisi per Canones approbatæ sint, à quorum approbatione circa causas Ecclesiasticas totam suam vim, potestatemque recipiunt, ex text. *in cap. litteras, de juram. ca-* 4
lumniæ, ibi, *non ex legum districtione*, &c. quanvis ibi Abbas, & communis Schola contrarium sentiant, illius textus literam violantes.

DISTINCTIO XVIII.

CAP. Placuit X.

AD *num. 1.* Adde quinquaginta an- 1
norum ætatem sufficere ad excusationem publicorum munerum personalium, ut per Azevedo *l. 1. num. 97. tit. 1. lib. 6. Recopilat.* Thom. Act. *in tract. de infirmit. cap. 19. num. 21.* Garc. Tolet. *in lucerna rubricarum*, *tit. 49. num. 4. lib. 10. Cod.* Domin. Tasson *super pragm. de antefato, vers. 12. observat. 1. num. 136.* Steph. Gratian. *disceptat. forens. c. 328. n. 5.* Perez de Lara *in compendio vitæ hominis, cap. 31. n. 32.* Alvarez *de privileg. miserabilium personarum*, *q. 18. n. 18.* Quanvis septuaginta annorum ætatem ad personalium munerum excusationem necessariam esse crediderint Azeved. sibi contrarius *in rubr. n. 10. tit. 14. eod. lib. 6.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 37. n. 17.* Monet. *de distribut. quotid. p. 2. q. 7. n. 10. & 11.*

DISTINCTIO XIX.

CAP. Cleros I.

POST *num. 26.* in textu ibi, *sicut* 1
enim Rex à regendo. Refert noster Alvarez Pelag. *de planctu Ecclesiæ, lib. 1. art. 57. in princ.* non regere qui non corrigit se, & alios, & quod rectè faciendo Regis nomen tenetur, peccando autem amittitur: unde & apud antiquos tale erat proverbium, *Rex eris, si rectè facias: si non facias, non eris.* Sic etiam B. Catharina dixit Maxentio, *Si animo te rexeris, Rex eris.*

CAP. Nunc autem VII.

AD *num. 1. in fine.* Unde vulgò colli- 1
gitur, ipsum Christi Vicarium à nullo prorsus mortalium posse removeri, vel condemnari, propter quod nemo sit in terris ipso major, vel qui possit ipsius esse judex, præter solum vel Deum, vel semetipsum: quo factum fuit, ut & Marcellinus Pontifex

Pontifex in persecutione Diocletiani metu mortis,& ex infirmitate lapsus in idolatriam facti, deinde pœnitens in cœtu cleri, plenoque Concilio trecentorum Episcoporum sordidatus comparens,ac pœnas exposcens, nec tamen ab eodem Concilio, nec ab ullo mortalium judicatus, ipsemet semetipsum judicaverit,atque martyrio semet ultrò mox constanter obtulerit, increpato viriliter, ac animosè crudelissimo tyrannó Diocletiano: cujus rei testis est locupletissimus, & antiquissimus præter innumerabiles alios temporum posteriorum scriptores, Damasus *in Pontificali*, conjunctis actis ejusdem Concilii Sinuessani *tom.1. Concil. pag* 283.*cum seqq. usque ad* 292. Platina quoque videndus in ejusdem Marcellini vita, & Sabellic. *lib.*8. *Æneid.*7. quos refert Boët. Epo *de regalibus, vel jure Principum*, *lib.*1. *n.*215. Vide dicta *ad cap. si Papa*, 40. *dist.*

Distinctio XXV.

Cap. Unum Orarium III.

1 AD *num.*4. Quod venialiter peccat deliciosa cibaria pauperibus præparans, ultra citatos *in collect.* docent. Ioan. Bapt. Pontan. *in tract. de aliment. cap.*7.*n.*3. *in fine*, Matth. Coller.*eod.tract.lib.*2.*c.*2. *n.*58. Surd. etiam *eod. tract.tit.*4.*q.*18.*n.*13. Gasp. Baëz. *de inope debitore*, *c.*17.*n.*74. vide quæ dixi *ad c. non cogantur* 3. *dist.*41. *in addit.*

Cap. Primum VI. & ult.

1 SAnctus Gregorius *homil.*17. *in Evangel.* relatus *in hoc textu*, vult sine crimine debere esse Prælatum,qui subditum de crimine corripit. *Quomodo*, inquit, *Præses Ecclesiæ potest auferre malum de medio ejus, qui in delicto similis corruerit? aut qua libertate corripere peccantem potest, cùm tacitus sibi ipsi respondeat, eadem admisisse quæ corripit?* Refero ego ipse *de officio,& potest. Episcopi, p.*1.*tit* 2.*gloss.*3.*n.*23. ubi plura habes ad idem propositum conducentia: vide infrà *ad cap. præcipuè* 3. 11. *q.*3.

Distinctio XXVIII.

Summarium.

1 *Episcopus tempore, quo Episcopatum consequitur, tenetur facere inventarium illarum rerum, quas ipse ex patrimonio, vel aliunde comparavit.*

2 *Episcopus compellendus est facere inventarium de patrimonialibus.*

3 *Episcopi Regulares an de bonis patrimonialibus,& aliunde quæsitis disponere possint.*

Cap. De Syracusana XIII.

AD *num.*2. Quod Episcopus, tempore quo Episcopatum consequitur, teneatur facere inventarium illarum rerum, quas ipse ex patrimonio, vel alio titulo comparavit, ultra citatos *in collect. ad hunc textum*, & ad *cap.*3. *num.*2. *de pecul. cleric.* & *de officio & potest. Episcopi*, §.3. *allegat.* 114. *num.*15. docet Roland. à Valle *de inventario*, *q.*28. *per totam*, ubi tenet Episcopum compellendum omninò ad inventarium de patrimonialibus conficiendum, ne sub umbra patrimonii audeat usurpare bona Ecclesiæ, aut Prælaturæ suo tempore acquisita, Card. Tusch. *pract. conclus. lit.I, concl.* 347.*num.*37. Maurit. de Alzedo *de præcellent. Episcop. dignitatis*, *p.*1. *c.* 14. *n.*15. Ioan. de Solorzano *de Indiar. gubernat. tom.*2. *lib.*3. *c.*10. *n.*3. me citato Pareja *de universa instrumentorum edit. tit.*5. *resol* 5.*n.*6. ubi *n.*7.*cum seqq.* latè disputat an ad inventarium hujusmodi conficiendum teneantur etiam Episcopi Regulares: & esto quod facere debeant, ut illis, sive monasterio suo proficere possit hæc inventarii confectio, quæ pendet à decisione alterius quæstionis, an scilicet Episcopi regulares de bonis patrimonialibus, & aliunde quæsitis disponere possint, de qua vide dicta *in addit. ad collect. super c.*2. *de testam. in eisdem collect. n.*7. Sed quidquid sit de hac quæst. tenet idem Pareja *citato loco*, *n.*13. Prælatos, & Episcopos Regulares, hanc patrimonii, aut rei familiaris aliunde quæsitæ aditionem facere, & inventarium legitimè constructum, sicut alios Prælatos sæculares producere teneri, idem resolvit Alzed. *c.*14.*n.*14. in illis verbis ab eodem Pareja relatis: *Quod etiam* (de inventario loquitur) *Episcopi Regulares facere tenentur, ne monasterium defraudetur in libris, & in aliis rebus, quas habent tempore, quo creantur Episcopi; nam si hoc non faciunt, semper præsumitur omnia, quæ habent tempore mortis, esse intuitu Ecclesiæ quæsita, gloss. in cap. sint manifesta*, 12. *q.*1. *nisi probetur aliunde acquisivisse, vel conjectura concurrerent, ex quibus constaret, non ex Ecclesiæ redditibus, sed aliunde, vel ex patrimonio habuisse; & quod semper in dubio requiritur plena probatio, quia præsumptio in favorem Cameræ Apost. extat*, &c.

DISTINCTIO XXX.

CAP. Quæcunque II.

1 IN text. ibi: *Quæcunque mulier Religioni judicans convenire, sibi comam amputaverit, quam Deus ad memoriam subjectionis illi dedit, tanquam resolvens jus subjectionis, anathema sit*: argumento horum verborum notat & tractat sic quæstionem Lud. Roman. *sing.*600. *n.*1. *fol.*142. *Est nunc Florentiæ una formosissima juvencula, quæ habet formosissimum virum, quæque audita prædicatione incidit sibi comam, vel capillos causa devotionis, quæritur an per hoc sit excommunicata ipso jure? Dic quod hic textus est singularis,* 30. *dist. cap. quæcunque. Brixianus in suo diction. verbo mulier, Afflict. in c.* 1. §. *rursus, prope finem, quæ sit prima causa benefic. amitt. Iacob. Niger in l. si ad instar, n.*17. *C. de liber. exhib. ibi, nec licet uxori absque consensu mariti sibi capillos amputare*; *nam comam prolixam seu copiosam habens, obedientiæ signum retinere censetur, Guillelm. de Monte Laud. in Clem. cùm ex eo, verbo continentiæ, de sent. excom. Tiraq. l.* 1. *connub. n.*21. *fol.*6.

DISTINCTIO XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Conjugia permissa sunt in Orientalibus clericis in sacris ante ordinationem contracta, non post.*

2 *Clericis in sacris constitutis in Ecclesia Latina semper fuit probibitum contrahere matrimonium, tam post Ordinem susceptum, quàm uxores contractas retinere.*

3 *Petrus, Paulus, & cæteri Apostoli præter Ioannem uxores habuerunt.*

CAP. Aliter XIV.

1 AD *num.*2. *in fin.* Licèt in Orientalibus clericis in sacris permissa sint conjugia ante ordinationem contracta, *cap. cùm olim* 16. *de cler. conjug.* non tamen postea uxores ducere valebant, ut patet ex *sexta Synodo, in d. cap. si quis eorum*: & ideo Græcis post susceptum Ordinem sacrum non licuit matrimonium contrahere. S.Epiphan. *lib.*2. *hæres.* 59. Sozomen. *lib.* 1. *cap.* 22. Nicephor. *lib.* 8. *cap.*19. Mich. Medin. *lib.*2. *de continentia, cap.*20. *&* 21. Cov. *de sponsal. p.*2. *c.*6. §.3. *n.*2. Card. Bellarm. *de cleric. c.*21. *& lib.* 2. *de Concil. cap.*18. In Ecclesia autem Latina semper fuit 2
prohibitum Clericis non solùm matrimonia contrahere post susceptum Ordinem, verùm ante Ordines contractas uxores retinere, nisi Lectoribus & Cantoribus, ex Apostolicis Constit. *can.*27. *Qui ad Clerum provecti sunt præcipimus, ut si voluerint, uxores accipiant, sed Lectores & Cantores tantummodò*: quia lex cœlibatus divina est, ab Apostolorum tempore per eos promulgata. S.Dionys. Areopag. *de Eccles. Hierarch. cap.*5. S. Isidor. *lib.* 2. *de offic. c.*2. S.Ambros. *lib.*1. *c. fin.* S.Aug. *lib.*2. *de adulter. conjug. c.*20. Niger *in Numer. homil.*23. Sot. *de justit. lib.*7. *q.*6. *art.*2. Non 3
obstat quod Petrus Paulum, & Andream, ac alios Apostolos, præter Ioannem, uxores habuisse probant Tertull. *lib. de Monogamia*, S. Ignat. *epist. ad Philadelph.* Clem. Alexandrinus *de Mat. lib.*3. *& in Canone Apost.*6. ita legitur: *Episcopus, aut Presbyter uxorem propriam nequaquam obtentu religionis abjiciat.* S. Paulum, & alios Apostolos, præter S. Petrum, uxores non habuisse asserunt S. Hieron. *lib.*1. *contra Iulian. & Psalm.*57. *& epist. ad Eustoch. de Virginit.* S. August. *lib. de gratia, & liber. arbitrio, cap.*4. S. Epiphan. *hæresi* 58. S. Ambros. *lib. de exhortatione ad Virginem.* Non obstat auctoritas ipsius Pauli Apost. *ad Timoth.*1. *c.*3. *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum*; quia hæc verba negativè intelligenda sunt, scilicet oportet ne Episcopus habeat uxores plures, ut ibi interpretantur S.Chrysost. & alii. Valent. *tom.*4. *disp.*9. *q.*5. *puncto* 5. §.2. Henriq. *in sum. lib.*10. *cap.*14. Vel allegoricè, ne pluribus Ecclesiis præponatur; nam continentiam Episcopo satis commendat idem Apostolus *ad Tit. cap.*1. *Oportet Episcopum esse sobrium, justum, sanctum, continentem*, &c. Minus obstat *can. ille Apostolorum* 6. quia justum est, ne prætextu religionis, seu cautelæ Episcopus aut Presbyter, qui ante ordinationem uxorem habebat, postea curam uxoris abjiciat, quin debet illam alere, & providere, ut cautum est *in Concil. Turonen.*10. *can.*8. & exponunt Vmbertus Legatus Leonis IX. *in apolog. contra Nicet.* Soto *lib.*7. *de unct.* 6. *q.*6. *art.*2.

DISTINCTIO XXXII.

CAP. Præter hoc VI.

AD *num.*4. Hæc gloss. quæ communiter 1
recipitur per Doctores infrà citandos, probat

probat, quod quamvis Sedes Apostol. non posset generaliter laïcis in Ecclesiasticos jurisdictionem concedere, & his in totum suam exemptionem adimere, potest tamen ex justis causis dignas causas etiam criminales Ecclesiasticorum laïcis judicibus delegare, ut per Abb. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, n.6. de constit.* Ozasc. *in l. de quibus, n.144.ff. de legib.* Segura *in direct. Iudicum Ecclesiast. part.1.c.11.n.1.* Bobad. *in sua polit.lib.2.cap.18. n.43. cum seq.* Menchaq. *de success.creat.§.22. n.58.& 59.* Marta *de jurisd.p.4.casu 64. n.18.*

SVMMARIVM.

1 *Mulierum tactus impudicus condemnatur.*

2 *Manus deosculendas tradere mulieribus Religiosis non licet, maximè juvenibus.*

Cap. Hospitiolum XVII.

1 D. Hieronymus in hoc textu relatus tactum impudicum mulierum condemnat, idque ex pluribus sacræ Scripturæ locis. *Ecclesiastici 9. cum aliena muliere non sedeas omnino, nec accubas cum ea super cubitum: ibidem 21. Qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem, & ibidem 7. Vincula sunt manus ejus, proverb.6. Nunquid potest homo ignem abscondere*; & alio loco S. Hieron. ait, *Qui tangit carnem mulieris, non evadet sine periculo animæ suæ.* Vnde noster Alvar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ, lib.2. art. 73. fol.244.* dicit, non
2 esse tutum, maximè juvenibus religiosis, tradere manus deosculandas mulieribus, maximè juvenibus, vel adolescentulis, nec tenere manus complicatas cum manibus earum; quia totum corpus illorum, & illarum ignis est, cui debet dici à sapiente castissimo, *Noli me tangere.*

DISTINCTIO XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Iuventus propria venatorum ætas.*

2 *Otium vitiis, turpitudinibusque occasionem præbet.*

3 *Venationibus adolescentes ad militiam, & res bellicas exercentur.*

Cap. Quorum I.

1 IN text. ibi, *Qui & juvenis dicitur*: ergo juventus propria venatorum ætas est, ut per Cabreros *in tract. de metu, lib.2. cap.37. num.9.* Didac. de Narbona *ætate ad omnes humanos actus necessaria, anno 18. q.3.* ubi de hoc textu meminerunt eleganter Conrad. *post tr. de re rustica, ubi de venatione, fol. mihi 349.* ibi: *Horum exemplo censens venationis disciplinam, & heroici generis juvenibus haud quaquam esse negligendam, quibus id per corporis robur, & ætatem liceret, siquidem hoc exercitio rebus gerendis strenuos evadere, docerique simul, ut Xenophontis sententia, & verbis utar; atque hoc avocamento, primum à crapula, desidia, ignavoque otio, quod vitiis, turpitudinibusque sæpè occasionem præbet, abduci. Deinde corpus exercitio salubrius,* 2
& sartum tectum præstare. Postremò heroici adolescentes ad militiam & res bellicas, velut tyrocinio exercentur: quandoquidem non desunt, qui bellicæ artis partem esse venationem contendant; nam sicut militem oportet sæpè humi 3
quiescere, frigus, æstum, sitim, atque inediam perpeti, idem huic exercitio vacanti usu venit, cumque oportet per montes asperos, per sylvas & dumeta feras fugientes persequi, neque imbribus, neque viribus, aut somno vinci, sub dio sæpè noctem agere teneræ conjugis immemorem, ut Poëta canit. Adde quod consuetudo venandi locorum reddit peritos, & ad transmittendum itinerum difficultates audaciores, toleratiores, &c.

DISTINCTIO XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Illiteratura totalis, & omnimoda requiritur ad inducendam inhabilitatem ad Ordines, & beneficia.*

2 *Iuvenis si sciat legere, & spes sit quid discat, non dicitur illiteratus omninò.*

Cap. Illiteratos I.

POST *num. 6.* Ad inducendam igitur inhabilitatem ad Ordines, & beneficia Ecclesiastica obtinenda, requiritur totalis, & omnimoda illiteratura: secus in eo, qui habet aliquam literaturam, quamvis modicam. Ita declarant Archid. Præpos. & Gemin. *in præsenti,* Lambert. *de jurepatr. lib.2.p.1. q.9. art.24.n.2. vers. quod debet intelligi,* ubi post Domin. *in c. præcipimus, 34. dist. & in c.fin.de temp.ordin. in 6.* dicit hoc esse intelligendum de omnino illiteratis, id est, penitus inscio litterarum. Reb. *in prax.benef.p.1. tit.de clericis, & à quibus, & quomodo creentur, n.27 fol.mihi 7.* dicens esse verũ si sit omninò illiteratus, secus si sciat legere, & sit juvenis, de quo spes sit, quod sciat, & Doctor fiat. Vnde Præp. *hic, col.1. vers.& propterea ita declaratur,* dicit ita declarari vulgare dictum, quod illite

illiteratus est inhabilis ad beneficia, ut procedat in penitus illiteratis, non in illis, qui habent aliqua principia, & de quibus sit spes proficiendi: ita etiam declarat post Alex. Card. & Felin. Rebuff. *in tract. de pacif. possess. num.* 215. & clariùs cæteris Rota *decisione* 16. *numero* 2. & 3. *parte* 3. *divers.*

Distinctio XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Sibyllis agentes.*
2 *Sibyllæ Gentiles fuerunt.*
3 *Sibyllæ cultrices dæmonum.*
4 *Sibyllarum oracula conficta.*

Cap. Si quid veri XIII.

1 DE Sibyllis, & earum numero, nominibus, patria, & parentibus agunt latè Lactantius, Suidas, & Ludov. Vives in S. August. *lib. de civitate Dei, c.*23. Conrad. Gesner. *in Onomast. verb. Sibylla,* Maiol. *dierum canicul. tom.* 2.*coll.*3. latè Torreblanc.*de jure spirituali,p.*8.*capite* 2.*à princip.*
2 Sibyllæ hujusmodi Gentiles fuerunt, & cultrices idolorum, utpote filiæ infidelium, quæ dæmonum sacrificia, & ritus colebant, Plin. *lib.*1.*cap.*9. Liv. *lib.*1.*decad.*5. Lactant.*lib.*1.*cap.*16.& alii,& sic Pythonissas esse & cultrices dæmonum, tradunt sanctus
3 Ambros.*ad Corinth.cap.*2. sanctus Thom.2.2. *quæst.*172. *art.*6. Raph. de la Torre *tom.*2. *de vitiis oppos. relig. q.*5. *art.*3. *disput.* 3. Unde oracula, quæ de Christo Domino, & redemptionis nostræ mysteriis earum nomine evulgantur, à posterioribus scriptoribus con-
4 ficta videntur: nam carmina, sub quibus dicta oracula continentur, multò recentiora sunt, & à nullo illius sæculi auctore resencentur, quanquam haud negem aliquid eis simile adumbratum fuisse à Sibyllis, non tamen carminibus, ut hodie apparet, exaratum, quod post promulgatum Evangelium, carminibus commendari potuit, ut veritas manifestior fieret, cùm ex adversariis magis confirmetur, ut tradunt Franc. Picus Mirandulan. *lib.* 4. *prænot. c.*6. Hinc Sibyllæ hujusmodi, licèt Gentiles fuissent, Christi nativitatem, mortem, & resurrectionem, ac alia hujusmodi vaticinari potuerunt, S. Thom. 2.2. *q.*172. *art.* 6. Martin. Delr. *disquis. Magicarum lib.*4. *c.*1. *q.*1. & *cap.*2.*q.*6. *sect.*1. Torreblanc. *d. c.*2.*n.*35.

Distinctio XL.

Cap. Nos qui II.

POst *n.*1. Argumento hujus cap. colligit noster Alvar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ, lib.* 1. *art.*42. *col.*3. quod primatus non sanguini debetur, sed vitæ, & fidei claritati, & quod inutiliter regnat qui Rex nascitur, & non meretur, & proculdubio parentis affectum exuit, qui parvulos suos importabili mole super terram extinxerit, hoc enim est suffocare filios, non promovere: alendi priùs sunt, & virtutibus exercendi. 1

Cap. Si Papa VI.

AD *n.*45. *in fin.* Adversus Imperatores, Reges, & Principes seculares Sancta Romana Ecclesia, & Pontifices Maximi, qui illam pro tempore gubernarunt, non solùm censuras Ecclesiasticas, sed materialem etiam gladium evaginarunt, illósque suis Regnis, & imperiis privarunt, vel eorum administratione, & jurisdictione, & donec resipiscerēt, prohibuerūt, ut ex multis exemplis constat, quæ deduci possunt ex *c. Valentinianus,& ex c.Hadrianus,* 63.*dist.*& ex *capite Constantinus,* 9. *dist.* & ex *c. Sacerdotibus,* 11. *q.*1. & *ex cap. nos si incompetenter,*2. *q.*1. & *ex c. venerabilem, de elect.*& *ex c.novit,de judic.* & *ex c. ad Apostolicæ, de re jud.* & *ex c. per venerabilem,*& *c. causam quæ,el* 2. *qui filii sint legit.* & *ex c. unic. de schismaticis,lib.*6. & ex innumeris relatis per Palat. Rub.*de obtent. Regni Navarræ,p.*2. §.6. & 7. Turrec. *in sum.de Ecclesia,lib.*2. *c.*114. Albert. Pigh. *de Eccles.Hierarch.lib.*5.*c.*14. & 15. Bermond. *de publicis concub. verb.*& *si Regali,à n.*4. *cum seqq.* Petr. Greg. *syntag. juris lib.* 15.*c.*1.*ex num.*11. & *de republ.lib.*62. *c.*4.& 5. Pereg. *de jure fisci,lib.*1. *titul.*2. *ex num.*5. Bobad. *in politica,lib.* 2. *c.*17. *n.*5. Angel. Matheac. *de via & ratione juris, lib.*1. *c.*34. *num.* 28. Card. Bellarm. *lib.* 2. *de Romano Pont.c.*19.& *lib.*3. *c.*3.*vers.hac opinio,*& *lib.*4.*c.*13.*vers.deinde,* ubi latè agit de depositione Henrici IV. Imper. per Gregorium VII. facta, & latiùs *lib.*5. *cap.*8. *per tot.* ubi duodecim insignia exempla adducit, latissimè Param. *libro* 3. *de origine Inquisit. q.*1. *opinion.* 3. ubi plurima congessit exempla, Ayala *de jure & officio belli, libro* 1. *capite* 2. *num.* 27. Thom. Boz. *de signis Ecclesiæ Dei, lib.*17.*c.*3. & *de jure Eccles. libert.* & *potest. c.*12. 1

c.12. n.2. & de Italiæ statu contra Machiavellum, lib.3.c.5. & Anastas. Germon. *de sacror. immunit. lib.3.c.13.ex num.27.* Camil. Borrel. *de præstantia Regis Cathol. c.46. ex n.110.& c.47.ex n.46.* Bobad. *in politica,c.17. num.5.* Ioan. Boter. *in relat. univers.p.2.lib.4.* ubi agit de Romano Pont.*pag.234. cum seqq.* Rutil.Benzon.*de anno Iubilei,lib.1.c.10.pag.57. & 58.* Salas *in tract. de legibus, q.95. dist.7. sect.4.* Valenz. *contra Venetos,p.5. ex num.256.* usque ad *num.258.* Anguian. *de legib. lib.2. contr.17. n.43.* Mart. *de jurisdict.p.1.c.5. ex n.15. & c.18. ex n.5. & c.22. ex n.11. & c.23. per tot.* Calixt. Ramires *de lege Regia,§.2. ex n.44.* Seraph.de Freitas *de Asiatico Lusitanorum imperio, c.6. ex n.45.* Suar. *de defensione fidei contra Anglicanæ sectæ errores,lib.3.cap.23. ex n.1.& lib.6.c.4. à n.17. & in tract. de Fide, disp.20. sect.3. à n.21.& disp.22. sect.3. num.2. & 7.* Duo sunt omnium novissima, primum
2 de Iulio II. Pont.Max. qui Ioannem Navarræ Regem, & ipsius uxorem schismaticos declaravit, & Regno privavit, ut referunt Platina, Illescas, & alii *in vita ejusdem Pont.* Palat. Rub. *de obtentione Regni Navarræ,* Ant. Nebrissen. *de bello Navar. lib.1. cap.1.2. & 3.* Garibay *in compendio histor. p.2. lib.20. c.15. & p.3. lib.29. c.4. cum seqq.* Hieron. Zurita *in suis annal. lib.10. c.9. & 10. anno 1512.* Camill. Borrel. *de præstantia Regis Catholici, cap.46. ex n.102. & cap.47. ex num.69.* Franc. Guicciard. *lib.11. suæ historiæ, fol.307. col.2.* Marq. *in gubern. Christ. lib.1.c.27.ex pag.160.* Pineda *in monarch.lib.27.cap.8. §.3.* Valenz. *d.p.5.n.255.* Ludov. Cabrera *in histor. Philip. II. lib.5. cap.16.* Gregor. Lop. de Madera *de monarch. Hispan. cap.5. pag.66.* Aliud Pii V. quia Angliæ Regnum ob Elizabeth Reginæ detestabiles hæreses,& errores ab ea ademit, & Christianis Principibus illud debellandi, & occupandi potestatem fecit, ut tradunt Sander. *de origine & progressu schismatis Anglic. lib.1.* Bobadil. *d.c.17. num.5. vers.7. en estos tiempos,* Camil. Borrel. *d.c.46.n.189. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Nobilitati multùm deferendum.*
2 *Fidelitas nobilitatis est proprium attributum.*
3 *Nobilitatis proprium est fidem conservare.*
4 *Delictum committere nunquam suspicari potest de nobili.*

Cap. Illud IX.

HÆc glos. hujus text. allegari solet ad 1
hoc, quod nobilitati multùm deferendum. Ioan. And. *in cap. constituti, col.2. de appell. lib.6.* Rom. *sing.726.* And.Sicul.*cons.92. col.4. vol.1.* ubi quod nullus nobilis præsumitur prodere suum Principem, sed potiùs præsumitur illi fidelis, Iason *in l. pecunia, §. fin. ff. de condict. causa data,* Oldrad. *cons.92.* ubi quod fidelitas nobilitatis est proprium 2
attributum, & proprium est nobilitatis fidem non frangere, sed conservare, Jason 3
in l. admonendi, num.174. ff. de jurejur. Dec. *cons.66. n.29.* Chassan. *in catal. gloriæ mundi, p.8. consid.32.* Otalora *de nobilit. cap.fin.n.20.* Menoch. *de præsumption. lib.5. præsumpt.4. num.6.* Valenzuel. *cons.166. num.21.* Alciat. *cons.46. num.8. lib.5.* ubi asserit hoc procedere in persona egregia, summæque dignitatis, & nobilitatis, Honded. *cons.33. n.48. vol.2.* Et quod de nobili nunquam suspi- 4
cari potest delictum committere, Roland. *cons.40. in fine,lib.1.* Anguiss. *cons.52. à n.19. vol.1.* Sim. de Pretis *cons.34. num.15. vol.2.* Ioan. de Amicis *cons.86. num.13. & cons.134. num.10.* Mar. Antonin. *var. resol. libr.1. resol.88. n.11.* Farin. *in praxi crimin. quæst.47. num.277.* Ioan. Bapt. Costa *de facti scient. & ignor. in resp. post dist.9. n.5.* Elisæ. Danza *in pugna Doctorum, tom.1. tit. de carcerib. c.1. à num.40.* Larrea *decis.41. num.8. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Primatum in terris qui desideraverit, inveniet confusionem in Cælis.*
2 *Princeps officia Reip. solicitantibus denegare debet.*
3 *Officia Reip. nimium indebitè inhiantes peccant mort.*

Cap. Multi XII. & ult.

SAnctus Chrysostomus, sive Auctor ope- 1
ris imperfecti *homil.43. in Matt.ad cap.23.* relatus *in hoc textu* dicit, quod quicunque desideraverit Primatum in terris, inveniet confusionem in cœlo, nec inter servos Christi computabitur, qui de primatu tractaverit: ex quo concludunt omnes, Principem debere Reip. officia non petentibus 2
concedere, & sollicitantibus denegare, ut per Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verbo duas habens filias, num.60. de testament.* Simanch. *libro 6. de Republ.cap.13.* Petrum Gregorium etiam *de Republ.lib.4.c.5.n.4.* Azeved.

l. 1. *tit.* 3. *lib.* 3. *Recopil.* Matienf. *in dial. Relatoris, lib.* 4. *c.* 10. *n.* 12. Bobadil. *in sua politica, lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 65. Mastr. *de Magistrat. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 30. *n.* 2. *&* 3. Vnde ad talia officia prædicta nimium indebitè inhiantes, & illicitis mediis sollicitantes peccare mort. docent S. Thom. 2. 2. *q.* 131. *art.* 1. Navar. *in man. cap.* 23. *num.* 15. Sylvest. *in summa, verb. superbia, q.* 7. Menoch. *de arbitr. casu* 40. Iacob. Graff. *in aureis decis. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 10. & conducit illud Tertulliani *lib. de pœnit. cap.* 11. *Illos, qui ambitu obeunt capessendi Magistratus, neque pudet, neque piget incommodis animæ, & corporis, neque incommodis tantùm, verùm & contumeliis omnibus eniti in causa votorum suorum, quas non ignobilitate vestium affectant, quæ non atra nocturnis & crudis salutationibus occupant.*

XIII. Quæstio XLI.

Cap. Non cogantur III.

1 IN text. ibi, *Non cogantur divites pauperum cibis vesci*, &c. Notatur ad hoc, quod divites, nobiles, & honestæ conditionis personæ grossis, aut vilibus cibis uti non coguntur, sed delicatis & sumptuosis uti debent, ut per Lambert. *de jure patr. lib.* 3. *in princ. quæst. art.* 12. *num.* 2. Lara *in l. si quis à liberis*, §. *sed si filius, num.* 46. *ff. de liber. agnosc.* Cevall. *commun. quæst.* 780. *num.* 23. *cum seqq.* Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæst.* 18. *num.* 8. Giurba *ad consuetud. Messanenses, cap.* 7. *gloss.* 14. *num.* 2. *part.* 1. Pauperes verò, & humilis conditionis personæ vilibus & rusticis uti debent cibis, *l. servis urbanis* 97. *ff. de leg.* 3. *l. judices* 9. *C. de Episcop. aud.* Tiraquell. *de nobilit. cap.* 20. *num.* 142. *&* 143. *cum seqq.* Menoch. *cons.* 144. *num.* 76. Surd. *d. quæst.* 18. *num.* 12. Ascan. Clemens *de patria potest. effectu* 17. *num.* 35. *&* 36. Collut. *de re frumentaria, lib.* 1. *q.* 6. *n.* 7. Ceval. *d. q.* 780. *num.* 25. Franc. à Ponte *de potest. Proreg. tit. de abundantia civitatis*, §. 5. *n.* 6. Ioan. Maria Novar. *in prax. elect. & variat. fori, q.* 17. *n.* 2. Giurba *d. c.* 7. *gloss.* 14. *n.* 2. & quod pauperibus dare cibos deliciosos peccatum veniale est, dixi *in collect. & in addit. ad cap. unum orarium, n.* 4. *dist.* 25.



Distinctio XLV.

Summarium.

1 *Blandimentis, non asperitatibus ad Fidem rectam extranei ab ea perducendi sunt.*

2 *Fidelis fœmina cum infideli de matrimonio contrahendo convenire potest ea conditione, si fiat Christianus.*

Cap. Qui syncera III.

GREGORIUS Magnus *lib.* 11. *epist.* 15. *ad Paschasium*, relatus *in hoc textu*, ait cupientes syncera intentione perducere extraneos à Christiana religione ad Fidem rectam, id studere debere blandimentis, non asperitatibus, refert F. Basil. Pont. *var. disp. part.* 1. *q.* 2. *Scholast. cap.* 5. *pag.* 138. 1

In gloss. *blandimentis.* Collige ex glossa posse fidelem fœminam, remoto quolibet jure humano cum infideli de matrimonio contrahendo convenire, ea conditione, si fiat Christianus, ut per Sylvest. *verb. Iudæus, q.* 6. Azor. *instit. mor. p.* 1. *lib.* 8. *c.* 24. *vers. quæres, col.* 2274. Fr. Thom. à Iesu *de procuranda omnium gentium salute, part.* 1. *dub.* 2. *pag.* 205. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 36. quos refert, & sequitur Ioan. de Solorzano *de Indiarum jure, tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 18. *n.* 45. 2

Summarium.

1 *Benevolentia erga corrigendos plus agit quàm severitas.*

2 *Affabilitas regimina perpetuat.*

3 *Benevolentia habet vim conciliandi amicos ex inimicis.*

4 *Regnanti cuique quatuor conveniunt.*

Cap. Licèt IV.

GReg. IV. *in epistola ad Episcopos per Galliam, & Germaniam constitutos*, relatus in *hoc text.* eleganter nos admonet, quod *plus erga corrigendos agit benevolentia, quàm severitas, plus cohortatio, quàm comminatio, plus charitas, quàm potestas*, &c. refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, tit.* 2. *glos.* 12. *num.* 17. ubi à principio illius glossæ plura in hoc proposito non contemnenda adduxi. Affabilitas regimina perpetuat, & majora tribuit, Proverb. 36. *Qui dulcis est eloquio, majora percipiet.* Habet hæc virtus vim conciliandi amicos etiam, & inimicos, Eccles. 6. ibi, *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos, & lingua eucharis* (gratiosa) *in bono homine abundat*, Ambros. 2. *offic. c.* 7. ibi: *Incredibile est, quantum profuerit etiam ipsis Regibus facilitas blandæ affabilitatis*, & Tull. 2. *de offic. difficile dictu est, quantopere conciliet animos hominũ comitas, affabilitasque sermonis.* 1 2 3

S. Thom.

S. Thom. *in opuscul.71. de vitiis & virt.* ibi: *Quatuor sunt, quæ ritè cuique regnanti conveniunt, scilicet paterno regimine subditos regere, meritis amicos acquirere, placabilem, atque affabilem se præbere quibuscunque orantibus, & cum clementia justitiam ministrare delinquentibus.*

Cap. De Judæis V.

1 IN text. ibi, *qui ante jam pridem*, &c. Adverte quod licèt in indirecta,& causativa fidei introductione, & receptione aliquis fortè excessus intervenerit, cujus prætextu infideles ipsi magis coacti, quàm suasi, aut veriùs compulsi, quàm impulsi videri possint, adhuc tamen illis permitti non debet à fide semel ita recepta desciscere, quia quamvis disciplina Christiana hunc modum conversionis graviter prohibeat, & detestetur, eadem tamen religionem ipsam semel sive jure, sive injuria susceptam nullo modo deserendam esse decernit: ita Stephan. Gaët. *in repet. cap. ad limina*, 30. *quæst.* 1. *n.*15. Lofred. *consl.*48 *sub n.* 3. *vers. alia verò*, Philip. Pascal. *de virib. patriæ potest. p. . c.7. n.*20. Ricciul. *de jure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib.* 2. *c.*35. *per tot.*

Cap. Omnis X.

1 GRegorius in hoc text. elegantibus verbis nos docet, qualiter in omnibus causis humanitas, & clementia sit cum legis rigore miscenda. *Omnis enim*, inquit, *qui justè judicat, stateram in manu gestat, in utroque penso justitiam, & misericordiam portat, sed per justitiam reddit peccati sententiam, per misericordiam peccati temperat pœnam, ut justo libramine quadam per æquitatem corrigat, quædam verò per miserationem indulgeat.* Cui consonat Iureconsult. *in l. respiciendum, ff. de pœnis*, ibi. *Respiciendum est judicanti, ne quid aut duriùs, aut remissiùs constituatur, quàm causa deposcit: neque enim aut severitatis, aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpetuo judicio, prout quæque res expostulat, statuendum est. Planè in levioribus causis proniores ad lenitatem judices esse debent; in gravioribus pœnis severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi.* Referunt Matienz. *in dialogo Relatoris, p.*3. *cap.*66. *n.*22. *cum seqq.* Didac. de Narbona *de ætate ad omnes humanos actus requisita, anno* 25. *quæst.* 43. *num.*16.

Distinctio XLVII.

Cap. Sicut ii. VIII.

AD *num.*2. Quod paupertatis favore concessum sit judicis officio compelli posse divites, ut pauperibus subveniant, ultra citatos docet Cornel. Benincas. *de privileg. paupert. spec.*5. *in judic. num.*17. *cum seqq.* Petrus Rebuf. *de privileg. scholast priv.* 90. *n.* 10. Tiraq. *de nobil. c.* 29. *n.*46. 1

Ad *num.*5. *in fin.* Adde quod existenti in extrema necessitate quilibet tenetur opem ferre, ut per Cord. de Lara *in l. si quis à liberis, §. etsi impuberes, n.*37. *ff. de lib. agnoscend.* Petr. Roiz. *Lituan. decis.* 3 *n.*296. Calixt. Ramires *de lege Regia*, §. 30. *n.*13. 2



Distinctio LII.

SUMMARIUM.

1 *Indigenæ forensibus præferendi in provisionibus Parochialium Ecclesiarum.*
2 *Probatur ex Iure Pontificio.*
3 *Oriundus non oriundo, & diœcesanus non diœcesano, cæteris paribus, præferendus.*
4 *Probatur ex Iure civili, & partitarum, ut num.*5. *& per Doctores ferè omnes, n.*6. *ac Theologos, n.*7.
8 *Clerici potius sunt providendi de beneficiis, de quorum bonis fundata fuit Ecclesia.*
9 *Indigenæ inducuntur faciliùs ad residentiam quàm extranei.*
10 *Originarius præsumitur scire mores, & consuetudines patriæ suæ.*
11 *Indigena magis quàm extraneus præsumitur diligere patriam, & Ecclesiam, in qua est enutritus.*
12 *Indigenæ magis quàm extranei amantur, & coluntur à populo.*
13 *Nicol. Garcia explicatur.*
14 *Indigena idoneus aptior, & melior est ad beneficium Curatum suæ patriæ.*
15 *Dignior non semper censetur ille ad beneficium Curatum qui est doctior, vel sanctior, sed ex eo quod sit ad bonum commune utilior.*
16 *Dignior ad Parochialem dicitur qui rei gerendæ aptior est.*

Cap Nullus invitis XIII.

AD *num.* 7. *in fine*: *nostra sententia*, quod scilicet cùm in alia Ecclesia, vel civitate invenitur aliquis dignus, præfici non debeat qui de aliena pro- 1

vincia est, proindeque in provisionibus Parochialium Ecclesiarum indigenæ forensibus præferendi, probatur ex Jure divino *Deuteron. c.17. Non poteris alterius gentis hominem facere Regem, qui non sit frater tuus*, quæ verba referētes in idipsum tradunt S.Thom. *2.2.q.63.art.2.ad 4.in fin: & Sot.de iustit.lib.3. q.6. art.2.in resp.ad 4.pag.mihi 239.* Probatur etiam *ex cap.18. Deuteron.* ibi: *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies.* Quem textum ad hoc adducit Salzed. *ad Bernard.c.54. novæ edit.n.4.* & Azeved. *l.14.n.1.tit.3.lib.1. recopil.*

2 Ex jure Pontificio, Canonicis, & Ecclesiasticis decretis, primùm à Cælestino Papa *in præsenti.* Tunc autem alter de altera eligatur Ecclesia, si de civitatis ipsius clero nullus (quod evenire non credimus) dignus poterit reperiri. Et hunc textum ad hoc notabilem dicit Abbas *in cap. ad decorem, n.4. de instit.* animadvertens ejus rationem communem esse ad alia beneficia, & si litera de Episcopis tantummodò loquatur, ipsum appellat pulcherrimum ad illud Gregor. Lop. *lib.13. verbo de otro Obispado, tit.15.p.1.* Probat etiam text. *in cap. obitum, hac eadem dist.61.* ibi, *commonemus fraternitatem*
3 *tuam, ut nullum de alia eligi permittas Ecclesia, nisi fortè inter clericos ipsius civitatis nullus dignus (quod evenire non credimus) poterit inveniri.* Egregius textus *in c. ne pro defectu 41. de elect.* ibi, *de persona idonea ipsius quidem Ecclesiæ, vel alterius, si digna non reperiatur in illa, Canonici providere*: quem textum notabilem etiam ad idem dicit Greg. Lop. *citato loco.* Ad idem est text. *in cap. bonæ memoriæ, el 2. §. intelleximus, de postul. prælat.* ibi, *nec vellemus ei præficere alienum*, &c. Optimus text. *in c. fin. de cleric. pereg.* cum quibus adduci solet text. *in c. hortamur, 71. dist.* cujus hæc sunt verba: *Hortamur Christianitatem vestram iuxta sanctorum Canonum instituta, ut in Ecclesiis à vobis fundatis aliunde veniens clericus non suscipiatur.* Item probatur *ex reg. cancel. Apost.16. de concurrentibus in data*, ibi, *& similiter cæteris paribus, oriundus non oriundo, & diœcesanus non diœcesano præferantur*: quam ad hoc adducunt Salzed. *in d.c.54.n.11.* Azor. *instit.moral. p.1.lib.6. cap.4. q.25. vers. cæterùm, in fine*, quò loci oriundus accipitur pro orto, ut per text. *in l. assumptio, juncta glos. ibidem, verbo oriundus, ff.ad municip.* resolvunt Mandos. *ad d. reg. q.40. num.3.* Nicol. Garc. dicens id ex stylo apparere *de benef.p.7. cap.9.num.25.*

4 Ex Jure civili, *in l.in Ecclesiis, C.de Episcopis & clericis*, ibi, *clerici non ex alia possessione, vel vico, sed ex ea, ubi Ecclesiam esse constiterit, ordinentur*, quem textum loqui de provisionibus, & collationibus beneficiorum, tenent Odofrod. *ibidem, num.2.* Bald. *num.1.* Cov. *pract.cap.35. num.5.* Salzed. *d.cap.54. n.4.* Gonzal. *ad reg.8.Cancel.glos.9.§.1.num.37.* Nicol. Garc. *d.p.7. cap.9. num.5.* & favent alia Iura *in l. fin. C. de offic. Prætor.* ibi, *sed hi tantummodo admittendi sunt, ut dictum est, qui hic domicilium fovent*: quam ad hoc ponderavit Cevall. *commun. quæst.693. num.36.* & *in l. unic.C.non licere habit.Metrocomiæ, lib.11.* ibi, *ut nulli extraneo illic quoquo modo possidendi licentia tribuatur*, & *in l.2.C.de annon. civilib. eod. lib.* ibi, *Quam modicitionem jugiter & in perpetuum civibus nostris debere conferri sancimus*, &c.

Ex septempartito Iure Regio *in l.13. tit.25. part. 1.* ibi, *deven primeramente presentar los patrones de los hijos de la Iglesia, si las oviere, a tales que sean para ello, y sino de los otros, que sean de aquel Obispado*, juncta glos. Greg.Lop. *ibidem, verb. hijos de la Iglesia, dicentis, de filiis parochianorum loquitur.* 5

Ex communi ferè omnium Juris utriusque interpretum resolutione, præsertim glos. *verb. de hoc mentionem, in cap. si proponente, de rescript.* ibi, *idem si de terra illa est oriundus*, similis glos. *in d. cap. bonæ, el 2. verb. alienum, de postulat. prælat.* Inn. *in cap. quia diversitatem, de concess. præb.* ibi, *iustum est, ut Episcopus provideat clericis in terra propria*, Odofred. *in l. in Ecclesiis 11. C. de Episcopis & clericis, num.2.* dicens, *omnes Episcopi, & alii Prælati Ecclesiarum, qui habent beneficia conferre, debent præferre clericos, qui habent originem de illo loco*, Abb. *in cap. ad decorem, num.4. de instit.* ibi, *credo tamen ubi inde geniti essent idonei, quod non debent postponi propter extraneos*: & quanquam loquatur in Episcopis, ratio tamen textus est communis ad alia beneficia, *& esset valde honestum & fructuosum, ut quisque in patria sua beneficiaretur, ut sic unus non occuparet beneficia, vel stipendia alterius, nec daretur materia depauperandi beneficia, & inducerentur faciliùs ad residētiam tales indigenæ, quàm extranei*, &c. idem Abbas *in d.c. bonæ, el 2. de postul. prælat. not.3. num.16.* ibi, *ubi in loco reperiuntur idonei, non debet præfici extraneus, est enim quis honorandus, & promovendus, ubi suam peregit ætatem, neque debet alius abripere stipendia aliis debita*, Bald. *in l. Divus Marcus, ff. de tutor. & curat.* Cosm. *in proœm. pragm. sanct. ver. exterorum*, Gregor. Lopez *l.63. verbo de aquel Obispado, tit.15. part. 1.* Paul.Paris. *cons.38. num. 11. vol. 4.* Roland. à Valle *cons.47. num.67. vol.1.* Din. *reg.202.* Corras. *de benef. part. 3. c.15. num. 9.* Roch. de Curte *de jure patron. verbo honorificum, num.47. & 48.* Cæs. 6

Lambert.

Lambert. eodem tract. lib. 2. part. 3. q. 15. art. 4. & 5. Didac. ab Alvar. Episcopus Abulent. de concil. p. 1. §. 36. fol. 92. Mendos. in reg. 16. Cancel. q. 41. & 43. Rebuff. de nominat. q. 5. num. 48. & 57. Selv. de benefic. part. 3. q. 26. num. 2. Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 5. num. 14. Cov. pract. cap. 35. num. 5. in fine, Anton. Cuch. instit. Canon. lib. 4. tit. de elect. el 1. num. 88. Salzed. d. c. 54. n. 7. 9. & 11. in fine, Azeved. l. 14. n. 9. tit. 13. lib. 1. recopil. Flamin. Paris. de resign. benef. lib. 5. quæst. 7. num. 3. Spin. in speculo testament. gloss. 3. princip. n. 72. Mieres de major. part. 1. q. 11. num. 89. cum seqq. & q. 57. num. 100. Zerola in praxi Episcop. p. 1. verb. beneficia, §. 8. Sahagun in cap. eam te, n. 30. de rescript. Hojeda de incompatibil. benef. c. 23. num. 83. Villar. del patronazgo de Calatayud, p. 3. in princ. n. 7. & 8. costumbre 4. Surd. de aliment. tit. 1. q. 93. à n. 9. Gutierr. cons. 2. num. 23. & 24. Cevall commun. contra communes, quæst. 683. num. 35. & 36. Camill. Borrell. in sum. decis. part. 1. tit. 20. num. 163. Nicol. Garc. d. p. 7. c. 9. ferè per tot. Gonzal. ad reg. 8. cancel. gloss 9. §. 1. num. 37. ibi, *nihilo rectius est juri communi consonans quod potius conferantur beneficia clericis naturalibus, incolis, & indigenis loci, ubi beneficia consistunt, secundum cujusque eruditionem, mores, & doctrinam, quàm forensibus, peregrinis, & extraneis.*

7 Ex Theologis S. Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. ad 4. Sot. de justit. lib. 3. quæst. 6. art. 2. ante decimam conclusionem, vers. enascitur autem, Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 4. quæs. 25. vers. & certè multis, circa finem, ibi: *denique constans est omnium opinio, beneficia Ecclesiastica esse oriundis, non externis clericis conferenda*, Less. de justit. lib. 2. cap. 34. dub. 3. n. 59. novissimè Fr. Anton. Ximenes in peritia curationis status languentis religiosi, tract. 10. art. 12. n. 5.

8 Quorum sententia multis, sed his potissimùm probatur rationibus. Prima, quia in provisionibus beneficiorum, illi omnibus sunt præferendi, de quorum bonis Ecclesiæ, & beneficia sunt fundata, glos. verb. sine possessione, in c. neminem, 70. dist. ibi, *quia potius sunt illi clerici instituendi, de quorum bonis fundata est Ecclesia*, &c. quam glossam extollunt, atque auream appellant, & contradicentem non habere affirmant Lambert. de jurepatron. part. 3. lib. 2. art. 4. quæst. 5. num. 9. Roch. eod. tract. verbo honorificum, quæst. 18. num. 46. Barbat. cons. 23. libro 1. Gregorius Lopez l. 13. verb. hijos de la Iglesia, tit. 15. part. 1. Azeved. d. l. 14. num. 12. tit. 3. libro 1. recop. Azor. d. libro 6. cap. 4. quæs. 25. vers. & certe multis, Salzed. d. cap. 54. num. 4. vers. tum fulcitur.

Secunda ratio est, quia tales indigenæ 9
inducuntur facilius ad residentiam, quàm extranei, ut per Abb. in d. cap. ad decorem, num. 4. Sot. d. lib. 3. q. 6. art. 2. circa decimam conclus. & in respons. ad 4. argument. Azeved. d. lib. 1. n. 17. Salzed. d. c. 54. num. 4. ibi: *tum quia hæc potissima erit causa, propter quam homines facilius invitentur ad residentiam, non enim parvo æstimandus est ingenitus amor, quem quisque ad nativum solum habet*, &c. Nicol. Garc. d. p. 7. cap. 9. n. 7. ibi, *quia facilius inducuntur ad residentiam indigenæ dulcedine patriæ allecti, quàm extranei*, &c. Cevall. communium quæst. 693. n. 35. ibi, *quia præsumptio est, quod naturales, & originarii melius resident in beneficiis, quàm extranei, qui cum magna difficultate relinquunt dulcem, & amabilem patriam, & sic ista ratione naturales & originarii præferri debent*, &c.

Tertia ratio est, quia originarius præsu- 10
mitur melius scire mores, & consuetudines patriæ suæ, quàm forensis, ut per Azeved. d. l. 14. num. 16. Ludov. Gom. in reg. de idiom. quæst. 1. col. 4. Salzed. d. cap. 54. n. 4. in fine, ibi: *tum quia is diligentissimè quæ ad munus suum spectant, præstabit, cùm melius patriæ mores, quàm exterus cognoscat, & judicat quidem faciliùs de his, quæ novit, ut habetur 1. Ethicorum*, &c.

Quarta ratio, quia indigena magis præ- 11
sumitur diligere patriam suam, & Ecclesiam, in qua est enutritus, ut docet Sanctus Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. ad 4. ibi, *ille qui de gremio Ecclesiæ assumitur, ut in pluribus consuevit, est utilior, quantum ad bonum commune, quia magis diligit Ecclesiam, in qua est nutritus*, &c. quem sequitur Sot. de justit. & jure lib. 3. q. 6. art. 20. d. 4. ibi, *cui & alteram Sanctus Thomas causam subnectit, quæ mihi est probatissima, videlicet quod plurimùm unusquisque propensiorem habet animum ad suam propriam civitatem, & Ecclesiam, in qua nutritus est, atque ea ratione utilior esse poterit*, &c. Azor. d. lib. 6. cap. 4. quæs. 25. vers. & certè, ibi, *quia indigenæ & qui sunt ex loco oriundi, magis ipsi diligunt Christi gregem sibi commissum*, &c. nam quilibet præsumitur diligere patriam suam, ex qua est oriundus, Alciat. per text. ibi, in l. veluti, ff. de justit. & jure, & in tract. de præsumpt. reg. 1. præs. 17. num. 1. Ignat. del Villar. in sylva respons. lib. 1. resp. 7. p. 4. n. 20. Mier. de major. p. 1. q. 51. n. 291.

Quinta ratio est, quia indigenæ, & qui 12
sunt ex loco oriundi, magis amantur, & coluntur à populo, quàm exteri, & eorum virtus & doctrina est magis perspecta, ut tenet Azor. dicto libro, cap. 4. q. 25. vers. & certè.

Non refragatur doctrina Nicolai Garciæ 13

in d.7. p.c.9. num.7. ubi declarat suam & nostram sententiam his verbis. *Sed hoc intelligo de honestate, quia valde honestum est, & fructuosum, ut quisque in patria sua beneficietur,* &c.quia non tantùm de honestate, sed etiam de jure prælatio hæc naturalium procedit, ut ex hoc cap. colligitur, & probat glos.celebris *verb. alia, circa finem, in cap. cùm inter, el 3. de elect.* ibi, *Dicas quod verum est, quod ita debet fieri, & honestum est, & de jure est,* &c. Abb. *in d.c.pro defectu, de elect. n.7.* ubi quod hæc prælatio procedit mero Iure inspecto, & agnoscit idem Nicol. Garc. *d.c.9.n.16.* ibi, *honestumque sit, ac rationi, & Iuri conforme, quemquam in patria sua beneficiari,* &c. Nec pro Nicol. Garcia facit text. *in d. c. ad decorem, de instit.* quia illi respondere videtur gloss *verb. alienum, in d. c. bona, el 2. de postulat. Prælat.* ibi, *nec obstat infra de instit. ad decorem, quia illi erant omnes extranei, & qua ratione illi Veneti instituebantur, eadem ratione & alii, dummodo aliud impedimentum non obstet.* Cui optimè etiam respondet Azor. *d.p.2.lib.6.c.4. quæs.25. vers.ad objecta,* his verbis: *Respondeo meritò ab Innoc. III. Patriarcham Constantinopolitanum reprehendi, non quia ad beneficia eligebat indigenas, sed quia cùm multos ex exteris adscripsisset, ex una tamen Venetorum gente assumebat, & quia Venetos tantummodo promovebat, quasi eis conventione, & pacto, & jure beneficia deberentur,* &c.

14 Ex quibus sequitur naturalem idoneum ad beneficium curatum suæ patriæ esse aptiorem rei gerendæ, & meliorem, atque præstantiorem ad illum statum, utilioremque, quantum ad bonum commune, ut sentit S.Thom. *2.2.q.63.art.2.ad 4.* ibi, *Ille de gremio Ecclesiæ assumitur, & in pluribus consuevit esse utilior quantum ad bonum commune, quia magis diligit Ecclesiam, in qua est nutritus*: sequuntur Sot. *de justit. lib.3. q.6. art.2. ad 4.* Azor. *dicto libro 6. cap.4.q.25. vers. & certè, & vers. ad objecta*; ad ministerium enim Paro-
15 chi non semper dicitur quis dignior ex eo quod sit doctior, vel sanctior, sed ex eo quod sit ad bonum commune utilior. S. Thomas *2.2. q.63. art.2.* ibi, *Contingit enim quandoque quod ille, qui est minus sanctus, & minus sapiens, potest magis conferre ad bonum commune,* &c. junctis verbis, quæ paulò inferiùs sequentur, ibi, *& dispensationes spiritualium principalius ordinantur ad utilitatem communem,* &c. Cov. *in reg. peccatum, part.2. §.7. num.4. vers. dignior,* ibi, *dignior verò in hac quidem disputatione non simpliciter dicitur ille, qui doctior sit, vel qui sanctior, sed is, qui juxta munus, & rem, cui præferendus est, aptior ejus ministerio appareat,* &c. Azor. *d. lib.6.c.15. quæs.1. vers. verùm,* ibi, *doctior, & sanctior habetur, qui ratione habita præfecturæ, ad quam assumitur, utilior, & aptior est, quamvis absolutè alius eo peritior, & melior inveniatur,* &c. Perez de Lara *de anniverf. & Capell. lib.2. cap.2. n.36.* ibi, *Dignior dicitur, qui rei gerendæ aptior est, licèt alter sit doctior, vel sanctior,* &c. Rebuff. *in concord. tit. de elect. derog. verb. idoneiorem, pag.95.* ibi, *Quod intellige meliorem secundùm quid, videlicet, quod sit melior ad illum statum, ad quem eligitur; non autem tenetur eligere meliorem simpliciter, qui est ille, qui est sanctior, & in charitate perfectior,* &c. Didac. Perez *lege 2. tit.6. lib.1. ordin. verb. quæro quis dicatur dignior.* Quando & quibus casibus dignior debet eligi, omisso digno, sub reatu peccati mortalis, per conclusiones resolvit Escobar *de utroque foro, art.5. num.48. cum sequenti, pag.176.*

Distinctio LXIII.

Summarium.

1 *Hispaniæ Reges nullum superiorem, neque etiam Imperatorem in temporalibus recognoscunt.*

2 *Imperatores Romani potestatem, & dominationem in universo orbe nunquam habuerunt.*

3 L. deprecatio, ff. ad leg. Rhodiam, *intellectus remissivè.*

Cap. Adrianus II.

AD *num.8.* Pro exornatione resolutionis, de qua hic, quod scilicet Catholici Hispaniarum Reges, non solùm postquam Hispaniam Maurorum invasione penè vastatam, propria virtute, & labore recuperarunt, verùm etiam ab ipsis Gothici regni primordiis, nullum alium Principem, atque adeo nec ipsum quidem Imperatorem in temporalibus superiorem agnoscunt, 1
ultra citatos vide Palat. Rub. *& ejus additionat Baron. introduct. ad rubricam de donationibus inter virum & uxorem, n.18.* Segura, & Didac. Perez *in lege Imperator, num.5. ff. ad Trebellian.* & eundem Didac. Perez *in proœmio ad leg. 9. Ordin. q.3.* Plan. *in præfatione antin. numer. 2. & 12.* Burg. de Paz *in proœm. legum Tauri, numero 31. cum sequentibus,* Avendañ. *ad cap. 1. Prætor. cap. 4. num. 5.* Rendin. *de majestat. Principum, verb. Imperatoriam, ex n.35.* Ioan. Garc. *de expens. c.9. n.68.* &

& 69. & de nobilit. in inscript. num. 25. Humada *ad Greg. Lopez l. 49. tit. 6. p. 1.* Camil. Borrel. *de præstantia Regis Cathol. c. 47. 48. & 53.* Angel. Matheac. *de via & ratione juris, lib. 1. cap. 30. n. 13.* Joseph. de Rusticis *ad l. cùm avus, ff. de condit. & demonstr. lib. 5. c. 10. num. 33. & 34.* Garc. Mastrill. *de Magistrat. lib. 1. cap. 4. num. 15. & lib. 6. cap. 12. num. 5.* Cevall. *de cognit. per viam violent. gloss. 18. ex num. 3. 21. 31. & 80.* Franc. Molin. *de pactis nupt. lib. 1. cap. 2. num. 8.* Zamalloa *lib. 11. hist. Hispan. c. 8.* Zurita *lib. 12. annal. in Rege Ferdinando, anno 1455. n. 37. 48. & 51.* Mariana *de rebus Hispan. lib. 3. cap. 5.* Valdes. *de dignitate regum Hispaniæ, cap. 18.* Gregor. Lopez Madera *in excellent. Monarch. Hispaniæ, cap. 2. per totum.*

2 Ibidem *num. 11. cum seqq.* Addo neque olim cùm Roma florebat, neque postea Germano Imperio ad Græcos, Gallos, & Germanos translato, Romanis Imperatoribus potestatem, & dominationem in universo orbe fuisse, quin potiùs illam intra subjectos sibi populos contineri, qui licèt plures fuerint, plurimi tamen adhuc stabant, ad quos Romanæ Aquilæ nullatenus pervenerint: sacra etiam Scriptura sæpè sæpiùs his vulgaribus, seu communibus verbis utitur, & dum omnem terram dicit, illam tantùm provinciam, de qua est sermo, significat, ut ad explicationem *c. 2. Daniel.* ubi *Nabuchodonosor Rex totius mundi*, appellatur, rectè advertit *gloss. interlinearis ibidem*, & P. Maldonatus, & Franciscus Lucas super illud *Lucæ 2. Exiit edictum à Cæsare ut describeretur universus orbis*: ultra citatos vide Victor. *in relect. de Indis Insulanis, p. 1. ex num. 24.* Bañes *in 2. 2. q. 10. art. 10. vers. arguitur quartò, col. 531.* Petr. Greg. *syntagm. Iuris lib. 12. cap. 2. n. 6. cum seqq.* Gabr. Vasquez *disp. 153. cap. 2. num. 12.* Salas *de legibus, quæst. 95. tract. 14. disp. 7. sect. 7. num. 42.* Suar. *in defensione fidei contra Anglicanæ sectæ errores, lib. 3. cap. 5. n. 7. & in tract. de charit. disp. 13. sect. 5. num. 4.* Ioan. à Ponte *in conven. utriusque Monarchiæ, lib. 2. c. 2. §. 3. pag. 92. & c. 17. §. 1. pag. 189.* Calixt. Ramirez *de lege Regia, §. 3. n. 2.* benè Trullench *in exposit. Decalogi, lib. 7. cap. 3. dub. 2. n. 3.* eleganter Franc. de Amaya *observat. lib. 1. cap. 1. n. 82. cum seqq.* ubi præter Spartianum, Lampridium, & alios, tenet sub orbis appellatione intelligi Romanum Imperium, auctoritate Cassiodori *lib. 10. epist. 8. decet enim ut orbis iste Romanus juvante vestro resplendeat*, & *lib. 3. epist. 52. Augusti siquidem temporibus orbis Romanus agris divisus, censusque descriptus est*, quo loco eleganter explicat illud *Lucæ, Exiit edictum*, &c. quod non de toto terrarum orbe debet accipi, sed de Romano orbe: quo sensu procedunt *l. 1. C. de eunuch. l. unic. in princ.* ibi, *de orbe Romano, C. de caduc. tollen. l. in orbe Romano 17. ff. de statu homin.* quam sic legendam esse testantur Alciat. *lib. 2. dispunct. c. 21.* Pinel. *in rub. C. de bonis matern. p. 2. num. 11.* Donel. *comment. Iuris Civilis lib. 2. c. 16.* Iust. Lips. *lib. 1. de magnitudine Romana, cap. 7.* Anton. Fab. *in jurisprudent. tit. 5. princ. 3. & tit. 9. princ. 2. illat. 1.* Bernard. Aldrete *lib. 1. del origen de la lengua Castellana, c. 3. & 4.*

Ibidem *num. 14. in fine*: Ad explicationem *d. l. deprecatio, ff. ad legem Rhodiam*, ultra citatos vide Lancell. *in templo omnium judic. lib. 1. cap. 1.* Mantua *in Enchiridio rerum, lib. 9. cap. 220.* Anton. Rosel. *lib. 1. memorab. cap. 3. num. 5.* Sarmient. *lib. 1. select. cap. 8. num. 20.* Petr. Gregor. *de republ. lib. 6. cap. 13. num. 14. cum seqq.* Vacon. *lib. 2. declarat. c. 106.* Cujac. *lib. 25. observ. 30. & lib. 2. sent. ad Paul.* Gail. *lib. 2. observ. 55. & 56.* Mendoza *de pactis, lib. 1. cap. 15. n. 25.* Greg. Lop. Madera *de excellent. Hispan. Monarch. c. 2. fol. 10.* latè Franc. de Amaya *observ. lib. 1. cap. 2. n. 74. cum seqq.* 3

SUMMARIUM.

1 *Pontifices an aliquando judicio Imperatorum se subjecerint, ostenditur.*

2 *Iura quæ de subjectione facta per Pontifices Imperatoribus loquuntur, non ad subjectionem juridicam, sed arbitrariam, ex libera Pontificum voluntate pendentem referenda sunt.*

Cap. In synodo XXIII.

AD *num. 2. in fine.* Optimè Seraph. de Freitas *de justo imperio Lusit. Asiatico, cap. 6. num. 51. his verbis*: Minus etiam obstabit, *quod Pontifices aliquando judicio Imperatorum se subjecerunt, c. nos si incompetenter 41. c. si quis super 42. 2. q. 7. c. mandasti, c. auditum 2. q. 5.* Nam *d. c. si quis*, aliud longè diversum docet, ut constat ex originali, quod refert Suar. *de defensione fidei Catholicæ, lib. 4. cap. 7. num. 10.* Cætera verò Iura non ad subjectionem juridicam, sed arbitrariam ex libera Pontificum voluntate pendentem referenda sunt. D. Thom. *2. 2. q. 67. artic. 1. ad 2.* ubi Cajet. Card. Bellarmin. *lib. 2. de Romano Pontif. c. 29. arg. 6. & lib. 2. de Concil. c. 18.* Turrecr. *lib. 2. summæ, c. 104. & 105.* Suar. *d. cap. 7. à num. 3.* *Cùm etsi velit, non possit Christi Vicarius se alteri subjicere, sive quoad jurisdictionem temporalem*, Abb. *n. 7.* Felin. *n. 2. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut.* Bald. *in* 1 2

lege

lege est receptum, *C. de jurisd.* D. Thom. & omnes *in 4. dist.* 18. *&* 19. Cajet. *d. art.* 1. & alii, *quos*
4 *refert, & sequitur latè probans* Suarez *d. c. 7. n. 2. sive quoad vim coërcitivam respectu spiritualis potestatis.* Bellarm. Turrecr. & alii citati à Suar. *num.* 3. ubi proximè, & constat *ex cap. patet 9. q. 3. cum aliis ibidem. Imò Pontificem recognoscere Imperatores*, & seipsis longè su-
5 periorem prosequuntur ex Rebuff. & aliis latè Bellarm. *lib. de Ecclesia, cap.* 18. Suar. *lib.* 3. *contra Angliæ errores, cap.* 31. *n.* 9. *Quod si legatur Imperator interdum judicasse de causa Pontificis, & ibi deposuisse, certè id jure factum non est, & ex historiis, Patribus, & aliis bene probant* Bellarm. *lib.* 2. *de Romano Pontifice, cap.* 29. *arg.* 5. *& l.* 2. *de translat. imperii, cap.* 4. *col.* 5. *in apologia ad Iacobum magnæ Britanniæ Regem, cap.* 17. *resp.* 1. Suar. *contra Angliæ errores, lib.* 3. *cap.* 29. *n.* 9. *cum seq.*

Cap. Cùm longè XXV.

1 AD *num.* 2. *in fine.* De jurepatronatus, & jure nominandi ad Ecclesias Hispaniæ Regibus Catholicis competente, ultra citatos vide *l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *Recop.* Gregor. Lop. *verb. antigua costumbre, tit.* 5. *p.* 1. Mariana *de rebus Hispaniæ, lib.* 24. *c.* 16. *& lib.* 25. *cap.* 5. Balboa *ad c. cùm Ecclesia Sutrina, num.* 5. *de causa possess.* Garcia de Loaysa *in notis ad cap.* 6. *Concilii Tolet. XII. verbo libera principis electio*, Vinc. Turturet. *de sacello regio, fol.* 107. *& seq.* Camill. Borrell. *de præstantia Regis Cathol. c.* 50. *&* 51. Modern. *de protectione regia, p.* 3. *c.* 10. *n.* 9. *& n.* 235. *cum seqq.* Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 39. *cum seqq.* Humad. *l.* 18. *gloss.* 1. *tit.* 5. *p.* 1. Ioan. Filesac. *de sacra Episcop. authorit. c.* 7. Salaz. de Mendoza *de orig. dignit. Hispan. lib.* 1. *cap.* 6. *fol.* 8. Martin. Mages *de advocat. armata, c.* 9. *ex n.* 11. *& c.* 11. *ex n.* 21.

Cap. Tibi Domino XXXIII.

1 EX hoc textu, juncta *gloss. verb. jurare*, colligitur, quod non solùm in contractibus, verum etiam in multis utriusque Iuris casibus, qui jurisjurandi specialem religionem, & exhibitionem desiderant, permissum, & receptum est, ut quis illud tam per procuratorem, quàm per seipsum facere possit, similis *textus in c. metuentes* 17. *q.* 4. ubi gloss. *verb. de præsenti, c. unic.* §. *verùm, de statu regul. in* 6. *c. ult. de juram. cal. eod. lib.* cum aliis, quæ ad hoc ipsum comprobandum adducit Cov. *in cap. quamvis pactum, p.* 1. §. 5. *num.* 8. Navar. *cons.* 4. *n.* 2. *de summa Trinit. & cons.* 11. *n.* 2. *de jurejur.* Soto *de justit. lib.* 8. *q.* 2. *art.* 2. *ad* 4. §. *per hæc*, Cajet. 2. 2. *quæst.* 98. *art.* 2. *in arg.* 4. Cardin. Tusch. *lit. I, concl.* 530. ubi allegat *l. jusjurandum*, §. *fin. de jurejur. & conclus.* 53. Petr. Ledesma *in sum. p.* 2. *tract.* 1. *c.* 4. *concl.* 10. *Sexta diffic.* Felician. Vega *ad c. Pastoralis, de judic. num.* 7. Utrùm autem professio fidei possit fieri per procuratorem, latè egi *de offic. & potest. Episcopi, p.* 3. *alleg.* 61. *num.* 20. *&* 21. *in tract. de Can. cap.* 17. *num.* 5. *& in collect. ad Concil. Trident. sess.* 24. *de ref. c.* 12. *num.* 39. *&* 40.

Distinctio LXIV.

Cap. Episcopi I.

AD *num.* 1. *in fin.* Quod Episcopi consecratio possit ex dispensatione Papæ ab uno tantùm Episcopo fieri, qui in defectum aliorum duas dignitates, vel Canonicos mitratos sibi in sacros assumat, prout quotidie fieri videmus, quia Papa potest mutare hanc formam, quanvis fuerit ab Apostolis instituta. Ita Hugo & Præpos. *in cap. porrò*, 67. *dist.* quos sequitur Gregor. Lop. *l.* 28. *gloss.* 2. *tit.* 5. *p.* 1. D. à Cuña *ad c. de objectione* 3. *dist.* 64. & extat de hoc expressa declaratio sacræ Congreg. Cardinalium, de qua testatur Farin. *in not. ad Concil. Trid. sess.* 23. *de reformat. cap.* 11. ubi ait sic declaratum fuisse à majori parte Theologorum, qui consulti fuerant, & ita Pium V. dispensasse. 1

Distinctio LXX.

Summarium.

1 *Vocum in paritate ille debet præferri, qui fuerit de familia fundatoris.*
2 *Vocum in paritate prælatio competit habenti majores, & plures qualitates.*
3 *Merita quando sunt æqualia, Episcopus ex duobus æqualiter præsentatis illum instituet quem voluerit.*

Cap. Neminem I.

IN gloss. *sine possessionis.* Collige ex glossa, quod stante paritate vocum patronorum, ille debet præferri, qui fuerit de familia fundatoris, ut per Roch. *de jurepatron. verb. honorificum, quæst.* 18. *n.* 46. *vers. prima opinio*, Lambert. *eodem tract.* 4. *part. quinta q. princ.* 3. *p.* 2. *lib. n.* 3. *in fine, vers. successivè*, Ferret. *cons.* 131. *num.* 4. 1

num.4. Vivian. *in praxi jurispatron. lib.*14. *post n.*62. 3. *parte*, *num.*67. Perez de Lara *de capellan. lib.*2. *cap.*3. *num.*31. *vers. & consanguineus præfertur*, Burat. *decis.*316.*num.*12.
2 *& decis.*633. *in fine*, *& decis.*647. *n.*17. In hac enim paritate vocum prælatio competit habenti majores, & plures qualitates, Lambert. *d. tract. de jurepatron. part.*2. *lib.*2. *q.*7. *princ. art.*26.*n.*2. Mastrill. *decis.*2. *num.*8.*lib.*1.
3 Rota *in Lunen. Sarzanen. jurispatronatus*, 9. *Februarii* 1616. coram bonæ memoriæ *Pirovano*, & magis idoneus debet in hoc casu semper institui, Azor. *instit. moral. part.*2. *lib.*6. *cap.*22. *quæst.*14. Aloys. Ricc. *in praxi, resol.*106. Castro Palao *in opere morali, tom.*2. *tract.*13. *disp.*2. *puncto* 9. *num.*3. Ego *de officio & potest. Episcop.*, *part.*3.*alleg.*72. *num.*200. nisi æqualia sint amborum merita, quia tunc Episcopus ex duobus æqualiter præsentatis illum instituet, quem voluerit, ex Lambert. *dicto lib.*2. *part.*3. *q.*5. *princip. art.*1. *n.*2. Cæs. de Grassis *decis.*1. *n.*9. *de jurepatron.* Mar. Antonino *var. resol. lib.*1. *resolut.*104. *num.*2. *vers. tunc demùm*, Castro Palao *dicto puncto* 9. *numero* 1.

DISTINCTIO LXXVII.

CAP. Quicunque III.

1 GLos. *in hoc text.* dicit *ibidem*, grandævum illum vocari, qui ultra trigesimum annum existit, ut per Turrecr. *in præsenti*, Alex. Scot. *in vocabul. utriusque Iuris, verb. grandævus.* Sed mihi videtur grandævum provectioris senectæ hominem dici, ut ex Virgilio, & aliis notat Thesaurus linguæ Latinæ *verb. grandævus*, & colligitur *ex textu in capite illud* 13. *quæst.*2. ubi accipitur grandævus pro sene, & facilè morituro, ibi, *si ei quicquam humanitus contigerit, quia grandævus est*: & confirmatur auctoritate S. Augustini *lib.*5. *de civitate Dei*, ubi de Constantino loquens sic ait, *grandævus ægritudine & senectute defunctus est.* Probatur 1. *Regum c.*4. ibi, *senex erat grandævus*; nam de Heli loquitur, qui nonagenarius erat, ut notat Alberic. *in dictionario, verb. grandævus*, cum aliis adductis per Majol. *de irregul. lib.*1. *cap.*30. *n.*14. Gravem, verò sive ingravescentem ætatem à quinquagesimo ad sexagesimum quintum annum protrahi probat Zach. in quæst. Medicoleg.

DISTINCTIO LXXX.

CAP. In illis II.

AD *num.*4. Quod civitas appellari non potest, quæ Episcopum non habeat, ultra citatos addo Hieron. de Monte *in tract. fin. regund. c.*5. Bobad. *in sua politica*, *lib.*2. *c.*17. *num.*15. Cened. *ad Decret. collect.*101. *num.*1. Camil. Borrel. *de præstantia Regis Cathol. c.*76. *n.*22. *& cons.*2. latè disputat, an civitas ad Episcopalem sedem erecta debeat facere palatium pro Episcopo? Sed verius est non omnes civitates Episcopos habere, nec illis indigere, & jus creandarum civitatum apud Imperatorem & Regem in suis provinciis, independenter à summo Pontifice, aut Episcopi designatione residere, ut per Gaspar. Velasc. *in l. Imperium*, *ff. de jurisd. omn. jud. num.*73. Raynald. Cors. *lib.*3. *indag. c.*3. Urbis tamen decus augetur per Episcopi sedem, & in eadem sede de novo augenda, considerandum est quod habeat progressum nobilem, divitem, numerosum, & sufficientem Sacerdotum copiam, ne aliàs sedes Episcopalis vilescat, ut benè observat Isidor. Mosscon. *de Majest. milit. Eccles. p.*1. *c.*15. 1

DISTINCTIO LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Medici gratis pauperes curare debent.*
2 *Concurrente opportunitate locorum, temporum, & rerum.*
3 *Medicus recusans pauperes curare, à Iudice poterit officio privari.*

AD *num.*1. Pro exornatione conclusionis, quod Medici gratis pauperes curare debent, ultra citatos vide Gregor. Lop. *verb. llanamente, tit.*22. *part.*3. Mandos. *in praxi*, *tit. de ingratitud. cap.*101. *vers. pauperes*, Fusc. *de visitat. lib.*2. *cap.*3. *n.*6. Franc. Ripa *in tract. de peste*, *in remed. ad curand. pestem*, §. *medicorum*, *num.*101. Gasp. Baëz. *de decima tutorum*, *c.*10. *num.*15. Gail. *lib.*1. *observ.*43. *num.*13. Roland. à Valle *cons.*87. *n.*38. *cum duobus seqq. lib.*2. Sebast. Medices *de casibus fortuit. p.*2. *q.*4. *num.*11. Petr. Roiz. *Lituan. decis.*4. *n.*300. *& seq.* Fulv. Pacian. *de probat. lib.*1. *c.*54. *num.*63. B. Ioan. à Capistrano *in speculo conscient. num.*266. Visill. *ad* 1

ad *Afflict. decis.*113. Flores de Mena *variar. q.*8. §.1. *num.*52. Cornel. Beninc. *de paupert.*
2 *spec.*1. *de judic. n.*17. Vincent. Carot. *de locato, p.*2. *gradu* 4. *de medico, q.*3. *ex n.*2. ubi *num.*8. *fol. mihi* 121. id verum dicit tribus concurrentibus requisitis, sive in foro exteriori, sive interiori, scilicet opportunitate locorum, quia non per mundum quærere indigentes infirmos tenetur Medicus, sed si illis occurrat, sufficit: temporum, quia non futuræ necessitati occurrere, aut providere, sed præsenti homo tenetur: rerum, quia consulere, conjunctisque sanguine curam impendere debet homo, & *num.*9. post Bart. subdit, quod Medicus gratis infirmos pauperes medicari recusans, poterit à judice officio privari.

Distinctio LXXXVI.

Cap. Non satis XVI.

1 Post *num.*1. Collige ex textu, subveniendum esse existenti in extrema necessitate, etiam ex bonis, quibus quis ad statum suum indiget, modò non ad naturalem necessitatem sublevandam, ut per S. Thom. 2. 2. *q.*33. *art.*5. & *quodlib.*8. *art.*12. Cov. *lib.*3. *var. c.*14. *num.*5. Palat. Rub. *in c. per vestras*, §.12. *n.*3. Corn. Benincas. *de privileg. paupert. spec.*5. *in judic. num.*18. *cum seqq.* Gasp. Baëz. *de inope debit. c.*12. *n.*16. Ludov. Mex. *in tract. taxæ panis, conclus.*1. *num.*6. Surd. *de aliment. tit.*1. *q.*90. *per tot.*

Summarium.

1 *Senes junioribus in eleemosynis sunt præferendi.*
2 *Paupertas senis semper major, & urgentior reputatur.*

Cap. Consideranda XVII.

1 Divus Ambrosius, ex quo desumitur text. in præsenti, sentit senes junioribus in eleemosynis esse præferendos, ibi, *consideranda est etiam in largiendo ætas, atque debilitas*, &c. *senibus verò plus largiaris, qui sibi labore suo nequeunt victum quærere.* Concordat *l. Castel.7. tit.*23. *p.*1. ibi, *la setena cosa es, que deve parar mientes, de que edad es el que pide la limosna, que ante deve dar à los viejos que no le pueden ganar, que à los mancebos.* Didac. Perez *in l.*4. *gloss.*2. *col.*2. *in fine, lib.*4. *ord.* Tiraq. *de nobil. cap.*20. *num.*145. & *de primog. in præfat. n.*147. Mar. Giurba *in consuet. Messan. gloss.*14. *c.*2. *n.*5. *vers. quare eleemosyna*, Alvar. *de privileg. miserab. personarum, q.*18. *n.*52. & ratio est, quia 2
licèt respectu facultatum æqualis juvenis & senis indigentia possit considerari, tamen ex eo major semper, & urgentior paupertas senis reputatur, quia ob ætatis ingravescentiam & defectum, nullo ipsius labore, artificio, & industria potest sublevari. Unde non omnem quemcumque senem in eleemosynis juveni esse præferendum rectè infertur, sed illum duntaxat, qui adeò annorum pondere infirmatur, ut vix proprium quærendi victum labori, & ministerio sufficiat, veluti septuagenarium, quem Iuris censura debilem, & infirmum esse citra controversiam testantur Abb. *cap. quoniam frequenter* 5. *num.*18. *ut lite non contest.* Alciat. *de præsumpt. reg.*1. *præsumpt. ult.* Menoch. *eod. tract. lib.*6. *præs.*46. *n.*21.



Distinctio LXXXIX.

Summarium.

1 *Societas humana in pace conservatur.*
2 *Distributio graduum unitatem & concordiam servat.*
3 *Ordo concordiam alit & fovet.*
4 *Homo qui non vult esse in civili societate, aut Deus, aut bestia.*
5 *Homo animal sociabile.*
6 *Ordo est de conservatione universi.*
7 *Ecclesiastica Hierarchia instar cœlestis ordinatur.*

Cap. Ad hoc VII. & ult.

Eleganter hîc dicitur, *quod dum quilibet servat suum gradum, societas hæc humana in pace conservatur*, ut per Menoch. *cons.*902. *n.*1. ibi, *quemadmodum qui ambitu, fastu, & cupiditate gloriæ de ordinis prælatione contendunt, jure damnandi sunt, quippe qui comparandi videantur Pharisæis illis qui (sic Matth. c.*5. *scriptum reliquit) gloriosè amant primos accubitus in cœnis, primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Ita jure laudandi sunt illi, qui non alia ratione de prælatione hac experiuntur, quàm ut pulcherrimus ille ordo qui & in patria illa cœlesti mirificè est constabilitus observetur, cùm ordo, & concordia parare soleat*, &c. *c. ult.* 89. *dist.* Tiber. Dec. *cons.*7. *n.*1. *vol.*3. ibi, *& quanquam quoad Deum illaudabilis videatur ista quæstio, quia mundi gloria est vanitas vanitatum, & omnia vanitas*, *Eccles.*1. 1
&

*& psalm.*38. *Dicit enim Dominus, qui se humiliat, exaltabitur, & qui se exaltat, humiliabi-*
2 *tur, Matth.* 20. *& 23. Attamen quoad hanc humanam societatem & civilem politiam conservandam necessaria, & laudabilis est, nam graduum distributio unitatem, & concordiam servat, cap. ad hæc,* 89. *dist. & ideo in dignitatibus servandus est ordo graduum, l. honor, §. gerendorum, ff. de muner. & honorib. l. fin ubi Luc. de Peña, C. de his qui sponte munera sub. lib.* 10. *& notatur in rub. & in nigro, C. ut dignit. ordo servetur, lib.* 12. *ordines enim dignitatum Deus constituit, non modò in hoc mundo, sed in hierarchiis cœlestibus Angelorum, ut notatur in rub. de majorit. & obed. & in cap. est ordo,* 33. *q.* 5. *& in auth. quomodo oporteat Episcopos,* &c. Franc. Bursat. *cons.* 343. *in princip. volum.* 4. ibi, *dum ordo concordiam alat, & foveat, secundùm*
3 *Divum Gregorium relatum in cap. fin.* 89. *dist. Archidiac. in cap. decernimus,* 10. *quæst. in princip. & qui gratia ordinis servandi tantum contendunt, nil aliud agunt, quàm ut à Deo Optimo, Maximo constabilita tueantur, Cantic. c.* 8. *Rex ordinavit in me charitatem, Apostol.* 1. *ad Corinth. cap.* 9. ibi, *Dominus ordinavit, & ad Hebræos c.* 5. *& psalm.* 109. *Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech. Naturam humanam defendunt, quæ ex ordine non omnes inter summos, neque rursus omnes inter novissimos constituit, ex Iustin. in §. ordinat, auth. de Monachis, jura & leges confovent, quibus magnæ curæ fuit, ut alter alteri præsit, & alter alteri, c.* 1. *c. per tuas, c. solitæ, de majorit. & obed. toto tit. cap. ut dignitatum ordo servetur,* &c. Petrus Gregor. *de Republ. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 8. ibi, *utique in uno corpore physico, membrorum concordia, & colligatione actiones suas mens exerit, & perficit, & unico spiritu eadem membra colligat, ita unum imperium cum potestate unius, vel plurium unitorum in republ. regit, imperat, eique ut membris convenientia & leges dicit, concordiam forma, & humanæ societati necessariã exequitur, communicat commercia, actiones, & amicitias convenientibus præceptis, quæ vel natura, vel necessitas suadet, per se inviolata servare. Nam homo, qui non est, aut non potest, aut non vult esse in civili societate, vel*
4 *Deus est, qui nullius indiget, & sibi sufficiens est; vel bestia, qui non amat societatem hominum, homo quippe animal sociabile, ut ait Aristotel.* 1. *polit. cap.* 2. *Quia verò ea societas humana est hominis utentis ratione, necessarium est illam quoque esse ordinatam cum distinctione ejus, quod rationi consentit, vel adversatur, ut jus sit ordinatio civilis societatis, &c.* Iul. Lavor. *variar. lucubrat. titulo* 4. *de electionib. cap.* 1. *num.* 36. ibi, *his adde, quia ordo est de conservatione universi,* &c.

5 In textu ibi, *cœlestium militiarum exemplar nos instituit, quia dum sunt Angeli, sunt Archangeli,* &c. consonat Sanctus Bernardus *libro* 5. *de consideratione ad Eugen. capite* 4. *sub finem,* ibi: *Sicuti illis Seraphim, & Cherubim, ac cæteri quique usque ad Angelos; & Archangelos ordinantur sub uno capite Deo, ita hic quoque sub uno summo Pontifice, Primates, vel Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Presbyteri, vel Abbates, & reliqui in hunc modum,* &c. Bobadill. *in sua politica, libro* 3. *cap.* 2. *numero* 19. ibi: *Veniendo pues al discurso de las precedencias, y assientos de los corregidores, digo que assi como el immenso Dios mui sabio, y mui justo manda à los Angeles, assi los Angeles mandan à los hombres, los hombres à los animales, la alma al cuerpo, el Cielo à la tierra, y la razon à los apetitos: assi como segun San Gregorio en las Hierarchias de los Cielos, y Angeles, y Archangeles, y otros espiritos, que no son yguales, sino diferentes en grados, y dignidad: y segun Tito Livio la firmeza de la fè es sogetarse à los mayores, y Dionysio dize, que es ley eterna de la naturaleza, que el inferior obedesca al superior, y assi para mayor concordia de los ministros de Dios en la tierra, y mayor administracion de los officios humanos fue, y es necessaria la diversidad, y mayoria, y que los superiores precedan à los menores, y sean dellos reverenciados, y ellos sean amados de los mayores,* &c. Francisc. de Mendoza *in viridario, libro* 8. *capite* 8. *numero* 95. Malder. *de Monarchia, libro* 1. *parte* 1. *cap.* 5.

Distinctio XCVI.

Summarium.

1 *Potestas Ecclesiastica superior est, & sæcularis inferior.*

2 Concilium Trident. sess. 25. de reform. cap. 20. *refertur.*

3 *Commendatur immunitatis Ecclesiasticæ defensio.*

Cap. Quis dubitet IX.

Regorius VII. *lib.* 8. *epist.* 21. *Hermanum Metensem Episcopum,* elegantibus verbis sic alloquitur: *Quis dubitet sacerdotes Christi Regum, & Principum, omniumque fidelium Patres, & magistros censeri.* Ex quibus verbis vulgò colligitur, quod Ecclesia, sive 1

Ecclesiastica potestas principalis, & superior est, sæcularis verò inferior, & ab ea dependens: idem probant *textus in c. ab Imperatoribus*, 23. *q*.3. *& in c. Principes*, 23. *q*.5. resolvunt Sor. *de justit. lib*.4. *q*.4. *art*.1. Cov. *in reg. possessor*, *p*.2. §.9. *n*.7. Cordub. *in suo quæstionario, lib*.1. *q*.57. *dub*.3. Sander. *de visibili Monarch. lib*.1. *c*.4. Card. Bellarm. *tom*.1. *lib*.5. *de potest. Papæ*, *c*.1. *cum seqq.* Salon. *de justit. q*.4. *de dominio, art*.5. Aragon. *eod. tract. q*.67. *art*.1. §. *cæterùm*, Molin. *de just. tract*.2. *disp*.28. *&* 29.
2 Sanctè quidem & gravibus verbis declarat sancta *Synodus Tridentina, sess*.25. *de reform. c*.20. officium, quod Principibus in rebus Ecclesiasticis agere incumbit, ibi: *Propereaque admonet Imperatorem, Reges, Respublicas, Principes, & omnes, & singulos cujuscumque status, & dignitatis extiterint, ut quo largiùs bonis temporalibus, atque in alios potestate sunt ornati, eo sanctius quæ Ecclesiastici juris sunt, tanquam Dei præcipua, ejusque patrocinio acta venerentur, neque ab ullis Baronibus, Domicellis, Rectoribus, aliisque dominis temporalibus, seu Magistratibus, maximeque ministris ipsorum Principum lædi patiantur, sed severè in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque jurisdictionem impediunt, animadvertant. Quibus etiam ipsimet exemplo ad pietatem, religionem, Ecclesiarum protectionem existant, imitantes anteriores, optimos, religiosissimosque Principes, qui jus Ecclesiæ sua in primis auctoritate auxerunt, nedum ab aliorum injuria vendicarunt.*
3 Hactenus Conc. Trident. Hæc est vera vestra regia epistola, Principes Catholici, quam verè vestra vobis Sancta Mater misit Ecclesia in Spiritu sancto legitimè congregata, in cujus obedientiam jurastis in sacro fonte Baptismatis: & hæc est vera & secura scribendi norma, consulentes optimi, aqua quoque Baptismatis renovati, patique fœdere devincti, parcite, jam quæso sanctissimis Episcopis, parcite religiosissimis clericis, sacratis presbyteris, devotissimis Monachis, quorum exilia, manuumque injectiones aliquando commemoratis, probatis, proponitis, satisque sit, si hæc fiant.

Cap. Constantinus XIII.

1 Ad *num*.3. De donatione Constantini Magni Sancto Sylvestro Pontifici facta, deque donationibus, quas posteà fecerunt aliis Pontificibus Imperatores, atque Principes alii, latè Boët. Epo *de jurisdict. Ecclesiast. tempor. quæst*.3. *à num*.1. *pagina* 58. *cum sequentibus*, *& num*.10. infert ex Ivone Carnotensi in Regiam donationem: *& num*.14. aliam formulam donationis ejusmodi ab Alberico Jureconsulto relictam *in l*.1. §. *initio*, *num*.5. *&* 6. *ff. de officio præfecti Vrbis*, per extensum transcribit, *& à num*.16. aliam Isidori formulam plenissimam adducit, & deinde *à pag*. 239. *cum sequentibus*, glossemata in hunc textum brevissima facit, illumque multis in locis corrigit. Unde colligitur, quàm antiqua fuerit à Regibus liberalitas in Ecclesiam, de quo Rangol. *in cap*.4. *lib*.1. *Regum*, *cap*.19. cujus verba refert Fr. Placidus Reinoso *en la defensa del estado Ecclesiastico*, §.4. & de nostris Hispaniarum Regibus Vasq. *in opusc. de redditibus Eccles. c*.1. §.3. Vald. *de dignitate Regum*, *Regnorumque Hispaniæ*, *cap*.19. *& cap*.21. *num*.6. Anastas. Germon. *in assert. libertatis, immunitatisque Eccles. cap*.9. Valenzuel. *contra Venetos*, *part*.2. *num*.12.

Distinctio XCVII.

Cap. Nobilissimus III.

D *num*.1. Quod simplici Cardinalium, seu alterius nobilissimi, seu excelsi viri verbo credendum est, delegationem sibi fuisse factam, aut aliquid vivæ vocis oraculo commissum, licèt delegationis litteras, aut scripturam non ostendat, ultra citatos adde Panorm. *in cap. super his*, *num*.5. *vers. unde ut Cardinalis*, & ibidem Felin. *n*.8. *de fide instrument.* Vant. *de nullit. tit. quibus modis sententia nullitas repar.* Seraph. *decis*.133. *n*.1. Alphons. Narbona *l*.50. *gloss. unic. n*.66. *cum seqq. tit*. 4. *lib*.2. *Recopil.* me citato in hoc loco, Pareja *de universa instrument. edit. tit*.1. *resol*.5. *n*.55. 1

Ibidem, in vers. *Intellige procedere quando nulli infertur præjudicium*, &c. Hæc est limitatio superioris doctrinæ, ut scilicet illa intelligenda veniat, quando litteræ personis enarratis concessæ non tendunt in præjudicium alterius, sed concernunt tantùm rem propriam Pontificis, aut Principis, seu aliorum, ut ultra citatos tenent Angel. *cons*.82. Gregor. Lop. *l*.23. *in verb. viven con el, tit*.9. *part*.1. Alphons. de Narbona *dict. gloss. unic. num*.68. *cum seqq.* Genoa *in tract. de scriptura*, *lib*.3. *q*.5. *n*.43. citato in hoc loco Pareja *d. resol*.5. *n*.56. 2

I. Quæst.

I. QUÆSTIO I.

CAP. Prophetavit LXXVIII.

1 PER malos & deperditos homines, Gentiles, Judæos, vel Infideles, miracula fieri posse virtute divina, expressè tenent, & aliqua referunt S. Aug. *lib.2. de serm. Domini, tom.4. c.39. & tom.6. contra advers. leg. lib.2. c.4. & lib.4. Confess. cap.5.* S. Greg. *lib.2. moral. c.8.* Bed. Maldon. Barradas, & alii *ad cap.7. Matth.* Medin. *lib.2. de recta in Deum fide,* Ænæ. Robert. *lib.1. rerum judic. c.5. fol.18.* Petr. Greg. *de Republ. lib.13. c.24. & 25.* Bapt. Fulgos. *lib.1. memorab. c.6. de mirac.* Mart. Delr. *disquis. magic. lib... q.7. pag.63.* Sim. Maiol. *dierum canic. tom.2. colloq. 2. pag.112. & seq.* Acosta *lib.2. de procuranda Indorum salute, c.10. in princ.* Rutil. Benzon. *de anno Iubilai, lib.6. c.24.* Camill. Borrel. *de præstantia Regis Catholici, c.55.* Raph. de la Torre *in 2.2. q.9. art.2. disp.4. pag.751. & tom.2. de vit. oppositis Relig. q.95. in prælud. disp.2.* Torrebl. *de Magia, lib.2. c.11. & 26. & de jure spirit. lib.1. c.11. & lib.4. c.1.* Suar. *de fide, disp.4. sect.3. n.8. & sect.4.* Malvenda *de Antichristo, lib.6. c.1. & lib.7. c.15.* Perez *in Laurea Sermantina, cert.1. de Deo trino & uno, dub.1. c.1. ex n.32. & cert.4. dub.1. c.3.* Boz. *de signis Eccles. lib.2. c.8.*

I. QUÆSTIO II.

CAP. Quàm pio II.

1 AD *num.2.* Quatenus hic dicitur, quod licitum est Christiano promittere pecuniam Iudæo cupienti venire ad Baptismum, sed timenti paupertatem inter Christianos, adde Aloys. Leon. *lege 1. num.57. C. de Iudæ.* Ioan. Solorzan. *de Indiarum jure, tom.1. lib.2. c.18. n.40.* ubi *n.41.* rectè monet, quod licèt omnes pactiones, & nundinationes, quæ in rebus spiritualibus fiunt, prohibitæ sint, & simoniæ labem videantur habere, ut probatur in hoc textu, nihilominus ubi pecunia non datur sub tali pacto, neque in vim pretii, & emptionis rei spiritualis, sed in modum conditionis, si infidelis voluerit ad Fidem converti, nulla simonia committitur, quoniam temporale commodum pro re spirituali non datur, sed muneribus, blandimentis, & officiis pagani voluntatem, & animum conciliamus, ut consulat suæ saluti, & ad id, quod jure divino præstare deberet, nobis devincimus, quod nullam in se turpitudinem habet, sed potiùs magnum charitatis, & pietatis officium, cum Deus ipse sæpe promittat bona temporalia sub conditione, si benè operentur illi, quibus fit promissio, ut videre est *Genes.17.*

SUMMARIUM.

1 *Clerici divites ex patrimonio proprio, an debeant habere mercedem clericalis servitii.*
2 *Clericus beneficiarios redditus sibi percipere potest, patrimonialesque ex integro conservare.*
3 *Clericus omnia bona sua consanguineis donare potest, & ex redditibus beneficiorum suorum velle vivere.*
4 *Unusquisque licitè percipit, & expendit illud quod suis laboribus, velut justa merces deputatur.*
5 *Episcopales redditus debentur Episcopis veluti merces suis laboribus deputata.*
6 *Canones, qui asserunt clericos divites ex patrimonio proprio nullam habere mercedem clericalis officii, intelliguntur & explicantur diversimodè, & numeris seqq.*

CAP. Cleros VI.

PLURES Canones in hoc Decreti volumine reperiuntur, quibus probari videtur clericos, si locupletes sunt, si patrimonio pingues, quasi clericalis servitii mercedem nullam habere, ex quorum numero præter text. in præsenti, sunt *cap. pastor, hac eadem causa, & quæst. cap. Episcopus* 10. *q.2. c. Episcopus, c. illi autem,* 12. *q.1. cap. fin. §. ult.* 16. *q.1. fortè, quia bona Ecclesiæ ad pauperum usus destinantur, c. videntes* 12. *q.1.* junctis traditis per Læl. Mancin. *fac. jur. contr. differt.5. c. ult. à n.1.* 1

Sed contraria sententia crebriùs accepta, & generali totius Ecclesiæ usu constabilita est, ut possit scilicet clericus beneficiarios redditus sibi percipere, quibus vivat, patrimonialesque ex integro conservare, ut bene resolvunt Suar. *recept. sent. verb. clericus,* Viv. *commun. opin. lib.2. opinion.44.* Covar. *ad c.1. num.2. de testam.* Sot. *de just. lib.10. q.4. art.3.* Navarr. *de reddit. Eccles. q.1. n.78.* Hojeda *de incompatibil. benef. cap.19. n.45.* Sarmient. *eodem tract. p.1. c.1. num.18.* Menchac. *illustr. c.105. num.9.* Menoch. *de arbitr. casu 145. n.5.* Molin. 2

Molin. *de justit. tract.2. disp.*145. plures per Cened. *ad Decretal.collect.*33. *num.*4. Fr.Emman. *in summa, tom.*4. *cap.*68. *num.*5. Bellet. *disquisit. clerical. part.*1. *tit. de bonis cleric.* §.1. *n.*11. *&* §.6. *n.*7. *vers.nam clericus*, Redoan. *de spol.cleric. q.*9. §. *fin. n.*37. *&* 39. Marcel. de Mauro *alleg.*36. *num.*10. Ego ipse *de potest. & offic. Episcop. part.*3. *alleg.*114. *num.*36. *cum seqq.* me citato Alzed. *de praecellent. Episcop. dignit, part.*1. *cap.*14. *num.*43. novissimè Læl. Manciu. *disquisit. genial. & anniversar. Iuris*
3 *disput.cent.*2. *cap.*181. Idque vel ratione operis, & mercedis, *c. clerici* 1. *quæst.*2. vel divisione illa bonorum, quæ facta legitur in Ecclesia, *cap. concesso, cap. quatuor*, & passim 12. *quæst.*2. vel ratione evidenti, nam potest clericus omnia bona sua consanguineis suis velle dare, & ex redditibus beneficiorum suorum velle vivere, ut in confesso est. Cur igitur, quod antè licuit, id deinceps licere non videatur? potest mehercle clericus bonorum suorum proventus consanguineis conservare, qui potuit initio donare. Facit quod unusquisque licitè percipit, & expen-
4 dit illud, quod suis laboribus, velut justa merces, deputatur, juxta illud Pauli 1. *ad Timoth.*5. *Dignus est operarius mercede sua*, &c. *Matth.*10. *Dignus est operarius cibo suo*, & 20. *Voca operarios, & redde: c. cum secundùm* 16. *in princip. de præbend.* ne aliàs sequatur absurdum, quod vel cogatur quis propriis stipendiis militare, contra *c. charitatem, in fine*, 12. *q.*2. refert *gloss. pen. in cap. unic.de clerico*
5 *agrot.in* 6. Sanè redditus Episcopales debentur Episcopis veluti merces suis laboribus deputata, bonus textus *in cap. pen.* ibi, *clerici omnes*, & ibi, *stipendia sanctis laboribus debita*, 1. *q.*2. *d. c. cùm secundùm*, cum similibus, igitur si Prælatus habeat patrimonium, licitè poterit, illo conservato, redditus Episcopales expendere.

6 Quare ad dictos Canones plures diversæque referuntur solutiones. Quidam tenent eos in clericis valere, qui clerici sunt purè, & simpliciter, neque Ecclesiæ deserviunt, quasi dixerint, clericum ut clericum, qui patrimonio dives est, nihil petere ab Ecclesia posse, quo sustentetur, sed ut Ecclesiæ servientem stipendium mereri.

7 Alii referunt memoratos Canones præceptum quidem sapere ob maximam sanctissimorum illorum Patrum in redarguendis moribus libertatem, & quasi in dicendo hyperbolen; veruntamen reipsa non præceptum continere, sed consilium.

8 Alii nihil præscriptis Canonum decretis cautum videri affirmant, quàm de bonis simpliciter, quæ propria sunt pauperum. Illud itaque duntaxat prohiberi, ne bona illa, quæ alendis pauperibus veteri instituto addicta essent, distribuerentur clericis, qui ex parentum, propinquorumve bonis necessaria commodè consequi possent. Proinde eorum bonorum nullam prorsus rationem haberi, quæ solvendis clericorum mercedibus destinarentur.

Alii asserunt stare posse, quæ ex prædi- 9
ctorum Canonum decisionibus suprà commemoravi, si extrema aliqua pauperum necessitas urgeat; non enim tunc licere clericis, relicto patrimonio, ex fructibus beneficiorum, quos pauperibus debent, alimenta percipere, cùm his casibus laici quoque pauperibus teneantur, imò bona ipsa Ecclesiarum, juxta illud Christi Domini, *Misericordiam volo, non sacrificium.*

Denique planiùs, & meliùs responden- 10
dum mihi videtur cum *gloss.*2. *in præsenti*, & Covar. *d. num.*2. *vers. prima*, textum hunc procedere attento tempore antiquo, quo 11
bona Ecclesiæ erant solummodo destinata ad alendos pauperes Christianos, & clericos egenos, ut satis insinuat *c. certè*, 12. *q.* 1. advertunt post alios Sot. *d. art.*3. Sarmiento *d. part.*1. *cap.*5. *num.* 17. Eodem modo respondetur *ad cap. illi autem, in fine*, 12. *quæst.*1. procedere eodem tempore antiquo, quo Ecclesia Catholica velut novum germen florescere incipiebat, & Apostolicis consiliis ita addicta erat, ut multitudinis Christianorum esset cor unum, & anima una; omnia namque erant communia, & nemo sibi aliquid proprium vindicabat, *dicto cap. illi, ad finem*, refert plures quos sequitur Covar. *d. num.*2. *prope finem*, Ego *d. alleg.*114. *num.*38. *&* 39.

II. QUÆSTIO I.

SUMMARIUM.

1 *Clerici an puniri possint in Ecclesiastico foro ex confessione facta in sæculari.*
2 Text. in præsenti *intelligitur.*
3 *Confessio, probatio, & acta contra Clericum apud Iudicem sæcularem competentem facta, ubi ad eum cognitio spectabat, fidem faciunt.*
4 *Secus in illis casibus, in quibus sæculares Iudices omninò incompetentes sunt.*

CAP. Multi XVIII.

1 AVgustin. *in homil.* 58. *de pœnit. c.* 12. relatus *in hoc textu*, in illis verbis, ibi: *Nos verò à communione prohibere quenquam non possumus, quanvis hæc prohibitio nondum sit mortalis, sed medicinalis, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo, sive sæculari, sive Ecclesiastico judicio nominatum, atque convictum,* &c. videtur probare in Ecclesiastico foro puniri posse Ecclesiasticos, qui in sæculari, vel Ecclesiastico judicio confessi, vel convicti fuerint, contra textum *in c. at si clerici* 4. *de judic.* probantem clericum, qui apud sæcularem judicem crimen confessus est, vel de eo convictus, non esse propterea ullatenus puniendum, vel condemnandum per suum Episcopum, ut notant *gloss.* 2. *in cap.* 1. 23. *q.* 5. Innoc. & communis *in c. per inquisitionem* 26. *de elect.* Bart. & Iason *à num.* 3. ubi Dec. & noviores *in l. Magistratus, ff. de jurisdict. omnium judicum,* Ripa *n.* 16. *in c.* 2. *hoc tit.* Roder. Suar. *in l. post rem notab.* 3. *num.* 10. & passim alii, sed omissis pluribus, quæ ad illius ma-
2 teriam tradunt gloss. *verb. sæculari,* & DD. illic, Abb. *à num.* 11. *in fin.* & *additio ad eundem, n.* 13. *lit. C,* & post multos Dec. *à n.* 14. & Bero. *in d. c. at si clerici*, ex mente dictæ gloss. in secundo intellectu, quem magis probant Abbas *d. n.* 13. *in fine,* & alii, respondetur textum hunc agere & loqui de confesso, vel convicto in judicio sæculari competēti & legitimo respectu confitentis, vel convicti in eodem, & ita generalitas illa prohibitionis reducenda ad terminos habiles, singula singulis referendo, juxta vulgarem doctrinam gloss. receptæ *in l.* 1. *C. de sacros. Eccles. & in cap.* 1. *de constit.* Ita Anguian. *de legib. lib.* 3. *controvers.* 26. *n.* 43. *&* 45. & in hac specie, sicut sententia prolata à judice sæculari, ubi ad eum spectat cognitio, & ita competens est, parit exceptionem rei judicatæ, si opponatur apud Ecclesiasticum, *c. ult. de except. in* 6. ita etiam confessio, probatio, & acta apud sæcularem competentem, ubi ad eum cognitio pertinet, fidem faciunt apud Eccle-
3 siasticum, itaut ex eisdem, si oportuerit, possit confessus, vel convictus à communione repelli per eundem Ecclesiasticum, juxta text. *in præsenti,* & sic explicatur, & ampliatur text. *in d. c. ult. vers. similiter,* ut procedat etiam in confessione, & actis apud sæcula-
4 rem competentem habitis, ex Abb. *n.* 12. Dec. *n.* 14. *cum seq.* Bero. *à n.* 121. *in d. c. at si Clerici,* & aliis per Masc. *de probat. concl.* 33. *num.* 24. quanvis referat ex multis secundùm communem sententiam acta apud sæcularem Iudicem non facere fidem Ecclesiasticorum, quæ sententia procedit tantùm in illis casibus, in quibus sæcularis omninò incompetens, & prohibitus, non verò ubi competens, ut in specie *d. c. ult. & hujus text.* si advertas ad ea, quæ suprà resolvi *in addit. ad d. cap. at si clerici.*

II. QUÆSTIO VII.

SUMMARIUM.

1 *Senior valde senem significat.*
2 *Seniores dicuntur ætate provecti.*
3 *Annus centesimus est terminus vitæ humanæ.*
4 *Vita illius, qui intra centesimum annum existit præsumitur.*
5 *Mortuus ille præsumitur, qui jam natus est centum retro annis.*
6 *Vita & mors in manu Domini.*
7 *Centum annorum terminum excedentes vixerunt nonnulli.*
8 Genes. cap. 6. *locus explicatur.*
9 Numer. c. 31. *locus interpretatur.*

CAP. Paulus XXVIII.

IN textu ibi, *Seniorem increpaveris,* 1
verbum senior comparativum, valde senem significat, ex Thesauro linguæ Latinæ, *verb. senior,* & Per. Garc. *in Avicennam, fen.* 1. *lib.* 1. *doct.* 3. 43. *disputat.* 10. Joan. Buzæ. *tract. de statibus homin. tit. de statu senectutis, cap.* 1. Et hinc ætate provecti, seniores dicuntur, P. Mariana *in notis ad c.* 16. *Matthæi, vers.* 21. Sebast. Covar. *in Thesauro linguæ Hispan. verb. señor,* Bobad. *in sua polit. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 32. Alvar. *de privileg. miserabilium person. c.* 18. *n.* 23.

Ibi, *Maledictus puer centum annorum.* Sanctus Gregorius volens hominem adolescentiæ illecebris ad finem vitæ deditum graphicè describere, puerum centum annorum eum vocat, quasi insinuans centesimum annum esse terminum vitæ humanæ, de quo Forcatul. *in scripta jurisperit. c.* 21. *n.* 5. *& in necromantia, dial.* 25. *n.* 4. Donel. *comment. juris Civilis lib.* 10. *c.* 17. ubi Osuald *lit. B,* Curat. *lib.* 5. *observ.* 22. Ioan. Corras. *Miscel. lib.* 5. *cap.* 18. Franc. Monald. *cons.* 43. *n.* 9. Hieron. Portol. *in schol. ad Molinam,* §. *præsunt, n.* 5. Philip. Pasch. *de viribus patriæ potest. p.* 1. *c.* 6. *n.* 12. Modestin. Pistor. *illustr. quæst. p.* 2. *q.* 82. *n.* 3. Foller. *lib.* 2. *semestr. cap.* 7. *num.* 22. Nicol. Lozæ. *tract. de jure universal. part.* 5. *num.* 9. Anton. Bellon. *considerat.* 2. *num.* 67. Petr. Gilchen *in l. fin. num.* 8. *C. de sacros. Eccles.* Polyd. Rip. *in tract. de actis in articulo mortis, c.* 18. *per tot.* Card. Tusch. *pract. concl. lit. L, concl.* 86.

conclus.86. n.3. Petr. Pons. *selectar. legum lit.V,verb.vita, pag. mihi* 574. Claud. Rangol. *in libros Regum*, *lib.* 1. *cap.*4. *vers.*18. Morla *in emporio juris*, *p.*1. *tit.* 12. *q.*8. *n.*4. Farinac. *fragment. crim. p.*2. *lit.M*, *num.*312. Sigism. Scacc. *de judic. lib.*2. *cap.*8. *diffic.*8. *n.*24. Paul. Duran. olim Rotæ Auditor, nunc Archiepiscopus Tarracon. *de condit. & mod. impossib. p.*2. *c.*2. *n.*20. Jacob. Cancer. *var. p.*3. *cap.*1. *num.*220. Ripol. etiam *var.resol.c.ult. num.*7. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*1. *lib.*4. *c.*40. *n.*49. Ægid. Trullench *in exposit. Bullæ Cruciatæ*, *cap.*3. *dub.*15. *num.*7. Franc. Amaya *observ. lib.*2. *cap.*11. *n.*19. Coccin. *decis.*345. *num.*5. Perez de Lara *in compendio vitæ ho-
4 minis*, *cap.*31. *num.*86. *& seqq.* Et hinc ideo vehementer præsumi vitam ejus, qui intra centesimum annum existit, itaut à probationis onere relevetur, qui eam velut intentionis suæ basim, & fundamentum proponit, resolvunt Gregor. Lop. *l.*14. *verb. abonda que prueve*, *tit.*14. *p.*3. Hercul. *tract. de negativa*, *n.*290. *vers. mors quoque præsumitur*, Anton. Gabr. *commun. lib.*1. *tit. de præsumpt. concl.*16. *n.*3. Ripol. *d.cap.ult. à n.*7. Perez de Lara *in compendio vitæ hominis*, *cap.*31. *n.*87. Et è contra mortuum eum præsumi, qui jam natus est centum retro annis, probant Capel.
5 Tholos. *decis.* 313. *n.*3. *vers. probatur etiam*, Cov. *var. lib.*2. *cap.*7. *n.*6. Anton. Gabr. *d. concl.*16. *n.*4. Farin. *d. lit. M*, *n.*316. Cardin. Tusch. *d. lit. M*, *concl.*400. *n.*25.

6 Nihilominus cùm vita & mors sit in manu Domini, non potest dari aliquis certus annus, qui sit terminus humanæ vitæ; constat enim ex divino oraculo, *Ego sum vita tua, & profectio dierum tuorum* plures centum
7 annorum terminum excessisse, ac B. Romualdum 130. annos vixisse, de quibus Ioan. Buxæ. *de statibus hominum*, *tit. de statu senect. cap.*7. Claud. Deodat. *libro* 1. *Panthei Higiastici*, *cap.*6. *pag.*56. Serar. *tom.*2. *in Iosue*, *c.*13. *q.*3. *num.*3. Franc. Florid. Sabin. *lib.*2. *horar. succisiv. cap.*3. Ægid. Camart. *de rebus gestis Eliæ Prophetæ*, *cap.*3. *sect.*4. *pag. mihi* 78. Doctissimus P. Franc. de Mendoza *in viridario sacræ, & profanæ eruditionis*, *lib.*4. *problema*7. *n.*100. Thom. Malvend. *in paradiso voluptatis*, *c.*52. Solorzan. *de jure Indiarum*, *tom.*1. *lib.*2. *c.*2. *n.*10. Ego *in collect. ad l.*19. *n.*16. *C. de Episc. & cleric.* novissimè Torrebl. *de jure spirit. lib.*3. *c.*12. *à n.*13. *& c.*13. *à n.*22. ubi multos ad longissimam usque ætatem pervenientes refert. Sed obstat, quod vitæ humanæ terminus constitutus est, Genes. *c.*6. *eruntque dies illius centum & viginti annorum, quem præterire non possumus*. Iob *c.*14. *vers.*15. *constituisti terminum eis, quem præterire non possunt*; quia locus ille *Genes.* loquitur de illis, qui tunc perituri erant diluvio, contra quod non urget, quod de se testatur Moyses *Numer. c.*31. 8
*vers.*2. *centum viginti annorum sum hodie, non possum ultra ingredi, & egredi*, quia ibi Moyses non asserit ultra se vivere non posse, sed tantùm adeò magnæ multitudinis gubernationi senio fieri imparem sese, ac minus idoneum, ut docent Franc. Valles. *de sacra Philosophia*, *c.*7. Delr. *disquisit. magic. lib.*2. *q.*23. quos refert Torrebl. *d. c.*12. *à n.*26.

SVMMARIVM.

1 *Papam submittere se posse alterius imperio, & jurisdictioni, fuerunt qui tenerent.*
2 *Contrarium verius.*
3 *Potestas duplex in judicio perfecto reperitur.*
4 Text. in præsenti *declaratur.*

Cap. Nos si incompetenter XLI.

Quia Leo Pontifex se Ludovico Imperatori submisit, ut refertur in hoc textu, affirmant glossatores, teste Dec. *in c. Ecclesia S. Mariæ*, *n.*17. *de constit.* Romanum Pontificem submittere seipsum alterius imperio, vel jurisdictioni posse: tum quia generale est cuique, ut subjicere sese sua voluntate possit etiã minori, *l. est receptum, ff. de jurisd. omn. jud.* 1

Sed verius est non posse Papam se alterius jurisdictioni subdere, quia exemptio Papæ est privilegiata, non intuitu personæ, sed in honorem Christi data, cui non potest Papa renunciare, sicut nemo potest renunciare privilegio in favorem communitatis concesso: tum etiam, quia Pontifex non potest humanæ potestati quoad vim coactivam se submittere, ut per Turrecr. *in summa*, *lib.*2. *c.*104. Azor. *instit. moral. p.*1. *lib.*4. *c.*7. *q.*6. Suar. *de defens. fidei*, *lib.*4. *c.*7. *n.*3. Duar. *ad Bull. in Cœna Domini*, *lib.*1. *c.*1. *q.*2. *n.*38. Lotter. *de re benef. lib.*1. *q.*46. *n.*52. *&* 53. Ego *de jure Eccl. univ. lib.*1. *cap.*2. *num.* 186. Læl. Mancin. *disquis. genial. cent.*2. *c.*177. *per tot.* ubi *n.*4. *cum seqq.* ex Cardin. Bellarmin. *de Concil. libro* 2. *cap.* 18. advertit in judicio perfecto duplicem potestatem reperiri: primam, quæ discutiendi est, discernendique, ac judicandi, quid agendum videatur. Alteram quæ est cogendi eum, qui causa ceciderit, ut sententiæ pareat adversus se latæ. Vtramque verò judici propriè dicto traditam videri, qualis est Princeps, aut Prætor à Principe constitutus; sed primam, non tam judicum esse, quàm arbitrorum, quorum sententiis etsi tenentur stare homines, id tamen non vi sententiæ faciunt, cùm arbitri cogere nequaquã possint, sed jure naturæ, quo promissa servare 2 3

vare debent. Iam itaque Romanus Pontifex non poterit judicem propriè dictum supra se constituere, sed veluti arbitrum, cujus sententiæ si non obtemperaverit, faciet quod
4 non debet, non autem quod non potest. Ex quibus patet responsio ad textum in præsenti, cum in illius specie se subjecerit procul dubio Pontifex Imperatori, missisve ab eo, ut terminarent, discuterent, definirentque quasi arbitri, non quasi veri judices, qui cogere possent.

IV. Quæstio II. & III.

Summarium.

1 *Puberes necessariò saltem esse debent, qui in civilibus causis testes sunt adhibendi.*
2 *In criminalibus causis in testes non admittuntur, nisi qui vigesimum annum peregerint.*
3 *Licèt quinto & vigesimo anno minores repellendos esse existimaverint alii.*
4 *Quid de Iure Castellæ.*
5 *Sodomiæ in crimine minores anno decimosexto in testes admittuntur ex Iure Regio Castellæ.*
6 *Impuberum testimonia fidem faciunt, cùm veritas aliter haberi non potest.*

Cap. Testes I.

1 In textu ibi, *Ad testimonium autem intra annum decimumquartum suæ ætatis constituti non admittantur.* Ex quibus verbis vulgò colligitur, puberes saltem necessariò esse debere, qui in civilibus causis testes adhibendi sunt, scilicet quatuordecim annorum masculi, & fœminæ duodecim, ut per Clarum §. *fin. quæst.*24. *versic. vidi quandoque*, Donel. *commentar. juris Civilis lib.*25.*cap.*8. Mascard. *de probat. conclus.*1246. Didac. Quantera *in quæst. criminal. de plena probat. num.*40. *ad fin. pag. mihi* 308. Card. Tusch. *pract.concl. lit. T, conclus.* 18. *num.*2. Farinac. *in praxi crim. part.*2. *quæst.*58. *n.*1. *& tom.*1. *cons.*22. *num.*26. *& cons.*29. *num.*1. Villadieg. *in sua polit. cap.*1. *num.*30. ubi ait hanc ætatem expletam esse debere. Curia Philipp. *part.*1. §.17. *num.*12. Parens meus Emman. Barbos. *in remiss. ad Ord.Reg.Portug. lib.*3. *tit.*86. Sanch. *lib.*6. *consil.cap.*5. *dub.*14. *num.*4. Narbona *ad lib.*8. *Recop. tit.*21. *lege* 2. *gloss.*5. *n.*22. Hieron Buccaron. *de different. inter judicia civil. & crimin. differ.*78. *num.*1.
2 *cum seqq.* At in criminalibus causis non admittuntur, nisi qui vigesimum annum peregerint, *l.in testimonium* 10. *ff. de testib. c. si testes*, §. *item in testimonium* 4. *q.*3. *l.Hispan.*9. *tit.*16. *part.*3. Anton.Gom. *var.tom.*3. *cap.*12. *num.*13. Hortens. Cavalcan. *in pract. de testib. part.*1. *num.*20. Feder. Scot. *tom.*1. *resp. lib.*3. *resp.*3. *n.*10. Rebell. *de obligat. justit. part.*2. *lib.*2. *quæst.*8. *n.*7. Alphons. de Narbona *ad l.*2. *gloss.*5. *num.*18. *tit.*25. *lib.*7. *Recop.* Hier. Buccaron. *d. differ.*78. *num.*5. Farin. *in praxi* 3
*crim. q.*58. *num.*9. *cum seqq.* Licèt quinto & vigesimo anno minores, etsi vigesimo majores existant, in criminalibus à dicendo testimonio repellendos existimaverint Grammat. *cons.*45. *num.*19. *in fine*, Roland. *cons.*3. *num.*26. *lib.*3. *& cons.*73. *num.*27. *lib.*1. Bernard. *reg.*465. Ozasc. *cons.* 65. *num.*11. *& cons.*66. *n.*17. *in fine*, Mascard. *de probat. concl.* 1246. *n.*14. Alex. Trentac. *var. resol. lib.*2. *tit. de testibus, resol.*11. *num.*2. expressè enim contrariantur decisioni *dictæ leg. in testimonium*: de Iure Regni Castellæ per *l.*1. *vers.*5. 4
presentados, *tit.*4. *lib.* 3. *Ordin.* post decimum sextum annum quilibet testis legitimus habetur in criminalibus, ut per Avend. *resp.*31. *à n.*8. *vers. ex supradictis*, Narbona *d. gloss.*5. 5
*num.*19. ubi *à num.*21. illius legis decisionem temperat in crimine Sodomiæ, ad cujus probationem etiam minores anno decimo sexto jure regio admittendos esse resolvit contra dispositionem Iuris communis, quo cavetur etiam ad probationem nefandi criminis minores anno vigesimo nequaquam in testes fore admittendos, ex adductis per Hippol. de Marsil. *cons.*28. *num.*13. Gramm. *decis.*40. *num.*14. Avend. *d. resp.*31. *num.*8. Mascard. *de probat. concl.* 1313. *num.*9. Andr. Fachin. *cons.*63. *num.*1. *cap.*2. *lib.*2. quanvis deponant à reo de isto crimine fuisse attentatos, Trivisan. Venet. *decis.*14. *part.*2. Marta *Pisan. decis.* 138. plures à patre meo citati *in remiss. ad Ordin. Lusitan. lib.* 5. *tit.*13. *in princip.*

Limitatur tamen principalis conclusio 6
ubi veritas aliter haberi non potest, siquidem ne delicta maneant impunita, impuberum testimonia fidem faciunt, secundum plures, quos refert, & sequitur Farin. *dicta q.*58. *n.*29. *cum seqq.* quibus addo Alexand. Trentacinq. *d.resol.*11. *n.*2. Narbona *d.gloss.*5. *num.*25. Mar. Giurba *cons. crim. n.*43. *n.*28. ubi ex Marsil. *in l. infans*, *num.*37. *ff. de sicar.* & Decian. *in tract. crimin. lib.*9. *c.*14. *num.*7. refert duos pueros ad uxoricidii probationem fuisse satis.

Summarium.

1 *Senes ad testificandum cogi non debent.*

2 *Intellige ut compelli non possint forum, vel domum Iudicis adire.*
3 *Senes tenentur testimonium dicere, ubi alii non reperiuntur testes.*
4 *Senes quamvis majores ætate fuerint, cogi possunt ad testimonium ferendum ubi de peccato agitur.*
5 *Senes ut extra propriam domum testimonium dicere non compellantur, debent esse ætatis septuaginta annorum.*

Cap. Si Testes III.

1 AD *num.* 12. Quod senes ad testificandum cogi non debent, ultra citatos adde Marcel. Fortun. *de veritate & errore, p.*2. *num.*104. Ioan. Garc. *de nobilit. glos.*48. *n.*3. Donel. *comment. Iuris civilis lib.*24 *cap.*22.
2 ubi Osuald. *littera H*, Cened. *ad Decretal. collect.*133. *n.*1. Quod ita intelligendum est, ut compelli non possent pro testimonio ferendo, forum, vel judicis domum adire, non verò ut omninò à testificando excusentur: nam in suis habitationibus, misso ad id notario, vel tabellione, à Iudicibus testificari constringendi sunt, ex Petr. Foller. *in pract. crimin. verb. demum repetantur* 2. Flor. Mauzon. *de causis executiv. tit.*1. *limit.*13. *n.*18. Tiraq. *de jur. primog. in præfat. num.*112. ubi *num. seq.* prædictam conclusionem eo casu limitat, quo alii reperiuntur testes, per quos
3 fides haberi possit, cui accedit Ioan. Garcia *d. glos.*48. *num.*5. *ad finem.* Si verò non adsint, tenebitur testimonium dicere, maximè si ad id excommunicatione alicujus monitorii constringatur, siquidem hoc casu etiam testes privilegiati, ut sunt senes, tenentur crimen occultum, aut factum aliud detegere adeundo judicem, ut docet Diana *moral. resolut. p.*1. *tract.*5. Miscell. *resolut.* 3.
4 Et regulariter de Iure Canonico, ubi agitur de peccato, cogi poterunt, quamvis majores ætate fuerint, testimonium dicere, ut tenent Bertachin. *in repert. verbo senes, vers. senes* 70. *annorum*, Bertaz. *cons. crimin.*163. *n.*3. Prosper Carav. *ritu* 155. *n.*2. Farin. *in praxi crimin. q.*77. *num.* 101. *& quæst.*68. *num.* 93. Camill. Borrel. *in sum. decis. part.* 1. *tit.* 44. *n.*466. Parens meus Emman. Barb. *in remiss. ad Ordin. Lusit. lib.*3. *tit.*55. §.11. *n.*2. Caball. *resol. crimin. cent.*1. *casu* 79. *n.*6. Ioan. Garc. *d. glos.*48. §.1. Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect.*1862. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.*5 *cap.*805. *n.*26. Perez de Lara *in compendio vitæ hominis, cap.*31. *num.* 31. Hieron. Buccaron. *de different. inter judicia civilia & crimin. differ.*83.
5 Ibidem *in fine, in gloss. verb. senes.* Nota septuaginta annorum ætatem in senibus necessariam requiri, ut hac immunitate testificandi in propriis domibus fruantur, ut per Campeg. *de testib. reg.*156. *in princ.* Mascard. *de probat. lib.*1. *quæst.*5. *num.*65. Farin. *in praxi crimin. quæst.*78. *n.*60. Ioan. Garc. *de nobilit. glos.* 48. §. 3. *num.*6. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.*5. *c.*805. *n.*26. *&* 27. Flor. Mauzon. *de causis executiv. lib.*1. *limit.*17. *n.*18.

VII. QUÆSTIO I.

SUMMARIUM.

1 *Apum Rex licet habeat aculeum, eo tamen non utitur ad vindictam.*
2 *Apes quæ non obtemperant Regi propria condemnatione se multant.*
3 *Apum in examine nulla est otiosa.*
4 *Grues concordiam exercent, inter quas nullus est primatus.*
5 *Rex unus, Princeps, seu Rector in qualibet Rep. constituendus.*
6 *Rex unus, seu Princeps debet esse.*
7 *Principes si plures essent, servari non posset rerum ordo, sed forent confusa omnia.*
8 *Principatum pluralitas regimen perturbat.*

Cap. In apibus XLI.

IN text. ibi, *in apibus est.* Eleganter Barthol. Angel. *de genuina rerum cœlestium, & terrestrium proprietate, lib.* 12. *cap.* 4. *n.*5. ex Isidoro, & Ambrosio ita ait, *eligunt autem apes sibi in regem in magnitudine, & specie magis insignem, & quod in rege præcipuum est, mansuetudine clariorem, nam etsi habeat aculeum, eo tamen non utitur ad vindicandum, naturaliter autem apes tanto sunt leviores, quanto cæteris sunt majores, sed & apes,* 2 *quæ non obtemperant Regi, propria condemnatione se multant, ut aculei sui vulnere moriantur; in apum verò examine nulla est otiosa, quædam enim certant quasi in bello campestri contra alias apes, alia vigilant circa victum, alia futuras explicant imbres, & speculantur concursus, alia ceras de floribus fingunt, alia cellulas nunc rotundas, nunc quadratas mira connexione, & æqualitate componunt, & tamen inter tam diversa opera, nulla alienis laboribus insidiatur, &c.* R.P. Ioan. Euseb. *in histor. naturali, lib.*1. *cap.*11. 1 3

In text. ibi, *grues*, vide Cassiodor. *lib.*6. *var. c.*2. *epist.*2. ibi, grues morales noverunt exercere concordiam, inter quas nullus primatus quæretur; quia iniquitatis ambitus non habetur, vigilant vicissim, communi se cautela 4

tela custodiunt, ipse pastus alternus est: sic honor nullis adimitur, dum omnia sub communione servantur. His etiam volatus vicaria æqualitate disponitur, ultima fit prima, & quæ primatum tenuit, esse posterior non recusat; sic quadam communione sæcatæ sibi sine Regibus obsequuntur, sine dominis parent, sine territore famulantur. Voluntariè serviendo liberæ sunt, & invicem se diligendo muniuntur; quarum morem scriptores rerum naturalium concernentes, politiam quodammodo inter ipsas esse commemorant, quas civico affectu vivere cognoverunt.

5 Vnde apum, & gruum exemplo, quo utitur S. Hieron. *in præsenti*, apertè significatur, quod quemadmodum in quolibet apum examine unus est Rex, & agmina gruum dum volant, unum rectorem ordine litterato sequuntur, ita convenit in qualibet bene constituta Republica, Regno, vel provincia aliquem Imperatorem, Principem, vel Rectorem constitui, qui æqua lance inter subjectos sibi populos jura reddere possit, & imbecilles à potentiorum injuriis defendere, ut per Cov. *in regul. peccatum, p.2. §.9. num. 5. vers. ad idem facit*, Navarr. *in capite novit, not. ab. 3. num.* 151. *cum seqq.* Gregor. Lopez Madera *in tract. de las excellencias de los Regnos de España, cap. 2. fol.* 10. ibi, *el otro argumento que hazen de una autoridad de San Heronymo puesta en el decreto de Graciano, es de menor fuerça, porque solamente quiere provar alli el Santo Doctor, que el señorio de uno, que es el monarchico, es el mejor de todos, y assi dize que las abejas tienen un Rey, las grullas iguem una guia, que es uno el Emperador, que Roma en sus principias no puede sufrir dos Reyes, aunque hermanos, que un Obispado no haze tener mas que un Obispo*, &c. Quam fuisse præcipuam Regum creandorum causam optimè scribit Iustin. *Histor. lib.* 1. *in princ.* Aristot. *lib. 3. politicor. c.* 11. *& lib. 5. c.* 10. S. August. *lib. 4. de civit. Dei, cap.* 6. S. Thom. *de regimine Princip. lib. 1. cap.* 14. Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius, verbo Conde, el* 1. *num.* 34. *in fine, vers. propter quos, & num.* 35. *cum seq.* Iust. Lips. *lib. 2. civil. doctrin. cap.* 11. post Alphons. Guerrero, Nicol. Boër. & alios Menchaq. *in præfat. ad controvers. Illustr. num.* 102. *cum seqq. & num.* 120. *& lib. 1. cap. 1. n.* 10. *&* 24. Matth. Lopez Bravo *de Reg. & regendi ratione, lib. 1. fol.* 8. Melch. de Valentia *Illust. tract. juris tract. 2. cap. 5. num. 5. cum seqq.* Benedict. Ægid. *in l. ex hoc jure, ff. de justit. & jure, tom. 1. cap. 3. num. 7. &* 8. Feder. Scot. *resp. 1. n.* 231. *lib.* 1. Petr. Gregor. *syntagm. juris lib.* 18. *cap. 2. num. 6. & lib.* 47. *cap.* 15. *ex num.* 24. *& de arte mirabili, tract. de jure politico, lib. 2. c.* 4. plures referunt Ioseph. Vela *dissert. 4. ex num.* 18. Pareja *de universa instrum. edit. tit. 5. resol. 9. à n.* 54.

Deinde ex eodem apum & gruum exemplo colligitur, unum debere esse Regem, seu Principem, ut probat textus noster, ibi: *Princeps unus est*, &c. & ibi, *Roma, ut condita est, duos fratres simul habere Reges non potuit*, &c. *l. Hisp.* 1. ibi, *e conviene que un home fuesse Imperador, l.* 5. ibi, *por que el Rey es, y deve ser uno*, &c. *tit. 1. part.* 2. idque graviter ostendit D. Athanas. *in lib. contra gentiles*, relatus à Iacob. Simanch. *de Republ. lib. 3. cap. 3. num.* 6. ibi, *si plures essent Principes, servari non posset rerum ordo, sed forent confusa omnia*, dum quisque arbitrio suo traheret omnia, & adversus alium dissideret. Itaque fateri cogimur multorum principatum verum auferre dominium, cùm enim illud sibi vicissim tollant, nullus jam erit Princeps, sed principatus desideratio apud omnes prævalebit: quod & Homerus cofirmat 2. *Iliade*, dum ait, *multos imperare malum est, Rex unicus esto*: atque Aristot. qui inde videtur sumpsisse *Metaph. lib. 12. cap. ult. in fine*, his verbis: *Non est bonum pluralitas principatuum, Rex unicus esto*. Et breviter expressit Seneca tragicus *in Agamemnone, actu* 2. Nec Regna socium ferre, nec tædæ sciunt: & *in Thieste, actu* 3. *Non capit Regnum duos*: & Lucan. *bellorum civil. lib.* 1: 6 7 8

Nulla fides Regni sociis, omnisque potestas
Impatiens consortis erit.

VIII. Quæstio I.

Cap. Si Petrus I.

AD *num.* 2. Pro opinione, quod Papa in vita non potest sibi eligere successorem, ultra citatos *in collect.* stant etiam glos. *verb. beatus, in c. Apostolica, §. his omnibus, eadem causa, & quæst. & in cap. si transitus,* 79. *dist.* Iacobat. *lib. 5. de Concil. tract. 5. art.* 22. *num. 2. & lib. 6. art.* 8. Villadiego *de Cardinal. q. 5. n.* 19. Torres *de fide, disp. 15. dub. 3. §. sed difficultas*, novissimè Mart. Gironda de Palazeda, vel quisquis ille sit, latè in discursu hac de re Madriti in lucem edito, Ego ipse *de jure Eccles. univers. lib. 1. cap. 1. n.* 40. *cum seqq.* ubi latissimè hanc partem defendi, & contrariis satisfeci, latè etiam Læl. Mancin. *disquisitionum genialium, & anniversariarum Iuris disp. cent. 1. cap.* 177. *pag.* 430. *cum duabus seqq.* ubi *num.* 7. addit reni Christiano populo inutilem, aut maximè perniciosam; nam cùm sentiret Pontifex sibi obitum in- 1

stare

stare, posset, seu ad illustrandum genus suum, seu ad familiæ commoda augenda nepoti, seu alteri cuilibet tradere, aut verius prodere Pontificatum, ut Comit. *resp. Moral. lib.* 1. *quæst.* 98. loquitur quin & malis actibus & simoniaco crimini latissimus aperiretur campus, neque interdum, tam optimus, quàm pessimus in Apostolica sede locaretur.

X. Quæstio II.

Summarium.

1 *Rex vel Imperator quando Ecclesiæ donat, optima mensura est immensitas.*

2 *Ecclesiæ quod datur, Christo donatur pro anima donantis.*

3 *Bona Ecclesiæ donata patrimonium Iesu Christi efficiuntur.*

4 *Principes non solùm Ecclesias, sed etiam eorum bona defendere tenentur, non minori cura quàm si sua propria bona defenderint.*

Cap. Ea enim II.

1 Ecclesiæ donata intacta convenit venerabiliter custodiri, ut probat text. *in præsenti*; quia quando Rex, vel Imperator Ecclesiæ donat, optima mensura est immensitas. Hugo *in tractat. de officio quatuor Patriarch.* §. *sed sunt aliqui, num.* 3. Rim. *in* §. 1. *Inst. de donat. num.* 416. probat Imperator Iustin. *novel.* 7. *de non alien. aut permut. c.* 1. Quid enim causetur Imperator, ne meliora det? cui plurima dedit Deus habere, & multorum dominum esse, & facilè dare, & maximè sanctissimis Ecclesiis, in quibus optima mensura est donatorum eis immensitas. Faciunt alia non minùs pia ejusdem Imperatoris verba *in l.* 1. *C. de officio Præfecti Prætor. Africæ*, ibi: *Quas gratias, aut quas laudes Domino Deo nostro Iesu Christo exhibere debemus, nec mens nostra potest concipere, nec lingua proferre: multas & antea à Deo habuimus largitates, & innumerabilia circa nos beneficia confitemur, pro quibus nihil dignum nos egisse cognoscimus.* Consonat piissima lex Castellæ 1. *tit.* 5. *del fuero*, nunc *l.* 5. *tit.* 2. *lib.* 1. *recop.* ibi: *Si nos somos tenudos de galar donar de los bienes deste mundo a los que nos sirven, maiormente devemos dar à nostro salvador, Señor Iesu Christo de los bienes temporales per la salud de nuestras almas, de quien avemos la vida en este mundo, y todos los otros bienes, que en el tenemos, esperamos aver galardon, y vida perdurable en el otro*, &c. 2
Quod enim Ecclesiæ datur, Christo donatur pro anima donantis. Abb. *in cap. in nostra, de rerum permut. & in cap. conquestus, de foro comp.* facit *l.* 20. §. *fin. ff. de annuis leg.* ibi, *ministerium nominatorum designatum, cæterùm data templo, l.* 2. *ff. de rebus dub.* ibi, *civibus civitatis legatum vel fideicommissum datum civitati relictum videtur, l. non distinguemus* 32. §. *sacerdotio obveniente, ff. de recept. arbit.* ibi, *id enim non tantùm honori personarum, sed & majestati Dei indulgetur, cujus sacris vacare sacerdotes oportet*, &c. quæ verba magis à Christiano principe, quàm à gentili homine prolata videntur.

Vnde bona Ecclesiæ donata patrimonium Iesu Christi efficiunt, *c. cùm ex eo* 34. *de elect. lib.* 6. *c. cùm secundùm Apostolum* 16. *de præbend. cap.* 3. *&* 5. 12. *quæst.* 2. Concil. Trid. *sess.* 25. *de reform. c.* 1. ibi, *qui Dei sunt, & sancta sanctorum*, & per Innoc. *in cap. verùm, de foro comp.* sequitur Afflict. *decis.* 3. *ex num.* 21. 3 4
Et ideo Principes non solùm Ecclesias, sed etiam bona defendere tenentur, *cap. Principes*, 28. *quæst.* 5. *c. grandi, de suppl. neglig. Præl. in* 6. non minori cura, quàm si sua propria bona defenderent, *Novella* 3. §. *fin. in fine*, ibi, *quia non minor nobis cura est horum, quæ sanctissimis Ecclesiis prosunt, quàm nostra ipsius anima*, &c. *l. jubemus* 14. *c. de sacros. Eccles.* ibi: *Ea enim, quæ ad Beatissimæ Ecclesiæ jura pertinent, vel posthac pervenerint, tanquam ipsam sacrosanctam, & religiosam Ecclesiam intacta convenit venerabiliter custodiri, ut sicut ipsa religionis & fidei mater est perpetua, ita ejus patrimonium jugiter servetur illæsum*, &c. *l. Castel.* 1. *in proœm. tit.* 14. *p.* 1. ibi, *E si esto deven fazer en los bienes de cada uno, quanto mas lo deven fazer en los de las Iglesias, que son casas de oracion, y lugares donde Dios deve ser servido, y loado*, &c.

XI. Quæstio I.

Summarium.

1 *Iudex secularis non potest cognoscere de possessione rei spiritualis.*

2 *Text. in præsenti declaratur, & num.* 3.

Cap. Petimus XIX.

Ex hoc textu desumpto ex *Conc. Carthaginensi III. capite* 38. classici decretorũ interpretes communiter deducunt, Principalem cogendum esse auctoritate, qui plebem invasam renuerit deserere, cùm nullam injuriam 1

riam inferri Ecclesiæ statui responderit Aurelius Episcopus in præsenti, si per sæcularem potestatem Prælatus expelleretur, qui admonitus non destitit, noluitque deserere plebem, quam invaserat. In quo responso videtur contrariari communi illi, & receptæ sententiæ, quæ dictat, de possessione rei spiritualis nequaquam posse judicem sæcularem cognoscere, ut latè probavi *in collect.*
2 *ad c. fin. de judic. hoc lib.* Sed retenta dicta communi, & recepta sententia, non obstat text. *in præsenti*, nam rejecto Augustino Beroio *rub. de judic. num.* 39. qui in ea fuit opinione ut existimaret in hoc c. non fuisse habitum recursum ad Rectorem provinciæ per viam jurisdictionis, quasi crederent illius Patres ipsum judicare potuisse, seu cognoscere de meritis illius causæ, sed invocasse Provinciæ Rectorem in patrocinium dumtaxat jurisdictionis Ecclesiasticæ, spiritualisque potestatis. Idque suadetur ex verbis ejusdem Concilii, *protinus excludatur*, quæ denotant erectionem Episcopi quasi per vim, & impetum, & non per viam jurisdictionis, neque per ordinem judicii, absque alia cognitione, ita ut nihil aliud agendum sit, & per sæcularem Potestatem, quam Episcopum prædictum vim vi repellendo, statim excludere à loco, quem invaserat, ut innuunt, atque significant illæ particulæ, *protinus excludatur*, quæ repulsam celerem important, & causæ cognitionem non ad-
3 mittunt. Neque contradicunt alia verba ejusdem textus, ibi, *judiciaria auctoritate*; non enim eum habent sensum, ut admittendum sit, Rectorem Provinciæ judicare potuisse circa prædicti negotii substantiam, qui neque potuit, neque debuit adire, ut judicaret, sed tantùm ut exequeretur, in quem usum recursum ad illum approbarunt Patres Concilii, minimè tamen gentium, ut cognosceret, sive judicaret. Dicitur autem *judiciaria authoritate*, eo respectu, & consideratione, quod ille Rector provinciæ pro sua potestate, & jurisdictione in suo foro jus dicebat, cujus auctoritate judiciaria præsupposita, credit Concilium vires habiturum Provinciæ Rectorem ad repellendum & propulsandum Episcopum invasorem, impertito brachii sæcularis auxilio, cujus mentionem habemus *in capite 1. in fine, de officio ordin. & in capite ut officii, vers. compescendi, de hæret. in* 6. ita Anguian. *de legib. libro* 2. *controv.*19. *num.* 23. *cum sequentibus*, Felician. de Vega *in c. quanto* 31. *de judic. n.*68.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentes, qui ob aliquod crimen damnati sunt ad agendam pœnitentiam, non sunt exempti à jurisdictione sæculari.*
2 Cap. aliud, de Pœnit. dist.1. & text. in præsenti *declarantur, & n.* 4.
3 Concil. Toletanum IV. *de pœnitentibus agens quid decreverit.*

Cap. Aliud quidem XXXIV.

Ex hoc textu, juncto *cap. aliud, de Pœnit. dist.*1. quæ jura adducit Gratian. ex 1
epistolis Leonis Magni Papæ, in illa epistola, quam *ad Rusticum* scripsit *cap.*8. probari videtur pœnitentes, qui à judice Ecclesiastico ob aliquod crimen damnati sunt ad agendam pœnitentiam, tam in civilibus, quàm in criminalibus causis, exemptos esse à jurisdictione sæculari, & subditos Ecclesiæ. Sed contrarium verius est, quia aliàs posset Episcopus omni sumpta occasione eximere laicos à jurisdictione sæculari, & pœnitentes hi ex proprio crimine commodum, & utilitatem reportarent. Ita cum Aretin. Abb. Mar. Socin. Cov. & Simanch. resolvit Morl. *in emporio juris, part.* 1. *tit.*2. *in prælud. n.*143. ibique respondet uno modo Iu- 2
ra prædicta non loqui de his pœnitentibus, qui hodie tales dicuntur, sed de religiosis hominibus, qui antiquitus statum pœnitentiæ in aliqua religione profitebantur, quia erant Religiosi, & per manuum impositionem cilicium recipiebant, ut *in Conc. Agathensi, c.*1. *& in Conc. Aurelianen. can.*16. *& in Conc. IV. Toletano*, ubi decretum fuit à Patribus, quod quicunque ad prædictam Reli- 3
gionem fuerit admissus, si prævaricaverit, ab Episcopo suo compellendus sit, ut ad pœnitentiam revertatur. Ita intellexit Simanch. *de Cathol. instit. tit.*47. sed hoc exploso intel-
lectu, utpote quia hæc Leonis Magni constitutio non potest restringi ad pœnitentes, 4
qui ex suæ regulæ instituto pœnitentiam profitentur, cùm loquatur evidenter de pœnitentibus laïcis, quibus liberum erat negotia sæcularia tractare; ideò idem Morla *citato loco, in vers. sed nam sententia*, sibi videri ait, quod summus Pontifex Leo loquitur in actore, non verò in reo, quo præmisso subdit hanc constitutionem in hunc modum esse interpretandam: *Constituamus enim*, ait ille, *quod is qui actu pœnitentiam agit, vult ab ea recedere, quòd patrimonium suum diminutionem patitur, licèt enim hoc ei liceat, perfectius tamen erit*, consilio Leonis Pontificis, non deserere

deserere judicium Ecclesiæ, nempe pœnitentiæ, quàm forense judicium desiderare: non tamen ibi aliquid definitur de subeundo judicio exteriori contentioso Ecclesiastico, vel seculari, nec poterat definiri, cùm hoc dependeat à qualitate Rei conveniendi: nam si is clericus est, coram Ecclesiastico; si verò laicus, coram seculari debet conveniri.



XI. Quæstio III.

SUMMARIUM.

1 *Prælatus peccans tot mortibus dignus est, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittit.*

2 *Peccatum illius, qui aliorum curæ præfectus est, pestilentissimum.*

3 *Pastorum bonorum exempla nos potenter ad virtutem alliciunt.*

4 *Æquitas prima est à se Prælatos inchoare.*

5 *Disciplina à domesticis inchoanda, ut reliquos pudeat errare.*

Cap. Præcipuè III.

1 AD *num.* 2. Prælatus peccans, & perversa perpetrans, tot mortibus dignus est, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittit, ut inquit Nicolaus Pont. *in hoc textu*, refero ego ipse *de officio & potest. Episcopi, part.*1. *tit.*2. *gloss.*3. *num.*24. advertens, quod tanto cautiùs debet se à peccato custodire, quanto peccando non solùm tantum moritur, sed
2 omnium animarum, quas pravis exemplis destruit, reus est: & subdens ex S. Chrysostomo *de sacerd. lib.*6. *post med.* peccatum illius, qui aliorum curæ præfectus est, pestilentissimum esse, & non ita atramento infici pannum, aut lanam ait, sicuti illius culpa in
3 alios pervadit, qui illius fidei crediti sunt. Quemadmodum bonorum nos Pastorum exempla tam potenter ad virtutem illiciunt, è contrà malorum longè potentiùs ad malum trahunt: facit illud Claudiani de quarto Honorii consulatu,

——Totus componitur Orbis
Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis.
Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.

Et paulò inferiùs:

In commune jubes si quid, censesve tenendum,
Primus jussa subi, tunc observantior æqui
Est populus, nec ferre negat, cùm viderit ipsum
Auctorem parêre sibi.

Et Ovid. *fastor.* 6.

Sic agitur censura, & sic exempla parantur,
Cùm judex alios, quod monet, ipse facit.

Quibus similis Tertul. *lib.*1. *de patientia*, ibi, 4
oportet commendationem, &c. Quintilian. *declam.*3. Miles Marian. *pag. mihi* 37. ibi: Hæc enim conditio superiorum est, ut quidquid faciunt, præcipere videantur: & perniciosissimum est malæ rei maximus quisque auctor. Cassiodor. *lib.*9. *var. epist.*21. *pag.*154. ibi: *Esto vitæ continens, ut p[illegible] in alios esse judex. prima æquitas est à se Pr[illegible] inchoare, ut debeant criminosi metuere, quem nequeant similem reperire; & libro* 10. *epistol.* 5. super persona 5
Theodori Regis, ibi, *à domesticis inchoare volumus disciplinam, ut reliquos pudeat errare, quando nostris cognoscimus excedendi licentiam non præbere*: & plurima alia, quæ in eandem sententiam congessit Ioan. Britan. omninò videndus *in notis, sive commentar. ad Sueton. Tranquil. in Neron. c.*19. *pag.*223. Tiraq. *de pœnis temper. causa* 31. *num.* 38. *&* 39. Macrob. *lib.*6. *cap.* 4. Ioan. Bassæ. *de statib. hominum, p.* 2. *cap.* 3. *de laicorum statu, num.*6. Claud. de Prato *in gnosib. gener. Iuris, lib.*1. *de æquitate, tit.*1. *c.*4. Ludov. Cresol. *in Mystagogo, lib.*3. *p.*3. *cap.*43. egregiè Iustus Lips. *politic. lib.*2. *cap.*9. *& in monit. & exemp. politic. lib.*2. *c.*8. Timp. *in speculo Princip. signo* 62. *per tot.* præcipuè *fol.* 409. Petr. Gregor. *de Republ. lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 17. Marc. Anton. Petil. *in exarchia, sive de exteriori Principum munere, lib.*8. *cap.* 3. *cum tribus seqq.* Adam Contzen. *lib.* 10. *polit. cap.*41. Solorzan. *de jure Indiarum, tom.*2. *lib.*1. *cap.*1. *num.*11. *& cap.*2. *num.* 39.

Cap. Certum XLIII.

NOta ex text. quod quemadmodum vocati, & non venientes ad Synodum, 1
etiam Provincialem, aut Episcopalem, excommunicari possunt, *c. ultim.* 18. *dist. c. quod super his*, ibi, *per censuram, de majorit. & obed.* ita possunt ii, qui licèt venerint, absque licentia discedunt, *c. si quis autem*, 18. *distinct. text. in præsenti*, Duen. *reg.* 271. citans in idem *text. in cap.*1. *de judic.* qui id non satis probat: tum ex his, quæ notat Ant. August. *in notis ad collect.*1. *Decret. sub illo text. in vers. hoc sibi non placere*: tum etiam, quia Episcopus illic non excommunicatur, quia à Concilio recessit, sed quia adversario illic respondere noluit, cùm antea contrarium promisisset.

Cap.

Cap. Non sunt audiendi LIV.

1 DE bona fama non contemnenda, & de bono nomine procurando, docemur *Ecclesiast. cap.* 20. *Curam habe de bono nomine. Proverb. c.* 22. *Melius est bonum nomen, quàm divitiæ multæ,* & *Apost.* 1. *Corinth.* 6. *Bonum est enim mihi magis mori quàm gloriam meam quis evacuet*: similis text. *in c. nolo,* 12. *q.* 1. *& in c. quatuor autem,* 12. *quæst.* 2. *& in c. jubemus* 60. *de consecrat. dist.* 1. DD. *in l. interpositas, C. de transact.* ubi Bart. & Bald. uterque *n.* 5. Ang. *n.* 9. Curt. jun. *n.* 17. idem Bald. *cons.* 312. *n.* 3. *lib.* 4. ubi quod divitibus eligibilius magis est mori, quàm vilipendi. Sebast. Medices *de casib. fortuit. part.* 1. *q.* 7. *num.* 7. Mogoll. *de his qua vi, c.* 2. §. 6. *n.* 26. Corduba de Lara *in l. si quis à liberis, in princ. num.* 33. *ff. de liber. agnosc.* Seraph. *de priv. juram. priv.* 29. *num.* 2. Mascard. *de probat. conclus.* 1055. *n.* 53. Testay *alleg.* 7. *n.* 2. Card. Tusch. *pract. concl. verb. Metus, conclus.* 215. *n.* 13. *& concl.* 316. *n.* 19. Amesc. *de potest. in se ipsum, lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 11. *cum seqq.* Scip. Theodor. *alleg.* 19. *n.* 2. Sanch. *de matrim. lib.* 4. *disp.* 5. *n.* 11. Cabreros *de metu, lib.* 2. *q.* 47. *à n.* 20.

Cap. Cùm apud Thessalonicam LXIX.

1 AD *finem.* Simile est quod narrat noster Alvar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ, lib.* 1. *art.* 15. de Magno Alexandro Monarcha Orientis, quod semel condemnavit ad mortem suum quendam militem furore repletus, à qua sententia appellavit miles ad Imperatorem: cui Alexander, *Numquid ego Imperator non sum?* cui miles, Non, quia Imperator non furit; propter quod Alexander Imperator sententiam revocavit contra eum latam, dicens, *Verum dicis.*

Cap. Non licet LXXI.

1 AD *n.* 4. *&* 5. Nota quod Advocato licet patrocinium vendere, ut ultra citatos tenent Franc. Marc. *decis.* 1059. Carrasco *ad leges Recopil. c.* 10. *n.* 26. Osuald. *ad Donel. lib.* 28. *comment. cap.* 3. *lit. Hhh,* Rovir. *pragm. c. de postulan. n.* 6. *fol.* 431. quia salarium, seu laboris sui stipendium illi debetur etiam non promissum, Petr. Greg. *lib.* 2. *de Republ. c.* 7. *num.* 19. Cavalcan. *decis.* 41. *p.* 1. Flores de Mena *var. lib.* 1. *q.* 8. *n.* 46. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 1. *c.* 21. *ex n.* 1. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 257. *n.* 6. Cevall. *commun. contra commun. q.* 288. *n.* 9. Solorzan. *de jure Indiarum, tom.* 2. *c.* 24. *n.* 16. Paul. Xamar. *de officio Iudic. & advoc. par.* 2. *q.* 7. *n.* 7. & etiam non conventum, Tiraq. *de nobilit. c.* 29. *n.* 28. *&* 29. Magon. *Florent. decis.* 12. *n.* 4. Steph. Gratian. *decis.* 257. *n.* 6. *cum seqq.* Ioan. Bapt. Larrea *Granat. dec.* 85. *n.* 9.

SUMMARIUM.

1 *Difficile aliquem suspicatur malum qui bonus est.*
2 *Fornicarius neminem putat castum.*
3 *Proximus magis excusandus, quàm accusandus.*
4 *Vir bonus difficilè esse alios improbos suspicatur.*

Cap. Non solùm LXXVII.

ISidorus *de summo bono,* relatus in hoc textu, ait quod non solùm ille reus est, qui falsa de alio profert, sed & qui aurem citò criminibus præbet: consonat Chrysost. *super Matth.* ibi, sicut difficilè aliquem suspicatur malum, qui bonus est; sic difficilè aliquem suspicatur bonum ipse malus: fornicarius 2 neminem putat castum, castus de fornicario non facilè suspicatur: superbus neminem putat humilem, humilis neminem putat esse superbum, sic qui non est ex Deo Sacerdos, neminem putat Sacerdotem ex Deo. Bernard. *serm.* 40. *in fine, in Cantic. Etiamsi* 3 *perperam quid factum deprehendas, non sic judices proximum, magis autem excusa; excusa intentionem, si opus non potes, putà ignorantiam, putà obreptionem, putà casum,* &c. Cicer. *ad Quintum fratrem,* ibi: *Vt quisque est vir opti-* 4 *mus, ita difficilè esse alios improbos suspicatur.* Nilus apud Anton. & Max. *serm. de Innocent.* ibi: *Qui ad malum suscipiendum paratus non est, is nec ad malam quidem suspicionem est facilis.* Menoch. *de præsumpt. libro* 1. *præsumpt.* 100. *num.* 2. Martin. Bressar. *de conscient. cap.* 19. *num.* 209. Everard. Vveston. *de moribus Reipub. lib.* 3. *capite* 27. *numero* 8.

XII. Quæstio I.

Cap. Omnis ætas I.

DE vitio naturæ nostræ, quod nos ut 1 plurimum in peiorem adducit partem, vide *capite Deus,* 2. *q.* 1. *Clement. alma mater, de sentent. excomm. gloss. verb. prodiga, in proœmio Decretal.* Marquez *lib.* 2. *del Governador Christiano, cap.* 35. §. 1. Fr. Iuan de S. Maria *de Repub. Christiana, cap.* 27. §. 3.

Escob. *de puritate probanda*, *part.* 1. *quæst.* 9. §.4. *n.*82. Oduard. Vveston. *de moribus Reip. lib.*3. *c.*27. *n.*8. ibi, *Cùm vitio naturæ prompti in pejorem partem omnia judicia interpretemur*, &c. Et ideò necesse fuit nobis imponere modum strictum adimplendi obligationem cum foro conscientiæ, ad quod jus positivum deservit, cujus munus est arcere à malo, invitareque ad bonum, *l. justitia* 10. §.1. *ff. de just. & jure*, Escobar *de utroque foro, in initio num.*7.

XII. Quæstio II.

Cap. Prædia V.

1 Occupantes, & usurpantes bona Ecclesiæ, à Deo acerrimè punitos fuisse exemplis edocemur, unum refert Petrus Venerabilis Abbas Cluniacensis *lib.*2. *de miracul.* his verbis: *Comitem Matisconensem, qui occupabat tyrannicè res Ecclesiarum, fuisse raptum die solemni à dæmone, qui in forma equitis cum equo nigro advenit, & ingressus ejus domum, ostio cum eduxit invitum, jussit equum conscendere, inque aëra sublimavit, nec unquam postea comparuit. In cujus rei memoriam ostium, quo eductus erat, fuit obturatum. Quod cùm Ogerius Guillelmi Comitis procurator ob aliquam Reipub. necessitatem vellet reserare, qui operas locavit ejus rei causa, dum cœpit demoliri, raptus à dæmone iterum est, & in aërem elevatus, postmodùm lapsus collisusque est, manu qua id tentaverat, fracta: ob quod miraculum rursus cives in perpetuam rei memoriam jusserunt obturari, atque ejus Comitis filius cum triginta militibus venit Cluniacum, & cum illis illius religionis habitum suscepit*, &c. Ex Trithemio *lib.*1. *annal. Francorum*, non dissimilem casum Dagoberti Galliarum Regis referunt Petr. Gregor. *de Republ. libro* 13. *cap.*17. *num.* 18. Martin. Maguer. *de advocatia armata*, *cap.* 3. *num.*12. & ex nostris Bobadill. *in sua politica, lib.*2. *c.*18. *num.*325.

SVMMARIVM.

1 *Ædificium in alieno solo Ecclesiæ pecuniis constructum solo non cedit, sed ædificio solum.*

2 *Solum ædificio cedit, si ædes sacra inædificata sit.*

3 *Purpura cur vestimento cedat.*

Cap. Apostolicos XIII.

In gloss. *Construxisse.* Nota ex gloss. ædificium in alieno solo Ecclesiæ pecuniis constructum, solo non cedere, sed ædificio solum, & sic utrumque apud Ecclesiam remanere, ut per Tiraq. *de privileg. piæ causæ, privileg.*121. Surd. *cons.*333. *n.*46. Marc. Anton. Genuens. *in practicab. Eccles. q.*31. *n.*6. & latiùs *q.* 246. Card. Tusch. *pract. concl. lit. M, concl.*175. *n.*7. Giurba *in consuet. Messanen. par.*1. *c.*15. *gloss.*13. *n.*2. sequuntur citati à Ludovico Romano *in auth. similiter, n.*27. *C. ad legem Falcid.* Tiraq. *de privil. piæ*, Marc. Anton. Genuensis *ubi proximè*, & *q.*249. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.*5. *c.*955. *n.*18. & 19. & solum ædificio cedere, si ædes sacra inædificata sit, ex text. *in c. questi nobis sunt*, 17. *q.* 4. tenet Petr. Pech. *in c. semel, n.*5. *de regul. juris, lib.*5. Borgn. Cavalcan. *decis.*28. *n.*71. Reusner. *decis.*1. *n.*7. *p.*1. Mar. Giurba *d. gloss.*13. *n.*10. novissimè Læl. Mancin. *disquisit. genalium, & anniversariarum Iuris disp. cent.* 2. *c.*124. *in fine*, ubi hunc textum citat. 1 2

Quæ causa sit ut purpura, licèt pretiosior, vestimento cedat, §. *si tamen, Instit. de rerum divis.* & pictura, quæ itidem pretiosior, tabulæ non cedit, *l. qua ratione*, §. *litera*, & *seq. ff. de acquirendo rerum dom.* §. *si quis, Instit. eodem*, vide Edmund. Meril. *observ. lib.*2. *cap.*28. Læl. Mancin. *cit. loco*, *cent.*2. *c.*212. *pag.*265. 3

SVMMARIVM.

1 *Res sacratæ, & cultui divino dicatæ alienari possunt ad subveniendum pauperis necessitati, & ad captivorum redemptionem.*

2 *Executor ad distribuenda bona in causam piam, potest ea distribuere in liberandis carceratis, ad pœnam etiam pecuniariam pro maleficiis condemnatis.*

3 *Dispositio pro redimendis captivis, captivos etiam ex delicto comprehendit.*

Cap. Sacrorum XV.

Ad *n.*3. Nota quod ut pauperum necessitati subveniatur, vel ut à carceribus liberentur, seu ad captivorum redemptionem alienari poterunt res sacratæ, ad cultumque divinum dicatæ, etiamsi pauper captivus, vel incarceratus culpa sua, non tamen ad casum præordinata, ad paupertatem, captivitatem, vel carcerem devenerit, ut per Iacob. de Graff. *in aureis decis. p.*1. *lib.*2. *cap.*96. Ludov. Mex. *in tr. taxa panis, concl.*1. *num.*8. Surd. 1

Surd. *cons.* 367. *num.* 42. *&* 43. Covar. *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 9. *vers. contrariam sententiam,* Franc. Viv. *decis.* 268. *num.* 8. Thom. Act. *in tract. de infirmit. part.* 1. *cap.* 36. *num.* 5. *&* 6.

2 Hinc per hanc glossam deducunt executorem ad distribuendum bona in causam piam, vel pro redimendis captivis datum, pro liberandis carceratis ad pœnam etiam pecuniariam pro maleficiis condemnatis distribuere ea posse, Cephal. *cons.* 624. *n.* 60. Menoch. *de arbitrar. casu* 182. *num.* 42. Brunor. à Sole *quæst.* 47. *num.* 7. *& in compend. resolut. littera* Q, *verbo executores gravati,* Seraphin. *de privileg. jurament. privil.* 32. *num.* 21. Dispositionem enim pro redimendis captivis etiam captivos ex delicto comprehendere, ex Ioan. Lupo, Seraphin. & aliis, tradit Mar. Giurba *ad consuet. Messanen. cap.* 2. *gloss.* 12. *num.* 21. *part.* 1.

Cap. Ecclesiarum servos LXIX.

1 Intelligitur de servis Ecclesiarum perpetuis, & adscriptitiis, qui ad prædia elaboranda deputati eorum pars esse dicuntur, *l. cùm satis* 23. *C. de agricol. & censitis, lib.* 22. ibi: *Satis inhumanum est, terram quæ ab initio adscriptitios habebat, suis quodammodo membris defraudari,* &c. & ibi Lucas de Peña, Ioan. de Platea, & Valenzuela Pescador, Anton. Fab. *in Iurisprudentia, tit.* 5. *princ.* 2. *illat.* 7. Schiordeg. *tom.* 3. *tract.* 26. *quæst.* 60. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 19. *numero* 1. Et inter immobilia computantur, Gregor. Lopez *in l.* 1. *verbo las rayles, tit.* 17. *partit.* 2. Andr. Knichen. *tract. de restitutarum pact. capite* 3. *num.* 17. de inservientibus Ecclesiis, an & quando gaudeant privilegio fori, egi *de jure Ecclesiast. univers. lib.* 1. *cap.* 59. §. 2. *n.* 52. *& seqq.*

XIII. Quæstio II.

Summarium.

1 *Animæ tam beatæ, quàm purgandæ, sæpè per se ad vivos ex Dei jussu redeunt.*
2 *Beatorum animæ ad vivos redeunt.*
3 *Samuelis vera anima fuit, quæ apparuit Sauli.*
4 *Samuelis anima non magico carmine, sed jussu ac imperio Dei Sauli apparuit.*
5 *Onias summus Sacerdos, & Hieremias Propheta postquam mortui sunt, Iudæ apparuerunt.*
6 *Moyses postquam mortuus esset, apparuit cum Christo & Elia colloquens in Thabor.*
7 *Apparitio Ioannis Præcursoris.*
8 *Apparitio Agnetis virginis.*
9 *Apparitio Eulaliæ virginis.*
10 *Leocadiæ sanctissimæ apparitio post mortem S. Ildephonso Toletano Antistiti.*
11 *Animæ quæ in Purgatorio sunt, frequentiùs ad vivos redeunt, ut eleemosynas exposcant, & viventium operis juventur.*
12 *Animæ quæ in Inferno sunt, rarissimè ad nos redeunt.*
13 *Animæ in Inferno existentes aliquando ex speciali Dei privilegio ad nos redeunt, & quare?*

Cap. Fatendum XXIX.

Ad *num.* 2. *in fin.* adde: Nam tam beatæ, quàm purgandæ, & damnatæ animæ sæpè per se ad vivos ex Dei jussu redeunt, ut tradunt Petrus Thiræus *lib. de apparit. spirit. p.* 1. *cap.* 9. Simon Majolus *in diebus canicul. tom.* 2. *colloq.* 2. *&* 3. 1

2 Ad *n.* 3. *in fin.* Quod Beatorum animæ ad vivos redeant, satis probat sacra Samuelis historia, in qua docemur animam Samuelis Prophetæ ad mulieris deprecationem Sauli Regi apparuisse, *Reg.* 1. *cap.* 28. quod etsi controversum sit, an vera anima, an spectrum fuisset, hodie postquam liber Ecclesiasticus canonicus est, omnem dubitationem tollit, dum sic testatur *cap.* 46. *vers.* 21. ibi, *Dilectus à Domino Deo suo Samuel Propheta Domini revocavit imperium*: & paulò post, *v.* 23. *Et post hac dormivit, & notum fecit Regi,* &c. Quare veram animam Samuelis fuisse quæ Sauli 3 apparuit, exercente quidem Pythonissa artem suam magicam, sed non ejus artis vi & potentia, sed Dei imperio ab Inferis exutam, ut divinam sententiam Sauli proferret, hoc fundamento expresè tenent Card. Bellarm. *in contr. lib.* 4. *de Anima Christi, c.* 11. *& de Purg. lib.* 2. *c.* 6. *& lib.* 1. *c.* 11. Martin. Delr. *disquis. Magic. lib.* 2. *q.* 26. *sect.* 4. Mald. *de virt. Theolog. tr.* 10. *cap.* 8. *dub.* 3. Raph. de la Torre *tom.* 2. *de vitiis oppos. relig. quæst.* 95. *art.* 3. *disp.* 3. Valent. *part.* 3. *disp.* 11. *quæst.* 1. *puncto* 1. *& tom.* 4. *disp.* 10. *quæst.* 1. *punct.* 2. §. 9. Peltran. *de Purgator. cap.* 5. *&* 6. Alphons. de Mendoza *in quodlibeto, quæst.* 5. §. 8. Fabian. *in annalib. sacris, anno* 2979. Suarez *part.* 3. *tom.* 2. *quæst.* 52. *disp.* 42. *sect.* 2. Torreblanc. *de*

Magia,lib.1.c.16.ex num.13. & lib.2.c.27. ex num.28. Leo Alatius *in comment. ad S. Eustachium Episcop.& Mart.c.22.fol.506.* Et sic non
4 magico carmine, sed jussu ac imperio Dei contigit, ut Saulis curiositatem reprehenderet, & finem suum annuntiaret, Petr. Leloyher *lib.4. selectior. c.1.* Petera *advers.fallaciam artis, lib.1.c.11.* quos refert, & sequitur Torrebl. *de jure spirit. lib.8.c.8.n.16.*

5 Onias summus Sacerdos, & Hierem. Propheta postquam mortui fuissent, Iudæ apparuerunt in locis Samariæ, & gladium aureum dederunt ei, in quo vinceret inimicos, excitantes eum ad prælium cum Nicanore, qui die Sabbati volebat eos opprimere, in quo ex religione arma non licebat capessere, *Machab. 2.c.15. vers.12. & 13.* Et ut alia
6 interim taceam, certum est Moysem, cùm esset verè mortuus, *Deuteron. c.34. Iosue c.1.* apparuisse cum Christo Domino, & Elia colloquentem in Thabor, & certa fide tenendum est ex Evang. *Luca c.9. vers. 30. Et ecce duo viri loquebantur cum illo, erant autem Moyses, & Elias*: Moyses scilicet in vero spiritu, corpore tamen aëreo, ut docet S. August. *lib. de cura pro mort.c.15.* Elias autem in spiritu,& corpore vivo,ut tradit Suar. *tom.2.de Verb. incarnat.quæst.55.art.4.disp.49.* De Ioannis Præcursoris apparitione agit
7 Greg. Turon. *lib. de miracul.* De Agnetis virginis alia apparitione S.Ambros. *serm.40.*
8 De Eulalia virgine Isidor. *in Chronico Gothor.* De Leocadia sanctissima post mortem S. Ildephonso Toletano Antistiti Surius *tom.1.*
9 De matre S. Elizabethæ filiæ Regis Hungariæ, quæ ei apparuit, & preces petiit, Iacob.
10 Montan. *in ejus vita,c.23.*

11 Ad *n.9. in fine.* Et patet innumeris exemplis relatis à Cæsar. *ingenti libro miraculorum*, Vincent. Belvacen. *in speculo histor.* Ægid. Carthus. *in magno speculo exemplor.* Dionys. Carthus. *in dialogo de Iudith, & quatuor noviss.* S. Greg. *lib.4. Dialogor.* Ioan. Nider. *in formicar.c.1.& 2.* Ex quibus constat, animas quæ in Purgatorio sunt, frequentiùs ad vivos redire, ut eleemosynas expostulent, ut viventium operis juventur.

12 Ad *num.5.* Rarissimè tamen animæ, quæ in inferno sunt, ad nos redeunt: nam cum à vivis bonum nullum sperent, quia non possunt ullis viventium suffragiis juvari, non desiderant redire, imò abhorrent cum tanta sui honoris jactura pœnas suas fateri, ut Petr. Thyræus ait *de apparit. spirit.p.1.cap.5. num.20.* Nihilominus aliquando ex speciali Dei privilegio possunt redire, ut viventes ex earum visione, & pœnarum relatione resipiscant: nec per hoc divinæ legis sanctio derogatur, cùm privilegia singulorum communem legem facere non possint, *l.2. C. de legibus, cap. fin. de reg. jur. in 6.*

XV. Quæstio I.

Summarium.

1 *Ignorantiam crassam circa mala provenientia ex actione illicita, minuere voluntarium.*
2 *Loth an nesciens cum filiabus coïerit?*
3 Text. in præsenti *plures interpretationes.*

Cap. Inebriaverunt IX.

Magnus P. Augustinus *lib.22.contra Faustum,cap.44.* transumptivè in hoc text. relatus, sic ait: *Inebriaverunt Loth filiæ ejus, & se nescienti miscuerunt: quapropter culpandus est quidem, non tamen quantum ille incestus, sed quantum illa ebrietas.* Et quibus verbis constat ignorantiam crassam circa mala provenientia ex actione illicita minuere voluntarium, ac subinde malitiam, quam eadem mala habent, secundùm suas species, ut resolvit Sot. *de justit. lib. 5. quæst. 1. art. 9.* Etenim, quidquid D.Augustin. eò loci nescientem appellaverit ipsum Loth, revera non fuit simpliciter nesciens; natura namque non patitur, quod aliquis nesciens coëat, sed dicitur nesciens, quia nesciebat esse filias suas, credebat enim esse suam uxorem, & ideo gloss. *in præsenti*, tres ad hunc text. refert expositiones: prima quod punitus fuerit pro incestu, & pro ebrietate. Secunda, quod non fuerit punitus quantum incestus meretur, scilicet si esset commissus ex deliberatione. Tertia quod nullo modo puniendus erat pro incestu, sed tantum pro ebrietate, quæ ebrietas veniale dumtaxat peccatum est, ut *25. distinct. §. criminis.* Ita Anguian. *de legibus, libro quarto controversiar. num.12.*

Quæstio

XV. Quaestio VI.

SVMMARIVM.

1 *Papa poteſt Regem Regno, & Imperatorem Imperio privare.*

2 *Intellige quando ſic opus erat in finem ſupernaturalem, & in bonum ſpirituale, ac Eccleſiæ defenſionem.*

3 *Papa ex eiſdem cauſis, quibus poteſt Regem regno privare, poterit in eiſdem terminis impedire ne Rex inſtituatur.*

4 *Papa quatenus talis, non privat Imperatorem imperio, aut Regem regno tanquam Iudex ordinarius, ſed tanquam ſummus, & univerſalis Paſtor.*

5 *Papa abſque Concilio, & per ſe ſolum juſtè. & validè Regem Regno ex juſtis cauſis privare poteſt.*

Cap. Alius III.

1 EX hoc text. juncto *c. ad Apoſtolica, de re judic. in* 6. collige ſummum Pontificem potuiſſe Regem regno, & Imperatorem Imperio privare, id quod multoties feciſſe aliàs Pontifices Romanos ex hiſtoriis referunt Caſtald. *in tract. de Imper. quæſt.* 81. & poſt Guerrer. Menchaq. *illuſtr. c.* 8. *à n.* 20. Card. Bellarm. *controv.* 3.
2 *lib.* 5. *de Romano Pont.* potuerunt enim Pontifices in ea privatione, & depoſitione exercere poteſtatem in temporalibus, dum Imperatorem, & Reges poſt legitimam admonitionem poteſtate abutentes, & ex malitia, aut ſumma negligentia ſpirituali bono, Fidei Catholicæ, ſeu Eccleſiæ regimini, tranquillitati, & paci Fidelium maximè nocentes graviſſimis, & juſtiſſimis de cauſis regno, aut imperio privarunt, quia ſic opus erat in finem ſupernaturalem, bonum ſpirituale, & Eccleſiæ defenſionem, ut explicant Caſtald. *d. loco*, Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 35. *à n.* 6. Card. Bellarm. *d. lib.* 5. *cap.* 7. *&* 8. *& d. lib.* 1. *de tranſlatione imperii, c.* 12. *verſ. quæ cùm ita ſint*, Molin. *de Iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 29. *verſ. ex dictis Sotus, & col. pen. verſ. ad ſecundum*, & ſatis conſonat illud Ioiadæ Pontificis, qui Reginam juſtis de cauſis non tantùm Regno, verùm etiam vita privavit, ut refertur *lib.* 2. *Paralip. c.* 23. *&* 4. *Regum* 11. Planè, quia
3 juxta illud vulgare, de quo *in c. quemadmodum, verſ. nam ſi poſt, de jurejur.* faciliùs impeditur aliquid ne fiat, quàm tollatur poſtquam factum eſt, ſicut Summus Pont. Imperatorem, aut Regem jam conſtitutum, ubi opus fuerit, privare, & deponere poteſt, ita, & multò magis ex eiſdem cauſis, & in eiſdem terminis poterit impedire ne Rex, aut Imperator inſtituatur, ex Molin. *d. verſ. ex dictis*, poſt Victor. Pighium, Turrecr. & alios, ſecundùm quos licèt Pontifices Romani aliquando id non faciant, non defuit poteſtas, ſed abſtinent, quia hæreſes, rebelliones, ſchiſmata, aut alia ſimilia mala pertimeſcunt.

His conſequens eſt, ut benè advertit Card. 4
Bellarm. *d. lib.* 1 *c.* 6. *verſ. quantum ad perſonas*, & Molin. *d. loco, verſ. ex dictis infero, quod ſummus Pont. quatenus talis, non privat Imperatorem imperio, aut Regem Regno, tanquam Iudex ordinarius, eo modo quo deponit, aut privat Epiſcopos, ſed tanquam ſummus, & univerſalis Paſtor, ubi ſic oportet in finem ſupernaturalem, & ita ex vi poteſtatis ſpiritualis, ut ſatis ſignificat d. c. ad Apoſtolica, verſ. nos itaque, ubi Pontifex ad ſententiam privationis contra Imperatorem expendit ſe in terris Vicarium Dei, & poteſtatem habere, per illa verba, Quodcumque ligaveris*, &c. Conſequens item eſt, quod licèt *in d. verſ. nos itaque*, privatio Imperatoris, & 5
ſententia in Concilio habita fuerit, quia ſic utiliùs, maturiùs, & majori cum deliberatione fiebat, Pontifex tamen per ſe ſolus juſtè, & validè id ipſum efficere potuiſſet, ut fatentur omnes ibi, & poſt Alexand. agnoſcit communem Clar. *ubi ſuprà*, & eſt de mente aliorum, & ſatis deducetur ex hoc textu.

XVI. Quaestio I.

SVMMARIVM.

1 *Contrahentes ſe invicem decipere in foro conſcientiæ non licet, & n.* 2.

3 *Dolo aliquem inducens ad contrahendum, eunque decipiens, in utroque foro tutus non eſt.*

4 *Deceptio quando reipſa intervenit abſque dolo contrahentium, uterque contrahens eſt tutus in conſcientia.*

5 *Contrahentes non ſunt tuti in conſcientia quando ſciunt juſtam rei æſtimationem, & emptor plus juſto offert, vel venditor viliori pretio offert.*

6 *Deceptio toleratur in foro contentioſo, ſed non in foro conſcientiæ, quando intervenit ex re ipſa & ex propoſito, quamvis non intervenerit dolus partis.*

7 *Scientia veri valoris in contrahente læſo non operatur.*

8 *Affectio tollit præſumptionem donationis.*

9 *Sciens verum valorem, quando læditur ex levitate mentis aperta, ſeu præſumpta ad vilius vendendum, aut carius emendum, lædens non excuſatur à reſtitutione in foro conſcientiæ.*

Cap. Si cupis V.

1 Gloss. 1. *in præsenti, verb. non multùm,* tenet in contractibus decipere non esse peccatum mortale, sequitur Padil. *in l. 2. C. de rescind. vend. num.* 73. ubi affirmat deceptionem intra dimidium justi pretii licitam esse in foro conscientiæ, & rationes, ex quibus ad sic sentiendum movetur, tradit, & ad rationem de permissione lupanaris, quæ in exemplum adducitur, respondet Perez *l. 1. gloss. unic. col. 17. ad finem, vers. ex quo inferri posset, tit. 7. lib. 5. ordin.* Menchaq. *controvers. usufreq. lib. 3. c.* 48. ubi omnium latissimè utriusque partis fundamentis, & auctoritatibus relatis hanc tuetur.

2 Contrarium verò, imò non licere in foro concientiæ contrahentes se invicem decipere intra dimidium justi pretii, tenent alii plures numero, & auctoritate non inferiores. Ex nostris hanc partem sustinent Innoc. Butr. Panor. & Felin. *in c. in civitate, de usur.* Card. & Abbas *in cap. 1. de empt.* Feder. de Senis *cons.* 21. Burg. de Paz *in cap. cùm dilecti, n. 17. & à num. 23. de empt.* Tiraq. *ad legem 9. connub. n. 3. cum seqq.* Crem. *ad l. 2. C. de rescind. vend. num.* 144. 158. *&* 169. & Pinel. *p. 1. cap. 1. n.* 35. Cov. *lib. 2. var. cap. 3. n. 11. vers. ego,* Navar. *in c. qualitas, num. 45. cum seqq. de Pœnitent. dist.* 3. Plaz. *in epitome delict. lib. 1. cap. 36. n.* 14. Mexia *ad leg. Toleti, in resp. ad 6. & 8. p. 1. fundament. n.* 61. Matiens. *l. 1. glos. 1. n. 9. tit. 11. lib. 5. recop.* Avend. *de cens. cap. 27. num. 10. & 12. in fine,* Felician. *eod. tract. lib. 2. c. 1. à num.* 7. Farin. *p. 1. fragm. crimin. verb. deceptio, num.* 44. Gasp. Rodrig. *de annuis reddit. lib. 1. quæst. 11. num.* 8. Card. Mant. *de tacit. & ambig. convention. lib. 4. tit. 20. n.* 54. Cevall. *commun. quæst. 508. n.* 1. Sigism. Scac. *de commerc. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 10. num.* 14. ubi rationibus confirmat, *& in num.* 42. *&* 43. contrarium proponit: & *à num.* 44. illis omnibus satisfacit. Ex Theologis Sanctus Thom. 2. 2. *quæst. 77. art. 1.* ubi Cajet. *& quodlib. 2. art.* 10. S. Antonin. 2. *p. tit. 1. cap. 16. vers. quantum ad tertium, col. 3. &* 5. Alphons. de Castro *de potest. leg. pœnal. lib. 2. cap. 10. fallent.* 3. Silv. *in summa, verb. emptio, q.* 8. Medin. *de restit. q.* 11. alter Medin. *in sum. cap. 12. n.* 25. Sot. *de just. lib. 6. q. 3. art.* 1. Pedraza *in sum. prac.* 7. §. 13. Mich. de Palatio *in praxi Theolog. lib. 2. c.* 2. Machado *de contract. opusc. 1. c.* 10. Saravia *de instruct. mercat. cap.* 4. Anton. del Rio *in l. contractus, §. 4. ff. de reg. juris,* Petr. Navar. *de restit. lib. 3. cap. 2. num. 14. cum seqq.* Lessius *de justit. lib. 2. c. 21. dub. 4. n. 20. &* 21.

Quæ ultima opinio verissima est, præcipuè sequentibus casibus. Primò quando dolus dedit causam contractui; nam ille qui dolo alium induxit ad contrahendum, eumque decepit, in utroque foro, interiori, & exteriori tutus non est. Padil. *in d. l. 2. n. 73. col. 2. vers. ego verò,* Mench. *d. c. 4. n.* 3. Cardin. Mantic. *d. tit. 29. num.* 61. Cevall. *dicta q. 508. n. 2. &* 8. Scacc. *d. ampl.* 10. Anton. Faber *de error. pragm. decad. 8. errore 7. n.* 7. Quando enim deceptio reipsa intervenit absque dolo contrahentium, ut si venditor credit se emere justo pretio, tunc uterque est tutus in foro conscientiæ, licèt alter eorum sit læsus, seu deceptus reipsa, vel postmodùm læsus cognoverit reipsa proximè læsisse, Benint. *de vendit. ad tempus, cap. 5. sub n.* 21. Burg. *in cap. cùm dilecti, n. 22. de emp.* Ludov. Gom. *in cap. 1. num. 7. de constitut. in* 6. Cevall. *d. q. 508. n.* 3. Non sic quando contrahentes sciunt justam rei æstimationem, & emptor plus justo offert, vel venditor viliori pretio vendit, quia non sunt tuti in foro conscientiæ vendentes ei qui plus offert, vel ementes ab eo, qui viliori pretio, quàm res valet, vendit; & tenentur restituere omne id, in quo contrahentem læserunt, etiamsi sit intra dimidium justi pretii. Ita Medin. *de restit. tom. 2. titul. de rebus restit. q. 2. vers. è contra, & q. 32. vers. quamquam, & q. 33. vers. tertia propositio,* Navar. *in cap. qualitas, n. 31. & 42. de Pœnit. dist. 5. & in cap. novit, not. 6. n. 66. de judic.* Cov. *lib. 2. var. c. 4. n.* 11. Plaz. *in epit. delictor. cap. 36. post num.* 17. Salon. *in 2. 2. q. 77. art. 1. controv. 18. sub num. 1. vers.* 1. Mex. *ad l. Toleti, in res. ad 6. & 8. p. 1. fund. num 60. col. 5. vers. quibus sanè, & in tract. taxa panis, concl. 1. n.* 156. Matiens. *l. 1. glos. 1. n. 10. tit. 11. lib. 5. Recop.* Felician. *dicto lib. 2. c. 1. n. 8. cum seqq.* Farin. *fragm. crimin. p. 1. verbo decipere, n.* 46. Sigism. Scacc. *de commerc. §. 1. quæst. 7. p. 2. ampl. 10. num. 53. vers. contra hunc.* Quicquid dicant Boër. *decis. 142. num.* 2. Tiraq. *l. 9. connub. num. 13. in fine,* Ripa *in l. si unquam, C. de revoc. donat. n.* 18. Crem. *in l. 2. C. de rescind. vend. sub n. 159. vers. dicens,* Cardin. Mant. *d. l. 4. tit. 20. n.* 59. Mench. *usufreq. lib. 3. c. 48. n. 2. vers. ergo.* 3 4 5

Secundò quando intervenit deceptio ex reipsa, & ex proposito, quamvis non intervenerit dolus partis, quo casu deceptio toleratur in foro contentioso, sed non in foro conscientiæ, ut ex Abb. *in cap. cùm causa, sub num. 4. de test.* tradit Sigism. Scac. *d. ampl.* 10. 6

Tertiò urgente necessitate aut egestate, 7 vel si venditor ductus fuit ad cariùs emendum, vel vendendum; nam tunc etsi sciat rei valorem, ab eo emens non excusatur, quia

quia scientia veri valoris in contrahente læso non operatur; cùm lædens in foro conscientiæ læsionem reficere teneatur, Cremens. *in l.2. num.159. vers. sed posteà.* Burgos de Paz *d. cap. cùm dilecti, n.19.* Cæpol. *de simulat. contract. n.24. c.27.* Strach. *de mercat. p.2. rubr. de stat. mercat. n.7.* Farin. *d. verbo decipere, n.50. & seq.*

8 Quartò quando quis ducitur ad emendum cariùs propter aliquam particularem affectionem, vel commoditatem; tunc enim etiamsi sciat verum rei valorem, contrahens cum eo non excusatur in foro conscientiæ, si eum læserit, quia illa affectio tollit præsumptionem donationis, ut per Cæpol. *d. loco, n.26. vers. ego posteà, & numero 162.* Cremens. *in d. l.2. num.159. vers. sed postea, & num.162.* Farin. *d. verb. decipere, num.53.* qui ponunt exemplum in eo, qui habet affectionem in libris, in re Majorum suorum, seu in ligno, viridario, in possessione contigua suæ possessioni.

9 Quintò, quando sciens verum rei valorem læditur ex levitate mentis aperta, seu præsumpta ad viliùs vendendum, au cariùs emendum, prout contingit sæpissimè in juvenibus, quorum levitas sapit quandam ignorantiam, & quodammodo necessitatem inducit, arg. *cap. quorundam, 34. dist. & l. fin. §. filii autem, C. de bonis quæ lib.* nam isto casu lædens non excusatur à restitutione in foro conscientiæ. Cæpol. *de simul. contract. n.25. & 26.* Cremens. *in d. l.2. n.159. vers. sed posteà.*

SVMMARIVM.

1 *Prædicator quam ætatem habere debeat, ostenditur.*
2 *Text.* in præsenti, *non de quibuscumque Sacerdotibus, sed de illis quibus matura triginta annorum ætas accessit, intelligitur.*
3 *Diaconus an ex officio teneatur sanctum Evangelium decantare.*
4 *Episcopo licet prædicandi licentiam concedere illi, qui adhuc non est in sacris Ordinibus constitutus.*

Cap. Adjicimus XIX.

1 Dum in hoc textu præcipitur, ut præter Domini Sacerdotes nullus audeat prædicare, satis colligitur ætatem ad Presbyterum requisitam pro Prædicatoris officio necessariam esse. Sed non nisi triginta annis natum ad prædicationis officium admittendum esse, exemplo Christi Domini, probare nititur Petr. Burg. *de mysteriis numerorum, n.30. paulò post princ.* ibi, *Christus enim Deus & homo, in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, & qui ab initio, quo hominem induit, magno omnium hominum stupore summa quæque miracula edere potuisset, destitit tamen, donec trigesimum appeteret annum, & tunc incepit signa facere, & docere,* &c. Et quatenus hic text. de Sacerdotibus meminit, 2
non de quibuscumque sacerdotibus subaudiri debet, sed de illis dumtaxat, quibus matura triginta annorum ætas accessit, ut sic in omnibus illius vestigiis inhæreat. Nec aliud 3
volunt *text. in cap. perlectis 1. vers. Diaconum, 25. dist. & in cap. Sancta, 2.92. dist.* in quibus cavetur Diaconum, ac proinde in Diaconali ætate constitutum, ex officio teneri sanctum Evangelium prædicare, quia hæc loca intelligenda sunt, non de prædicatione, hoc est, de explicatione Evangelii, cujus est noster sermo, sed de ejus lectione à Diacono decantanda, quæ & prædicatio dicitur, ut post *glossam verbo Sacerdotes, in præsenti,* rectè interpretantur Durant. *in ration. divinorum offic. lib.2. c.9. n.10.* Navar. *cons.7. num.3. de offic. deleg.* Ego *de jure Ecclesiast. univers. lib.1. cap.25. num. 27.* Nihilominus 4
cùm prædicare non sit actus alicujus Ordinis sacri, Episcopo licet licentiam prædicandi concedere clerico nondum sacris Ordinibus insignito, ex multis, quos refero dicto *lib.1. cap.13. n.19. & in collect. ad Concil. Trident. sess.5. de reform. c.2. n.4.*

SVMMARIVM.

1 *Vnio Ecclesiarum facienda propter vicinitatem, & populi raritatem.*
2 *Episcopatuum divisio ex quibus causis facienda, ostenditur,* & n.3.

Cap. Postquam XLIX.

Ex hoc textu colligitur, propter vicinitatem, & populi raritatem, unionem 1
Ecclesiarum faciendam, ut per Menoch. *de arbitr. lib.5. casu 477.* Unde à contrario sensu 2
infertur, divisionem Episcopatuum faciendam ex longa locorum distantia, vel ex oppidorum, & hominum in eis habitantium tali, ac tanta multiplicatione, ut commodè per unum Pastorem gubernari non possint, *c.1. de Eccles. ædifican. ubi gloss. verb. exigit, de sepulturis*: ubi quod numerus Prælatorum debet esse æqualis distantiæ locorum, & numero subditorum, gloss. *in c. cùm inferior, verb. Cathedrali, de major. & obed.* ubi ait, pro-

pter longam & latam provinciam debere erigi novam Ecclesiam Cathedralem, Roman. *conf.*275. *& conf.*345. *num.*16. Mandos. *de signatura gratiæ, verb. erectiones, §. amplius,* Rod. Suar. *alleg.*7. Franc. Marc. *decis.*1120. *p.*1. Cavalc. *decis.* 40. *n.*17. *p.*2. Rebuff. *in pract. de erect. Cathedr.* Petr. Gregor. *de benef. c.*12. *n.* 3. *&* 4. Zipæ. *de jure Pontif. lib.*3. *tit. de Eccles. ædific. n.*14. Cancer. *lib.* 3. *var. cap.*3.
3 *num.*420. *cum seqq.* Aliquando ex justa causa dividendi Episcopatus, quòd multos redditus habeat, ut notanter de Ecclesia Tolosana loquens inquit Joan. XXII. *in extravag. Salvator, vers. attendentes, de prabend. inter communes*, cujus verba semper meminisse juvabit, quia valde conducunt ad notandos, & depingendos mores aliquorum Episcoporum, qui excessivis hujusmodi opibus abutentes, eas non in divini cultus augmentum, sed in sumptus enormes, & usus extraordinarios convertunt, contra quos invehit Rebuff. *in praxi benef. tit. de erect. num.*4. tradens, quod multi Prælati ex redituum luxuria pereunt.

Cap. Præcipimus LIII.

1 PRo exornatione unicæ conclusionis, quod scilicet Ecclesiarum Cathedralium erectio ad solum Romanum Pontificem pertineat, vide ultra citatos similes textus *in c.*1. *ne sede vacante, & in c. quod translationem*, ubi gloss. *de offic. deleg. & in cap. licèt, de prabend. in* 6. *glos. in c. sicut vnire, de excess. Prælat. l. Castel.*2. *tit.*10. *p.*1. ubi Greg. Lop. Isidor. Moscon. *de Majest. milit. Eccles. lib.*1. *p.*1. *c.*15. Petr. Gregor. *de benefic. c.*13. *n.*4. Fabric. *eodem tract. lib.* 3. *cap.*3. *n.*26. Bzov. *de Pontifice Romano, cap.*34. Valenz. *cons.*4. *num.*161. *& cons.*63. *num.*94. Filliuc. *de statu clericorum, tract.*41. *cap.*2. *à num.*2. *& tract.*45. *cap.*5. *à n.*14. Sanch. *in consil. moralib. lib.*2. *cap.*2. *dub.*37. *n.*7. Ego *de jure Eccles. universo, lib.*2. *cap.*2. *num.*97.

XVI. Quæstio VII.

Summarium.

1 *Papa ex justis causis decimas laicis concedit.*

2 *Papa potest laicos immunes facere à solutione decimarum.*

3 *Decimæ multis Regibus à summis Pontificibus concessæ.*

4 *Fructus decimarum ex concessione Pontificis bene possunt cadere in laicos.*

Cap. Decimas I.

AD *finem textus*, adde: Nisi summus 1
Pontifex ex justis causis decimas laicis in particulari indulgeat, ut probat *in cap. cùm in Apostolica, in fine, de his quæ fiunt à Prælatis, gloss. verbo detinere, in c. causam quæ, de præscript. & verbo exemptus, in medio, in cap. à nobis, de decimis, l. Hispan.* 23. *tit.*20. *part.*1. ubi Gregor. Lop. Covar. *lib.*1. *var. cap.*17. *n.*10. ubi quod potest Papa non 2
solùm laicos immunes facere à solutione decimarum, verùm & capaces recipiendi decimas ab aliis laicis, Rebuff. *de decim. q.*13. *n.*110. Navar. *de reddit. Eccles. q.*1. *n.*54. 57. *&* 58. & latiùs *n.*64. ubi inquit, quod decimæ ex justa causa possunt concedi laicis in feudum à Romano Pontif. Verall. *decis.*241. *p.*1. Rimin. jun. *cons.*41. *n.*25. *vol.*1. Lassarte *de decima vendit. c.*19. Enriq. *in summa, lib.*7. *c.*26. Ioan. Garc. *de expens. c.*9. *ex num.*90. D. Barbos. *in l. Titia, n.*40. *ff. solut. matr.* Guttier. *pract. lib.*3. *q.*14. *n.*30. *& lib.*1. *q.*15. *n.*30. Roient. *de feud. c.*14. *concl.*27. Mart. *de jurisdict. p.*2. *c.*43. *n.*46. *cum seqq.* Bobad. *in polit. lib.*2. *c.*18. *num.*146. *& seqq.* Camill. Borrel. *in addit. ad Bellug. §. tractemus, & §. restat, & de præstantia Regis Cathol. c.*59. Fr. Emman. *qq. regul. tom.*2. *q.*44. *art.*3. Less. *de justit. lib.*2. *c.*39. *dub.*41. Gabr. Vasq. *in opusc. moral. tit. de benefic. cap. unic. §.*1. *dub.*4. Suar. *de relig. lib.*1. *c.*14. *n.*1. Cardos. *in praxi judicum, verb. Papa, num.*18. Calixt. Ramires *de lege Regia Arag. §.*31. *ex n.*3. Seraph. *decis.*1387. *n.*2. Cabed. *Lusit. decis.*63. *ex n.*1. *p.*2. Gilchen. *de præscript. p.*3. *c.*8. *n.*18. Ioseph. Sesse *decis.*162. *n.*8. Martin. Maguer. *de advocat. armata, c.*9. *n.*797. *pag.*414. *cum seqq.* Petr. Petra *de potest. Princip. c.*24. *n.*159. Melch. Reinoso *observ.* 50. *n.*5. *cum seqq.* Moneta *de decim. c.*5. *n.*83. Franc. de Leon *Valent. decis.*3. *n.*11. *p.*1. Castill. *controv. tom.*7. *de tertiis, cap.*10. *per totum.* Exempla plurimorum Regum, quibus decimæ à summis Pon- 3
tificibus concessæ sunt, ex nostris historicis prosequuntur Bouter. *lib.*2. *cap.* 8. Zurita *in annalib. lib.*1. *c.*25. *& lib.*2. *c.*50. Mariana *de rebus Hispan. lib.*13. *cap.*22. Valdes. *de dignitate Regum Regnorumque Hispan. c.*20. *n.*25. Intel- 4
lige de fructibus decimarum, qui bene possunt cadere in laicum, quia non est jus spirituale, sed temporale, ut post Cov. Lassarte, Ioan. Garcia, D. Barbos. & alios citatis locis advertit Franc. de Leon *d. decis.*3. *n.*13. *&* 14.

XVII. QUÆSTIO IV.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia matrix seu Metropolis, per circuitum quadraginta passuum, & minor per triginta gaudet immunitate.*

2 *Intellige de Ecclesiis extra muros civitatis constructis.*

3 *Immunitas quadraginta vel triginta passuum non servatur de consuetudine.*

4 *Immunitati ultra cœmeterium jam hodie nullum spatium cedit.*

5 *Domus ædificata intra 40. vel 30. passus respectivè ab Ecclesia matrice, seu minore, etiamsi forent habitatæ per laicos, olim, secundum aliquos, gaudebant immunitate; secus hodie.*

6 *Domus Parochorum, Canonicorum, & aliorum Ecclesiasticorum Ecclesiæ cohærentes gaudent immunitate.*

7 *Domus Ecclesiæ ipsi cohærens gaudet immunitate.*

CAP. Sicut antiquitus VI.

1 AD *n.*1. Quod Ecclesia Matrix, seu Metropolis per circuitum quadraginta passuum, & minor per triginta gaudeat immunitate, ultra citatos *in collect.* docent Clar. *in pract. §. fin. q.*30. *n.*2. Decian. *in tract. crimin. tom.*2. *lib.*6. *cap.*24. *n.*29. Pereg. *de immun. Eccles. c.*4. *n.*28. Trullench *in præcepta Decalogi, lib.*1. *cap.*11. *dub.*1. *n.*5. novissimè Mexia

2 de Cabrera *in formulario immunitatis Ecclesiarum, lib.*1. *c.*4. *n.*5. ubi etiam quod isti passus incipiunt à muris Ecclesiæ, & quod quilibet passus habet quinque pedes, & pes quindecim digitos. Sed hoc vel intelligitur de Ecclesiis extra muros civitatis constructis, quasi quod isti passus dentur Ecclesiis pro cœmeterio, secus in Ecclesiis, quæ sunt intra illius muros, ut per Vulpel. *consil.*130. *n.*10. Ambro-

3 sin. *de immunit. cap.*10. *n.*4. Decian. *d. lib.*6. *cap.*21. *n.*9. Vel dicere debemus immunitatem hanc 40. seu 30. passuum de consuetudine non servari, secundùm Suar. de Paz *in pract. tom.*1. *p.*5. *cap.*3. §.3. *n.*34. Sanch. *in consil. moralib. tom.*2. *lib.*6. *cap.*1. *dub.*7. *num.*2. *vers. item quadraginta*, Mar. Italia *de immun.*

4 *lib.*1. *cap.*4. §.2. Trullench *d. n.*5. Vel denique quia ultra cœmeterium jam hodie nullum spatium loci cedit huic immunitati, quia confinia illius sunt posita ad excludendum, idem Decian. *d. lib.*6. *c.*25. *n.*11.

Unde ex his infertur, quod licèt domus 5 ædificatæ intra dictos 40. vel 30. passus respectivè, etiamsi forent habitatæ per laicos, secundùm aliquos gaudeant Ecclesiastica immunitate, ex Deciano *d. cap.*25. *num.*16. ex ratione, quia hæc immunitas datur loco, non personæ, Peregr. *d. cap.*4. *num.*6. ubi refert in facti contingentia declarasse Senatum Mediolanen. restituendum Ecclesiæ quendam Petrum imputatum de uxoricidio, captum in cubiculo cujusdam domus sitæ intra 16. passus ab Ecclesia majori: *& num.*27. *in fine*, dicit ita esse usu receptum. Nihilominus id hodie vel non procedit de generali consuetudine, juxta supradicta, vel 6 intelligitur de domibus Parochorum, Canonicorum, & aliorum Ecclesiasticorum, etiamsi laicis locatæ sint, ut contra Oldrad. *cons.*55. resolvunt Catharin. *crimin. decis.*46. *n.*20. Sanch. *d. dub.*7. *num.*2. *in fine*, *vers. item hac immunitate gaudent domus Ecclesiæ*, Summa Dianæ *part.*1. *verbo immunitas quoad loca*, *num.* 9. Vel denique accipiendum, 7 dummodo ipsa domus cohæreat Ecclesiæ, & sit ipsius Ecclesiæ, & non alicujus particularis, Peregr. *d. cap.*4. *num.*26. & post Castrum Palaum, Trullench *d. lib.*1. *cap.*11. *dub.*1. *n.*5. *in fine*, Mar. Antonin. *var. lib.*1. *resol.*18. *n.*4. *vers. quod.*

CAP. Si quis contumax XX.

POst *num.*1. In textu ibi, *vel de porticibus* 1 *quolibet modo Ecclesiæ adhærentibus*, &c. Notatur ad hoc, quod manu tenens portam, seu annulum portæ Ecclesiæ, gaudet illius immunitate, ut per Cov. *var. lib.*2. *cap. ult. n.*18. *vers.*32. *dubitatur*, Decian. *in tract. crim. lib.*6. *c.*25. *n.*17. Gambac. *de immunit. lib.*4. *c.*1. *n.*9. Villalob. *in sum. p.*2. *tract.*39. *diffic.*5. *n.*4. ibi: *I mas si el delinquente fue huyendo à la Iglesia ò lugar sacrado, y se asio à los herrojos, aldabas, postigos, puertas, ò portales de ella, no puede ser sacado de alli*, &c. Correa *in relect. c. inter alia, hoc tit. p.*2. *n.*16. *in fine*, *fol.*70. novissimè Mexia de Cabrera *in formulario immunitatis Ecclesiar. lib.*1. *c.*4. *n.*16. ibi: *Assi el que huyendo de los Iuezes seglares, ò de sus ministros de justicia, por hallar las puertas cerradas de la Iglesia se ampare della asiendo de sus aldabas, ò estando el amparo de su immunidad, fuere hallado en las mismas puertas, goze del mismo privilegio, ut est text. in l. pateant, C. de his qui ad Ecclesias confugiunt.* Intellige ergo in non valente intrare Ecclesiam, eo quòd clausa sit, secundùm Suar. de Paz *in pract. tom.*1. *p.*5. *c.*3. *n.*46. Peregr. *de immun. Eccles. p.*4. *num.*18. Farin. *de immun. n.*279. Cardos. *in praxi Iudicum, & advocat. verbo Ecclesia, n.*76. Sum.

Dianæ

Danæ *verbo immunitas quoad loca*, *num.*11. Sanch. *in consil. moralib. tom.* 2. *lib.*6. *cap.*1. *dub.*3. *num.*2. *vers. item hac immunitate*, plures per me citati *de Iure Eccles. univers. lib.*2. *cap.*3. *num.*65.

XVIII. Quæstio I.

Summarium.

1 *Episcopus Regularis omne quod habuerit, & lucratus fuerit intuitu Episcopatus, Ecclesia, in qua est Episcopus, acquirit.*

2 *Episcopus Regularis, quod sibi legato, donatione, aliove quoquam modo debitum est, qualiter recipere, retinere, & expendere valeat, optimè declaratur numeris sequentibus.*

3 *Lalii Mancini verba referuntur.*

Cap. Statutum, unic.

1 AD *num.*13. Quod Regularis ad Episcopatum promotus, ad votorum observantiam, ut antea, remanet obligatus, cùm non sit eorum observantia incompatibilis cum Episcopali dignitate; & ideo cùm secundùm illam debeat decenter sustentari, poterit ex fructibus Episcopatus necessaria ad alimenta expendere, quod quando in monasterio erat, facere non poterat, sed omne quod habuerit & lucratus fuerit intuitu Episcopatus, Ecclesiæ, in qua est Episcopus, acquirit, docent post citatos *in collect.* Molin. *de primog. lib.*2. *cap.*10.*n.*28. alter Molin. Theolog. *de Iustit. tract.*2. *disputat.*140. Castro Palao *in opere morali, tom.*1. *tract.*6. *disp.*2. *punct.*9. *n.*2. *cum seq. pag.*603. Thom. Act. *consil.*53. *in princ.* Cruz *de statu Relig. lib.*1. *c.*2. *dubit.*4. *conclus.*2. *fol.*5. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis.*340. *n.*10. *p.*4. Marta *de success. legali, p.*4. *quæst.*1. *art.*4. *num.*13. *pag.*20. Tamburin. *de jure Abbatum, tom.*2. *disp.*21. *quæst.*17. Suar. *de Relig. tom.*4. *lib.*3. *c.*16. *num.*29. *pag. mihi* 281. ubi resolvit quod acquirens bona ab Episcopo Regulari, teneatur ea Ecclesiæ restituere, quia Episcopus alienando peccavit contra justitiam, Rot. *decis.*705. *num.* 3. *part.* 1. *diversor.*

2 Ad *finem textus*. Vulgò ex hoc textu colligitur, Regularem Episcopum posse & recipere, & retinere quod ei legato, donatione, aliòve quopiam modo debitum sit: recipere, inquam, & retinere quasi Regularis non esset, sed acceptum requirere sibi ipsi nequaquam posse, aut in dominium transferre suum: aliam denique recipiendi, retinendique causam esse, aliam acquirendi.

In hoc multiplicem adesse confusionem refert Læl. Mancin. *disquisit. genialium & anniversariarum Iuris disput. cent.*2. *cap.* 128. & rem componit his verbis: *Sed hîc confusio multiplex: nam si paternam hæreditatem vendicat sibi instar legitimi hæredis, vendicat, inquam, sibi, quomodo sibi, & non sibi? Nam si Ecclesiæ, vel Altari, ergo non sibi: & præterea cur Ecclesiæ, vel Altari, & non monasterio? Namque aut succedere monasterium per Religiosum potest, quale illud Benedictinæ familiæ, aut non potest, quale illud Minorum? Si potest, illicò professione facta à Monacho, succedendi jus monasterio acquiritur, ergo semel quæsitum auferri nec potest, nec debet, quantumvis ad Episcopatus culmen Religiosus ascenderit; si non potest, statim professione emissa jus succedendi in proximiores transit ab intestato venientes, quasi mortuus ille esset, qui professus est; incivile igitur esset quæsitum semel jus legitimis hæredibus invideri. Hæc non facilè conciliantur. Nam quod sibi Episcopus vendicare dicitur, multas habet interpretationes, sed nullum interpretem. Quæ verò deinceps opponuntur, bene æstimat Suar. de Relig. tom.*4. *lib.*3. *c.*16. *n.*4. *componi eo modo posse, ut dicamus ex professione Monachi non absolutè jus quæri, vel monasterio, vel proximioribus hæredibus, sed stare in suspenso, & per varios casus, sive eventus quasi deambulatorium esse; nam si Monachus in eadem causa manet, monasterio, ubi profitetur, acquirit: si in novum monasterium migrat, ibique denuo profitetur, novo monasterio acquisitionem novam facit. Si in Episcopum promovetur, Ecclesiæ suæ deinceps quærit, vel Altari, quasi non jam membrum monasterii, sed sponsus Ecclesiæ Episcopalis, à qua etiam capit alimenta. Si ex indulgentia Pontificis migrat ad sæculum, sibi ipsi repetit quod monasterio attulerat. Ergo totum hoc jus in suspenso est, aut (quod dicere nostri solent) acquiri jus quidem potest, sed revocabiliter.*

*Sententiam quam Sot. lib.*10. *de Iustit. q. ult. art. ult. primò habuit, sed argumentis non valde bonis, innovat Vasq. in opuscul. de reddit. cap.*3. *dub.*7. *aliis quibusdam rationibus, quæ plus seipsas fallere, quàm alios possint: credit enim Regularem Episcopum sibi ipsi acquirere, quasi legibus solutum votivæ paupertatis, & quod Concilium præcipit Regulari Episcopo, ut ad Altare, ad quod sanctificatur, & titulatur secundùm sacros Canones, quod acquirere poterat, restituat: ita commodè posse intelligi, ut factus hæres sibi ipsi acquirat, sed moriens Ecclesiam suam facere hæredem teneatur. Sed à communi placito recedendum eatenus fuit, quatenus id verba permitterent. Restituat, inquit Concilium: at quod Ecclesiæ restituitur, id palam est in dominio illius esse; fortè receptiorem sententiam plus probat Innocentius*

centius III. in c. cùm olim 14. §. præterea, de privileg. ubi gloss. Denique (quod magis puto) bona sua patrimonialia detinet Regularis Episcopus eodem titulo, quo & beneficiaria. Et quia proventus administrat pleno jure, proinde non mirum si sibi paternam hæreditatem dicitur vendicare, ut & clericus beneficii sui bona. Vendicat ergo sibi, quia dispensator bonorum est, & proventuum dominus; vendicat tamen Ecclesiæ nomine, quia Ecclesiæ acquirit, non sibi: acquirit tamen Ecclesiæ, si acquirere vult, & sibi; nam repudiare etiam potest, & nolle acquirere. Sique jam quæsierit Ecclesiæ, & ad novum Episcopatum demigret, ad novam quoque Ecclesiam bona transfert, quia jus primæ Ecclesiæ in suspenso fuit. Hactenus Læl. Mancinus.

XXII. Quæstio I.

Summarium.

1 *Iuramentum est Dei in testem assumptio.*

2 *Iuramentum potest solo intellectu, solaque interiori voluntate perfici, ac consummari.*

3 *Tactus Scripturæ videtur esse jurijurando essentialis.*

4 *Tactus Scripturæ requiritur, quasi quædam extrinseca solemnitas.*

5 *Votum in solemne & simplex distribui solet, cùm tamen nullum inter hæc sit essentiale discrimen.*

6 *Iuramentum si præscribatur fieri tactis Evangeliis & Cruce, si hæc non tangantur, nullam habebit vim in foro externo.*

Cap. Si aliqua XI.

1 Anctus Chrysostomus relatus in hoc textu ridet eos pleno ore, qui contactus fortè causam in juramento sequentes, plus esse dicunt per Evangelia, quàm per Deum ipsum jurare: nam aliud non est juramentum quàm Dei in testem assumptio, ex Alciato *ad rub. de jurejur. n.* 29. Cov. *in c. quanvis pactum, p.* 1. §. 1. *n.* 1. Ceval. *commun. contra commun. q.* 407. Suar. *de Relig. tom.* 2. *lib.* 1. *de Iuram. c.* 12. *n.* 4. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 108. *n.* 14. *& in Decalog. lib.* 3. *c* 1. *n.* 3. Totumque in intellectu, seu intellectuali loquutione consistit: sic cùm dicimus, *Volo Deum mihi Iudicem, vindicem, patronum*, &c. exprimimus affectum illum, quo Deum ad hæc quantum in nobis est movemus absque ulla depreca-
2 tione. Cùm itaque juramentum possit solo intellectu, solaque interiori voluntate perfici, ac consummari, neque ut in actum exteriorem prodeat, necesse sit (prout de voto dicere etiam solemus,) non est cur verba essentialem partem facere in juramento debeant. Facit etiam, quia si Deo licet interius promittere, ut certè licet, licebit etiam factam Deo promissionem interiori juramento firmare, ut sic majorem firmitatem suæ promissioni adhibeat is, qui jurat; probat latè Læl. Mancin. *disquisit. genialium, & anniversariarum Iuris disp. cent.* 3. *c.* 204. unde videtur sequi, tactum scripturæ non esse jurijurando essentialem.

Obstant tamen omnium gentium mores, 3
atque exempla, quin & Iura, ut *in l. generaliter*, §. *ult. C. de jure deliber.* ibi, *sive sacris Scripturis tactis*, &c. *l.* 1. *C. si adversùs vendit.* ibi, *corporaliter*, &c. *c. quoties*, §. *porrò, de purgat. canon. c. venerabili, de sent. excom. c. ut circa, de elect. lib.* 6. *Clem.* 1. §. *porrò, de hæret. c. quoties*, 1. *q.* 7. *cap. hortamur*, 3. *q.* 9. Respondet 4
Læl. Mancin. *d. cent.* 2. *casu* 210. à seipso juramentum nullo egere contactu scripturæ, aut rei, verumtamen esse casus in jure, quibus requiratur tactus, quasi extrinseca solemnitas quædam. Sic votum in solemne, & 5
simplex distribui solet, cùm tamen ex communi scribentium placito nullum inter hæc sit essentiale discrimen. Ergo & jusjurandum, si contactus accesserit rei sacræ, solemne erit, nec tamen à simplici differet per essentiam. Omissio tamen hujus solem- 6
nitatis, ut si præscribatur fieri juramentum tactis Evangeliis, & Cruce, si hæc non tangantur, nullam habebit vim in foro externo, *cap. hortamur* 3. *q.* 9. *cap. testimonium*, 11. *q.* 1. Sayr. *in clavi Regia, lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 12. Trullench *in exposit. Decal. lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 3. *num.* 5.

Summarium.

1 *Malefico petere ut per alterum maleficium tollat maleficium, licitum non est.*

2 *Curati per alterum maleficium postea in dolores gravissimos, & sæpe in morbos majores incidunt.*

3 *Maleficio uti non licet etiam ad bonum finem.*

4 *Amicitia cum dæmone etiam ad bonum finem non potest esse licita.*

Cap. Movet XVI.

Ad *num.* 16. *in princ.* Quod nullo modo licitum est à malefico petere, ut per alterum maleficium tollat maleficium, ul- 1
tra

tra citatos in collect. Tolet. *in summa, lib.*4. *cap.*16. *num.*9. Bañes 2.2. *q.*78. *art.*4. *dub.*4. Fr. Emman. *in sum. tom.*1. *cap.*7. *concluf.*11. *n.*11. *& cap.*235. *num.*3. *concl.*3. *in* 2. *edit.* Sayr.
2 *in clavi Regia, lib.*4. *c.*6. *n.*26. Nam curati per alterum maleficium, postea in dolores gravissimos, & sæpe in morbos majores incidunt, ac utplurimum vitæ exitum pessimum sortiuntur, ut tradunt Martin. Delr. *disquis. magic. lib.*1. *c.*3. *q.*4. Less. *de justit. lib.*2. *c.*44. *dub.*3. *n.*20. Emman. Valle de Moura *de incantat. opusc.* 1. *sect.*2. *cap.* 5. *num.*24. quos refert & sequitur Torrebl. *de jure spirit. li-*
3 *bro* 12. *cap.*25. *num.*44. *&* 45. Quod in tantum verum est, ut nec ad bonum finem liceat maleficio uti, cùm arte sua magus licitè uti non possit ad maleficium tollendum, quin dæmon invocetur expressè, vel tacitè, secundùm Navarr. *in man. cap.*11. *n.*19. Marta *de jurisd. p.*2. *c.*12. *ex n.*14. Sanch. *de matrim. lib.*8. *disput.*65. *num.*7. *& in præcepta Decalogi, lib.*2. *cap.*41. *n.*5. Less. *de justit. lib.*2. *cap.*44. *dub.*6. *n.*25. Bonacin. *in præcepta Decal. disp.*3.
4 *q.*5. *punct.*5. Et nullo casu etiam ad bonum finem potest esse licita cum dæmone amicitia, aut ejus opem exposcere, vel imperare ut faciat, vel facere ut adjuvet, Simon Maiol. *dier. canicul. tom.*2. *colloq.*3. Mart. *d. cap.*12. *ex num.*14. Petr. Gregor. *syntagm. lib.*34. *cap.*18. *à num.*1.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum valet quod per lapidem præstitum fuerit.*
2 *Textus hujus littera apud aliquos mendosè legitur.*
3 *Covarruv. textum intelligit de Iove lapide.*
4 *Lapis si sumatur pro creatura, super qua juratur, tunc perjurii nomen duo indicat.*
5 *Iurare per lapidem ut sic, idololatria est.*
6 *Iurare licet per creaturas non absolutè spectatas, & à seipsis, sed ut ad Deum relatas.*
7 *Iuramentum est testimonium fidei, quo Deum Optimum Maximum veritatis fontem profitemur.*

Cap. Ecce dico X.

1 Valere juramentum quod per lapidem præstitum fuerit, non obscurè docet Augustinus *in præsenti.* Sed obstat quod jurare per creaturas cum exhibitione reverentiæ, & latriæ, quæ uni debetur Deo, non solùm licitum non est, sed blasphemum, quia quod est proprium Dei, tribuitur creaturæ, & creatura pro vero Deo quodammodo colitur, & veneratur, ob idque Christus *Matth.*5. prohibuit Iudæos jurare per Cœlum, sive per terram; sicque intelligendi sunt text. *in cap. clericum,* 22. *q.*1. *& in cap. etsi Christus, de jurejur.* ubi propter periculum blasphemiæ, & idololatriæ prohibetur jurare per creaturas. Vide Less. *de justit. lib.*2. *cap.*42. *dub.*2. *n.*10. *& dub.*3. *num.*16. Sayr. *in clavi Regia, lib.*4. *cap.*3. *num.*14. Læl. Mancin. *de relaxat. juram. cap.*2. *num.*18. Trullench *in præcepta Decalogi, lib.*2. *cap.*1. *dubio* 2. *num.*4.

Verùm si hujus textus littera mendosè 2
legatur, ut existimat Cov. *in cap. quanvis pactum, p.*1. §.1. *n.*8. cum quo & Suar. *de Relig. tom.*2. *lib.*2. *de juramento, cap.*5. *num.*4. frustrà est labor omnis. Sin interpretatione dignus est, si pudica littera est, procurare oportet ne pravo aliquo sensu corrumpatur.

Quare Covar. *citato loco* eruditè satis ex- 3
plicat Augustini sensum de Iove lapide, sed Iovis lapidis commentum non probat Suar. *ubi sup.* quasi Augustini verbis obluctantem, & lapidem pro idolo reponit quod claudebatur in Templo, concludens jurantes per lapidem non reprehendi à Sanctissimo Episcopo quasi perjurii, sed quasi injustæ deceptionis reos: sic enim loquitur, *Non te audit lapis loquentem, sed punit te Deus fallentem*: non ergo pejerantem, sed fallentem: vel ad summum vocari reos, non verè, sed per speciem, & scandalum, quasi doloso juramento utentes, quod alii uti verum recepissent, juxta ea quæ ex Isidoro dixi *in addit. ad cap. humanæ aures, hac eadem causa & quæst.*

Si lapis sumatur, ut par est, pro creatura 4
super qua juratur, tunc perjurii nomen duo indicat. Unum est abusus juramenti, quia per creaturam exhibetur idololatrarum more, quo sensu non semel acceptum perjurii nomen: vide eundem August. *in cap. movet te,* 22. *quæst.*1. ibi, *verumtamen,* &c. Alterum est dolus in jurando, & cum eo scandalum ex infidelitate iuramenti resultans, seu acceptio iuramenti ex intentione illius, cui iuratur; is enim fractionem iuramenti sibi dolo exhibiti periurium vocat. Hæc Augustinus manifestè; nam ubi primùm de eo, qui super lapidem falsum iurat, sic dixit: *Prorsus perjurus es, quia per id quod sanctum non putas, falsum juras*; statim subjungit: *Si tu illud sanctum non putas, sanctum puta cui juras, non enim quando juras, tibi juras, sed proximo juras,* &c. En perjurium dicitur dolus ille, qui erga proximum iurando committitur: sequitur deinceps, *Homini juras ante lapidem, sed*

nunquid

nunquid non ante Deum, ante Deum quomodo; nunquid juratum est Deo? non hercle, nam concludit statim, *Non te audit lapis loquentem, sed punit te Deus fallentem*; fallentem itaque, non pejerantem, quasi dixerit: non valuit juramentum per lapidem, quia lapis non audit; nec valuit per Deum, quia invocatus non fuit Deus, sed Deus pro juramento haberi, quod ita juratum est, jubet, & quasi perjurum eum habet, qui proximum interceperit specie juramenti, punitque eum sin minus pejerantem, saltem jurisjurandi specie decipientem.
5 Noveris jurare per lapidem, ut sic, idololatriam esse. At si consideretur lapis prout divina virtus, quantum capere res potest, in eo nitet, si inquam, in lapide honoretur Deus, tunc per lapidem, & per aliam quamlibet creaturam rectè jurari
6 tenet Læl. Mancin. *de relaxat. juramenti, c.2. num.25.* Iurari itaque per creaturas non absolutè spectatas, & à se ipsis, sed ut ad Deum relatas, & quatenus Deus in ipsis continetur, & relucet divinitas, & bonitas Dei, licet si suis ornetur circumstantiis, Sayr. *in clavi Regia, lib.1. c.1. num.14.* Suar. *ubi suprà, c.13. num.23.* Bonac. *tom.2 disput 4. q.1. puncto 1.*
7 *num.3.* Trullench *d.dub.2.n.3.* Iuramentum inquit Sot. *de Iustit. lib.8. q.1. n.6.* testimonium est fidei, qua Deum Opt. Max. veritatis fontem profitemur. Licèt autem fides primò, & principaliter de Deo sit, qui prima veritas; porrigitur tamen ad creaturas, quas agnoscimus opera esse Dei, & in quibus per essentiam, potentiam, præsentiamque est Deus. Eodemque itaque modo & juramentum, quanvis in Deum primò, præcipueque quasi in primam veritatem referatur, protenditur tamen ad creaturas, uti in ipsis tanquam operis Dei, divina etiam veritas existit, lucetque.

XXII. Quæstio V.

SUMMARIUM.

1 *Iuramentum ex intentione ejus, qui jurat, non ejus cui juratur, accipi oportet.*

2 Cap. quacunque, 22. q.5. *intelligitur.*

Cap. Humanæ aures XI.

1
GRegorius relatus in hoc textu, ait, Juramentum ex intentione ejus, qui jurat, non ejus, cui juratur, accipi oportere, S.Thom.2. 2. *q.89. art.7. ad 4.* Covar. *in cap. quanvis pactum, p.1. §.5. n.2. & 3.* Suar. *de Relig. tom.2. lib.2. de Iuramento, cap.7. n.2.* Trullench *in præcepta Decalogi, lib.2. c.1. dub.10. num.3.*

Contrarium verò, hoc est, à Deo sic accipi juramentum, sicut ille, cui juratur, intelligit, docet Isidor. *in cap. quacumque 9. hac eadem causa, & quæst.* ibi: *Quacunque arte verborum quisque juret, ille tamen, qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui juratur, intelligit: dupliciter autem reus fit, quia & Dei nomen in vanum assumit, & proximum dolo capit.* Hæc ille, à quo tamen nihil est quod veritati repugnet, non enim perjurum eum facit, qui artificiosè jurat ad deceptionem proximi sui, sed duplicis peccati reum; peccat, ait ferè Isidor. quia Dei nomen in vanum assumit, dum scilicet per fictionem testimonium perhibet divini nominis, quod non licet: peccatque etiam, quia proximum dolo capit, & ideo ne Dei nomine abutatur, néve proximum fraudet suum, pro jurante gerere se debet coram Deo. Non itaque jurat, qui artificiosè jurat, nec perjurus est, si non servat, sed promissum instar sacramenti custodire jubetur, ne Deo aliter injuriosus sit, cujus scilicet nomine per mendacium abutitur, néve proximo captiosus. Denique quod ait Isidor. Deum accipere juramentum eo modo, quo is, cui juratur, intelligit, bifariam accipi potest. Vel ut Deus verba capiat juramenti, quasi ex vero, sicut ille capit, & hoc quidem impossibile; nam nec decipi Deus potest, nec velle creditur ex ficto verum. Vel ut Deus verba jurantis capiat quasi ex ficto, sed dolosum iurantem satisfactioni obliget, & hoc verissimum: nam duplicem reatum incurrit, qui fictè, dolosè, artificioséve iurat coram Deo, inquit Isidor. quòd Dei nomen in vanum assumit, & proximum dolo capit. Itaque ex artificioso hoc iuramento, & Deus offenditur, & homo: utrique autem fit satis, si servetur id, quod artificiosè iuratum est, quasi factum ex animo esset. Si aliter Isidorum intelligas, obstabit ei, quod magistraliter docuit Paul. *in l. 3. ff. de reb. dub.* Ita Læl. Mancin. *disquisit. genialium, & anniversar: Iuris disp. cent.3. c.205.*

Cap. Pueri XV.

PRobat hic text. pueros ante quatuordecim annos iurare cogendos non esse, id est, testimonium dicere non compellendos, quasi testes impuberes ad iurandum, idest, ad testimonium proferendum, ante pubertatis ætatem compelli non possint, & hæc est vera interpretatio, quicquid dicat Seraph. *de privil. Iuram. privil.83. n.15.* Sed an jurare possint, & iuramento teneantur? vide Vivian. *commun. lib.2. opin.508.* Azin. *de execut. c.325. n.6. & c.327. n.9.* Bertazol. *de clausf. instrum. clausf.8. gloss.2. n.8. insp.18. n.139.* Petr. Greg. 1

syntagm. Iuris lib.5.cap.7. à num.4. Hartman. Pistor. *lib.3.q.3.num.8.* Stephan. Lamberteng. *de contractib. qui certam solemnitatem desiderant, in fine, numero 39.* Quintil. Mandosi. *de minore ætate, cap.4. num.44.* Simoncel. *de Decretis, lib.3. tit.8. insp.18. num.139.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo minor, num.9. C. de in integr. restit.* Parlador. *rerum quotid. lib.2. cap.4. num.4.* Suar. *de Relig. tom.2. lib.1. de Iuram. c.14. num.5.* Sanch. *de matrim. lib.6. disp.38. num.15.*

Cap. Si quis laicus XIX.

1 Ad *num.2. in princ.* Quod Clericus læsæ majestatis reus puniri non possit à sæcularibus Iudicibus, tenuit Bart. omnium Iuris Interpretum Antesignanus *in Extravag. ad reprimendum, verb. contradictionibus,* & communiter receptum esse, & practicari, ut coram Ecclesiasticis de tam atroci clericorum crimine tractetur, testis locupletissimus est Ægid. Boss. *in pract. tit. de foro comp. num.337.* Gig. *in tract. de læsa majest. tit. quis de crimine læsæ majest. possit cognoscere, cap.11. num.12. cum seqq.* quos refert & sequitur Anguian. *de legib. lib.2. controvers.15. n.23.* plures refert Antonin. Diana *moral. resol. p.1. tract.2. resolut.19. & 129. & part.3. tract.1. resolut.16.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. cap.72. me citato in hoc loco*, R. Fr. Hieron. Garcia *in sua sum. morali, tract.1. diffic.3. dub.2. punct.2. n.21.*

XXIII. Quæstio II.

Summarium.

1 *Verba hujus textus referuntur.*
2 *Bellum ut justum sit, necesse est ut publica auctoritate decernatur.*
3 *Auctoritas publica ad bellum justè decernendum in quibus resideat.*
4 *Privatus bellum aggressivum decernere non potest, secus dicendum in defensivo.*
5 *Privatus habet jus se defendendi in bello, interveniente necessitate, & recta intentione.*
6 *Majestatis læsæ crimine tenebitur qui injussu Principis bellum gesserit, delectumve habuerit, & exercitum comparaverit.*
7 *Milites qui privata auctoritate devastant oppida, aut ea incendunt, tenentur ad restitutionem.*
8 *Principi Christiano an liceat justum bellum gerenti adversus alterum Principem Christianum vocare in auxilium milites infideles, remissivè.*
9 *Bellum justum esse non potest, nisi denuntiatum, indictumve sit.*
10 *Belli justi causæ.*
11 *Bellum justum ex utraque parte an possit dari, ostenditur.*
12 *Bella quando sint injustissima.*

Cap. Justum I.

Isidorus modum exprimit, simulque causam, dum bellum, quod legitimum est, definit his verbis: *Iustum est bellum, quod ex edicto geritur de rebus repetendis, aut propulsandorum hostium causa.* Legunt alii *ex prædicto*, nec malè utrumlibet. 1

Ex edicto itaque fieri bellum debet, ut 2 enim justum sit, necesse est ut publico consensu decernatur: hinc Vlpianus *in l. hostes, ff. de captiv. Hostes sunt, ait, quibus bellum publicè Populus Romanus decrevit, vel ipsi Populo Romano; cæteri latrunculi, vel prædones appellantur:* qui quidem publicus consensus, 3 seu publica auctoritas residet in Pontifice, Imperatore, Rege, Principe, & Republica 4 perfecta: in nullo autem privato ea potest residere quoad bellum offensivum, seu ag- 5 gressivum; secus autem si bellum fuerit defensivum, quia quilibet privatus habet jus se defendendi in eo bello, interveniente necessitate, & recta intentione. Ita Azor. *instit. moral. tom.3. lib.2. c.7. q.2.* Bonacin. *de restu. disp.2. q.ult. sect.1. punct.ult. §.2. n.4.* Villalob. *in sum. tom.1. tract.5. diffic.2. n.1.* Machado *en su perfetto Confessor, lib.2. part.3. tract 18. docum.1. n.5.* Læl. Mancin. *disquisit. gen. sl. centur.2. cap.190. à num.2.* ubi addit teneri 6 illum majestatis, qui injussu Principis bellum gesserit, delectumve habuerit, exercitum comparaverit, *l.3. ff. ad leg. Iul. majest. l. quod culpatur 23. q.1.* Solorz. *de jure Ind. ar. tom.1. lib.3. cap.7. n.79.* Trullench *in præcepta Decalog. lib.5. c.2. dub.2. n.1.* ubi *n.2.* inde 7 infert milites, qui privata auctoritate devastant oppida, aut ea incendunt, teneri ad omnia damna, nisi excusarentur ex volun- 8 tate Principis interpretativa, nempe quando est maxima opportunitas, & non potest Princeps conveniri: & *n.3.* quærit, an liceat Principi Christiano justum bellum gerenti adversùs alterum Principem Christianum vocare in auxilium milites infideles, aut ferre eis auxilium.

Ex prædicto etiam bellum fit, ut alii legunt ex Codicibus Isidori manuscriptis, videlicet, ut nisi denunciatum sit, indictumve, aut de repetendis rebus, justum quoque esse non possit. Machado *d. docum.2. num.10.*

Belli

10 Belli justi causæ sunt, videlicet si repetendum aliquid est, si propulsandus hostis, si vindicanda injuria; sic namque Augustinus post Isidor. in præsenti, justa bella, inquit, definiri solent, quæ ulciscuntur injurias, si qua gens, vel civitas, quæ bello petenda est, vel vendicare neglexerit, quod à suis improbè factum est, vel reddere, quod per injurias
11 ablatum est. De his justis belli causis, & de aliis, vide S. Thom. 2. 2. *q.* 40. *art.* 1. Trullench *d. cap.* 2. *dub.* 3. *n.* 1. Sed an possit dari bellum justum ex utraque parte, solet in dubium sæpè sæpiùs revocari? qui communiter resolvunt, ex natura rei, & per se loquendo non posse dari, quia actus contrarii circa idem non possunt per se pertinere ad eandem virtutem, per accidens tamen propter invincibilem ignorantiam alterius partis, aut propter opinionem probabilem, quam quisque sequi potest, etiam in bello indicendo, potest utrinque dari bellum justum: fieri enim potest, ut una pars pugnet pro recuperanda re, quæ verè sit sua, & altera pro retinenda quam invincibiliter ignorat esse alienam, sed bona fide putat esse suam. Vide Cov. *in reg. peccatum, p.* 2. §. 6. *n.* 16. Castro Palao *in opere morali, tract.* 6. *de charitate, disp.* 5. *punct.* 3. *n.* 9. Trullench *d. dub.* 3. *n.* 10. Bassæum *in sum. verb. bellum, n.* 9. Marquez *en su governador Christiano, pagina* 313. Azor. *institut. moral. part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 7. *quæst.* 20. Solorzan. *de jure Indiarum, tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 76. Machado *d. lib.* 2. *part.* 3. *tract.* 18. *docum.* 1. *sub num.* 9.

12 Restat suscepta bella ex mala voluntate, hoc est, ex mera nocendi cupiditate, aut ex dominandi libidine, aut ex repellendi feritate injustissima semper esse, *cap. noli, cap. quod culpatur,* 23. *q.* 1. Læl. Mancin. *d. cent.* 2. *c.* 190. *n.* 7. ubi *n.* 8. Velim ego hodie, ait, cùm nulla in orbe terrarum pars relicta videtur, quæ non fuerit armis, & bello lacessita, fieri Christianos Principes quasi Gamphasantes (Æthiopiæ populus est) quos præliorum suorum expertes semper fuisse scribit Plin. *lib.* 5. *histor. cap.* 8.

XXIII. Quæstio IV.

Summarium.

1 *Fidei receptio violenta appellari non potest ad quam bella, & armorum strepitus directo ordinata non sunt.*
2 *Coactio ad fidem indirecta non est per se & intrinsecè mala, si debitis circumstantiis fiat, & finis conversionis prudenter intendatur.*
3 *Bellum & armorum favor Christianam Religionem inter Indos Occidentales introduxit.*
4 *Principes Christiani possunt Judæos, & alios Infideles sibi subditos ad Fidem inducere, illos à tributis, & oneribus aliquatenus relevando.*
5 *Fidelis fœmina cum infideli de matrimonio contrahendo convenire potest ea conditione, si fiat Christianus.*

Cap. Debet LIII.

Ad *num.* 1. *in fine.* Adde ex hac gloss. quod non potest Fidei receptio violenta appellari, ad quam bella, & armorum strepitus directò ordinata non sunt, licèt per indirectum videri possit ipsis bellis mediantibus prædicationi, & receptioni ejusdem Fidei faciliorem viam, atque aditum præparatum fuisse: nam coactio indirecta non est per se & intrinsecè mala, si debitis circumstantiis fiat, & finis conversionis prudenter, & cum spe perseverantiæ intendatur, ut per Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 1. Gregor. de Valentia *tom.* 3. *disp.* 1. *puncto* 6. Valdes. *de dignitate Regum, Regnorumque Hispaniæ, c.* 19. *num.* 6. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 24. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 56. Suar. *de Fide, disp.* 18. *sect.* 3. *n.* 8. *cum seqq.* Fr. Thom. à Iesu *de procur. omn. gent. salute, part.* 1. *lib.* 5. *dub.* 2. *pag.* 204. Et de hac vi indirecta & causativa intelligendi sunt loqui Thom. Bozz. *de signis Ecclesiæ, lib.* 4. *cap.* 9. *in fine*, Ioan. Botter. *in relat. universal. p.* 4. *lib.* 3. *cap.* 55. *&* 56. Anton. Herrera *in historia generali Indiarum, decad.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *pag.* 167. & Fr. Ioan. à Ponte *de conven. utriusque Monarchiæ, lib.* 3. §. 3. *pag.* 19. *in margine*, dum dicere videntur, bellum scilicet, & armorum favorem Christianam Religionem inter Indos occidentales introduxisse. 1 2 3

Unde ex dictis benè infertur, posse Christianos Principes Iudæos, & alios infideles sibi subditos ad Fidem inducere, illos à tributis, & oneribus aliquatenus relevando, si converti voluerint, vel majora eis tributa & servitia imperando, ac injungendo, si in sua perfidia pertinaciter maneant, ut per Marquard. *in tract. de Iudæis, p.* 3. *c.* 2. *n.* 8. Greg. de Valent. *p.* 3. *disp.* 1. *q.* 10. *art.* 6. *col.* 410. Acosta *de procuranda Indorum salute, lib.* 3. *cap.* 13. Suar. *de Fide, disp.* 18. *sect.* 3. *num.* 8. *&* 9. Anton. Ricciul. *de jure personarum extra gremium Ecclesi. existent. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 7. *&* 8. 4

5 Infertur etiam ex dictis, posse fidelem fœminam, remoto quolibet jure humano, cum infideli de matrimonio contrahendo convenire, ea conditione si fiat Christianus, ut per Sylvest. *in sum. verb. Iudæus*, *q.6.* Fratr. Thom. à Jesu *de procuranda Indorum gen. salute, lib.5. part.1. dub.2. pag.*205. Sanch. *d. lib.*1. *disp.*36.

XXIII. Quæstio V.

Cap. Circumcelliones I.

1 AD *num...* Hinc eundem intellectum sequi videtur Anguian. *de legib. lib.*3. *controvers.* 26. *à num.* 27. dum tenet text. in præsenti procedere jure antiquissimo inspecto, quatenus admittit ac supponit clericos circumcelliones, de quibus hic, potuisse puniri à judicibus sæcularibus, secundùm quod jus antiquissimum clerici etiam in criminalibus subjiciebantur jurisdictioni, & potestati sæculari, antequam per Imperatorum privilegia, & Pontificum, ac Conciliorum constitutiones ab ejusmodi potestate absolutè eximerentur, & soli Ecclesiasticæ subjicerentur. Quæ privilegia & constitutiones ejusmodi, quibus clerici cum effectu à sæculari jurisdictione sunt exempti, cœperunt tempore Iustiniani Imper. *in authent. ut clerici apud proprios, & in auth. de Sanctiss. Episcop. §. si quis contra, & in auth. clericus, C. de Episcop. & cleric. & in cap. si quis cum clerico, 2. quæst.* 1. ubi in civilibus tantùm clerici fuerunt exempti à jurisdictione sæculari, in criminalibus verò eidem sæculari jurisdictioni adhuc subditi remanebant, nisi crimina essent Ecclesiastica. Postea emanarunt Pontificiæ constitutiones *in cap.* 2. *de foro compet.* & alia Federici *in auth. statuimus, C. de Episc. & cler.* per quas indistinctè & penitus clerici fuerunt exempti: itaque Justinianus, & alii Imperatores post illum, sicut & Pontifices novè concesserunt, & statuerunt clericorum omnimodam exemptionem.

SVMMARIVM.

1 *Suspectus an sit auctor alicujus libri, qui ut Iudex cognoscere debet de causa in qua disputatur dubium in eo divisum.*

2 *Iudici qui composuit librum, impedimento esse non potest ad judicandum super articulis, quos in eodem resolvit.*

Cap. De occidendis VIII.

AD *num.* 2. *in fin.* Componens librum, an removeatur ut suspectus, si in eo aliquam opinionem habeat, & posteà ut Iudex eam decidere curet? vide à Ponte *decis.* 32. *in princ.* ubi affirmativè consuluit, & se ob id remotum fuisse attestatur. Contrarium verò est tenendum, & in praxi sequendum, ut per Vincent. de Franchis *decis.* 87. Nicol. Anton. Gizarel. *decis.* 66. *in addit. num.* 7. latè Ioan. Baptista de Larrea *in suis allegat. fiscal. tom.* 2. *alleg.* 118. qui dum viveret in hac Madritensi Curia, hac de re sermonem mecum habuit, dolens quod aliqui prætenderent illum è judicandi munere excusare in causis juxta aliquam suam opinionem decidendis, Rovit. *in pragm.* 1. *de suspicione officialium*, *num.* 59. in postrema editione, dum tenet non obstare, nec impedimento esse judici ad judicandum, qui composuit librum, & in aliquibus articulis eam opinionem, de qua controvertitur, iuris auctoritatibus corroborando firmaverit, latè Theodor. *alleg.* 87. *per tot.* ubi quod non procedit recusatio ex eo quod quis scripsit, & typis mandavit in causa simili: & rationem reddit, quia si hoc admitteretur, non posset nunc judex esse Bartolus, qui omnem legalem scientiam explanavit, neque Baldus, qui nihil intactum reliquit. 1 2

XXIII. Quæstio VIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi, vel infideles an & quando possint à Christianis Principibus expelli, & bonis privari, ostenditur.*

2 *Iudæorum & Maurorum expulsio ab Hispania à Ferdinando, & Elizabetha Hispaniarum Regibus quare facta.*

3 *Iudæi an, & quibus casibus per Inquisitores puniri valeant?*

4 *Mauros & Iudæos baptizatos in quibus casibus expellere liceat, ostenditur.*

Cap. Dispar XI.

AD *fin. text.* Adde: Iudæi, vel infideles Christianis Principibus subjecti, si quietè, & pacificè inter Christianos degant, nullumque ab eis incommodum 1

dum Religioni, & faluti publicæ timeatur, licèt tolerari debeant; nihilominus fi protervia & ingratitudine fua Chriftianorum gratiam, & charitatem demeruerint, vel aliquid in eos demoliti fint, aut pravo fuo exemplo, & fuperftitiofis ritibus Chriftianum populum turbare, aut fœdare potuerint, aut aliæ fimiles caufæ intervenerint, quæ juftum Religiofi Principis animum moveant, tunc rectè expelli & bonis privari poffunt. Ita Oldrad. *conf.*87. *&* 264. Alex. *conf.*71. *vol.*2. *& conf.*99. *vol.*6. Socin. *conf.*86. *lib.*4. Corfet. *de poteft. Regia, q.*81. Albertin. *de hæret. lib.*6. *q.*7. Conrad. *in templo omnium Iudicum, lib.*1. *c.*1. §.3. *verbo ufuras*, *ex n.*12. Simanch. *de Cathol. inftitut. tit.*35. *num.*5. *cum feqq.* Hermes Lethamitius *de inftaurata Relig. lib.*2. *c.*12. Roland. *conf.*25. *vol.*3. Rojas *de hæret. part.*1. *ex n.*565. *& fing.*37. *verf. & ita*, Perez *l.*4. *tit.*3. *lib.*8. *Ordin.* Decian. *in tract. crimin. lib.*5. *cap.*11. *num.*1. *cum feqq. & c.*13. *num.*2. Simon Majol. *in dieb. canicularib. tract. de perfidia Iudæorum*, *ex pag.*48. 188. *&* 203. ubi agit de Iudæis juftè fpoliandis, Camill. Borrell. *de præftantia Regis Cathol. cap.*69. Carol. Tapia *in lib.*1. *jur. Regni Neapol. fuper pragm.*2. *de Iud. num.*1. *& feq.* Philip. Pafchal. *de viribus patriæ poteft. part.*1. *c.*7. *n.*14. *&* 15. Fr. Thom. à Iefu *lib.*5. *de procuranda omn. gentium falute, dub.*5. *pag.* 209. Anton. Ricciul. *de jure perfonarum extra gremium Eccl. exiftent. lib.*2. *cap.*51. *num.*11. *cum feqq.* Fr. Iacob. Bleda *in defenfione Fidei pro expulfione Morifcorum*, *tract.*2. *c.*1. §.2. *& in hiftoria Maurorum*, *lib.*1. *cap.*12. *pag.*37. Greg. Lop. Madera *in Monarchia Hifpaniæ*, *cap.*6. *fol.*45.

2 Unde expulfio Iudæorum & Maurorum à Ferdinando & Elifabetha Catholicis Hifpaniarum Regibus ritè & rectè facta fuit, ne ex fæce & fentina eorum aliqua labe Chriftiani macularentur, vel ex eorum ritibus fcandalum gigneretur, qui piiffimi Reges plufquam octoginta Iudæorum, & Maurorum millia è toto fuo Regno intra quadrimeftre exulare jufferunt, quia Baptifmi optionem fibi oblatam recipere recufarunt, & ut Emmanuel Lufitaniæ Rex eorum gener idẽ faceret, obtinuerunt, quod factum referunt, & tanquam piiffimum laudant Picus Mirandul. *lib.*5. *adversùs Aftron.* Valera, Nebrixa, Tarafa, Mariana, & alii *in vita Regum Catholicorum*, Zurita *ibid. lib.*1. *c.*6. idem Zurit. *lib.*2. *annal. c.*2. *anno* 1492. Ofor. *de rebus Emmanuelis*, Illefcas *in hiftor. Pontif. part.*2. *lib.*6. *c.*20. §.2. Albert. *in rub. de hæret. in* 6. *quæft.*3. *n.*6. *& feq.* Simanch. *de Cathol. inftit. tit.*35. *num.*9. Cened. *ad Decretal. collect.*15. *num.*2. P. Gordon. *in chronograph. anno* 1492. *pag.*441. Simon Majol. *in d. colloq. de perfidia Iudæor. pag. mihi* 188. Bernard. Aldrete *de antiquit. Hifpan. lib.*3. *cap.*28. *pag.*464. Camill. Borrel. *d. cap.*69. *per tot. & præcipuè num.*94. Fr. Ioan. à Ponte *in conven. utriufque monarch. libro* 1. *c.*8. *pag.*47. *&* 50. *& lib.*3. *cap.*3. *pagina* 21. *&* 22. Gregorius Lopez Madera *d. cap.* 6. *fol.* 41. Frat. Iacob. Bleda *in dicta hiftoria Mauror. lib.*5. *cap.*27. Petr. Aznar. *in hiftor. expulfionis Morifcor. part.* 2. *c.*5. *&* 6. Petrus Fernandez Navarrete *in difcurfu polit. cap.*7. *difcurfu* 2.

Quapropter fanctæ mem. Gregor. XIII. *in conftit. fua*, incip. *Antiqua Iudæorum improbitas*, quam præter alios refert Anton. Nald. *in pract. quæft. verbo Iudæus, pag.*306. Fr. Thom. à Iefu *de procuranda omnium gentium falute, lib.*9. *part.*2. *cap.*4. ubi per Inquifitores hæreticæ pravitatis adversùs Iudæos procedi poffe conftituit, fi unum & verum Deum effe negaverint, fi dæmones invocaverint, vel quævis impietatis obfequia eis præftiterint; fi Chriftianos ad hæc perducere attentaverint, vel à Fide femel recepta, aut recipienda retrahere, fi in Chriftum, & eius matrem, vel in Chriftianæ Fidei ignominiam, redemptionifque noftræ hoftiam falutarem in ara Crucis immolatam, aut Sanctiffimum Euchariftiæ Sacramentum aliquas blafphemias verbo, vel facto protulerint; quæ omnia meritò Gregoriana fanctione animadverfa reperiuntur, quoniam graviffima, & impiiffima crimina, & facrilegia quotidie circa hæc à Iudæis committebantur. Quorum deteftanda exempla reperies *in Fortalitio Fidei*, *part.*1. *& in fpeculo exemplorum, verbo Iudæi, & verbo Euchariftia*, & apud Decian. *in tractat. crimin. lib.*5. *cap.*10. *num.*30. *&* 31. Camill. Borrell. *d. cap.*69. *ex num.* 32. latè Iacob. Gretfer. *in libris de Cruce, tom.*2. *lib.*1. *cap.*98. *& in horto S. Crucis*, *part.* 1. *pag.*92. *& feqq.* ubi inter alia referunt propter facrilegia in Crucem à Iudæis illata, & infantes in ludibrium paffionis Chrifti Domini in illa mactatos, graviffimas pœnas de eis fumpfiffe Philippum Auguftum Regem Galliæ, & Benedictum Papam. De quo in Caftellæ Regno habemus etiam memorabilem hiftoriam Sancti Innocentii oppidi de la Guarda, cuius feriem integro volumine profequutus eft Frater Didacus de Yepes. Et in Regno Aragoniæ in urbe Cæfarauguftana Sancti Dominguiti, de qua plenè etiam fcripfit Frater Didacus Murillo *in hiftoria Virginis del Pilar*, *& excellentiis urbis Cæfarauguftæ*, *tractatu fecundo*, *cap.*27. *pagina* 231.

Ob quam rationem non folùm Iudæos, 4
& infideles fubditos non baptizatos expellere licet, verùm etiam baptizatos, fi de

illorum moribus, perfidia, aut proditione aliqua incommoda, vel pericula Christianis immineant, ut admirando exemplo Philippus III. nobis ostendit, dum re maturè consulta ac perpensa, ut tunc visum fuit, anno 1610. ex tota Hispania, quanvis summa hominum inopia laborante, exire, & in perpetuum exulare jussit spurias, & nunquam satis quietas, vel à suis erroribus defæcatas Maurorum reliquias, licèt omnes jam baptismali inundatione lustratas, quarum numerus ad quingenta, vel sexcenta, sive, ut alii tradunt, & novies centena millia pervenisse narratur, ut constat ex peculiaribus commentariis, quos de historia, justitia, & laudibus hujus expulsionis scripserunt Fr. Iacobus Bleda, Marcus Guadalaira, Petrus Aznatius, & Fr. Damianus Dafonseca, & de ea meminerunt Philipp. Paschal. *de viribus patriæ potest. p.*1. *c.*7. *num.*25. Jacob. Gordin. *in sua chronologia, anno* 1610. *pag.*494. M. Marquez *in gubernat. Christiano, lib.*1. *c.*3. *pag.*16. Fr. Thom. à Iesu *de procuranda omnium gentium salute, lib.*10. *in præfat. pag.*643. ubi discrimen in quo Hispania versabatur ob has reliquias Arabum, narrat Calixt. Ramirez *de lege Regia*, §.32. *n.*12. *&* 13. Bernard. Aldrete *de antiquit. Hispan. lib.*4. *c. ult.* §.6. *fol.*183. D. Didac. de Guzman *de vita & exitu Margar. Reginæ Cathol. part.*2. *cap.*20. Fr. Ioan. de Salazar *in polit. Hispan. c.*2. §.2. *pag.*23. Martin. Carril. *in annalib. chronolog. anno* 1610. *fol.*419. Petr. Fernand. Navarrete *in politicis discursib. de consecut. Monarch. c.*7.

XXIV. Quæstio I.

Cap. A recta IX.

1 IN gloss. ibi: *Ipsa congregatio fidelium*, &c. Quicquid non satis rem explicent, & multò pejus resolvant Abb. *in cap. significasti, num.*3. *ante fin. de elect.* ubi Dec. *num.*8. idem Dec. *in cap.*1. *de judic. lect.*1. *num.* 16. ubi Rip. *numero* 45. & pessimè contradicant hæretici, verissima & receptissima est sententia Catholica, secundùm quam Concilium Oecumenicum legitimum, quo universalis Ecclesia, & Fidelium congregatio virtute & auctoritate repræsentatur, concurrente suo capite, idest, Romano Pontifice, aut ejusdem approbatione & confirmatione, errare non potest in decretis, seu definitionibus Fidei & morum, in quibus judicum Concilii uti certissimum & infallibile propter Spiritus sancti assistentiam, juxta illud *Actor.*15. *Visum est Spiritui sancto, & nobis, collectis in unum*, ab omnibus Fidelibus absque dubio observandum est, ex S. Thom. 2. 2. *q.*1. *art.*20. *&* *q.*11. *art.*2. *ad* 3. *& quodlib.*9. *art.*8. Roffens. *contra Luther. artic.*29. Alphons. de Castro *in sum. verbo Concilium, & verbo Ecclesia*, M. Can. *de locis Theolog. lib.*5. *cap.*4. *vers. tertia conclusio*, Covarr. *lib.*1. *var. cap.*10. *n.*12. Albertin. *de agnoscend. assert. Cathol. q.*9. *n.*13. *& q.*30. *n.*18. Menoch. *de arbitr. casu* 458. *num.*30. *cum seqq.* latè Card. Bellarm. *tom.*1. *controv.*4. *lib.*2. *c.*2. visita posita *in collect. ad cap.*1. *num.* 13. *cum seqq. dist.*15.

XXIV. Quæstio II.

Cap. Dixit Apostolus XXIX.

AD *num.*1. Adde quod hæreticum sola mens facit, dum in his quæ sunt Fidei, errat per intellectum, & pertinaciter adhæret errori, per voluntatem approbans falsa pro veris, & vera pro falsis, taliter quod in hæretico requiratur falsa credulitas ex parte rationis, & perversa voluntas ex parte concupiscibili, ut per Ioan. Rojas *de hæret. p.*1. *cap.*1. *ex num.*34. Torreblanc. *de jure spirit. lib.*13. *cap.*7. *à num.*38. hinc inferens *num.*41. excusari S. Marcellinum Pontificem, qui tempore Domitiani & Maximiani à Paganis compulsus idolis thurificavit, ut habetur *in cap. nunc autem, dist.*21. Et *num.*42. ex Athanasio, Cyrillo, Baronio, & aliis, quos refert Bernard. Aldrete *lib.*1. *de las antegaudades de España, cap.*4. *cum seq.* ex eadem ratione excusari ait S. Osium Episcopum Cordubensem, qui ab hæreticis compulsis indigna protulit, mente tamen intacta. Et *num.*43. similiter excusari profitetur Sanctum Cyprianum in errore quem profitebatur de Baptismo, ut habetur *in cap. si quis inquit*, 1. *q.*1. *& in cap. quando exaudit, de consecr. distinct.*4. Et *n.*44. ea de causa tradit excusandum S. Petrum Apostolorum Principem in doctrina, qua sentiebat cum Iudæis legalia esse observanda, qua de causa à sancto Paulo reprehenditur *ad Galat. cap.*2. 1

XXV. Quæstio VII.

Summarium.

1 *Instituta antiqua rationabiliter ordinata imposterum sunt observanda.*

2 *Novitas vitanda.*
3 *Novum, omne, & incognitum quod est, vitandum est.*

Cap. Privilegia II.

1 IN text. ibi, *nulla novitate mutari*, &c. De antiquis institutis rationabiliter ordinatis imposterum observandis, vide Proverb. *cap.* 22. ibi, *ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui*, &c. Cornel. Tacit. *lib.* 14. *annal. Super omnibus negotiis meliùs, ac rectiùs olim provisum, & quæ convertuntur, in deterius mutari.* Simanch. *lib.* 10. *epist.* 54. ibi, *Servanda est tot seculis fides, & sequendi sunt nobis parentes, qui sequuti feliciter suos.* Video quale sit quod instituendum putetur, sera tamen, & contumeliosa est emendatio senectutis. Cassiodor. *lib.* 2. *var epist.* 4. ibi: *Delectamur vetustatis invento, & sequi regulas constitutas libenter amplectimur*, &c. *c. si ea destruerem*, 25. *quæst.* 2. *c. Ecclesiasticæ, c. an puto, ead. causa & q.* Patrit. *de Republic. lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 44. Salgad. *de supplicat. ad Sanctissimum, p.* 1. *c.* 6. Ioan. de Solorzan. *de jure Indiarum, lib.* 1. *c.* 4. *à n.* 69. *& lib.* 2. *c.* 30. *à n.* 101.

2 Et de omni novitate vitanda, vide S. August. *epist.* 118. *Ipsa mutatio consuetudinis etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat.* Sanctus Chrysostom. *homil.* 7. *Nihil adeò animos perturbare, etiamsi utilitas sequutura spectetur, quàm innovare aliquid, & à consuetudine alienum facere.* Cæs. *lib.* 6. *de bello Gallico: Nemo est tam fortis, qui non rei novitate perturbetur.* Tertull. *Novum omne, & incognitum quod est, suspectum est, l. minimè, ff. de legib. l.*
3 *testamenta, C. de testament. l. Imperatores, in fin. ff. de pollicitat. c. quis nesciat*, 11. *dist. c. fin. ubi glos. de relig. domib. c. unic. eod. tit. lib.* 6. Bald. *in l.* 2. *de constit. Princip.* Neviz. *cons.* 67. *num.* 9. Duaren. *in tit. de constit. Princip. c.* 1. Albert. Gentil. *lib.* 1. *de jure belli, c.* 1. *fol.* 16. *& cap.* 9. *fol.* 60. Mench. *de success. creat.* §. 3. *n.* 312. Simanch. *de Republ. lib.* 4. *cap.* 10. *& seq* Ioan. Boter. *en su razon de Estado*, Læl. Zech. *de Princip. lib.* 1. *c.* 6. *num.* 10. Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *præs.* 80. Ioan. Pichard. *inter consilia Menochii, l.* 1. *cons* 154. idem Menoch. *cons.* 302. *n.* 16. *& cons.* 748. *n.* 47. *& de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 44. Capiblanc. *de Baronib. lib.* 2. *præs.* .. *n.* 13. Bodad. *in politica, lib.* 1. *c.* 5. *à n.* 9. Ribadeneira *in vita S. Ignatii, lib.* 2. *c.* 17. Pineda *in comment. super Ecclesiast. pag.* 985. Valenz. *cons.* 24. *à n.* 2. *& cons.* 114. *num.* 28. *& cons.* 149. *n.* 47. *& cons.* 184. *n.* 6. *in discursu status, & belli, p.* 2. *consid.* 12. *à num.* 1. Solorzan. *de jure Indiarum, tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 21. *n.* 88. *& tom.* 2. *lib.* 1. *c.* 4. *à num.* 67.

XXVI. Quæstio II.

Summarium.

1 *Sortes consultoriæ quæ sint.*
2 *Sortes consultoriæ quot exigant conditiones.*
3 *Sortes divisoriæ quæ sint, & quando illis utendum.*
4 *Ad sortis judicium recurrendum quando res adeo dubia est ut nullatenus veritas haberi possit.*

Cap. Non statim II.

AGITUR in hoc text. de sortibus consultoriis, quibus divina voluntas exquiritur, ut sciant quid sit faciendum, quid agere oporteat, quid cavere debeant, apud Hebræos valde in usu ante Christi adventum: Saul sorte deprehendit Ionatham filium præceptum violasse, *Reg.* 1. *c.* 14. Ionas fugiens à facie Domini sorte deprehensus est, *Ionæ cap.* 1. Quod etiam post Christi adventum in usu fuit, ut de Zacharia legitur *Lucæ* 1. sorte exiit, ut incensum poneret. Et Apostoli inter Iosephum, qui dicebatur Barsabas, & Mathiam de Apostolatu contendentes miserunt sortes, *Actor. c.* 1. & cecidit sors super Mathiam. Vnde convincitur quod tradunt S. Thom. 2. 2. *q.* 95. *art.* 8. & Ioan. Malder. *de virtut. Theolog. tract.* 10. *c.* 7. *dub.* 9. Apostolos sortes admisisse, quia ante acceptum Spiritum Sanctum adhuc cæremoniali lege utebantur, quæ sortes inter alia admisit, quia verba text. *in c.* 1. *hac ead. causa & quæst.* quæ id suadere videbantur, hodie ab illo textu separata sunt in correctione Decreti facti actoritate summi Pont. Gregorii XIII. ideo post Evangelium etiam sortes hujusmodi admittendas videri refert, sed non approbat Torreblanc. *de jure spirit. lib.* 8. *c.* 7. *à n.* 50. in quibus consultoriis sortibus tot exigit conditiones, ut nonnisi inter Apostolos, & viros Dei rarò licitus sit earum usus. Primò attendi debere ait, quod eventus expectandus est non à fortuna, nec à foro, nec ab astris, aut Angelis, neque à dæmone, neque ab industria, vel arte, neque ab alia causa, sed à solo Deo, juxta illud *Psalmi* 30. *vers.* 16. *In manibus tuis sortes meæ* Secundò quod adhibeatur simplex sors sine ulla superstitione, vel abusu rerum sacrarum, aut sacræ Scripturæ. Tertiò quod illi, qui sortiuntur, æquali jure nitantur, aliàs enim esset injusta sortitio, & quidem gravior

vior si de bono publico ageretur. Quartò quod non protervè aut superstitiosè sortes jactentur, ut voluntas divina dignoscatur, sed justo pietatis zelo, ut discordia cesset, idque precibus ad Deum fusis, ut Apostolos fecisse comperitur in electione Matth. *act.* 1. *Et orantes dixerunt, Tu Domine qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris.* Vide Layman. *in Theologia moral. lib.* 4. *tract.* 10. *c.* 3. *num.* 8. *in fine, & num.* 9. *in princip.* Fagundez *in* 1. *præceptum Decalogi, lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 16. Machado *en su perfetto Confessor, lib.* 2. *par.* 3. *tract.* 6. *docum.* 3. *n.* 4. Trullench. *in expos. Decalogi, lib.* 1. *c.* 10. *dub.* 9. *n.* 12.

3 De sortibus divisoriis agit text. *in c. sors* 1. *hac ead. causa & quæst.* & sunt quibus utuntur homines in controversiis, & in litibus dirimendis, hæreditatibus, & bonis dividendis, officiis, & dignitatibus optandis, Magistratibus publicis, & privatis obtinendis, & aliis hujusmodi, de quibus *Numer. cap.* 33. *vers.* 34. *quam dividetis vobis sorte, & cap.* 34. *vers.* 13. *Terram quam possidebitis sorte, Deuter. cap.* 1. *vers.* 38. *ipse sorte terram dividet: & cap.* 31. *vers.* 7. *Tu cum sorte divides: Iosue cap.* 13. *vers.* 13. *Quæ nec sorte divisa est, & cap.* 14. *vers.* 2. *sorte omnia dividentes*, cum similibus. Nam
4 quando res adeò dubia est, ut nullatenus veritas haberi possit, ad sortis judicium recurrendum est, Petr. Gregor. *syntag. juris p.* 3. *lib.* 34. *cap.* 5. *ex num.* 1. Peralta *in l. si quis servum, §. inter duos, n.* 12. *ff. de legat.* 2. Ascon. Sigon. *de judic. lib.* 2. *cap.* 12. Troil. Malvet. *in tract. de sortib. p.* 3. *num.* 13. Azeved. *l.* 12. *n.* 3. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recop.* Layman. Facundez, & Machado *citatis locis*, latè Trullench. *d. lib.* 1. *c.* 10. *dub.* 9. *n.* 2. *cum seqq.*

Cap. Illos planetarios VIII.

1 Adde illis, quæ circa stellam Magorum dixi, quod non fuit in firmamento cum aliis stellis à principio creatis, ex quibus Astrologia comparatur, sed novum sidus de novo creatum in ipso Natali Domini ex cœlesti materia, vel ex nihilo, & sic non fuit ex fixis stellis firmamenti, sed insolitum quoddam meteorum in aëre prope nos viciniori de novo creatum, ut Magos posset ducere. Ita Torreblanc. *de jure spirit. libro* 10. *cap.* 3. *num.* 37. *cum sequentibus*, ubi *n.* 41. subdit quod aliorum siderum cursum non habebat, nec vi sua deferebatur, sed alicujus Angeli ministerio, ut Magos posset ducere, & reducere, & eis ostendere Christum Dominum.

XXVI. Quæstio III. & IV.

SVMMARIVM.

1 *Divinationis necessitas in rebus agendis, & litibus dirimendis, quæ?*
2 *Arioli qui sunt, & quod ut veri idololatræ debent ab Inquisitoribus puniri.*
3 *Aruspices qui? remissivè.*
4 *Auguria dicuntur quasi avium garria, & dicuntur divinationes, quæ sumuntur ex avium garritu.*
5 *Auguria vanissima sunt, præter illa, quæ pendent ab instinctu naturali.*
6 *Augurandi vox generalis est, & extenditur ad omnem divinationem.*
7 *Auspicia & auguria in quibus differant, ostenditur.*
8 *Auspicium confunditur aliquando cum augurio ex similitudine religionis.*
9 *Signa divina, quæ ex avibus, & aliis rebus sumi solent, Deo ita disponente, prohibita non sunt.*
10 *Aves & alia hujusmodi, quæ in signum voluntatis divinæ apparent, non sunt naturalia.*
11 *Columba quæ visa est ipso Angelico Doctori alloqui, naturalis non fuit.*
12 *Geomantia prohibetur ut hæretica, falsa, & scandalosa.*
13 *Hydromantia, quæ ex aqua captabatur, prohibetur ut hæretica.*
14 *Aëromantia ex aëre incantato per spectrorum repræsentationes fiebat.*
15 *Pyromantia ex igne privato, vel publico captabatur.*
16 *Rabdomanteia divinatio erat duorum lignorum æqualium, &c.*
17 *Arithmanteia ab scrupulosa Arithmeticorum supputatione originem habuit.*
18 *Dactylomanteia quæ?*
19 *Onomanteia quæ?*
20 *Cephalomanteia quomodo fiebat? ostenditur.*
21 *Stercheromanteia ex quibus operabatur, ostenditur.*
22 *Coscinomanteia quomodo peragebatur.*
23 *Cleidomanteia unde & qualiter fiebat?*
24 *Cratomanteia ad furta domestica comperienda.*
25 *Omphalomanteia quæ?*
26 *Amnimanteia quæ divinatio fuerit.*
27 *Catopromanteia, crystallomanteia, gastrolomanteia quæ? & num.* 28. *&* 29.

Cap.

Cap. Igitur genus I.

1 AD *n.*1. *ad fin.* Latissimè Torrebl. *de jure spirit. lib.*9. *c.*1. ubi de divinationis necessitate in rebus agendis, litibus dirimendis, belli, pacisque vicissitudinibus, & *c.*5. de signis, quibus Prophetia à divinatione dignoscatur, & *c.*7. de divinat. artificiosa hominis juris, & de jure. Plura de peccato divinationis, quæ est prædictio seu prænunciatio rerum occultarum, quæ humano modo cognosci non possunt, facta opera dæmonis, vide Bonacin. *tom.*2. *disp.*3. *q.*5. *puncto* 3. Sanch. *in præcepta Decalog. lib.*2. *cap.*38. *num.*7. Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib.*17. *num.* 163. Bassæ. *verb. divinatio*, Machado *en su perfetto Confessor, lib.*2. *p.*3. *tract.*6. *docum.*2. Trullench. *in præcepta Decalogi, lib.*1. *c.*10. *dub.*3.

2 Et ibi, *Arioli.* Qui per locutionem Dæmonis, aut per manifestationem sui conceptus, signis, portentis, motibus, aliisve rebus manifestatam divinabant; ideo sunt idololatræ, hæretici, apostatæ, & pagano deteriores, quia derelicto proprio Creatore Deo, cui se in Baptismo addixerunt, ad Dæmonem ejus hostem confugiunt, Torreblanc. *de jure spirit. lib.*8. *c.*9. *n.*41. & sic tales Arioli ut veri idololatræ debent ab Inquisitoribus puniri, Simanch. *de Cathol. instit. tit.*32. *ex n.*1. Læl. Zech. *in sum. par.*1. *tit. de Fide, cap.*14. Less. *de justit. lib.*2. *c.*43. *dub.*2. *cum sequentib.* quos & alios refert Torreblanc. *d. c.*9. *n.*50. & 51.

3 Et ibi, *Aruspices.* De aruspicina latè Torrebl. *de jure spirit. lib.*8. *c.*10. *per tot.* & *c.*11. *de diversis aruspicinæ partibus.*

4 Et ibi, *Augures sunt*, &c. Auguria dicebantur quasi avium guarria, & augurium invaluit pro divinatione, quæ sumebatur ex avium garritu; credebant enim augures per avium garritus, volatus, & motus eventura mala, vel bona hominibus, Trullench. *d. cap.*10. *dub.*6. Torreblanc. *de jure spirit. lib.*8. *cap.*12. *à n.*1. Et utplurimùm auguria ex pacto fœderato cum dæmone originem habuerunt, ideo ut hæretica ea impugnarunt Squillacen. *de Fide Cathol. cap.*8. *n.*2. Petr. Gregor. *syntag. juris lib.*34. *c.*3. *num.* 7. Læl. Zech. *in sum. p.*1. *tit. de Fide, cap.*15. *n.*8. Less. *de justit. libr.*2. *cap.*43. *dub.*7. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom* 1. *lib.*2. *cap.* 38. *ex n.*38. Nam præter illa quæ pendent ex instinctu natu-

5 rali avium, cætera vanissima sunt, Turrecr. *in cap. sed in illud*, 26. *quæst.* 2. Martin. Delr. *disquisit. magic. libr.*4. *cap.*2. *q.*7. *sect.*2. Torrebl. *d. cap.*12. *num.*65. Non obstat, inquit idem Torreblanc. *ibidem, num.*69. *cum seqq.* quod Ioseph de seipso profitetur *Genes. c.*44. *vers.*15. *An ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia?* quia ibi nihil sanè affirmat, sed ut terreret fratres finxit se Ægyptiaca superstitione immunem non esse, ut sciret quis furatus esset scyphum; ut tradit Valles. *de sacra Philosophia, c.*30. Vel ex vulgi opinione loquutus est, eo quòd ex familiaritate cum Rege Ægyptiorum, qui magus, & augur erat, pro mago, & augure habebatur, ut tradunt S. August. *ad Genes. c.*145. S. Thom. 2.2. *quæst.*25. *art.* 7. *ad* 1. Vel dic 6
quod non de augurio profano, sed de divino loquitur, hoc est prænoscendi futura, & occulta, quia augurandi vox generalis est, & extenditur ad omnem divinationem, etiam ex signis à Deo directis, Less. *d. c.*43. *dub.* 7. Ioan. Malder. *de virtut. Theolog. tract.*10. *c.*7. *dub.* 5.

In text. ibi, *Nam auspicia sunt*, &c. Inter 7
auguria, & auspicia versatur differentia, quia illa avium garritus, vocesque observant; hæc verò avium motum, numerum, congressum captãt, unde auspicia dicuntur quasi avium inspicia, ut refertur in hoc text. cujus meminit Torrebl. *de Iure spirit. lib.*8. *c.*13. *n.*2. ubi *n.*16. subdit, quod auspicium confunditur aliquando cum augurio ex simili- 8
tudine religionis: quæ quidem auspicia, quia ex vanitate, vel pacto cum dæmone pendebant, prohibita fuerunt, ut per Azor. *instit. moral. p.*1. *lib.*9. *c.*14. Martin. Delr. *disquisit. magic. lib.* 4. *c.*3. *q.*2. Simon. Majol. *dierum canicul. tom.* 2. *colloq.*1. non tamen divina signa, quæ ex avibus, & aliis rebus sumi solent, Deo ita disponente; nam Noë ex columba agnovit cessasse diluvium, *Genes. cap.*8. Vac- 9
carum mugitus in signum supplicii Israëlitarum, 1. *Reg.*6. & manus Regi Balthasari apparens, *Daniel. c.*5. Quandoque etiam aves, & alia hujusmodi, quæ in signum voluntatis 10
divinæ apparent, non sunt naturalia, sed vel ex elementis producta, vel ex nihilo creata, ut columba, quæ super Christum Dominum descendit in Iordane in signum adventus Spiritus sancti, *Matth. cap.*3. Nam licèt naturalem fuisse teneat S. Thom. *p.*3. *q.*39. *art.*7. nusquam visus est Spiritus sanctus sub vero animanti, sed ad ejus similitudinem ex nihilo, ut probat Stephan. Bubal. *tr. de Angelis, in S. Thom. p.*1. *q.*51. *art.*2. *q.*2. *differ.*1. §.1. Altera columba, quæ visa est ipso 11
Angelico Doctori, ac verè Theologiæ antesignano alloqui, ut testatur Surius *tom.*2. *die* 7. *Martij.*

Ibi, *Geomantia.* Hæc ex terra captabatur, 12
ut dicitur in hoc textu, prohibetur ut hære-

tica

tica, falsa, scandalosa, ac pacto suspecta, à Sixt. V. *in sua constitutione incip. Cœli & terra*, contra Astrologos, Nonis Ianuar. 1586. de qua Quarant. *in sum. Bullarii verb. Astrologia*, Scorr. *in selectas Bullas, epit.* 140. Ioan. Anton. Novar. *in sum. Bullarum, tit. de Astrologia judiciali*, Ego *in summa Apostol. decis. collect.* 48. nam hæc ars ex idololatria irrepsit, qua elementis sua numina esse arbitrabatur: vel ex laboriosa industria, quam ars ementita est, vel ex superstitione, vel ex dæmonis pacto, quoties enim nec miraculi, nec naturæ vis, nec artificii solertia intercedit, pactum intervenit, ut probant Victor. *in relect. de magia, n.*16. Valent. *in* 2.2. *D. Thom. q.*12. *disp.*6. Torrebl. *de jure spirit. lib.*8. *c.*18.

13 Ibi, *Hydromantia*. Ex aqua captabatur, ut refertur in hoc textu, prohibita ut hæretica, & pacto suspecta per dictam Sixti V. constitutionem, Trullench *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.*1. *cap.*10. *dub.*5. *in princ.* Torrebl. *de jure spirit. lib.*8. *c.*17. ubi dicit quod hydromantiæ superstitio nata est ex pagana idolorum religione, quæ aquam in Deum accepit, ex qua aquæ inspectione futuri casus, & occulti divinabantur, ex figuris in aqua à dæmone ostensis, ut docet text. *in cap. nec mirum*, 26. *q.*5.

14 Ibi, *Aëromantia*. Quæ ex aëre incantato per spectrorum repræsentationes fiebat, sive visibilter apparentes, sive voce audita, vel signo aliquo, ut tradunt Petrus Pistor. *in epit. de magia, c.*10. Bulenger. *lib.*3. *de divinat. cap.*12. Torreblanc. *de jure spirit. lib.*8. *cap.*16. *per tot.* Trullench *dicto cap.*10. *dub.*5. *vers. tertium*.

15 De *Pyromanteia*: ex igne privato, vel publico captabatur, de qua Bulenger. *lib.*3. *divinat. cap.*11. Mart. Delr. *d. lib.*4. *c.*2. *quæst.*7. *sect.*1. Torrebl. *de jure spirit. lib.*8. *cap.*15. *per tot.* ubi *n.*3. advertit, quod si flamma in unum coïbat, prosperum; si lambens, & divisa comparebat, infelicem; si tricuspis insurgebat, gloriosum eventum; si variè dispersa, in ægro mortem, in sano morbum; si crepitans, infortunium; si subitò extincta, ingens periculum ominabatur. Trullench *ubi proximè, vers. quartum*.

16 De *Rabdomanteia*, quæ divinatio fuit duorum lignorum æqualium, quos certo ritu incantabant, & in aërem jactabant, & à parte, qua cadebant, divinabant. *Oseas c.*4. *Populus meus de ligno interrogavit, & baculus ejus annuntiavit*: de qua divinatione agunt Mendoza *lib.*2. *histor. Chinens. c.*4. Riber. *in Oseam, n.*22. Nicol. Remig. *lib.*1. *dæmonolat. cap.*15. Petr. Binsfeld. *in confess. malef. præl.*6. Torrebl. *de jure spirit. lib.*8. *cap.*19.

17 De *Arithmanteia*, quæ ab scrupulosa arithmeticorum supputatione habuit originem, agunt Bulenger. *lib.*3. *divinat. cap.*21. Ribera *in Apoc. c.*13. Torrebl. *de jure spirit. lib.*8. *c.*20. *à princip.*

De *Dactylomanteia*, quæ ex annulis ad certam posituram fabricatis, vel certis characteribus & ritibus excantatis, & super tripodem ad certa verba motis fiebat, agunt Martin. Delr. *magic. disquisit. lib.*4. *cap.*2. *q.*6. *sect.*4. *& q.*7. *sect.*3. Bulenger. *lib.*3. *de divinat. c.*35. Simon Majol. *dierum canic. tom.*2. *colloq.*3. Torrebl. *de jure spirit. lib.*8. *cap.*21. *per tot.* ubi addit quod his annulis dæmones alligabantur, & venales habebantur, & tanquam pacti signum custodiebantur. 18

De *Onomanteia*, quæ ex ipsa nominis significatione sumebatur ad aliquid vel lætum, vel triste prænuntiandum, agunt, eamque multis rationibus impugnant Azor. *instit. moral. p.*1. *lib.*9. *c.*22. *q. fin.* Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.*2. *c.*38. *ex n.*38. Simon Majol. *dierum canicul. tom.*2. *colloq.*2. Torreblanc. *de jure spirit. lib.*8. *c.*22. 19

De *Cephalomanteia*, quæ ex capite hominis, vel apri, vel asini, vel alterius animalis super prunas asini, & certis ritibus incantato fiebat, ex quo dæmon responsa interrogantibus dabat, agunt Petr. Gregor. *syntag. juris p.*3. *lib.* 34. *cap.*3. Torreblanc. *de jure spirit. lib.*8. *c.*23. & prohibetur *l. Castella* 1. *tit.*23. *part.*7. 20

De *Stoicheromanteia*, quæ fiebat ex iis, quæ primò occurrebant in libris Homeri, Virgilii, vel alterius poëtæ, seu auctoris, agunt Iust. Lips. *lib.*1. *elect. c.*12. Torrebl. *de jure spirit. lib.*8. *cap.*23. ubi quod ea usi sunt Imperatores, & Hebræi, & quod apud Christianos hæc consuetudo invaluit per apertionem, nempe novi, vel veteris Testamenti. 21

De *Coscinomanteia*, quæ peragebatur per cribrum incantatum forcipi impositum, & funibus alligatum, quod binis digitis comprehendebatur, & elevabatur, dum suspecta nomina recitabantur, & in cujus nominis probatione cribrum nutabat, pro convicto habebatur, agunt Covar. *de falsa prophetia, cap.*6. Bulenger. *lib.*3. *divinat. c.*31. Torrebl. *de jure spirit. lib.*8. *c.*25. *n.*1. 22

De *Cleidomanteia*, ad quam clavus æneus cypressino malleo infigitur in circulo barbaris litteris insculpto, & nescio quibus admurmuratis verbis cum Litania & Psalmis formidabilem ad Deum orationem mittentibus, quo peracto fur oculum amittebat, agunt Martin. Delr. *disquis. magic. lib.*3. *p.*2. *q.*4. *sect.*9. Simon Majol. *dierum canicular. tomo* 2. *colloq.*3. Torreblanc. *dicto capite* 25. *num.*3. 23

De

24 De *Cratomanteia* ad furta domestica comperienda, in qua servi ad Sacerdotem ducebantur, qui crustam panis præbebat suspectis, & cui adhærebat gutturi, pro reo habebatur, agunt Emman. de Valle de Moura *de incantat. opusc.* 1. *sect.* 2. *cap.* 6. *n.* 14. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 30. *num.* 13. Torrebl. *d. c.* 25. *n.* 4.

25 De *Omphalomanteia*, quæ captabatur ab obstetricibus per nodulos umbilico & secundinis adhærentibus, quotos puerpera sit postmodùm paritura, agit Torreblanca *de jure spirit. lib.* 8. *cap.* 26. *n.* 1. ubi testatur aliquos contendisse hac arte in partu Rebeccæ obstetricem cognovisse post Esau nasciturum Iacob, & ob id alligasse ei filum coccineum, *Genes. c.* 25.

26 De *Amniomanteia*, quæ erat quædam divinatio, per quam obstetrices aniculæ fortunam infantis ariolabantur, ex colore rubicundo, vel livido membranulæ, qua caput nascentis involutum erat, agunt Levin. Lemnius *lib.* 2. *de occultis naturæ, c.* 8. Bulenger. *lib.* 3. *divinat. c.* 30.

27 De *Catopromanteia*, quæ rerum quæsitarum figuras in speculis exhibebat politis, dæmonique consecratis, seu potiùs exsecratis, agunt Ioannes XXII. *in Extrav. super specula, l. Castellæ* 1. *tit.* 23. *part.* 7. *& l.* 6. *tit.* 3. *lib.* 8. *Recop.* Torreblanca *de jure spirit. lib.* 8. *cap.* 27.

28 De *Crystallomanteia*, quæ fiebat ex crystalli frustis annulo inclusis, vel etiam nudis in cylindrum aut obulum conformatis, quibus etiam se fingit dæmon inhabitare, agunt Ioan. XXII. *in Extravag. super specula*, Sixtus V. *in sua constit.* incip. *Cæli & terræ*, *de anno* 1586. quibus quidem ut in hydromantia diabolus figuras exhibebat, & futura repræsentabat, Martin. Delr. *disquis. magic. lib.* 4. *c.* 2. *q.* 6. *sect.* 4. Torreblanca *de jure spirit. lib.* 8. *c.* 28.

29 De *Castrolomanteia*, quæ captabatur in phiala aquæ plena, & ante eam ponebatur puer, vel virgo cum candela, seu cereo accenso, recipiens aquam, & dicens, *Angelus albus, Angelus sanctus, per tuam sanctitatem, & per meam virginitatem*, &c. agit Torrebl. *d. lib.* 8. *cap.* 29. *ex num.* 1. ubi *n.* 13. ait figuras & imagines, quibus eventa in phiala ostentantur, à dæmone exhiberi: *& n.* 7. subdit *in d. constit. Sixti V. & l.* 1. *tit.* 23. *p.* 7. *& l.* 6. *tit.* 3. *lib.* 8. *Recop.* Castrolomanteiam ut pacto suspectam prohiberi. Ex corporis humani membris, & partibus divinatio sumitur, & variis nominibus denominatur, videlicet chiromantia, qua inspectis manuum lineis, futura prædicantur: Pedomantia, qua quis observatis pedum signis divinat: metoposcopia, qua quis notatis frontis, vel totius vultus lineamentis, & signis futuros casus prædicit: physiognomia, qua quis totius corporis partibus, lineis, vel signis futuros eventus prænuntiat. Ita Trullench *d. cap.* 10. *dub.* 7. *num.* 1.

SUMMARIUM.

1 *Dæmon ratione scientiæ multa cognoscit, quæ jacent rebus naturalibus.*
2 *Dæmon diuturna experientia sibi non modica comparavit meliùs quàm homines.*
3 *Dæmones ante orbem creati sunt, & non senescunt.*
4 *Dæmon noscit ex subtilitate intellectus rerum naturalium facultates, & hominum inclinationes.*
5 *Futurorum cognitio duplex est.*
6 *Dæmones multa prædicere possunt, quæ noverunt.*
7 *Deus propter suam benignitatem plerisque revelat futura, Regni mutationes, pestes, & alia ventura mala.*
8 *Dæmones possunt renuntiare cogitationes cordis signis manifestatas exterioribus.*
9 *Futura contingentia Dæmones non cognoscunt ex sua natura, sed casu.*
10 *Morbi qualiter à dæmone inferri possint.*
11 *Providentia est in homine & cogitare futura, & quid accidere potest.*
12 *Futura ex præteritis conjicientes judicamus.*

Cap. Sciendum II.

Ad *num.* 1. ibi, *prædicere valet.* Nam ratione scientiæ, quæ jacent rebus naturalibus, quia est optimus Theologus, Iurista, Medicus, Mathematicus, Astrologus, Dialecticus, & cæterarum scientiarum peritissimus, Griland. *de sortileg. q.* 6. *n.* 11. Petrus Binsfel. *ad tit. C. de malef. & mathem. in rub. not.* 10. Læl. Zech. *in sum. c.* 21. *ex n.* 2. quos refert Torreblanc. *de jure spirit. lib.* 9. *c.* 14. *n.* 9. Item diuturna experientia sibi non modica 2 comparavit meliùs quàm homines, quorum vita brevis est; nam dæmones ante orbem creati sunt, & non senescunt, & sic eos quotidie multa experientia addiscere tradunt Binsfel. *d. not.* 10. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 38. *n.* 7. *&* 8. cognoscunt 3 namque ex subtilitate intellectus rerum naturalium facultates, & hominum inclinationes, mediante appetitu sensitivo, Spreng. *in malleo, p.* 2. *q.* 1. *cap.* 2. Binsfeld. *ubi suprà, q.* 6. Petr.

Petr. Gregor. *syntagm. juris lib.34. cap.7. n.5. & cap.8. num.7.* Sanch. *d. cap. 38. ex num.7.*
5 Bassæ. *verb. divinatio, n.1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.17. num.136.* Machado *en su perfetto Confessor, lib. 2. part. 3. tract. 6. docum.2. n.2.* Torreblanc. *d. c.14. n.20. cum*
6 *seqq.* ubi *n.31.* docet quod futurorum cognitio duplex est. Vna quantum in se ipsis, & natura sui, quæ soli Deo reservatur: alia in suis causis, vel secundùm potentiam cau-
7 sarum, quæ dicitur cognitio conjecturalis, & demonstrativa, quæ dæmoni non denegatur: *& num.33. & 34.* quod dæmones multa
8 prædicere possunt, quæ noverunt ex scriptis Prophetarum, vel revelatione superiorum Spirituum, hoc est, bonorum Angelorum:
9 *& n.38. & 39.* tradit quod multa futura dæmones cognoscere possunt ex concursu cœlestium corporum, impressionum meteorologicarum, aëris intemperie, vel similibus, quibus prædici possunt probabiliter annonæ pretium, pestes, ægritudines, vel sanitates venturæ, aux ex signis à Deo missis illa cognoscere possunt: nam Deus propter suam benignitatem plerisque revelat futuras Regni mutationes, pestes, & alia ventura mala, vel signis, vel portentis, vel prodigiis, prout suæ sapientiæ incomprehensibili visum fuit: & *num.41.* tenet posse dæmonem quæcunque actu exteriori prodita sunt revelare, tam quæ aliena relatione accepit, vel coram ipso gesta sunt, ut secreta furta, res perditas, metalla subterranea, thesauros olim effossos, & alia hujusmodi, quæ hominum cognitionem effugiunt, quia dæmonibus nota sunt: *& num.43. & 44.* tandem concludit, posse dæmones renuntiare cogitationes cordis signis manifestatas exterioribus, non tamen in animo retentas, *& lib.13. c.5. n.2.* tradit futura contingentia dæmones non cognoscere ex sua natura, sed casu, vel ex revelatione bonorum Angelorum, vel assidua Scripturæ lectione, vel rerum naturalium experientia, vel ingenii acumine, *& n.3.* quod sapit hæresim si invocetur dæmon ad revelanda prorsus occulta, vel si perquirantur secreta cordis humani.

10 Ad *finem text.* Vide Torreblanc. *de jure Spirit. in prolog. tom.2. n.44.* ubi probat multis sacræ Scripturæ locis morbos à dæmone inferri, non soùm ex causis naturalibus, quibus ipse peritissimus est, sed per se immediatè ex sua malitia & potentia humores conturbando, quibus ægritudo causatur. Et de infirmitatibus à dæmone illatis vide eundem Torreblanc. *d. tract. de jure spirit. lib.12. c.1. n.12. cum seqq.*

11 Nosse & cogitare futura, & quid accidere potest, providentia est in homine, *Sapient. cap.8. Scit præterita, & de futuris æstimat, scit versutias sermonum, & dissolutiones argumentorum, istud est sapere, non quod ante pedes modò est videre, sed etiam illa, quæ futura sunt, prospicere. Proverb. c.5.* ibi, *Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos*: explicat Sanctus Bonaventur. *tom.2. tractat. de quarta virtute Cardinali. Consilia tua facta præveniant.* Aristotel. *lib.1. politicor. cap.8.* ibi, *Neque enim cujusvis hominis est, sed civili intelligentia præditi, malum quod efficitur, in principium cognoscere: & lib.6. de regimine,* ibi, *Consilium oculus futurorum, & libr.1. Rhetoricor. c.9.* ibi, *Ex præteritis enim futura conjicientes judicamus.* Laurent. Iustin. *de casto connub.* ibi, *Ante om-* 12
nem eventum quæ futura sunt adversa, cogitanda proponantur, & futura tanquam præterita examinanda sunt, ut nihil novi contingere videatur. Cassiodor. *libro 3. epistol.48. tamen prudentia niholominus est cavere etiam quæ non putantur emergere.* Sanctus Augustinus *de spiritu, & anima: Providentia est notio futurorum pertractans eventum, cujus officium est ex præsentibus futura perpendere, adversus advenientem calamitatem se consilio præmonere.* Tullius *lib.1. officiorum,* ibi: *Magni ingenii esse præcipuè cogitatione futura, & aliquanto antea constituere quid accidere possit, & quid agendum sit, cum quid evenerit, nec committere, ut aliquando dicendum sit, non putabam.* Sanctus Ambrosius *1. officior. cap.38.* ibi, *Ingenii esse si qui potest vigore mentis prævidere quæ futura sunt, & tanquam ante oculos locare quid possit accidere, & quid agere debeat, si ita acciderit, definire: interdum duo & tria simul volverunt animo, quæ conjiciat aut singula, aut conjuncta accidere posse, & aut singulis, aut conjunctis disponere actus, quos intelligat profuturos. Fortis ergo est viri non dissimulare cum aliquid immineat, sed prætendere, & tanquam explorare de specula quadam mentis, & obviare cogitatione provida rebus futuris, ne fortè dicat postea, ideo in ista incidi, quia non arbitrabar posse evenire. Denique nisi explorentur adversa, citò occupant, ut in bello improvisus hostis vix sustinetur, & si imparatos inveniat, facilè opprimit, ita animum mala inexplorata plus frangunt.* Idem *epist.32.* ibi: *Id agere debemus, ne nos arbitrii nostri pœniteat, aut facti; prudentis est enim prospicere, ne frequenter eum pœniteat sui.*

XXVI. Quæstio V.

Cap. Episcopi XII.

1 AD *num.*4. *in fine.* Hinc novissimè Torrebl. *de jure spirit. in prolog. tom.*2. *n.*53. & 54. advertit quod licèt plures ex nostris existimaverint translationes corporales, de quibus in hoc textu, & omnia magica crimina in phantasmata, & illusiones, & præstigias converti, nihilominus ex SS. Augustino, & Thoma tenet magos, & lamias ad sua crimina à dæmone per aëra corporaliter devehi, non tam in spiritu, quàm in vero corpore.

Cap. Quicumque XIII.

1 GRatianus minus bene ariolationem, id est, ariolorum divinationem ad Sacerdotes novæ legis transtulit in præsenti, qui cujuslibet doloris causa permoti Altaria vestibus sacris exuere, & alia qualibet veste lugubri accingi præsumunt, quapropter in correctione Decreti per summum Pontific. Gregor. III. à textu separata sunt illa verba, quæ post Concil. Toletani textum à Gratiano fuerunt inserta, per quam prædictam Sacerdotum superstitionem ad ariolationem retulerat, nam revera talis ritus ad aliam divinationis partem pertinet, ut tenent Ioan. Filesac. *lib. de magia idol.* §.6. & 7. Torrebl. *de jure spirit. lib.*8. *c.*9. *n.*3. & 4.

XXVI. Quæstio VII.

Cap. Sacerdos VI.

1 IN text. ibi, *absque personarum acceptione*, &c. Collige ex textu Sacerdotem pœnitentiam imploranti, absque personarum acceptione pœnitentiam secundùm leges injungere debere, ut per Anguian. *de legib. lib.*2. *controvers.*8. *n.*27. ubi advertit quandoque etiam, ut statuit Leo Papa relatus *in cap. tempora, hac ead. causa & quæst.* pœnitentias habita moderatione constituendas esse judicio Sacerdotum, prout perspexerint conversorum animos devotos esse, habita ratione senilis ætatis, periculorum, ægritudinum, & necessitatum, additque in eodem Sacramento Pœnitentiæ personæ rationem habendam esse, quoniam conducere poterit ad imponendam, & peragendam pœnitentiam.

Summarium.

1. *Kalendis Ianuarii comessationes, cantus, & bona verba fieri prohibentur.*
2. *Ianuarii primus dies auspicialis dictus est.*
3. *Kalendarum, præcipuè Ianuarii, festivitates apud Gentes maximè celebres.*
4. *Februationes apud Gentes quæ.*
5. *Maii mensis lætitia Maiumæ Deæ celebrabantur.*
6. *Sanctorum nostrorum lætitia & solemnitas ex his Deorum superstitiosis solemnitatibus sumpta.*
7. *Ianuarii Kalendarum lætitia hodie quare?*
8. *Februationes antiquæ Carnavalibus dederunt originem.*
9. *Maiuma festa S. Crucis Inventionis festiva pietate purgata sunt.*
10. *Saturnalia festa noctis bonæ in natali Domini festivitate purgata.*
11. *Martyrum natalitia unde originem sumpserunt.*

Cap. Si quis kalendas XVI.

SUB anathematis interdicto in hoc textu prohibentur comessationes, cantus, bona verba, & alia, quæ in principio anni, hoc est, Kalendis Ianuarii fiebant. Nam dies ille auspicialis dictus est ex Aulo Gellio *lib.*3. *noctium Atticar. c.*14. refert Torrebl. *de jure spirit. lib.*8. *cap.*13. *à n.*19. & *lib.*9. *cap.*8. *n.*14. 1 2

Kalendarum enim festivitates apud Gentes maximè celebres, præsertim Ianvarii, eò quòd annus ab eo inciperet, S. Chrysost. *tom.* 3. *homil. de Kalend.* Seneca *epist.* 83. Martin. de Roa *lib.*4. *singul. cap.*11. 3

Fiebant etiam apud Gentes Februationes ad lustrandum populum mense Februario, in quibus per agros mos fuit percurrere cum facibus accensis, & coronati floribus, & arborum ramos virides manibus tenentes psallere, & eis domum cingere. 4

Lætitiæ quoque mensis Maii fiebant, quæ Maiumæ Deæ celebrabantur, & dicebantur sacra Maiuma, de quibus fit mentio in Iure nostro, quorum omnium meminit Torreblanc. *d. lib.*9. *c.*8. *n.*18. *cum seqq.* 5

Ex his demùm superstitiosis solemnitatibus sumpta fuit Sanctorum nostrorum lætitia & solemnitas: nam Ianuarii Kalendarum lætitia, quasi in principio anni boni fati augurio, per omnia immunes non sumus cum illa, & majori de causa in Circumcisionis Domini die, pro bono fausto- 6 7

que omine observemus, à quo nobis omnia
8 prospera renascuntur. Februationes Carnavalibus etiam dederunt originem, quia fre-
9 quenter eo mense fieri solebant. Maiuma festa, in quibus floribus, & ramis cingere postes, & facibus accensis discurrere, psallere, & canere solebant, ex latè adductis per Franc. de Amaya *observat. Iuris lib.*3. *cap.*5. Sanctæ Crucis Inventionis festivitatis pie-
10 tate purgata sunt. Saturnalia festa, quæ mense Decembri celebrabantur, in quibus de nocte servi catenas persolvebant, & ut domini epulabantur, multum redolent noctis bonæ in natali Domini celebrationi, in qua à servitutis jugo liberati alacres epulamur, ut tradit Ioan. Bellet. *de divinis officiis, cap.*170.

11 Demum Martyrum natalitia, hoc est, victoriæ, quibus de tyrannis triumphantes æternæ vitæ renascuntur, & Ecclesiarum anniversaria, & id generis alia multum redolent Gentilium natalitiis, Deorum, Regum, regnorum, urbium, & Magistratuum, quibus Templa redimita coronis, floribus stipata, odoribus fragrantia, lucernis, cereisque ornabantur, ut per Martin. de Roa *in tract. de die natali, cap.*5. *usque ad* 22. *& lib.*4. *singul. cap.*11. refert Torrebl. *d. lib.*9. *cap.*11. *à num.*18.

S V M M A R I V M.

1 *Somnia tribus auctoribus adscribuntur, Deo, naturæ, & Dæmoni.*

2 *Somnia divina sunt, quæ à Deo, vel Angelis bonis mittuntur.*

3 *Somniis divinis fides adhibenda sub peccati reatu.*

4 *Somnia naturalia proficiscuntur vel à causa intrinseca, vel extrinseca somniantis.*

5 *Somnia naturalia licitum est observare.*

6 *Somnia diabolica sunt illa, quæ mali spiritus insidiosè immittunt.*

7 *Somniis diabolicis fidem adhibere omni jure prohibitum.*

8 *Hispani dicunt* dias aziagos *quasi Ægyptiacos.*

Cap. Non observetis XVII.

1 AD *n.*3. *in fine.* Turrecrem. *in præsenti*, rectissimè somnia tribus auctoribus adscribit, Deo, naturæ, & dæmoni, sequuntur Medina *lib.* 2. *paranes. Christiana, cap.* 2. Franc. Valles. *de sacra Philosophia, cap.* 32. Simon Majol. *dierum canic. tom.*2. *colloq.*4. Binsfeld. Martin. Delr. & Raph. de la Torre *in collect.* citati, Fagundez *in præcepta Decalogi, lib.*1. *c.*39. *n.*20. Machado *en su perfetto Confessor, lib.*2. *p.*3. *tract.*6. *docum.*4. Villalob. *in sum. p.*2. *tract.*28. *diffic.*5. *n.*1. *&* 2. Trullench *in expos. Decalogi, lib.*1. *c.*10. *dub.*8.

Somnia divina sunt quæ à Deo, vel Angelis bonis mittuntur, quæ diversimodè esse solent; nam interdum fiunt per modum expressæ locutionis, per conceptus aliquarum vocum, quæ ita formantur in phantasia dormientis, ac si ea per auditum corporis audiret: nonnunquam etiam immittuntur significantia per apprehensiones visionum, quæ sunt veluti imagines rerum quarundam significandarum, ut in exemplis, de quibus Torrebl. *de jure spirit. lib.*8. *c.*6. *num.*24. *cum seqq.* Quæ divina somnia non solùm debemus observare, sed eis fidem adhibere sub peccati reatu, Grilland. *de sortileg. q.*11. *ex n.*31. plures, quos refert Torreblanc. *d. c.*6. *à n.*68. Fagund. *d. c.* 39. *n.*12. Machado *d. docum.* 4. *n.*3. 2 3

Somnia naturalia proficiscuntur vel à causa intrinseca, vel extrinseca somniantis. Hippoc. *lib.* 6. *epidim. & lib. de insomniis*, Argenter. *de somno, & vigilia, lib.*2. Petr. de Garcia *ad Galenum de locis affect. disp.*3. *c.*2. *cum duobus seqq.* quæ quidem somnia, quanvis naturalia sint, licitum est observare. S. Thom. 2. 2. *quæst.* 95. *art.*6. R. P. Ioan. Euseb. *part.*2. *curiosa Philosophia, lib.*2. *c.*87. Petr. Binsfeld. *in l.*3. *C. de malef. & mathem. quæst.*2. *conclus.*1. Quibus si major fides quàm par est, detur, potiùs temeritas, & vanitas, quàm peccatum erit, Layman *in Theolog. morali, lib.*4. *tract.*10. *c.*3. *n.*6. Machado *d. docum.*4. *n.*2. *in fine.* 4 5

Somnia diabolica sunt illa, quæ mali spiritus insidiosè immittunt, vel ad perturbationes animi incitandas, vel libidinem, iram, odium, seu desperationem, vel ad occultorum, aut futurorum significationem, de quibus loquitur Sacra Pagina *Levit. c.*19. *vers.*26. *nec observabis somnia. Deut. c.*18. *vers.*10. *Ne inveniatur in te qui observet somnia. Hierem. cap.*29. *vers.*8. *Ne attendatis ad somnia vestra, quæ vos somniatis.* Ideo his somniis fidem adhibere omni Iure prohibitum extat, ut probant per me in collectan. citati, quibus addendi sunt Læl. Zech. *in sum. p.*1. *tit. de Fide, cap.*15. *num.*7. Bonacina *in præcepta Decalogi, disput.* 3. *quæst.* 5. *puncto* 3. *num.*19. Torreblanc. *d. c.* 6. *num.*56. Ego ipse *de officio & potest. Episcopi, part.*3. *alleg.*51. *casu* 8. *numero* 132. Machado *d. docum.* 4. *n.*4. Qua autem ratione cognoscere possumus an somnia sint à Deo, ab Angelo lucis, aut à dæmone? vide Less. *de Iustit. lib.*2. *cap.*43. *dub.*8. *num.*52. Suar. *lib.*2. *de superstit. cap.*23. Sanch. *in Decalog. lib.*2. *c.*38. *num.*52. 6 7

Bonac.

Bonacina *tom.2. disp.3.q.5. puncto 3.n.7.* Ant. de Sousa *in aphorism. Inquisit. lib.1. cap.50. n.12.* Trullench *dict. cap.10. dub.8. n.4.*

8 In text. ibi, *qui dicuntur Ægyptiaci.* Hinc Hispani dicunt, dias aziagos, quasi Ægyptiacos, quos observant rebus agendis infestos, ut ait Torrebl. *d. tract. de Iure spirit. lib.9. cap.8. n.14.*

✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠

XXVII. Quæstio I.

Cap. Si qua Virgo XXII.

1 Halcedonense Concilium prope annum Domini 451. sub Sancto Leone I. *act.15. can.16.* relatum *in hoc textu*, hæc habet verba: *Virginem quæ se Deo Domino consecravit, similiter Monachum non licere nuptialia jura contrahere. Quod si hoc inventi fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem decernimus, ut habeat auctoritatem ejusdem loci Episcopus humanitatem, misericordiamque largiri.* Quæ verba contra hæreticos probare, peccare sic contrahentes, non verò invalidè contraxisse, dicit doctissimus M. F. Basil. Pont. *variar. disput. p.1. q.3. scholast. c.8. pag.161.* additque illis verbis, *misericordiam, humanitatemque largiri*, fortè significari, ut cum illis, si expedire judicaret, in voto dispensaret; nec enim votorum dispensatio à principio summis solùm Pontificibus reservata fuit: subdit deinde, nec verò moveant illa, *decernimus ut habeat auctoritatem ejusdem loci Episcopus*, quasi his indicetur auctoritatem, quam non habebant, Episcopis concedi: hæc enim verba quisquis humanitatis & misericordiæ nomine in hoc canone vel pœnitentiam, vel absolutionem ab excommunicatione intelligit, multò magis interpretari tenetur, cùm non fuerit ab ejusdem crimine absolutio Apostolicæ Sedi ante Concilium illud reservata, ut ex allatis Canonibus Chalcedonensi anterioribus constat. Non itaque conceditur nova facultas, sed probatur, & confirmatur quam de jure habebat Episcopus, nullo præfinito tempore quo humanitatem, & misericordiam differre deberet. Adde etiam, cùm Episcopo injungatur, ut ab excommunicationis vinculo absolvat, non tamen vel insinuetur, ut nulliter contraxisse declaret, satis insinuari, validè ejusdem matrimonia contracta. Et idem Fr. Basil. *in princip. d. cap.8.* probare intendit, quod prioris sæculi tempore usque ad Concilium generale Romæ celebratum anno 1139. *c.7. §. ut lex Religiosorum*, matrimonia quanvis non sine peccati labe celebrarentur, valida tamen fuerunt, & non irrita, & citat Mich. de Medina *lib.4. de continent. sacror. homin. controv.7. à c.29. usque ad 34.* Azor. *instit. moral. p.1. lib.12. c.6. q.3.* Hieron. Plat. *de bono statu Relig. lib.2. c.21.*

Cap. Diaconissam XIII.

AD *num.1.* De Diaconissarum ætate diversimodè Jura loquuntur; nam *in cap. quando, 31. quæst.1.* statuitur ne Diaconissæ, nisi sexaginta annorum elapsa ætate ordinari possint. Postea Valens & Theodosius nullam nisi quinquaginta annorum ad Diaconissarum consortium transferri statuerunt. Postremò Chalcedonense Concilium relatum à Gratiano *in hoc textu*, & confirmatum à Concilio Carthaginensi III. *in cap. Sanctimoniales, 20. quæst.1.* eas ante quadragesimum annum ordinari vetuit. Sed concordantur, ut tempus quadraginta, vel quinquaginta annorum virginibus, sexaginta verò viduis deligendis fuerit statutum, utpotè quæ propter experientiam voluptatis majori indigerent examine, & approbatione. Vide Vasq. *in 3. p. tom.3. disp.245. cap.3. num.1.* Iul. Lavor. *var. lucubrat. tom.1. tit.4. c.34. n.31. vers. atque hinc*, Sebast. Cæs. *de Ecclesiast. hierarchia, part.2. disp.9. §.3. num.4. & 5.* Didac. de Narbona *de ætate ad omnes humanos actus requis. anno 40. q.3.* meipsum *de jure Eccles. univ. lib.1. cap.36. n.3.* 1

Cap. Vt Lex XL.

AD *num.1. in fine.* Advertit M. Basil. Pont. *variar. disputat. part. 1. quæst. 3. Scholast. cap.8. pag.58.* à tempore hujus Concilii generalis Romæ celebrati anno 1139. ex quo desumptus fuit text. *in præsenti*, Religiosorum conjugia irritari incepisse; nam ante hoc Concilium, & prioris sæculi temporibus Religiosorum matrimonia, quamvis non sine peccati labe celebrarentur, valida tamen fuisse, & non irrita, sed hac de re sic loquitur: *Nec verò quia Concilium dixit hujusmodi copulationem contra Ecclesiasticas regulas esse contractam, ideò existimet aliquis jam ante Concilium istud præcessisse Ecclesiasticas regulas hujusmodi matrimonia irrita censentes. Ecclesiasticas enim regulas, quas dicit, eas intelligo, quas mox subjiciam, quibus tantùm hujusmodi matrimonia prohibita sunt, non verò irrita judicata, nisi fortè dicamus, alludere ad Constitutionem Calixti II. quæ habetur in cap. Presbyteris, sup. distinct. 27. ubi matrimonia ipsa disjungi jubentur, & personas ad pœni-* 1

tentiam redigi debere juxta sacrorum Canonum definitiones, quæ scilicet pœnitentiam, & modum pœnitentiæ præscripserunt: sedit autem Calixtus anno Christi 1119. *hoc est viginti annos ante Concil. Roman. sub Innoc. II. quod si can. Presbyteris, tribuatur Vrbano II. sederitque Vrb. II. anno* 1098. *adhuc planum est primis undecim annorum centuriis non fuisse hujusmodi conjugia in Ecclesia irrita.*

Cap. Judæorum XI.

1 AD *num.*2. Quod filii infantes Iudæorum, sicut adulti non sunt per vim ad Fidem trahendi, præter citatos *in collect.* resolvunt Cevall. *commun. tom.*2.*q.*753.*n.*1.*&* 7. *& tom.*4.*q.fin.n.*188. Ant. Cardos. *in praxi judicum, verb. Sacramentum, n.*22. Ant. Possevin. *in Bibliotheca, tom.*1.*lib.*9.*c.*7.*pag.*392. Suar. *de Fide, disp.*18.*sect.*5.*n.*11.*&* 15. Ludov. de Torres *eod. tract. art.*12.*disp.*53.*dub.*1.*col.*648. Lorca *in* 2.2.*sect.*1.*disp.*37. Marquez *in gubernat. Christian. lib.*1.*c.*2.*pag.*8. Fr. Thom. à Jesu *de procuranda omn. gent. salute, lib.*5.*p.*1.*dub.*6. *pag.*210. plures refert Ioan. de Solorzano *de Indiar. jure, tom.*1.*lib.*2.*c.*17.*per tot.* ubi *n.*39. limitat ubi parvuli in extremo vitæ periculo reperiuntur: & *n.*40. ait quod licèt Baptismum parvulis infidelium, parentibus invitis, conferendum non sit, valet tamen, & tenet si de facto collatus fuerit, neque amplius suis parentibus tradendi sunt: *& n.*42. cum Ferdinando Zurita *in suis quæst. Theolog. q.*17. resolvit quod etiamsi infidelis malè agat, & graviter peccet tradendo filium legi, cui non adhæreat, benè tamen exhortari potest ut filium suum baptizari permittat, & cum Christianis educari, in hoc etenim illi non tam peccatum suadetur, quàm pium opus erga infantem, novissimè Trullench *in praxi Sacrament. lib.*2.*c.*1.*dub.*6.*n.*7.*cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Matrimonii jugum fidelis cum infideli ducere non potest, si tamen contrahatur, nullo jure stare prohibetur.*

2 *Intellige dum non timeatur de alterius conjugis perversione.*

Cap. Non oportet XVI.

1 LIcèt variis Conciliis prohibitum existat ne fidelis jugum matrimonii duceret cum infideli, ut in Chalcedonensi *can.*18. Eliberit. *c.*16. Laodiceno *c.*10. *&* 31. Agathen. *cap.*67. Carthag. *III. cap.*14. Aurelian. *II. cap.*18. *& IV. cap.*13. & Nicæno *ex Arabico, cap.*53.67.*&* 68. Nihilominus si contrahatur, nullo jure stare prohibetur, ut præter Azor. *in collect.* citatum, ante illum tenuerunt Turrecr. *in cap. si quis Gentilis,* 28.*q.*1.*art.*1. *n.*2. Simanch. *de Cathol. instit. cap.*40.*num.*17. Covar. *de sponsal. p.*2.*cap.*6.§.11.*n.*4. Gaëta *in cap. ad limina,* 30.*q.*1.§.4.*q.*169.*num.*423. Quia disparitas religionis non est causa irritandi matrimonium, S. Thom. *in* 4.*dist.*39. *q.*1.*art.*1.*ad* 5. S. Antonin. *part.*3.*tit.*1.*c.*6. *not.*2. Martin. Ledesma *tom.*2.*p.*4.*q.*61.*art.*2. Barthol. Ledesma *dub.*54.*conclus.*4. Petr. Ledesma *de matrim. quæst.*59.*art.*2.*dub.*4. Tolet. *in summa, lib.*7.*cap.*7.*n.*1. Valent. *tom.*4.*disp.*10.*q.*5.*puncto* 3. Iacob. de Graff. *in aureis decis. part.*1.*lib.*2.*cap.*85.*n.*14. Dum 2
tamen non timeatur de alterius conjugis perversione, nam tunc matrimonium fidelis cum infideli interdicitur, ne fides alterius periclitetur, DD. *in præsenti, & in cap. caveat,* 28.*quæst.*1. Navarr. *in man. cap.*22.*n.*49. *& cons.*1.*num.*6.*de hæret.* Gregor. Lop. *l.*15. *tit.*2.*part.*4. Anton. Cuch. *institut. major. lib.*5.*tit.*12.*n.*90. & in hunc sensum omnes ferè DD. admittunt hoc impedimentum disparitatis cultus, resolventes non solùm prohibitum, sed etiam nullum esse matrimonium contractum inter Christianum, & infidelem. Ita Sanchez *lib.*7.*de matrim. disp.*71.*n.*8. Villalob. *in sum. tom.*1.*tract.*14. *diffic.*12.*num.*2. Bass. *verbo matrimonium* 7. *quæst.*2. Candid. *disquis.*24.*art.*7.*dub.*1.*dicto* 1. Machado *en su perfetto Confess. lib.*3. *part.*1.*tract.*11.*docum.*12.*n.*2.

XXXII. Quæstio I.

SVMMARIVM.

1 *Fornicationis ob causam vir ab uxore divertens, aliam uxorem, superstite adultera, accipere non potest.*

2 Cap. uxor à viro 32. q. 7. *intelligitur, & concordatur cum hoc textu.*

3 Cap. si qua mulier, 31. q. 1. *declaratur.*

Cap. Dixit Dominus II.

CUm Dominus in Evangelio expressè prohibuerit ne vir extra fornicationis causam ab uxore divertens aliam uxorem superstite adultera accipiat, teste Sancto Hieronymo hujus textus auctore, quia sola mors vinculum matrimonialis Sacramenti solvit, *l.*1. *ff. de divort. cap. Dominus,* 1
de

de secund. nupt. vetante Domino semel à se conjunctos nunquam disjungi, *c. quos Deus*, 33. *q.* 2. *c. ex litteris*, *cap. gaudemus*, *de divort.* Multùm difficilis videtur text. *in cap. uxor à viro*, 32. *q.* 7. ubi B. Ambrosius permisit viro divertenti ab uxore adultera aliam ducere: quæ jura ad concordiam sic reducere conatur Morla *in emporio juris*, *p.* 1. *tit.* 1. *q.* 11. *n.* 15. ut scilicet verbis S. Ambrosii adjungantur, ut suppleantur sequentia, videlicet, *mortua uxore adultera*, ex hoc textu, ut utriusque una eademque sententia sit, neutri conjugum licere matrimonium contrahere, donec alter conjugum vixerit, quod probat Gratian. *in cap. quod proposuisti*, 32. *q.* 7. Parique ratione idem Morla *citato loco*, interpretatur text. *in c. si qua mulier*, 31. *q.* 1. dum probat quod marito licet divertere ab uxore, quæ machinata est in mortem ipsius, si voluerit, inquit, aliam ducere, mortua nempe insidiatrice: illa autem etiam mortuo marito absque spe conjugii manet.

XXXII. Quæstio IV.

Cap. Origo V.

1 AD *num.* 5. Ex relatis verbis glossæ *in præsenti*, *verb. non perdant*, colligitur partum perire ex frequenti concussione; nam terra quæ sæpiùs aratro scinditur, vix aut rarò herbas generat, aut fructum affert; ita mulieres, quæ sæpius coëunt, non concipiunt. Ita Petr. de Peramato *lib. de homin. procreat. c.* 9. quem refert Torrebl. *de jure spirit. lib.* 12. *c.* 13. *n.* 22. *&* 23. ubi *n.* 24. ex Rasi, & Tiraq. probat hinc procedere, ut meretrices non pariant, quia licèt concipiant, sæpius fœtum penè destruunt.



XXXII. Quæstio V.

Summarium.

1 *Virginitas semel amissa irreparabilis est.*
2 *Virginitas restitui non potest, sophisticari tamen poterit.*
3 *Virginitas in quo consistat? ostenditur.*

Cap. Si Paulus II.

1 AD *n.* 2. Quod virginitas semel amissa irreparabilis sit, ostendunt Sim. Majol. *in dieb. canic. tom.* 1. *colloq.* 3. Torre-
2 blanc. *de jure spirit. lib.* 3. *c.* 15. *fol.* 92. ubi subdir, quod licèt virginitas restitui non possit, poterit tamen sophisticari, ut corrupta pro virgine habeatur, ad quod plura sunt remedia, quæ observant Petr. Garcia *de locis affect. disp.* 63. *c.* 1. *& disp.* 97. *c.* 2. Ioan. Alphons. de Fonseca *in spec. medic. lum.* 3. *fol.* 611. *&* 617. Virginitas autem non consistit in alicujus 3
membranulæ corruptione, sed solùm in labiorum compressione & symphisi, seu coalescentium partium angustia, quæ cum sine dilatatione membrum virile admittere nequeant, ex insolito usu virginibus dolor inest, & sanguis ex venarum coalescentium scissione, ut tradunt Franc. Valles. *de sacra Philosophia*, *c.* 25. Fonseca *d. lum.* 3. Petr. Garcia *d. disp.* 97. *c.* 1. Ego *in votis decis. Canon. lib.* 2. *voto* 17. *n.* 45. *&* 46. ubi citavi Sanch. *de matr. lib.* 7. *disp.* 14. *n.* 1. *& disp.* 113. *n.* 10. *& alios.*

XXXIII. Quæstio I.

Cap. Quod autem I.

EX hoc textu colligitur, quod si impotentia se habeat non ad actum generationis, sed ad generationis effectum, & ut proles subsequi possit, putà quia vel modicum seminis vir emittit, vel adeo sterile, & non prolificum, ut minimè generationi deserviat, aut mulier natura ita sterilis sit, ut deficiat spes concipiendi; hæc inhabilitas nec impediet matrimonium contrahendum, nec dirimet contractum, quia ad hoc ut validè conjugium iniri possit, aptitudo tantùm & potentia ad copulam desideratur, non verò possibilitas generandi, secundùm S. Thom. *in* 4. *dist.* 34. *q. unic. art.* 2. *ad* 3. quem sequuntur post Navar. Guttier. *canon. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 4. *&* 12. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disput.* 92. *n.* 26. licèt contrarium nisus fuerit defendere Covar. *in peculiari tractat. de frigidis & malefic. quæst.* 6. 1

XXXIII. Quæstio V.

Cap. Est ordo XII.

D *num.* 1. *in fine.* Intellige de præcedentia danda à filio patri, seu à juniore seniori, quando junior non habet majorem jurisdictionem; quia si eam habeat, tunc illi in actu eam exercendi præcedentia debetur, ad not. per Fab. de Anna *cons.* 40. *numero* 14. Marta *voto* 101. Mastrill. *decis.* 103. *num.* 13. *& de magistrat. libro* 5. *capite* 4. *numero* 68. Ponte *decisione* 8. *num.* 1. Marcel. de Mauro *alleg.* 50. *per tot.* 1

Gg 3 Hinc

Hinc nota eſt hiſtoria, & verum factum, quod inter Ioannem II. Aragoniæ Regem, & ejus filium D. Ferdinandum Catholicum Caſtellæ Regem intervenit, quando pater in civitate Victoriæ filio occurrit, quam referunt Anton. de Nebriſſa *in chronica Regis Cathol. Hiſpano idiomate ſcripta*, *p*.3. *cap*.93. *fol*.110.*col*.1. *&* 2. Stephan. de Garibay *in compendio hiſtor. Hiſpan. lib*.18. *cap*.12. Ioan. Bapt. de Larrea *in deciſ. Granatenſi, tom*.1. *diſp*.1. *num*.40. Doctiſſimus, & eruditiſſimus in omnium ſcientiarum genere dominus meus D. Laurentius Ramires de Prado in ſupremo Caſtellæ ſenatu Conſiliarius meritiſſimus, *in ſua de præcedentia allegatione, n*.29.

XXXIV. Quæstio II.

Summarium.

1 *Caſus & reſolutio hujus text. proponitur.*
2 *Ratio dubitandi de deciſione hujus textus proponitur.*
3 *Intellectus unus ad hunc textum proponitur, & refutatur.*
4 *Intellectum alium ad hunc textum præſtat Covar. ſed ille ſimiliter reprobatur.*
5 *Maritus propter ignorantiam excuſatur ab inceſtu.*
6 *Cognoſcens aliquam conſanguineam, aut affinem, ignorans probabiliter illam eſſe talem, quamvis peccet peccato fornicationis, non tamen peccato inceſtus.*

Cap. In lectum VI.

1 Propoſito dubio ſub eleganti ſpecie, cujuſdam ſororis uxoris propriæ, qua abſente in lectum ivit mariti, & illic uxorem putans eſſe, dormivit cum ea, & cùm valde controverſum fuiſſet, utrum marito indicenda foret pœnitentia ob perpetratum crimen, & an legitimum ſuum conjugium habiturus eſſet deinceps, reſpondit Concilium Triburienſe relatum *in hoc textu*, quod ſi maritus per ſecuritatem veram probaſſet quod inſcius commiſerit tale ſcelus, pœnitentiam quidem, quæ ſibi indicta fuerit agat, & legitimum ſuum conju-
2 gium habere permittatur: in quo difficilis profectò reputatur locus ille Concilii Triburienſis, quia dum pœnitentiam maritum agere compellit, ſatis oſtendit ignorantiam facti illum non excuſaſſe, contra *regul. ignorantia, de regul. juris in* 6. quæ quidem ignorantia voluntatem tollit, ſine qua culpa non committitur, ex reg. *cap. cùm voluntate, in princ. de ſent. excom.* tum etiam, quia cognoſcens conjugatam ignoranter, nullatenus adulterium committit, arg. *ſi verò aliquis, de ſent. excom.* Sicut enim dicit Iureconſ. *in l. ſi ignorans, ff. locati, non contemnit diſciplinam, qui militem ignoravit*: etiamſi locavi militi tanquam pagano, ignorans, abſque dubio poſſum mercedem recipere.

Quare *gloſſ. verb. pœnitentiam, in hoc textu*, in effectu fatetur ignorantiam facti uti 3
probabilem, de qua hic, in totum excuſaſſe maritum, pœnitentiamque impoſitam illi fuiſſe ad majorem cautelam, non quòd ſimpliciter neceſſaria fuerit: quam gloſſæ ſententiam ſequuti ſunt Philip. Decian. *in c*.2. *de conſtit. n*.3. *in* 2. *lect.* Duen. *reg*. 139. *limit*.6. fatentes etiam ex ignorantia probabili maritum revera in totum excuſari, ſicut ab omni culpa, ita etiam ab omni pœna, & ſupplicio. Sed hic intelligendi modus manifeſtam continet divinationem, cùm in toto tenore verborum hujus Concilii verbum aliquod non inveniatur, ex quo deduci poſſit, pœnitentiam, de qua hic, ad cautelam impoſitam fuiſſe. Obſtat deinde eidem interpretationi ſi attendas Concilium Triburienſe egiſſe de foro interiori, & non exteriori, ut ex contextu illius pluſquam liquidò conſtat, ibi, *pœnitentiam quidem, quæ ſibi indicta fuerit, agat, & legitimum ſuum conjugium habere permitttatur*, &c. In interiori autem foro manifeſtum eſt non agi de pœnitentia ad cautelam, quo attento tantummodo conſiderare debemus illud quod in rei veritate exiſtit, juxta *text. in cap. à nobis, el* 2. *de ſent. excom.* ibi, *Nos igitur conſultationi tuæ breviter reſpondemus, quod judicium Dei veritati, quæ non fallit, nec fallitur, ſemper innititur, judicium autem Eccleſiæ nonnunquam opinionem ſequitur*, &c.

Secundo loco Covar. *in c. alma mater, p*.1. 4
§.10. *n*.17. *in verſ. hinc infertur*, apertè docuit, excuſari quidem maritum à peccato inceſtus, in cujus lectũ ſoror ivit uxoris, quam quidem putans ſuam eſſe uxorem cognovit, tamen pœnitentiam illi fuiſſe injunctam ex eo quia mariti ignorantia craſſa fuit & culpabilis; nec id ex alio deducit Iuris fundamento, niſi quod in hoc textu dum pœnitentia marito injungitur, inducitur ignorantiam illam aliquam culpam habuiſſe, ac per conſequens fuiſſe craſſam, aut culpabilem. Sed hæc tanti viri explicatio, quidquid ſimiliter ſenſerit Alph[illegible]f. de Caſtro *lib*.2. *de lege pœnali, cap*.14. *fol. mihi* 305. nullo modo ſtare poteſt, quia licèt in ſpecie hujus textus non præſumeretur probabilis ignorantia ex ſola allegatione partis, eo quòd ignorans in effectu

effectu dabat operam rei illicitæ, nihilominus tamen ftante juramento, per quod conftitit de ignorantia probabili, ut patet ex illis verbis, *per fecuritatem veram hoc probaverit*, &c. neceffariò præfumenda eft probabilis ignorantia, ut in fimili fpecie faffus eft Alph. de Caftro *ubi fuprà*, *fol.*286. & probat *text.* elegans *in cap. fi verò, el 2. de fent. excom.* ubi Alex. III. Pontif. Maximus pro eodem reputavit quem ignoraffe alterum fuiffe clericum, vel propriè duntaxat præftitiffe juramentum, quod eum effe clericum ignoraffet: igitur poftquam maritus medio juramento affirmaverit quod infcius feciffet illud fcelus, nullo pacto dici poteft illius ignorantia culpàbilis, imò probabilis, & legitima, idque fatis colligitur ex verbis *hujus cap.* ibi, *probaverit quod infcius fecerit*, &c. quæ verba perfpicuè denotant commixtionem illam cum forore uxoris habitam fuiffe per ignorantiam probabilem, quandoquidem proprio mariti juramento relinquitur an infcius fecerit, necne, nullatenufque relinqueretur juramento viri, nifi ftante ignorantia probabili circa rem meri facti, & non juris, quæ regulariter dum aliud contrarium non oftenditur, probabilis præfumenda eft.

5 Tertio loco, & probabilius mihi dicendum videtur, textum *in præfenti* nullatenus probare in fpecie de qua loquitur, pœnitentiam imponendam effe, fed folummodò maritum excufari ab inceftu propter ignorantiam, qua crimen perpetratum eft, ex quo magis ac magis Covarr. intellectus convincitur. Etenim fi actus geftus non fuiffet cum ignorantia probabili, & non craffa, procùldubio Concilium non afferuiffet maritum excufari ab inceftu propter ignorantiam; id autem exprefsè docuit quatenus dixit, quod marito permitteretur legitimum fuum habere coniugium, unde manifeftè deducitur, voluiffe Concilium relatum *in hoc textu*, maritum, de quo ibi, excufari à crimine inceftus, propter quod alias in pœnam feparatio facienda erat, iuxta text. *in cap.* 1. & quæ ibi notant DD. *de eo qui cognov. confang. uxoris fuæ.* At verò, inquit Concilium, fi pœnitentia fuerit impofita, illam effe peragendam, ut exprimunt illa verba, *pœnitentiam quidem, quæ fibi indicta fuerit, agat*: nullo modo afferens, quod effet imponenda, nec de ea differens quæftione, ut Interpretes crediderunt. Ex qua vera interpretatione infertur, quod fi quis cognoviffet aliquam confanguineam aut affinem, ignorans probabiliter illam effe talem, quanvis peccet peccato fornicationis, non tamen peccare peccato inceftus: unde fubinfertur alias fine ulla difpenfatione poffe, fi voluerit, matrimonium contrahere, non tamen cum eadem, fed cum alia.

SVMMARIVM.

1 *Fornicanti ex ignorantia cum duabus fororibus, poft annos feptem conjugia non negari, ait text. in præfenti.*

2 *Intellectus Covarr. ad hunc text. & fimilia jura proponitur.*

3 *Furari credens modicum, fi furatus fuerit multùm, tenebitur, non habito refpectu ad intentionem, & ignorantiam fuam.*

Cap. Si quis cum duabus VIII.

Text. ifte ex Concilio Tribur. defumptus probat quod fi quis fornicatus fuerit cum duabus fororibus, & fororem foror ab eodem antea ftupratam nefcierit, vel fi ipfe fororem ejus, quam antea ftupraverat, non intellexerit, fi dignè pœnituerit, & fe continere non valuerint, poft annos feptem conjugia illis non effe neganda: fi autem non ignoraverint, ufque ad mortem à conjugiò abftinere debere refpondet Concilium, multùm profectò in tam immani crimine deferens ignorantiæ, cùm voluerit, quod fi ignoraverint, conjugia illis non negentur qui tam grave fcelus admiferint: cujus decifio procedit quando in actu illicito additur qualitas mutans fpeciem, vel faltem notabiliter augens malitiam ipfius actus, putà inceftus ultra fornicationem, quæ committitur. Quod quidem delictum admodum grave, magnique ponderis reputavit Triburienfe Concilium, unde cùm illa qualitas duarum fororum non folùm notabiliter augeat, fed mutet fpeciem peccati, multùm interfuit à delinquentibus ignoratam fuiffe per ignorantiam probabilem, quia cùm, ut dixi, præter fubftantialem malitiam additur actui illicito qualitas aliqua mutans fpeciem, feu notabiliter augens, ignorantia probabilis refpectu illius qualitatis ignoratæ fine dubio delinquentem excufabit. 1

Vnde Covarr. *in cap. alma mater, part.* 1. §.10. *num.* 17. elegantem præftat ad hunc text. intellectum, & *ad cap. fi quis cum matre, & ad cap. ult. hac eadem caufa & quæft.* in quibus juribus quis non punitur pœna inceftus, fi operam fornicationi exhibens cognoverit confanguineam, aut affinem ex ignorantia; quia ut ipfe ait, ea ignorantia, de qua ibi mentio fit, probabilis, & invincibilis fuit, alioqui fi foret craffa & fupina, puniendus effet ut reus inceftus, licèt id non fit ex omni parte certum, fi inhærea- 2

mus doctrinæ Angelici Doctoris 1. 2. *q.6. art.* 8. docentis in his, quæ causantur ab actione illicita, non dari ignorantiam probabilem; unde sequitur manifestè *in d. c. si quis cum matre*, immane crimen illud non processisse ex ignorantia probabili, cùm illæ fœminæ, & vir ille illicitæ actioni operam dederint. Iuvat text. *in l. vulgaris* 21. §. *si is qui, vers. si quis as surripuerit, ff. de furtis*, quo in loco Vlpianus mirificè confirmat Doctoris Angelici sententiam, asserentis in his, quæ proveniunt ab actione illicita, non dari ignorantiam probabilem, quatenus docet Iureconsultus, quod si quis æs subripuerit, dum aurum se surripere putat, vel è contra, aut minus esse putat, cùm plus esset ejus quod surripuit, furtum committit, quod & Iuliano & Pomponio Iureconsultis placuisse apparet ex illo loco quem ad id optimè expendit Panormit. *in cap. à nobis* 21. *num.9. de sent. excommun.* dicens, & rectè, deduci ex præfata Iurisconsultorum doctrina, quod si quis credens furari modicum, furatus fuerit multum, tenebitur non habito respectu ad intentionem, & ignorantiam suam.

De Pœnitentia.

Distinctio I.

Cap. Serpens XLVII.

1 ELEGANTER noster Alvarez Pelagius Sylvensis Episcopus in Algarbiorum Regno, in suo doctissimo *tract. de planctu Ecclesiæ, lib. 2. art.2. col. antepen.* consulit ut in certis adhibenda sit justitia, in dubiis utendum prudentia, in prosperis habenda temperantia, & in adversis fortitudo necessaria; aliàs enim facientes nec judicis recti, nec hominis Christiani nomen meremur. Quid nobis prodest Christianos dici, & esse potiùs Antichristos? Quid prodest homines ab hominibus appellari, & judicio Veritatis canes malitia, sues immunditia, vulpes astutia, vana gloria volucres reputari. Aliquando spe emendationis differtur pœna, vel dissimulatur delictum, ut dicit D. Augustinus. Ipsa res est, quæ multos occidit, cùm dicunt, cras, cras, & subitò clauditur ostium, & remansit foris cum voce corvina, quia non habuit gemitum columbinum: cras enim cras vox corvina est. Et hinc infert Pelag. *ubi suprà*, quod consuetudinarii peccatores difficillimè convertuntur, *Amos* 1. super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non convertam. Hieron. Primum peccatum est cogitare quæ mala sunt. Secundum cogitationibus acquievisse perversis. Tertium quod mente decreveris, opere complere. Quartum post peccatum non agere pœnitentiam, & suo sibi complacere delicto, *cap. super tribus, hac ead. dist.*

Distinctio III.

Summarium.

1 *Infantes unius diei an, & quomodo peccandi sint capaces.*
2 *Pueri, vel puellæ septem annorum doli capaces, culpæ & peccati sunt compotes, secundùm unam opinionem.*
3 *Pueri doli capaces existimantur ab aliis cùm pubertati sunt proximi.*
4 Cap. si enim, vers. nos autem, de pœnit. distinctione 2. & text. in præsenti, *declarantur.*

Cap. Adhuc instant XXXIII.

IN text. ibi, *nec infans unius diei absque peccato super terram esse potest.* Consonat cum hac S. Aug. sententia alia D. Hieron. *in c. si enim* 40. *vers. nos autem, de pœnit. dist.2.* ibi, *& nemo mundus à peccatis, nec infans, si unius quidem diei fuerit vita ejus*, &c. Ex quibus videtur probari unius diei infantes peccandi esse capaces. Quæ quidem Augustini & Hieron. responsa difficilia reputantur, sive sequamur illorum sententiam asserentium doli capaces, ac proinde culpæ, & peccati compotes esse puerum, vel puellam septem annorum, ex quorum numero sunt gloss. *in c.1. de delict. puer.* & Montalv. *lib.8. tit.31. p.7.* Steph. de Gaëta *in repet. cap. ad limina, n.200. 30. q.1.* & non dissentiunt Sanch. *de matrim. lib.1. disp.16. n.15. & 16. & in præcepta Decalogi, tom.1. lib.4. cap.18. n.4.* Guttier. *in eod. tract. lib.1.c.2.n.11.* Basil.Pont. *in simili tract. lib.4. cap.1.* sive admittamus aliorum opinionem, qui verius sibi videri asserunt: tunc doli capaces pueros existimari, cùm pubertati sunt proximi, hoc est, cùm decimum annum cum dimidio habet masculus, & nonum cum altero dimidio fœmina, ex quibus sunt Covar. *de spons. part.2. cap.5. n.5. in fin. & in c. alma mater, p.2. §.4. n.5.* Clar. §. *fin. q.60. n.2.* Quintil. Mandos. *de minore ætate, c.4. n.36.* Flamin. Paris. *de confident. quæst.20. numero* 24. Farinacius *in praxi crimin.*

criminali, *tomo tertio*, *quæst.92. numero 67.*
3 Quare gloss. in præsenti, & Turrecr. *in d. cap. si enim*, intelligunt Hieronymum, & August. de peccato originali fuisse loquutos, sine quo nemo super terram existit, idest existere incipit; nam post Baptismum illo mundantur, *cap. à parvulo 34. de consecr. dist.4.* Sed cùm utroque loco de peccato actuali sit sermo, ut bene agnoscit gloss. *verb. esse non potest, in præsenti*, & inde probatur quod si de originali loqueretur, non solùm unius diei infantes super terram existentes, sed etiam in utero post animationem viventes peccatum habere profiteretur: Ideo mihi potius dicere libet per exaggerationem magis, quàm ut res se habeat, hoc a præfatis Sanctis Doctoribus prolatum videri, ut neminem sine peccato esse edocentes omnes ad necessariam pœnitentiam faciliùs allicerent.

Distinctio IV.

Summarium.

1 *Peccatum originale à primo parente in omnes & singulos fuit transfusum.*
2 *Mors propter peccatum hominibus contingit.*
3 *Insontes punire à divina misericordia alienum est.*
4 *Peccatum originale traducitur per originem, non quidem directè, sed indirectè.*
5 *Pueri decedentes sine Baptismò quam pœnam pati debeant?*

Cap. Quid est XIII.

1 Gregorius *in moral. libro 14. cap.22.* relatus in hoc textu, ita ait: Peccatum originale à patribus trahimus, & nisi per gratiam Baptismi salvemur, etiam parentum culpam portamus. Unde colligitur peccatum originale à primo parente in omnes, & singulos fuisse transfusum: ita S. August. *in lib. de gratia Christi, & in 3. lib. de peccatorum meritis*, Magist. *in 2. dist. 30. & 31.* S. Thom. *in 4. contra gentes, c.50.* Dried. *lib.1. de gratia & libero arbitr. tract.3.* latè Araujo *in 1.2. S. Thomæ, q.81. art.4. dub.1. pag.427.*
2 Ratio inter alias desumitur ex ærumnis, & malis pœnæ, quæ humana natura contraxit per primi parentis peccatum, quorum præcipuum est mors, quæ propter peccatum hominibus contingit, juxta illud ad Rom.5. per peccatum mors: & c.6. *Stipendia peccati mors*, & Sapient.1. *Deus mortem non fecit, sed impii manibus, & pedibus accersiverunt illam.* Nec in ejusmodi negotio Deus punit insontes, quod à divina misericordia alienum esset, sed tantùm punit nocentes, & peccatores, hoc est, posteros Adæ, participes culpæ illius, quam Deo permittente justis de causis per originem traduci, contraxerunt; inter quas hæc sola sufficeret, ut inde decretum mittendi Christum in Mundum occasionem acciperet, utque meritò posset Ecclesia cum Gregorio Magno canere: *O felix culpa, quæ talem, ac tantum meruit habere Redemptorem.* 3

Hinc P. Araujo *d. art.4. dub.2. n.31. pag.433.* cum D. Thoma & communi, ac Catholica Theologorum sententia docet peccatum originale traduci per originem, non quidem directè, quasi aliqua efficaci causalitate producatur virtute seminis & generationis, sed indirectè per quandam resultantiam; quatenus naturali generatione producitur homo qui sit filius Adæ & membrum illius, ex quo habet ut nascatur privatus justitia originali; quia dum primus parens pro se & pro posteris justitiam originalem amisit, eo ipso & in primo instanti, quo quis generatur & efficitur filius Adæ, atque membrum illius, & de ejus stirpe contrahit hujusmodi justitiæ privationem, ac proinde peccatum originale. Deinde *q.83. art.1. cum seqq. pag.454. & seqq.* latè disputat utrùm peccatum originale sit magis in carne, quàm in anima? 4

De pœna autem, quam debent pati pueri decedentes sine Baptismo, agunt Catharin. *in opusc. de statu puerorum decedentium sine Baptismo*, Albert. Pygh. *in controv.1.* Card. Bellarm. *tom.3. lib.6. de statu peccati*, Azor. *instit. moral. p.1. lib.4. cap.33.* Lorca *in 1.2. S. Thom. q.83. art.4. disp.58.* & Montesin. *disp.14.* & Araujo *eod. art.4. pag.456.* Ex quorum illa videtur magis vera assertio, quod pueri hujusmodi nullatenus in ignem æternum sunt detrudendi, quia non pœnam æternam sensus, sed solius damni, quæ in carentia divinæ visionis consistit, patientur; & sunt in perpetuum ad imum sub terra locum condemnandi, ut ibi in tenebris, & loco abjecto vicinoque ei, in quo dæmones cum reprobis cruciantur, sunt mansuri. 5

Cap. Nocte sancta XLVIII.

Ad *num.1. post med.* Quod ante auroram noctis sanctæ possint omnes tres Missæ celebrari, ultra citatos *in collect.* resolvunt Fr. Marc. de los Huertos *de sacrif. Missæ, q.13.* Granad. *controv.6. tract.13. disp.10. n.5. in fine*, Tambur. *de jure Abbatum, tom.2. disp.5. quæst.7. num.3.* Antonin. Diana *moral. resol. part.1.* 1

p.1. tr.14. de celebrat. Missar. res.35. novissimè doctissimus & Religiosissimus Fr. Hieron. Garcia mei amicissimus *in sum. moral. tract.3. diffic.2. duda 5. n.4.* & *in tr.4. diff.3. dub. 1. n.1. pag.683.* me citato resolvit, præcepto audiendi Missam satisfacere, qui in die Nativitatis Domini unam ex tribus illius diei audierit: post Bonacinam, & Filliuc. consuetudini in hoc standum esse asserit novissimè Trullench *in praxi res. Sacrament. lib.3. cap.8. dub.13.n.2.*

Distinctio I.

SVMMARIVM.

1 *Missam audiendi præcepto quis satisfacit illam audiendo ab Evangelio usque ad finem.*

2 *Missæ præcepto satisfacit qui post Epistolam, aut Evangelium veniens legit, aut audit à legente, quæ non audivit.*

3 *Missarum duarum duas dimidietates audiens an præcepto audiendi Missam satisfaciat?*

Cap. Missas LXIV.

1 AD finem text. Quod præcepto audiendi Missam quis satisfaciat illam audiendo ab Evangelio usque ad finem, docent Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.29. quæst.3. num.29.* Fagundez *in præcepta Decalogi, lib.2. c.6. num.2.* Marchin. *de Ordine, tract.2. de sacrif. Missæ, part.3. cap.17. num.5. & 6.* licèt data aliqua justa causa advenientem, etiam post Evangelium, non peccare
2 mort. non improbabiliter existimaverint Suar. *de Sacram. disp.88. sect. 2. §. addit etiam,* F. Emman. Sà *in sum. verb. Missæ auditio, num. 2.* ubi ait quod satisfaciet Ecclesiæ præcepto qui post Epistolam, aut Evangelium veniens legit, aut audit à legente, quæ non audivit, Bonacin. *de Sacram. disp.4. de Eucharistia, quæst. ultim. puncto 11. num.17.* Layman. *in Theolog. moral. lib.4. tract.7. c.3. num. 3.* ubi tenet defendi posse à peccato eum, qui Evangelium neglexit, si reliquam Missam audiat usque ad Evangelium Sancti Joannis inclusivè, Ludov. de Torres *in select. p.2. disp.31. dub. 28.* ubi videtur admittere quando alia non superest Missa, licèt indistinctè acceptam vocet improbabilem & temerariam, Card. Lugo *disp.22. sect. 1. num.3.* Antonin. Diana *var. res. p.4. tract.4. res.196. & p.5. tr.14. resolut.70.* Gasp. Hurtado *de sacrific. Missæ, disp.5. diffic.1.* Machado *en su perfetto Confessor, lib.1. tract.1. docum. 1. num.6.* novissimè Hieron. Garcia *in sum. moral. tract.4. diffic.3. duda 2. pag.684.*

In text. ibi, *Speciali ordine præcipimus,* 3
&c. Quid si præter ordinem subsequutivum quis non audiat unum integrum sacrum ab uno Sacerdote, sed duas dimidietates duarum Missarum? una sententia tenet hunc præcepto audiendi Missam non satisfacere, ut per Card. Tolet. *in sum. lib.6. cap.7. §. dico tertiò,* Azor. *instit. mor. p.1. lib.7. cap.3. quæst.3.* Fagundez *dict. cap.6. num.12.* Card. Lugo *citato loco, num.8.* Sed contrarium, immò audientem duas Missas modo explicato, absque necessitate, satisfacere præcepto, & non peccare mortaliter, meritò sustinent Fr. Emman. *in sum. verb. Fiesta, cap. 204.* Nuño *p.3. quæst. 83. art.6. dub.2.* Valer. Reginald. *d. lib.19. cap.2. q.3. num.26.* Villalob. *in sum. tract.8. de Euch. diffic.35. n.4.* Bonacin. *d. punct. 11. n.13.* Marchin. *de Ordine, p.3. cap.17. num.6.* Ludov. Torres *in select. part.2. disp.16. dub.7.* Antonin. Diana *part.2. tract. 17. resol. 19. & p.5. tract. 14. resolut.5.* Bauny *tract.6. de sacrific. Missæ, quæst.9.* novissimè Trullench *in præcepta Decalogi, lib 3. c.1. dub.5. n.9.* Hieron. Garcia *in sum. morali, tract.4. diffic.4. in princip. à num. 2. pag.686. & seq.* Ratio est, quia audiens unam partem Missæ ab uno Sacerdote, & aliam ab alio, moraliter censetur unam integram Missam audire; non enim præcipit Ecclesia ut una Missa audiatur ab uno Sacerdote, sed simpliciter præcipit Missam audire; nam ex duabus illis partibus fit una Missa, sicut unum dicitur sacrificium, quando post aliquam partem Missæ, deficiente Sacerdote, alter perficit quod ab altero fuit inchoatum. Quid si quis duas dimidietates Missarum simul audit? Resp. Debere illum, ut præceptum Ecclesiæ de audienda Missa adimpleat, successivè, & non simul has partes Missæ audire, quia simul debitè attendere non potest. Azor. *d. lib.7. cap.3. q.3.* Coninch *de Sacrament. quæst.86. art.6. num.288.* Villalob. *dict. diffic.35. num.4.* Trullench. *d. dub. 5. num.9. in fine,* quamvis contrarium non sit improbabile, illudque defendant Bonacina *d. punct. 11. num. 13. vers. addo,* Barthol. à S. Fausto *de Eucharist. lib.2. q.389.* Bauny *dict. tract.6. q.9. in fine,* Gasp. Hurtado *de Sacrific. Missæ, disp.5. diff.4.* Antonin. Diana *moral. resol. p.1. tract.3. miscel. resol. 18. & part.3. tract.17. resol.18. & part.5. tract.14. resol.52.* Hieron. Garc. *ubi suprà, num.7.*

Cap. Concedimus XXX.

1 Glossa hic Capellam dictam putat, quòd caprarum pellibus tabernacula tegerentur, pro qua videtur facere locus *Exod. cap.* 36. ubi de Moyse loquens ait, *Fecit & saga undecim de pilis caprarum ad operiendum tectum) tabernaculi.* Sed Joan. Filesac. Theologus Sorbonicus *in querela Ecclesiæ Gallicanæ* credit Capellam esse vocem Græcam. Sed alia etymologia communiter traditur & recipitur: nam in expeditionibus bellicis, & in ipso cum hostibus conflictu Francorum Reges Sancti Martini cappam circumferebant tanquam Palladium imperii, & auxilio futuram adversus hostes cum spe certissima victoriæ. Eam verò commendabant fidei Sacerdotum aulicorum, qui Regem quocumque iret comitantes castra sequebantur, sacra mysteria facturi: unde tanquam custodes cappæ capellani sunt vocati: sacrarium etiam ipsum, sive tabernaculum in quo servabatur, capella inde etiam est dicta, extrita litera p, ut scribit bona pars eruditorum. Et hinc Vualaf. Strabo Abbas Augiensis *lib. de exordio & increm. rerum Eccl. cap. ult.* tenet quod dicti sunt primitus capellani à cappa S. Martini, quam Reges Francorum ob adjutorium victoriæ in præliis solebant secum habere, quam ferentes, & custodientes cum cæteris Sanctorum Reliquiis capellam cœperunt vocare. Ita D. Vincent. Turturet. quondam mei amicissimus *in tract. de sacello Regio, cap.* 1.

Distinctio II.

Cap. Comperimus XII.

1 In textu ibi, *aut integra Sacramenta percipiant*, &c. his verbis Zanard. *de casibus reservatis, cap.* 3. *dub.* 6. *num.* 7. *& in direct. Confessor. p.* 1. *de Sacram. Euchar. cap.* 7. *q.* 15. colligit non posse Sacerdotem, nulla existente urgente necessitate, communicare personam Missam suam audientem dividendo particulam ex Hostia consecrata, quia secundùm S. Thom. per eum citatum, necesse est quod Sacerdos quotiescumque consecrat, sumat integrè hoc Sacramentum. Sed magis communiter DD. cum aliqua causa id licitè fieri posse tenent, Suar. *de Sacrament. disp.* 85. *sect.* 2. *§. secundò in sumptione,* Carceres *relect.* 4. *de Sacram. Eucharist. q.* 4. *num.* 12. Scot. *de Sacrif. Missæ, lib.* 4. *c.* 29. *n.* 19. Homob. *de examine Eccles. p.* 1. *tract.* 4. *c.* 11. *q.* 110. Fagund. *in præcepta Decalogi, præc.* 1. *lib.* 3. *c.* 20. *n.* 8. Ioan. Sanc. *in select. disp.* 22. *n.* 21. Anton. Diana *moral. resol. p.* 1. *tract.* 14. *resol.* 37. *& p.* 2. *tract.* 4. *resol.* 34. *& part.* 3. *tract.* 3. *resol.* 54. R. Fr. Hieron. Garcia *in sum. morali, tract.* 3. *diffic.* 1. *dub.* 2. *punct.* 5. *n.* 23.

Cap. Scenicis XCVI. & ult.

Ad *num.* 1. *in fine.* Intellige si signa pœnitentiæ demonstraverit etiam coram uno teste, ministranda erit illi Eucharistia, ut per Zambran. *de casibus occurrent. in articulo mortis, cap.* 4. *dub.* 2. *num.* 34. Ioan. Sanc. *in select. disp.* 34. *num.* 8. Extra verò mortis articulum peccatori publico ministrandam neutiquam esse in publico Eucharistiam, nisi signa pœnitentiæ publicè ediderit, itaut constet de ejus conversione, resolvunt Navarr. *in man. cap.* 22. *num.* 13. *& cap.* 26. *num.* 27. Henriq. *in summa, lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 1. *& cap.* 13. *num.* 1. Alcozer. *in sum. cap.* 11. *casu* 1. Heredia *de Sacrament. tract. de Eucharist. tit. de administranda peccatori publico,* Vega *en espejo de Curas, tom.* 1. *c.* 10. *num.* 134. Santarell. *de præcept. Decalogi, lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 336. Anton. Raguc. *in lucerna Paroch. tract. de Eucharist. quæstione* 13. *fol.* 152. Coriolan. *de casibus reservatis, part.* 1. *sect.* 2. *num.* 6. *fol.* 179. Ioan. Sanch. *d. disp.* 34. *à num.* 2. 1

Distinctio III.

Summarium.

1 *Missæ privatæ in Sabbato sancto celebrari possunt, maximè legitima existente causa, vel ubi consuetudo circa hoc extiterit.*

2 *Missæ privatæ celebrari possunt in feria quinta in Cœna Domini.*

Cap. Sabbato XIII.

Ad *num.* 3. *in fine.* Quod Sabbato sancto privatæ Missæ celebrari possunt, maximè legitima existente causa, vel ubi consuetudo circa hoc extiterit, docent præter citatos *in collect.* Scot. *de sacrific. Missæ, lib.* 2. *cap.* 6. Fagund. *in quinque Ecclesiæ præcepta, lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 16. *præc.* 2. Ægid. de Coninch. *quæstione* 83. *articulo* 2. *dubio* 2. Layman. *in Theologia morali,* 1

morali, *tract.5.cap.4. n.8.* Alphons. de Leone *de officio Capellani, cap.8. sect.17. num.171.* Antonin. Diana *moral. resol. p.1. tract.de celebrat.Missar.resol.21. & p.4.tract.4. resol.257.* novissimè Hieron. Garcia *in summa morali, tract.3.diffic.2. duda 4. n.14.* novissimè etiam Trullench *in praxi resolut. Sacram. lib.3. c.8. dub.9. num.20.* Ego *de officio, & potest. Parochi, c.11. n.50.* Si festum Annunc. B. Virginis veniat in Sabbato sancto, plures Missæ in qualibet Ecclesia celebrari poterunt, ut per Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. p.2. de sacrific. Missæ, q.2.* ubi refert tunc in Sabbato sancto anni 1617. plures Missas celebratas fuisse in Diœcesi Toletana, Trullench *in præcepta Decalogi, lib.2. c.1. dub.6. num.13.* ubi quod in hoc die in quem incidit dictum festum Annunciat. poterit celebrari vel Missa B. Virginis, vel Missa ordinaria illius diei, cum introitu tamen Missæ Resurrectionis sequentis diei, modo tamen Missa Conventualis sit de Sabbato sancto.

2 Ad *num.4. in fine.* Quod in Feria quinta in Cœna Domini privatæ Missæ celebrari valeant, præter citatos *in collect.* resolvunt Bauny *tract.10. de Presbyt. q.5.* Alphons. de Leone *de officio Capellani, q.8. sect.17. n.168.* Anton. Diana *moral. resol. p.6.tract.6.resol.19.* Machado *en su perfetto Confessor, y Cura de Almas, lib.4. p.1. tract.11. docum.11.* novissimè Hieron. Garcia *d. duda 4. punct.1.* Ego ipse *d.c.11. n.49.* Filliuc. *in quæst. moralib. tom.1. tract.5. cap.4. n.105.* Villalob. *in sum. tom.1. tract.8. differ.20. n.1.* novissimè Trullench *in praxi resolut. Sacramentor. lib.4.cap.8.dub.9. num. 18.* & subdit quod ubi est consuetudo, ut primarius Sacerdos tantùm celebret, cæteri communicent, servanda est publicè, privatim verò, secretè, & absque concursu sæcularium, quisque celebrare posset, saltem antequam ligentur campanæ.

Distinctio IV.

Cap. Illud VII.

1

AD *num.1.* Apud nostros communi totius Catholicæ Ecclesiæ assensu receptum est, ut elapso octavo nativitatis die pueri & Baptismum & nomen accipiant: ita Tiraq. *ad l. si unquam, verbo susceperit liberos, n.167.* Petr.Greg. *syntag. juris lib.9.c.9.n.26.* Quintil. Mandos. *de minore ætate, cap.1. n.16. & 17.* Chass.n. *cons.19. n.9.* Lazar. Phanuc. *de momento temporis, c.11. num.7.* Perez de Lara *in compendio vitæ hominis, c.13. n.6.* ubi advertit quod inter Catholicos magnoperè curandum est ut quamprimùm natus sacro Baptismate liberetur à servitute peccati originalis, & à lamiarum incursibus, quæ quærunt trucidare infantes nondum sacro Baptismate initiatos, ex Torrebl. *de magia, c.38. num.19.* Anton. Diana *moral. resol. p.3. tract.4. resol.8.*

Cap. Constat XIX.

QUod cessante necessitate nullus alius præter proprium Sacerdotem idoneus minister sit Sacramenti Baptismi, ultra *in collect.* citatos docent Filliuc. *in qq. moral. tract.2. c.4. n.69.* Torrebl. *de jure spirit. lib.2. cap.5. n.3.* Trullench *in praxi Sacram. lib.2.c.1. dub.5. n.2.* Diaconus tamen ex vi suæ ordinationis non est ordinarius Baptismi minister, est tamen capax hujus ministerii ex concessione, vel jussu Episcopi, aut Parochi, *cap. Baptisma, sub hac eadem dist.* Torrebl. *d.c.5. n.4.* Trullench *d. dub.5. n.2.* 1

SUMMARIUM.

1 *Baptizare quilibet è populo potest, cogente necessitate sine cæremoniis, sive masculus, sive fœmina sit.*

2 *Minister Baptismi in necessitate potest esse omnis homo habens usum rationis, potensque & sciens debitam formam proferre, & materiam applicare.*

3 *Obstetrices obligantur, non tamen sub mortali, ad ediscendam formam Baptismi, saltem lingua vulgari.*

4 *Ordo aliquis, si possibile sit, servandus est in Baptismo in necessitate faciendo.*

Cap. In necessitate XXI.

QUod quilibet è populo, sive masculus, sive fœmina, cogente necessitate sine cæremoniis, idest, non solemni ritu, possit baptizare, ultra citatos tradit Torreblanca *de jure spirit. lib.2. cap. 5. num.8.* Et sic in necessitate minister Baptismi potest esse omnis homo habens usum rationis, potensque & sciens debitam formam proferre, & materiam applicare: novissimè Trullench *in opere posthumo praxis Sacramentor. lib.2. cap.1. dub.5. num.5.* ubi *num.6.* subdit obstetrices obligandas esse, non tamen sub mortali, ad ediscendam formam Baptismi, saltem lingua vulgari, ut in necessitate subveniant infanti periclitanti, ad quod ex charitate tenentur, non existente ibi tunc ministro magis idoneo: & *num.9.* advertit servandum esse ordinem aliquem

aliquem, si possibilis sit hoc modo, ut fœmina non baptizet præsente viro sciente baptizare, nec laicus præsente clerico, nec clericus etiam Diaconus præsente Sacerdote, nec Sacerdos præsente proprio Parocho: & *n.*10. asserit laicum baptizantem præsente Diacono in casu necessitatis non peccare mortaliter, & citat Villal. *in sum. p.*1. *tract.*5. *diffic.*8. *n.*10. Dianam *resol. moral. p.*3. *tr.*4. *resol.*4.

Cap. Placuit CXI.

1 INtellige unicum testem de visu probare Baptismum quando agitur extrajudicialiter, ex adductis per Torrebl. *de jure spirit. lib.*2. *c.*4. *n.*40. non verò quando principaliter dubitetur de Baptismo expositi infantis, quia tunc non est adhibenda fides simplici schedulæ, etiam subscriptæ, aut assertioni unius vetulæ, sed debet adhiberi sufficiens probatio vel ipsius baptizati, si major sit, assertio, quando solùm agitur de Baptismo iterando, ut decisum est in Concil. Carthag. V. *cap.*6. relato *in hoc textu*, dum ait pueros esse baptizandos, nisi ipsi aut certissimi testes esse, eos baptizatos sine dubitatione testentur. Ita Torrebl. *d. cap.*4. *num.*36. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Matris in utero qui est, quasi unum quid cum illa per colligationem fit.*
2 *Partus extra uterum visus debet baptizari.*
3 *Prægnantes fœminæ quando moriuntur, debet fieri sectio ventris, ut in eo existens possit baptizari.*
4 *Proles occisa per martyrium matris, salvatur illo martyrio.*
5 *Fœtus quandiu in utero est, baptizari non potest.*

Cap. Placuit CXV.

1 AD *num.*1. Quapropter matre baptizata, qui in utero gestabatur, debet sacra ablutione tingi; nam licèt qui in utero matris est quasi unum quid cum illa per colligationem fit, ut ex Iureconsf. probari potest *in l.*1. §. *ex hoc rescripto, ff. de ventre inspic. & in l. curator, ubi gloss. ff. de ventre in possess. mitten.* Otthom. *lib.*7. *observ. c.*18. Ovvald. *ad Donel. comment. lib.*5. *c.*15. *lit. B*, Sibulla *in speculo peregrinarum qq. decad.*2. *c.*4. *q.*4. Martin. de Roa *de die natali sacro, & profano, c.*9. nihilominus cum duæ sint nihil commune habentes animæ, duæque voluntates, ut probatur *in cap. si ad matris* 114. *hac eadem dist.* Ideo partus extra uterum visus, debet baptizari, ut ultra citatos docent Ant. Diana *moral. resol. p.*1. *tr.*1. *miscel. resol* 43. *& p.*5. *tract.*3. *resol.*12. Didac. de Narbona *de ætate ad omnes humanos actus requisi. anno* 1. *q.*5. *n.*11. Trull. *in praxi Sacram. lib.*2. *c.*1. *dub.*6. *num.*5. *pag.*34. etiamsi infantis membrum extra uterum visum non sit caput, Tiraq. *in l. si unquam, verbo susceperit liberos, n.*156. *& seq. C. de revocandis donat.* Campan. *in diversi. juris Canon. rub.*1. *n.*98. Perez de Lara *in compendio vitæ hominis, cap.*7. *n.*58. ubi quod hoc procedit tam in masculis, quàm in fœminis: *& n.*60. post Boër. *decis.*95 2. *n.*4. subdit quod quando prægnantes fœminæ moriuntur, debet fieri sectio ventris, ut in eo existens possit baptizari, advertit tamen quod cauti sint ne circa hoc festinent, nisi testimonio medicorum constiterit fœminam prægnantem esse mortuam, & verisimile sit fœtum vivere in utero, ut possit consequi salutem spiritualem per Baptismum, nam matris viventis viscera non sunt scindenda. 3

4 Bene tamen verum est, addit Perez de Lara *d. c.*7. *n.*61. quod si martyrio matris proles occisa sit in utero, salvatur illo martyrio, ut tradit Emman. Sà *in aphor. verbo matrimonium, n.*3. sequitur Campan. *d. rub.*1. *n.*97. *in fine.* Nam aliàs quandiu fœtus in utero est, baptizari non potest, ut habetur in hoc text. quia cùm Baptismus sit lotio, omninò requiritur quod corpus baptizandi aliquo modo aqua abluatur, ex S. Th. *p.*3. *q.*68. *art.*11. *in corpore*, at cum existens in utero non possit aqua tingi, ita nec baptizari, ut tenent Guillelm. Benedict. *in c. Raynutius, verbo & soboles, n.*21. *de testam.* Campan. *d. rub.*1. *n.*97. *&* 98. quos refert Perez de Lara *d. c.*7. *n.*58. 5

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia etiam probabilis nihil prodest ad excusandum rebaptizatum à pœna irregularitatis.*
2 *Regula Sine culpa, de regul. Iuris in* 6. declaratur.
3 *Text. in præsenti* declaratur.

Cap. Qui bis CXVII.

AD *finem text.* Nihilominus tamen sequendo priorem sententiam ex hoc text. desumptam, dicendum mihi videtur ignorantiam etiam probabilem nihil prodesse ad excusandum rebaptizatum à pœna irregularitatis, ut novè tradit Anguian. *de legibus, lib.*4. *controv.*6. *n.*31. ubi *n.*32. ait non obstare quod potiùs excusandus veniret ignoranter rebaptizatus à pœna irregularitatis, ne cum 1

sine

sine culpa puniri dicamus; quia tali objectioni respondet regulam illam locum non habere ubi adest causa propter quam lex possit pœnam imponere, sicut præsentit Bonif. *in reg. sine culpa, de regul. juris in 6.* ibi, *nisi*
2 *subsit causa*, significans ad pœnam injungendam non semper culpam requiri, sed sufficere causam aptam, & sufficientem ad inducendum legislatoris animum. In rebaptizatis autem etsi non reperiamus culpam, proculdubio Canones causam adinvenerunt, indecentiam scilicet ex qua impedimentum contrahitur, ut bene docuit gloss. *in d. reg.*
3 *ignorantia.* Et *n.33.* subjungit idem Anguian. rectè procedere decisionem hujus text. etiam in rebaptizatis per juris ignorantiam probabilem, & ita culpabilem, nec refert ait, quod hic text. Theodori sit non habentis potestatem condendi leges: quia ille non tantùm Theodori auctoritate, sed sacris Canonibus innititur, ut constat ibi, secundùm Canones, quorum auctoritate Concil. Carthaginense relatum *in cap. confirmandum, 50. distinct.* omnes in universum rebaptizati prohibiti fuerunt à sacris Ordinibus.

Cap. A parvulo CXXXIV.

1 IN text. ibi, *usque ad decrepitum senem.* Qui dicitur ille, cujus annorum numerus septuagesimum excessit, ex Paul. Paris. *cons. 29. vol. 2.*, Grammat. *decis. 34. n. 2.* Guill. Rovill. *in descript. just. & injust. lib. 2. c. 13.* Genebr. *psal. 89. n. 12.* Hortens. Cavalc. *in pract. de test. lib. p. 1. n. 15.* Farin. *in praxi crimin. p. 2. q. 41. n. 25. & 26.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 5. c. 805. n. 43.* vel quod securius, octuagesimum, ut in proposito scripserunt Ioan. Oinotom. *in §. minorem, num. 5. instit. de adopt.* Balzaran. *de feud. lib. 2. tit. 14. n. 2.* Andr. Laurent. *in tract. de senect. c. 2. pag. mihi 126.* Quanvis decrepitam ætatem post sexagesimum annum habere principium existimaverint Abb. *in cap. quoniam frequenter, num. 18. ut lite non contest.* Fernel. *physiolog. lib. 3. cap. 10.* Cardan. *contradict. med. lib. 2. contrad. 10. tract. 5.*

2 Etymologiam decrepiti ex Festo refert Thesaurus *linguæ Latinæ verbo decrepitus*, & sic dictum vult ab eo quod propter senectutem nec movere se, nec crepitum ullum facere potest, quæ omnia octuagenario seni tantùm convenire videntur, cùm in ea nihil aliud sit præter dolores, infirmitates, & continuæ moriendi impossibilitates, juxta illud *psal. 89. vers. 10. Si autem in potentatib. octoginta anni, & amplius eorum labor, & dolor.*

De qua senectute decrepita intelligendus est Vlpian. *in l. arborib. 12. §. de illis, ff. de usufruct.* ubi defectæ senectutis hominem servum appellat, cujus non aliter atque infantis, ob senii imbecillitatem, operæ nullæ sunt, & *in l. 2. §. ignoscitur, ff. ad Syllan.* quam utique senectutem meritò defectam cognominat, quasi in ea homines ab omnibus necessariis operationibus deficiant, & vix aliqua sine alterius adminiculo exequi valeant: eleganter Andr. Laurent. *loco suprà citato*, ibi: *Tandem postrema illa supervenit senectus, quam decrepitam vocat, in qua, ut ait Propheta Regius, nihil nisi dolor & languor, singulæ corporis & animæ functiones debilitantur, hebescunt sensus, deperditur memoria, deficit judicium, & tunc temporis in infantiam incidunt, juxta sententiam Iacobi Simanch. de Republ. lib. 7. cap. 7. num. 781. asserentis senes decrepitos bis pueros esse*: quod etiam advertunt Velasq. de Azevedo *in arte memoriæ, lect. 4. §. 5.* & Ioan. Alphons. à Ruiz *in medicina Medicorum insip. lum. 2. fol. 56.* Alvarez *de privileg. miserabil. personarum, quæst. 18. num. 11.* 3

Distinctio V.

Cap. Nunquam XXXIII.

AD num. 1. *miseram conqueror* (ait Petr. de Bollo *in œconomia Canonica, cap. 4. §. 3. in princip. pag. 119.*) *eorum sortem, qui animos etiam illustres pudendo otio consumunt, & fœda rubigine inficiunt, ut eo celerius ad illecebras ferantur, cùm nihil aliud cogitare norint, quàm de escis, atque de ventre.* Optimè Cassiodor. *lib. 1. epist. 39. Natura humana sicut duris laboribus instruitur, ita per otia torpentia fatuatur.* In otii detestationem plura præter *in collect.* citatos congerunt Cæl. Rhodigin. *lib. 11. lectionum antiq. c. 1. & 3.* Alciat. & Brocens. ac Minoës ejus commentatores *emblem. 81.* Petr. Gregor. *de Republ. lib. 23. cap. 7.* Mathienz. *in dial. Relatoris, par. cap. 1. n. 5.* Rutil. Benzon. *de anno Iubilæi, pag. mihi 242.* Martin. Delr. *tom. 2. adag. sacr. adag. 222. & 297.* Camil. Borrel. in tract. Hispano sermone scripto, *del honesto trabajo, y daños de la ociosidad*, Calixt. Ramirez *de lege Regia, in initio n. 75.* 1

OMISSA

OMISSA

Ad lib. 3. Decretalium, pag. 146.

De Clericis conjugatis.

Titulus III.

SVMMARIVM.

1 *Salarium duplex debetur personæ, in qua duplex concurrit officium, ratione utriusque.*

2 *Officialium duorum loco si positus sit unus officialis, habebit utriusque salarium.*

3 *Canonicus obtinens duo officia in Capitulo, debet habere duas voces.*

4 *Canonicus habens duo officia, duplices distributiones lucrari debet.*

5 *Archidiaconus si efficiatur Vicarius Episcopi dum visitat, duas procurationes lucrari debet.*

6 *Ecclesiæ Canepario si debeantur decem panes die quolibet, & Falconerio alii decem, si unus efficiatur Canepariu & Falconerius, habebit viginti panes.*

7 *Cera si in funeralibus debeatur clericis, duplicabitur pro qualibet qualitatum existentium in una persona.*

8 *Doctor graduatus in utroque Iure debet duplicem propinam habere.*

9 *Cathedras duas legens in Vniversitate, utriusque Cathedræ salarium habere debet.*

10 *Garzonus apothecæ cum certo salario, si postea effectus tabellio plura instrumenta confecit pro apotheca, garzoni, & notarii salarium habere debet.*

11 *Capitanei & Potestatis officia si uni dentur, utriusque salarium habere potest.*

12 *Officia duo habens, quorum cuilibet competit indultum licentiandi unum super delatione armorum, poterit licentiare duos.*

13 *Officialis salariatus per civitatem, si pro servitio civitatis mittatur ad Regem extra provinciam, debet habere aliud salarium pro illo accessu.*

14 *Sportulæ quando debeantur Iudici ordinario, cui causa delegata fuit?*

15 *Officium quod habet certum salarium, si inter duos dividatur, censetur quoque divisum salarium.*

16 *Ambasciatores duo si sint missi ad defendendam causam Principis, & unus decedat, an totum salarium accrescat alteri, ostenditur.*

17 *Officia distincta qui habuerit cum distincto salario, vicem duorum sustinet.*

Cap. Diversis V.

AD *num.*1. Quandocumque in persona unius duplex concurrit officium, debetur illi duplex salarium ratione utriusque officii, vel solicitudinis debitum, *auth. ut Iudices sine quoquo suffragio*, §. *illud*, *l. is scholaribus*, *C. de dignit. lib.*12. *l. binos*, *C. de advoc. divers. judic.* ubi Bald. subjicit quod qui gerit utrumque officium, cui salarium est annexum, debet habere utrumque salarium, ex quo generaliter infert quod si loco duorum officialium positus est unus officialis cum salario consueto, vel simpliciter absque mentione salarii, habebit utrumque salarium, & Baldum ibi sequuntur omnes, Felin. *in c. cùm olim, de re judic. n.*1. Bart. *in l.*1. *ff. de legationib.* Cagnol. *in l. diem functo, n.*159. *&* 161. *ff. de assessorib.* Afflict. *in constit. rub.* 55. *n.*7. *lib.*1. Paris. de Puteo *de syndicatu*, §. *salarium*, *&* §. *Rex*, *&* §. *an si officiales*, Corset. *de verbis geminatis*, *n.*26. Brun. *in tract. de augmento, concl.*12. *lim.*2. Aviles *ad c.*1. *Prætor. verb. officio, n.*9. *& verbo salario, n.*3. Becc. *cons.*27. *n.*2. Menoch. *de arbitr. casu* 223. 1 2

Ex quo primò infertur, in Capitulo habere duas voces Canonicum obtinentem duo officia, Ioan. Andr. *in c. cùm olim, de re jud.* quem sequuntur Bald. *in l. si ad scribarum, C. de appell.* Nicol. de Mil. *in repert. verbo voces*, Corset. *d. n.*26. Avil. *ubi suprà, verbo officio, n.*1. quod absque dubitatione procedere ubi aliquando ita servatum fuit, tradit Bald. *cons.*344. *lib.*1. 3

Secundò infertur, Canonicum habentem duo officia, duas distributiones lucrari in choro, ut rectè docuit Cardon. *cons.*53. loquens in eo, qui simul erat Archidiacon. & Canonicus. Similiter si Archidiacono visitanti debeatur procuratio, & efficiatur Vicarius Episcopi, duplicem habebit procurationem dum visitat, & tanquam Archidiaconus, & tanquam Vicarius, ut docuit Ant. de Butrio *in c. nuper, de censib.* & tradit Bald. *in l. si consul, ff. de adopt.* Nec absimile est quod tradit Bald. *in cap.*1. §.1. *de feudo guardiæ*, quod si Canepario Ecclesiæ debeantur decem panes die quolibet, & Falconerio alii decem, & idem efficiatur Canepariu, & Falcone- 4 5 6

rius pro utroque officio habebit singulos decem panes. Inde infert Felin. *in d. cap. cùm*
7 *olim, num. 2. in fine, de re judic.* quod si in funeralibus debetur cera, vel quid simile clericis concurrentibus, duplicabitur cera pro qualibet qualitatum existentium in una persona.

8 Tertiò infertur secundùm Bald. *in d. l. si ad scribarum, C. de appellat.* quod Doctor graduatus in utroque jure debet duplicem propinam habere, quem sequuntur Corset. *de verbis geminatis, n. 26.* Paris. de Puteo *de syndicatu, verbo salarium, n. 1.* Aviles *ad c. 1. Prætor. verbo officio, n. 10.* dicens ita vidisse practi-
9 cari in Doctore Tapia. Ideo docuit idem Bald. *in l. qui duobus, ff. de condit. & demonstr.* quod si duas legam in Universitate Cathedras, habebo salarium utriusque Cathedræ.

10 Quartò infertur secundùm Roman. *consil. 25.* quem sequuntur Cagnol. *in l. diem functo, n. 159. & 161.* Menoch. *de arbitrar. casu 223.* quod qui fuit guarzonus apothecæ cum certo salario, si effectus tabellio plura instrumenta confecit pro apotheca, habebit salarium utriusque officii, guarzoni scilicet, & notarii.

11 Quintò infertur, si capitaneo civitatis debetur salarium certum, & potestati certum quoque, & posteà dicta officia dentur uni, illum debere habere utrumque salarium, ut notat Angel. *in auth. ut Iudices sine quoquo suffragio, §. illud, & in auth. ut determinatus sit numerus cleric. collat. 1.* ubi subdit, quod si quilibet illorum tenebatur certos familiares habere, poterit is, cui utrumque officium datum fuit, habere utramque familiam, sequuntur Aviles *d. verb. officio, n. 10.* Paris. de Puteo *de syndicatu, §. Rex concessit,* ubi etiam dicit quod erit subjectus ratione utriusque
12 officii duplici syndicatui. Qua etiam ratione consuluit Lap. *alleg. 99.* quod habens duo officia, quorum cuilibet competit indultum licentiandi unum super delatione armorum, poterit licentiare duos.

13 Sextò infertur, quod si officialis eligatur per civitatem, vel Dominum civitatis ad aliquod officium cum gagiis solitis & consuetis, si deinde pro servitio civitatis mittatur ad Regem extra Provinciam, debet habere aliud salarium pro illo accessu, ut voluit Paris. de Puteo *de syndicatu, verbo salarium,* dicens ita fuisse de facto in Apulia observatum, ibique liberasse quendam officialem à syndicatu, quia debebatur illi aliud salarium, cùm gessisset ultra administrationem officii aliud officium, scilicet legationem pro civitate non cohærentem officio suo. Ita in simili traditur de Iudice ordinario, cui causa aliqua delegatur: nam cùm ordinarii non possint sportulas habere, delegati verò possint, ideo si causa, quæ aliàs ad ordinarium spectabat, eidem ordinario delegetur, & solùm excitetur ordinaria jurisdictio, non poterit sportulas habere, quia non cognoscit tanquam Ordinarius, sed in vim suæ antiquæ jurisdictionis ordinariæ, quæ non alteratur, sed potiùs excitatur, & sic habebit suum salarium tanquam ordinarius, non sportulas tanquam delegatus. Si tamen ita Iudici Ordinario de- 14
legetur causa, quæ aliàs ad eundem Iudicem ordinarium spectabat, ut ordinaria alteretur, & in delegatam convertatur, poterit sportulas habere, quia non cognoscit in vim suæ antiquæ jurisdictionis ordinariæ, sed novæ delegatæ supervenientis, & sic habebit suum salarium tanquam ordinarius, & sportulas tanquam delegatus. Ita Anchar. *consil. 201. per tot.* quem sequuntur Felin. *in c. de hoc, n. 7. de simon.* Nevizan. *in sylva nupt. c. 5. num. 97.* Aviles *ad c. Præt. verb. commun. n. 7.*

Septimò infertur ex hucusque dictis, & 15
ratione in qua fundantur, quod si pro uno officio consuevit dari salarium centum florenorum pro quolibet anno, & posteà illud officium inter duos dividitur, & ad illud duo officiales eliguntur, debebitur utrique salarium pro sua parte, quia cùm officium dividatur, censetur quoque divisum salarium. Ita Bald. in utramque partem disputans *in l. bonos, C. de advocat. diverf. Iudic.* quem sequuntur Rom. *cons. 25.* Capic. *dec. 27. n. 20.* Cagnol. *in l. 1. n. 159. & 161. ff. de assessorib.* Brun. *de augmento, concl. 12. limit. 2.* Becc. *cons. 27. n. 1.* Menoch. *de arbitr. casu 223.* Aviles *ad cap. 1. Prætor. verb. officio, n. 10. & verb. salaria, n. 3.*

Octavò infertur resolutio ad pulchram 16
quæstionem per Bart. excitatam *in l. 1. C. de legationib.* quâ quærit, an si duo Ambasciatores sint missi ad defendendam causam Principis vel fisci, & unus decedat, vel aliàs officium non impleat, salarium decedentis, vel non adimplentis non accrescit ei, qui solus implevit, quod dicit esse notandum, & putat verum si duo essent deputati ad idem officium, secus si ad diversa, & uno decedente alter gereret utrumque officium de mandato superioris; quia tunc cùm officia sint distincta, & distincta habeant salaria, iste dicitur sustinere vicem duorum, & ideo duplex salarium habere poterit, allegat *d. l. bonos, C. de advocat. diverf. judicum,* sequitur Afflict. *rubr. 55. Iusticiarios, n. 7. lib. 1.*

ERRATVM. pag. 353. col. 2. subjice, De Consecratione Distinctio 1. *& pag. seq. 354. dele,* Distinctio 1. *& pone huc totum* Cap. Concedimus 30. *pag. 355.*

INDEX

INDEX VII.

Rerum, & Verborum notabilium.

Prior numerus paginam notat, posterior est marginalis.

E

Papa

Renun

Somnia

F I N I S.